Peccata cõtra hoc præceptum, recensentur hæc: Aspernari, fastidire, calumniari, impedire verbum Dei. Joh.8.* *Qui ex Deo est, verba Dei audit: propterea vos non auditis; quia ex Deo non estis.* Matth.13.* *Incrassatum est cor populi hujus: & auribus graviter audierunt, & oculos suos clauserunt; ne quando videant oculis, & auribus audiãt, & corde intelligant; & convertantur, & sanem eos.* Idipsum & in parabolâ de semine declaratur. Sic & in typo de nuptiali convivio, Matthæi 22. & Lucæ 14. ubi invitati repudiant, partim contumaciter, partim fucõ aliquo quæsito. Verùm non est eis impunè: ut suo loco copiosiùs dicetur. Joh.9.* Decretum fecerant Judæi; ut, si quis eum confiteretur esse Christum, extra Synagogam ejiceretur.

Errores fingere, spargere, accipere, augere, promovere. Matth.23.* Væ vobis Scribæ & Pharisæi, hypocritæ; quia clauditis regnum cœlorum ante homines: vos enim non intratis; nec introëuntes sinitis intrare.

Non confiteri. Matth.10. * *Qui me negaverit coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis est.*

Temerè abuti juramentis, & nomine divino. Matth.5.* *Ego dico vobis, non jurare omnino:* (scilicet temerè; sinè vocatione aut mandato Magistratûs in rebus licitis) *neq; per cœlum; quia thronus Dei est: neq; per terram; quia scabellum est pedum ejus: neq; per Hierosolymam; quia civitas est magni Regis: neq; per caput tuum juraveris; quia non potes unum capillum album facere, aut nigrum.*

Item, juramenta contra pietatem & honestatem facta servare: ut Herodes.*

Blasphemiæ. Matth.12.* *Spiritus blasphemia non remittetur.* Item:* *Qui dixerit verbum contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei, neq; in hoc sæculo, neq; in futuro.*

Quartum præceptum.

¶ Ad quartum pertinent: Amare & ornare congressus publicos. Lucæ 2.[a] parentes Christi celebrantur, *quòd ad festum Paschæ quotannis, una cum puero* Jesu *adscenderint.* Etsi autem species nunc abrogata est; tamẽ genus in exemplo manet: ut omnes pii, ejusmodi congressus, qui veræ pietatis nomine & ablq; superstitione fiunt, amẽt. [b] Christus etiam sæpè in Synagogas ingressus, cõcionatus in cœtu hominum est, & miracula edidit. [c] Creberrimè in templo Hierosolymitano docuit. Matth.18.[d] *ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo; ibi sum in medio eorum.* Commendantur in hac sententiâ congressus piorum: & proponitur suavissima promissio; Christum ipsum ei cœtui interfuturum.

Ministeriũ verbi magnificare; & pios Ministros alere. Lucæ 10.[e] *Qui vos audit, me audit.* Matthæi 10.[f] *Qui vos recipit, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me misit.* Item: [g] *Quicunq; potum dederit uni ex minimis istis, calicem aquæ frigidæ, tantum in nomine discipuli; amen dico vobis, non perdet mercedem suam.*

Cõferre aliquid de suo ad eleemosynas pauperũ. Unde Christus viduam commendat, quæ duo æra minuta mittebat in gazophylaciũ: Luc.21.[h] & Matt.25. celebraturum se ostendit, in extremo judicio, liberalitatem in pauperes.

Peccata sunt: Superstitiosè servare sabbatũ, ceremoniis inhærere; ac reliqua opa necessaria sabbati negligere. Matt.12. Pharisæos eã ob rem increpat Christus, & in aliis locis.

Spernere & conculcare sinceros verbi Ministros. Lucæ 10.[i] Qui vos spernit, me spernit.

Pertinacia potentiorum in Mundo, qui debebant Regem Christum exosculari. Matt.10.[k] Ad Præsides & Reges ducemini propter me.

Eleemosynas Pharisaico modo dare. Matt.6.[l] *Verumtamen, quod superest, date eleemosynam; & omnia munda sunt vobis:* Lucæ 11.[m]

Non facere ea, quæ doces alios. Matth.23.[n] *In cathedrâ Mosi sedent Scribæ & Pharisæi: omnia, quæcunq; jusserint vobis servare, servate, secundùm opera verò eorum nolite facere: dicunt enim; & non faciunt.*

Quintum præceptum.

¶ Ad quintum pertinent opera: Honorare parentes, & quicunq; eorum loco sunt constituti. Matth.15.*

Magistratibus dare suum; hoc est, honorem, obedientiam in rebus licitis, vectigal, & alia: Matt.22.* *Date Cæsari, quæ sunt Cæsaris.*

Peccata sunt: In sacrificia, hoc est, ceremonias, conferre pecunias; & interim non alere ac sustentare parentes. Matth.15.* *Vos dicitis; Quicunq; dixerit patri seu matri; Munus, quodcunq; est ex me, tibi proderit; & non honorificabit patrem suum, aut matrem suam: & irritum fecistis mandatum Dei, propter traditionem vestram.*

Maledicere patri aut matri. Matth.15.* *Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur.*

Non honore afficere magistratum; non pendere debita: moliri seditiones. Hoc enim notatur ac damnatur in Judæis, Matth.22.

Magistratui obedire in eis, quæ sunt contra Deum.* *Date Cæsari, quæ sunt Cæsaris; & Deo, quæ sunt Dei.*

Sextum præceptum.

¶ Ad sextum pertinẽt bona opera: Diligere se invicem, & officia dilectionis præstare. Joh.15.[a] *Hoc mando vobis, ut diligatis vos invicem.*

Diligere inimicos. Matth.5.[b] *Diligite inimicos vestros.*

Benefacere egenis: esurienti cibum, sitienti potum, peregrino hospitium præbere, nudum vestire, infirmum visitare, captivum consolari ac liberare. Matt.25. [c] Luc.6.[d] *Omni petenti te tribue.*

Mansuetudo. Matth.5.[e] *Beati mites.*

Pacis studium. [f] *Beati pacifici.*

Misericordia. [g] *Beati misericordes.*

Dimissio ac recõciliatio fraterna. [h] *Si offers munus tuum ad altare, &c. vade, prius reconciliare fratri tuo; & tunc veniens offeres munus tuum. Esto consentiens adversario tuo citò, dum es in viâ cum ipso.*

Gladio punire homicidas. Matt.26.* *Qui gladium acceperit, gladio peribit.*

Peccata sunt. *Matth.5.* occidere: irasci fratri suo; dicere fratri, Raca; dicere, Fatue: non reconciliari fratri suo, aut adversario. & adjiciuntur ibi ad unumquodlibet graves comminationes, de pœnis: ut infrà recitabitur.

Si magistratus innocentes occidit: ut [i] Herodes Johannem; Pilatus Christum.[k] *Qui me tibi tradidit, magis peccat.*

Item, prodere Christum & pios. [l] *O' Juda, osculo tradis Filium hominis.* Item, [m] *Se invicem prodent.*

Matthæi 25. [n] Esurientem non pascere; sitientem non potare; hospitem negligere; nudum non cooperire; infirmi & incarcerati afflictione non affici, & non consolari.

Privata vindicta. [o] *Ne resistite malo.*

Item, si ecclesiasticæ personæ sibi arrogant usurpationem gladii contra maleficos. Matth.26. [p] *Recondè gladium tuum in vaginam.*

Septimum præceptum.

¶ Ad septimum pertinent: Castè matrimonium colere. Matth.5.[q] *Beati mundo corde.* Matth.19.[r] *Quod Deus conjunxit, homo non separet.*

Peccata cõtra hoc præceptum cõmemorantur, Matt.5.[s] mœchari. item concupiscentiæ, seu impuri affectus.[t] *Ego,* inquit, *dico vobis; quòd omnis, qui videt mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est in corde suo.*

Facere divortia aliam ob causam, quàm ob fornicationem: item, legitimè repudiatam ducere.[u] *Ego,* inquit, *dico vobis: omnis, qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causâ; & qui dimissam duxerit, adulterat.*

Propter uxorem, & rem familiarem, negligere regnum Dei. ut ille in parabolâ:[x] *Uxorem duxi; venire non possum.*

Crapula & ebrietas. Luc.21.[y] *Videte, ne corda vestra graventur crapulâ & ebrietate, & curis hujus vitæ.*

Luxus in vestitu. ut notatur in divite Epulone.[z]

Octavum præceptum.

¶ Ad octavum pertinent: Tenere proprium; & comparare bona corporalia, juxta regulam:* *Quærite primùm regnũ Dei, & justitiã illius; & cætera omnia adjicientur vobis.*

Conferre de suis bonis Reipublicæ conservationem. * *Date Cæsari, quæ sunt Cæsaris.*

Et ad Ministerii conservationem. * *Operarius dignus est cibo suo.*

E suis bonis alios juvare. Luc.3. * *Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat.*

Item: * Non amplius, quàm constitutum est, ab aliis exigere.

Item: * Esse contentum suis stipendiis.

Non rapere. * Lucæ 18.

Lucæ 6. * *Mutuum date, nihil inde sperantes.*

Reddere ei, qui est defraudatus. Luc.19. *

Peccata esse Deitatem esse Mammonæ; avarum ac tenacem esse. Matth.6. * *Non potestis Deo servire & Mammonæ.* Luc.12. * *Cavete ab omni avaritiâ.*

Esse infidelem dispensatorem bonorum suæ fidei commissorum. *

Epulari securè de bonis suis, neglectis pauperibus, ut divus Epulo; * & alter, qui horreum ampliat. Luc.12. *

Non esse liberalem in Ministerium. * *Introivit in domum [illegible] meos.*

Rapere non Christi. ut faciant milites, mittentes sortem [illegible] ejus. *

Dissipare bona sua, ut fecit Acolastus. *

Nemini præceptum.

¶ Ad eorum pertinet Vereciter. Matth.5. * *Sit sermo vester; Est, est: Non, non. Quod his abundantius est, a malo est.*

Humilitas. Matth.23. * *Qui se humiliat, exaltabitur.*

Contraria sunt Mendacia. Johan.8. *

Falsa testimonia dare. Marci 14. *

Superbia [illegible] falsum judicium de se ipso. Luc.18. * *Qui se exaltat, humiliabitur.* Luc.16. * *Quod hominibus altum est, id abominatio coram Deo est.*

Judicare aut damnare alios temerè. Luc.6. * *Nolite judicare; & non judicabimini. Nolite condemnare; & non condemnabimini.* Non loquitur autem de ordinariâ & legitimâ Magistratus potestate; sed de privatâ & inordinatâ.

Quærere vanam gloriam hominum. * *Pharisæi & Scribarum opera sua faciunt in hoc, ut spectentur ab hominibus. Dilatant enim phylacteria sua, & magnificant fimbrias palliorum suorum: amantq; primos accubitus in cœnis, & primos sedere loco in concilijs, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi.*

Decimum præceptum.

¶ Ad decimum illa dicta pertinent, quibus cor mundum, & ab omnibus pravis affectibus vacuum & immune, requiritur: & quibus prohibentur pravi affectus & cupiditates, quibus proximi bonis incommodari solet. * *Diliges Proximum tuum, sicut teipsum.* Matth.23. * *Væ vobis Scribæ & Pharisæi, hypocritæ: quia purgatis exteriorem poculi partem, [illegible] autem intus plena sunt rapinâ & intemperantiâ.* * *Foris apparetis hominibus justi, intus autem plenis estis [illegible] & iniquitate.* Item: * *Væ vobis Scribæ & Pharisæi, hypocritæ: quia comeditis domos viduarum; idq; prætextu prolixæ orationis.*

¶ Oportuisse quendam esse Bonorum operum, non tantùm ex Decalogo, sed etiam ex pluribus Christi concionibus, constat. Matthæi 6. * inquit: *Quærite primùm regnum [illegible]* Et in Orationis formâ seriem bonorum [illegible] edidit. * jubet enim initiò petere sanctificationem nominis divini: hoc est, ut Deum verè agnoscamus, convertamur ad pœnitentiam; & ejus verbum amplectamur, confiteamur, & celebremus. Deinde de aliis [illegible] monet: nempe ut, Deum timentes, ab ipsius regimine non [illegible] Ecclesiam ejus amemus, foveamus ac propagemus; & in sanctificatione operis vocationis expediam*: ut, averso [illegible] corporalia ab ipso exspectem*: crebram [illegible] peccatorum: Diaboli insidias effugiamus; [illegible] orationis finem tenemus. Marci 12. inquit: *[illegible] & primum mandatum in Lege esse, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, tota animâ, tota mente, & fortitudine tua. Hoc est primum mandatum. Secundum autem simile huic est hoc: Diliges Proximum, sicut teipsum.* Item: * *Cavete ne [illegible] Dei [illegible] esse, doctus hinc cognoscendi operum [illegible] bonorum creaturis, quæ Deo conveniunt.* Luc.10. * *Unum est necessarium: Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab eâ.* ubi studium audiendi ac discendi verbum Dei reliquis operibus, corpori potissimùm servientibus, anteponit.

Monilia quoq; (ut vocantur) opera, ficti supra cõmentum, cæremonialibus anteferuntur. Matth.12. * *Misericordiam volo, & nõ sacrificium.* Marc.23. * *Decimatis mentham, anethum, cyminum: & relinquistis quæ graviora sunt Legis, judicium, & misericordiam, & fidem. Hæc oportet facere, & illa non intermittere.*

Externa opera humanâ industriâ fieri posse, Christus concedit. * Nam Matt.5. * non inficiatur, *Pharisæos habere quandam justitiam, verùm non perfectam.* Luc.18. * quædam enumerantur: ut, *non rapere alijs, neminem manifestâ injuriâ afficere, non contaminare se adulterio, jejunare bis in sabbato, decimas de omnibus pendere.* Sed interiora negat humanâ diligentiâ fieri posse: eo quòd natura humana sit depravata. ac docet, Patrem, Se, & Spiritum sanctum, esse eorum causam efficiẽtem. Joh.6. * *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum.* Affirmat igitur, fidem in Christũ, esse opus Dei Patris in nobis; nec cõparari humanâ solertiâ. Joh.17. * *Pater sancte, serva eos in nomine tuo.* Item: * *Sanctifica eos in veritate tuâ.* Quare, veræ de Deo doctrinæ assentiri, & sanctitatem percipere, nõ est nostrarum virium opus; sed Dei: qui, intercedente Filio, pectora nostra veri doctrinâ & sanctimoniâ illustrat.

De Christi auxilio, Joh.15. * scriptũ est: *Sicut palmes non potest ferre fructũ de semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis.* Præclara hæc est sententia; quâ docet Christus, quid humanæ vires in operibus interioribus valeant per seipsas, ablq; Christi adjumento: nempe nihil aliud, quàm quod palmes à vite rejectus. Ex vite igitur vigor ille efficax in palmite assidet; ut botros suos, gratissimo succo distẽtos, proferre queat. Repetit autem aliquoties, eodem in loco, hanc suam sententiã: ne quis putet, ei temerè quasdã voces excidisse. * *Sine me*, inquit, *nihil potestis facere.* Item: * *Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint: quodcũq; volueritis, petetis, & fiet vobis.* Conjungit ad invocationis opus duo: nempe tuum auxilium, & verbum suum. Verbo enim voluntatem Patris revelat; ac per id medium pectora hominum ad veram invocationem excitat: ne quis sibi enthusiasmos & inspirationes Christi, ablq; verbo fingat. Item: * *Ego elegi vos, & posui vos, ut eatis, & fructum afferatis.*

De spiritu sancto dicitur, Joh.16. * *Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem.* Joh.14. * *Dabit vobis Paracletum.* Matt.10. * *Non vos estis, qui loquimini; sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.* Quapropter cognitio veræ doctrinæ, habere [illegible] in conscientiâ coram Deo, & in arduis tentationibus [illegible] consistere, ipsamq; vitã pro Jesu Christo ejus [illegible] profundere; ipsius Spiritus sancti opus est, corda hominũ gubernantis, & lucem tam excellentem accendentis. Concurrit igitur in hisce operibus omnium summis: Deus; verbum; voluntas humana, tracta à Deo per verbum.

Hinc jam intelligi potest, quinam bona opera præstare possint: nempe existentes in Ecclesiâ Dei verè [illegible] verbum sincerum, Deus Pater, Filius, & Spiritus sanctus est efficax. Clarè enim affirmat Christus, * *extra [illegible] posse fructus bonos facere.*

Indè est, quòd docet Christus: tantùm [illegible] opera, quæ verè sic dici merentur, præstare [illegible] non item. Matthæi 7. * *Numquid colligunt de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona [illegible] malus arbor fructus malos facit. Non potest arbor mala bonos fructus facere; neque arbor [illegible] facere.* Bonæ indolis & frugiferas arbores [illegible] Homines renatos, justificatos: hoc est, qui remissionem peccatorum per fidem in Christum [illegible] promissiones, & operantur [illegible] Contrà, malæ [illegible] ti divinitus nec regenerati quantumvis [illegible] fuis illâ disciplinâ, excellant; [illegible] formosiores coram Mundo [illegible] mò necesse esse, ut [illegible]

...ctum & exactè fructum gignantur: quâ si destituantur, ...ti, nisi acidum & amarum quiddam, proferent. Est ...em Homo non-credens, quâvis incultâ ac sylvestri ar... agrestior & ferocior: nec potest ejusmodi opera præ... are, qualia Deus exigit.

Eâdem figurâ utitur Christus, Matth.12.* *Aut facite arborem bonam; & fructum ejus bonum: aut facite arborem malam; & fructum ejus malum, siquidem ex fructu arbor cognoscitur. Progenies vipe... quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali?* Item: * *Bonus homo de bono thesauro cordis profert bona; & malus homo de thesauro malo cordis profert mala.* Perspicuè docet Christus, oportere nos priùs bonos fieri, hoc est, regenerari, justificari, Spiritu sancto illustrari; quàm facultatem bene-operandi nanciscamur.

Joh.15.* *Ego sum vitis; vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum.* Priùs igitur in Christo sit necesse est, qui bona opera velit facere. Item: * *Ego elegi vos, & posui, ut fructum afferatis.* Luc.1.* *Ut sine timore, de manu inimicorum liberati, serviamus illi.* Duo hac sententiâ proponuntur. Primum: homines sub crudelissimis inimicis verè captivos esse; nec posse, donec illis vinculis cõstricti sunt, Deo servire. Alterum est: Christum nos in libertatem asserere; quâ acceptâ, postea opera Deo grata incipiamus facere.

Matt.3.* *Facite fructus dignos pœnitentiâ.* Proponitur hoc loco conversio vera: deinde fructus subsequuntur. Soli igitur credentes, seu justificati, idonei sunt ad præstanda opera ve... è bona. Deoq; placentia.

Porrò, quomodo placeant Credentium opera Deo; licet imbecilla sint, & ex hac imbecilli naturâ, in quâ adhuc lutum peccati hæret, plurimum sordium, secum trahant; ex prædictis intelligi potest: nempe, fide in Christum. Oportet enim nos statuere firmiter, Deum nobis reconciliatum esse, & imputare justitiam gratis, ablq; omni nostro merito, tantùm propter Christum. sic inquit Christus: * *Venite ad me omnes, qui laboratis.* Item: * *Qui credit in Filium, habet vitam æternam.*

Deinde & hæc persuasa nobis esse debent; inchoatam & imbecillem hanc obedientiâ, juxta verbum Dei præstitam, propter mediatorem Jesum Christum placere. Joh.15.* *Si manseritis in me, & verba mea manserint in vobis: quodcũq; volueritis petetis; & fiet vobis.* Manere in Christo, quid aliud est, quàm credere in eum? Verba Christi in nobis manere, est promissionibus gratiæ potissimùm inniti.

Joh.16.* *Ipse Pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis.* Toti* igitur amoris Dei, quo nos nostraq; opa paternè & clementer accipit, causa est Christus, in quem credimus.

Preces etiam ad Deum Patrem in nomine ejus jubet instituere, hoc est, fide in ipsum: * ut statuamus, ipsius umbraculo & merito nos placere, & benignè audiri preces. Jam, si invocatio in nomine Christi placet; quod est opus longè excellentissimum: idem de reliquis rectè asseverari debet. Nec temerè factũ est, quòd in orationis formulâ, & quidẽ in mediũ, seu in ipsum invocationis (ut sic dicamus) cor, sit inserta hæc petitio * *Et dimitte nobis debita nostra.* Nam ex ingenti misericordiâ, propter Christũ, quem fide apprehendimus, necesse est nos beneficia Dei omnia accipere: & hac ipsâ misericordiâ, in quâ, fide propter Christum nitimur, necesse est tegi nostra opera, ac paterno affectu approbari. Ex eodem fundamento etiam perspicuum est, eadem operiri omnibus operibus præluere. * *Si quid petieritis, credatur, fiet vobis.* Debet igitur & ad reliqua referri.

Non esse perfecta opera hominum, hoc est, non satisfacere Legi Dei, quæ perfectissimam obedientiam ex totis ... requirit; ex dictis Christi, & historiis, manifestum. Primùm, externam Pharisæorum justitiam, quæ ... vulgaris, non esse absolutam; Christus sæpe ... docuit, * nisi, credentium justitiam oportere esse ... quam Scribarũ & Pharisæorum. * ... quod dicit nostram justitiam externam, quòd in... decimatis mentham, anethum, cyminum: sed graviora ... reliquistis, judicium, misericordiam, fidem tantùm commendatis. ... Deinde, quia ... peccata patrum * Zondri, quia se-

pulcris dealbatis, quæ foris quidem apparent speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorum, aliisq; sordibus. & Vos foris quidem apparetis hominibus justi; intus autem plenisti hypocrisione & iniquitate. Matt.19.* cuidam, admodùm pio ... tuosè dicenti; *Omnia hæc custodivi à juventute mea: quid adhuc mihi deest?* Christus arguè respondebat: *Si vis perfectus esse: vade, & vende omnia quæ habes; & da paupert...* hac ... re eum deducẽs ad agnitionem suæ fœdæ avaritiæ: cui cum profundè immersus erat, ut beneficentiæ erga proximum prorsus esset oblitus; ac potiorẽs longè haberet suas divitias, quàm agnitionem & confessionem Christi. Eâdem ratione supercilioſum Pharisæum retudit Christus, sicut Luc.10. * scriptũ est; *qui seipsũ volebat justificare:* cùm tamẽ nondũ didicisset, quis esset suus Proximus; multò verò minùs ei debita officia præstiterat. Et Joh.7. *Nonne Moses dedit vobis Legem? & tamen nemo ex vobis, factus præstat Legem.*

Neque verò Credentium aut Justificatorum opera esse planè perfecta; neque Legem Dei, ipsorum inchoatâ obedientiâ posse impleri: idem Christus docet. Nam in Oratione dominicâ omnes, quâcumlibet magnis virtutib. fulgentes semper, donec hac mortali vitâ fungũtur, jubet petere; * *Dimitte nobis debita nostra.* Unde quid aliud cõjicias; quàm, etiam justificatos adhuc peccata habere, & suâ obedientiâ Legi Dei satisfacere non posse? Luc.17.* *Si feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite. Servi inutiles sumus; quod debuimus facere, fecimus.* Negat, Discipulos sibi per fectâ Legis obedientiâ vendicare posse; licèt plura, quàm alii, fecerint. Quare semper hæc sententia vera est, Joh.1.* *Ex plenitudine ejus nos omnes accepimus, gratiã pro gratiâ.* Non igitur ex nobis; sed ex Christo, habemus plenitudinem, sed Legis exuberantem satisfactionem. Contenant etiam exempla. Johannes Baptista inquit, Joh.1.* *Cujus ego non sum dignus ut solvam corrigiam calceamenti.* Et in historiâ Euangelicâ, sæpè imbecillitates & peccata Apostolorum annotantur: ut nos moneant, de eorum imperfectione in hac vitâ.

Nunc operæ-precium est, summâ, quâ potest fieri, diligentiâ observare; quales fines Christus bonis operibus justificatorũ attribuat. Remissionem peccatorũ, & imputationem justitiæ, nusquam operibus humanis, sive ex parte, sive ex toto, adscribit: sed tantùm asserit, eã ex se, suoq; beneficio ac merito, gratis cõtingere credẽtib. Luc.24.* præcipit, *ut tantum in suo nomine remissio peccatorũ prædicetur.* Joh.3.* *Sic Deus dilexit Mundũ, &c.* Et Baptista inquit:* *Ecce agnus Dei, tollens peccata Mundi.* quo sermone testatur; tantũ immolatione hujus victimæ, sinè adjumento operũ humanorum, peccatorum remissionem parari ac donari. Item: * *Ex plenitudine ejus* (non inquit, ex nostrâ, tanquã partiali) *omnes* (non, quidam tantùm) *accepimus gratiam pro gratiâ.*

Habent tamẽ & Credentium opera amplissimos fines, propter quos fieri debeãt. ut I. Propter mandatũ Dei. Postulat enim Deus obedientiam ab omnib. Matt.3. * *Facite fructus dignos pœnitentiæ.* Joh.15.* *Hoc est præceptum meum, ut diligatis vos invicem, sicut dilexi vos.* Item:* *Posui vos, ut fructũ feratis.* Joh.8.* *Vade, noli amplius peccare.* Nequaquam igitur adiaphoron est; acceptâ gratis, fide, remissione peccatorum, postea secundum præcepta Dei vivere, vel non.

II. Ut Deus operibus credentium glorificetur. * *Sic luceat lux vestra coram hominibus: ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est.*

III. Ut confessio exstet; fides reluceat, & cõspiciatur. breviter, ut sint indicia ac testimonia fidei; quę etiam Proximo fiant nota, eiq; causam ad celebrandum Deum præbeant. Matt.5.* hæc omnia præcedenti fini copulantur: * *Vos estis, inquit, lux Mundi. Non potest civitas abscondi, supra montem posita: neq; accendunt lucernam, & ponũt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Luceat igitur lux vestra, &c.* Matt.7.* *Ex fructibus eorum cognoscetis eos.* Additur & ratio. * *Omnis arbor bona fructus bonos facit; mala autem arbor, malos fructus facit.* Matt.12. *Ex fructu arbor cognoscitur. Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui; cum sitis mali? ex abundantiâ enim cordis os loquitur.*

IV. Propter proximos, ... dignitas bonorum operum cõspiciatur. Illorum opera justificatorum, ... gratiam

coram Deo, & salutem nostrarum rerum: magnam sanè fiduciæ promissionem præbent, quæ certam studiosis bene operandi excitare debent. Matthæi 5. * *Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cælorum. Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolationem accipient. Beati, qui esuriunt & sitiunt justitiam: quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. Beati pacifici: quoniam filii Dei vocabuntur. Beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam: quoniam ipsorum est regnum cælorum. Beati estis, cùm maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversùs vos, mentientes, propter me. Gaudete & exsultate: quoniam merces vestra copiosa est in cælis.* Matthæi 6. * *Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi in manifesto.* Matthæi 10. * *Omnis, qui me confitebitur coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cælis est.* Item: * *Qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam.* Item: * *Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui misit me. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. Et qui recipit justum in nomine justi, mercedem justi accipiet. Et quicunque potum dederit uni ex minimis istis, calicem aquæ frigidæ tantùm, in nomine discipuli; amen dico vobis, non perdet mercedem suam.* Matthæi 18. * *Qui susceperit unum parvulum talem in nomine meo, me suscepit.* Item: * *Omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet; & vitam æternam possidebit.* Matth. 25. * *Euge serve bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis; super multa te constituam. intra in gaudium Domini tui.* Item: * *Omni habenti dabitur; & abundabit.* Ibidem Christus inquit, se celebraturum in novissimo judicio operum credentium, & in vitâ æternâ compensaturum. * *Esurivi enim, dicit; & dedistis mihi cibum: sitivi; & dedistis mihi potum: hospes eram; & collegistis me: nudus; & operuistis me: infirmus; & visitastis me: in carcere; & venistis ad me.* Item: * *Amen dico vobis; quicquid fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Quæ potest esse major operum dignitas? Lucæ 6. * *Date; & dabitur vobis. Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & supereffluentem, dabunt in sinum vestrum.* Lucæ 14. * *Cùm facis convivium; voca pauperes, debiles, claudos, cæcos: & beatus eris; quòd non habent unde retribuant tibi. Retribuetur enim tibi in resurrectione justorum.* Joh. 13. * *Qui accipit, si quem misero, me accipit. Qui autem me accipit, eum qui me misit, accipit.*

V. Ne incidamus in atroces pœnas. Etenim impœnitentiam & iniquitates punit Deus. Matth. 3. * *Jam securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur; & in ignem mittetur.* Item: * *Cujus ventilabrum in manu suâ; & permundabit aream suam: & congregabit triticum in horreum suum; paleas autem comburet igni inextinguibili.* Matth. 5. * *Vos estis sal terræ. Quòd si sal fuerit infatuatum, quo salietur? ad nihilum valet ultrà; nisi ut mittatur foràs, & conculcetur ab hominibus.* Item: * *Qui occiderit, reus erit judicio. Qui dixerit fratri suo, Raca, reus erit concilio. Qui dixerit, Fatue, reus erit gehennæ ignis.* Item: * *Esto consentiens Adversario tuo citò, dum es in viâ cum eo: ne forte tradat te Adversarius tuus judici; & judex tradat te ministro; & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exibis donec reddas novissimum quadrantem.* Matth. 6. * *Si non dimiseritis hominibus, nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra.* Matt. 7. * *Nolite judicare, & non judicabimini.* Item: * *Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem.* Matth. 10. * *Qui negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in cælis est.* Matthæi 12. * *Omne verbum otiosum, quod dixerint homines, reddent rationem in die judicii.* Matthæi 12. * *Dominus ædificium vacuum reverrit, ejiciet, & efficiet, ut posteriora ejus fiant pejora.* Matthæi 22. * *Rex audiens, fecit*

mittere ignes. Matthæi 18. * *Qui scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris.* Item: * *Væ hominis, per quem scandalum venit.* Item, * *Servus, qui non erat misericors, tradetur tortoribus, amittit omnia bona, & æternæ damnationi condemnatur; unde à conclusione: Sic & Pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris.* Matth. 25. * *Ligatis manibus & pedibus, mittitur in tenebras exteriores, ubi erit fletus & stridor dentium.* Matth. 25. * *Servum inutilem ejicite in tenebras exteriores.* Ubi ait, se puniturum peccata: * *Quamdiu non fecistis uni de minoribus his, nec mihi fecistis.* Joh. 15. * *Omnem palmitem in me, non ferentem fructum, tollit.* Item: * *Si quis in me non manserit, mittetur foràs, sicut palmes, & arescet, & colligunt eum, & in ignem mittunt; & ardet.* Huc etiam pertinent exempla pœnarum, quibus Impii affecti sunt propter contemtum verbi, & alia scelera.

Contraria Bonis operibus sunt, peccata contra eorum Decalogum; quæ procul dubio causa sunt ingentium pœnarum, præsentis & æternæ vitæ: quâ de re modò testimonia sunt collecta. Deinde pugnant traditiones, seu opera humana; iisdem adstruitur opinio cultus, de quibus Matth. 15. * dicitur: *Sinè causâ colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum.* Præterea hypocrisis, quæ magnificat opera externa; & propriis operibus perfectionem ac laudem justitiæ adscribit. Damnatur autem à Christo, Matthæi 6. * *Cùm misericordiam facis; nolo ante te tubâ canere: sicut hypocritæ faciunt, in synagogis, & in vicis; ut honorificentur ab hominibus.* Item: * *Cùm oratis, non sitis sicut hypocritæ: qui amant in synagogis & in angulis platearum stantes orare; ut videantur ab hominibus. Amen dico vobis; receperunt mercedem suam.* Matth. 15. * *Irritum fecistis mandatum Dei, propter traditionem vestram. Hypocritæ, bene prophetavit de vobis Esaias, dicēs: Populus hic labiis me honorat; cor autem longè eorum est à me.* Matth. 23. * *Væ super ipsos pronuntiat: eò quòd cerimonialia præferrent moralibus; sibique, falsò justitiæ laudem tribuerent.* Luc. 18. * ait Christus; *Pharisæum cum suâ operum justitia, cujus persuasione tumebat, damnatum in judicio Dei esse.* Nec tribuendum esse salutis meritum operibus humanis; ex dictis de meritis Christi, tole meridiano (quod dicitur) clarius est. Ipse enim tantùm salvum fecit populum suum à peccatis suis: ipse venit Perditos salvare; Legem implere; Vitam parare & donare. Huc pertinet & illud; quòd in novissimo die quærent justi: * *Domine, quando te vidimus esurientem; & pavimus te? sitientem; & potavimus?* sicut enarrat Christus ipse, judex istius judicii futurus. Sālicet ipsorum justi non collocarunt in operas aliàs hoc ipsum in eo loco fassuri; neq; ea tantoperè extenuaturi essent.

¶ Postremò, compendii vice, in hoc loco visum est adjicere parabolam à Christo propositam, de Patrefamilias ac Denario; in quâ pleraq; operum causæ pulcrè commemorantur, ac veluti in picturâ demonstrantur: Matthæo. Primùm, omnes sunt otiosi; dominum, vineam, & opera ignorantes; ac præmiis omnibus destituti per se. id quod totum genus humanum, quale quidem nunc est, deprehendit: nempe, quòd vera bona opera nemo, ex suis naturalibus viribus, possit præstare. Venit ergo paterfamilias; ipse rerum Deus, verè paterfamilias in hac amplissima domo, quæ ipsemet exstruxit, nempe Mundo; ac vocat operarios. Is igitur est causa efficiens Bonorum operum: nempe Deus, vocans nos suo verbo, quod ipsemet protulit in mundo, & in Ministerio conservat ac tradit. Mittit ergo in [illegible] hoc est, in Ecclesiam: nam extra Ecclesiam [illegible] ra fieri possunt. Et ad certos labores [illegible] ut vineam colant; non evellant; [illegible] fodiantres alias. Talia enim opera [illegible], quæ ipse Deus præcepit nec debet [illegible] proprio arbitrio.

Vocat autem diversis temporibus; nec labores [illegible] hoc est, vocatio Ecclesiæ [illegible]

[illegible]

cia tangitur. Sic erat et parenti familiàs, hoc est Deo, ira, qui tantam illorum pravitatem ægrè ferunt; majusq; meritum exigunt, quàm labor aut conventio postulaverit: hoc est, qui dignitate suorum operum superbiunt, gratiam fastidiunt. Ait insuper, sum hoc esse, quod donet ac, si jure velit agere, ne tantum quidem se nobis debere; qui nos totos sibi debeamus. Depinguntur igitur hic, quasi vivis coloribus, Hypocritæ, ac definiuntur, quid sint: nempe, operarii tantùm, pravus & æstum diei sustinentes, & præmia ambientes, & quidem majora à Deo exigentes, quàm meruerunt; exprobrantes cum Deo, quòd æqualia distribuat iis, qui non æqualiter laboraverint. Sed effundunt isti superbi ebuntur murmuratores gratiam Dei; & cum suo denario jubentur abire. Non igitur in hac parabolâ agitur de salute, vel ejus merito; non de vitâ æternâ: sed de denario, id est, corporalibus præmiis.

Hactenus præcipuæ partes in doctrinâ de Bonis operibus sunt expositæ, nunc, quia species quædam paulò latiùs patent, & uberiùs à Christo sunt explicatæ; visum est eas continuò hic attexere.

DE INVOCATIONE DEI.

VEram Dei invocationem, non esse cuivis notam; nec tantùm ex naturali notitiâ provenire; neque etiam iis, qui sunt extra Ecclesiam, cum verâ Ecclesiâ Dei communem esse: hæc dicta testantur. Johan.4.* *Vos adoratis, quod nescitis.* Johan.16.* *usq; modò non petistis quicquam in nomine meo.* Videtur enim taxare Christus ipsorum imbecillitatem; quòd hactenus nondum verâ fiduciâ in Christum, seu in nomine suo, potuerint Deũ invocare. Luc.11.* *Domine, doce nos orare.* Etsi autem hæc vox de formâ orationis, principaliter intelligi videatur: tamen simul totam institutionem de verâ invocatione comprehendit; cujus in Judaismo Discipuli Christi fuerãt ignari. Præterea, sinè verâ Dei notitiâ, sinè Christo, sinè fide in ipsum, non potest fieri vera invocatio.* *Nemo novit Patrem, nisi Filius; & cui voluerit Filius revelare.* Et Johan.5.* *Qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem.* Joh.16.* præcipit, *ut tantùm in suo nomine oratio fiat.* Sed ista omnia nullus hominum novit: nisi sit pars Ecclesiæ Christi; & ex verbo patefacto didicerit. Proinde invocatio Dei non est opus naturale; sed quod in Ecclesia Christi tantùm, ex certo verbo Dei, illustrante Spiritu sancto, discitur.

Esse autem hanc Dei voluntatem, quòd velit invocari; Christus perspicuè asseverat, Johan.4.* *Pater*, inquit, *tales quærit, qui adorent eum.* Proponit & mandatum sæpiùs. Joh.16.* *Petite & accipietis.* Cõjungit promissiones, etiam summis asseverationibus,* tanquam juramentis confirmatas. Et Christus omnes se invocantes exaudit; formulam insuper orandi tradit: quæ quidem omnia ex sequentibus dilucidiora fient.

Ex iisdem etiã patet, quid sit Invocatio: nempe, verum Deum, serio cordis motu, gemitibus, & ore, compellare, in nomine & fiduciâ Mediatoris Jesu Christi; ac petere rem certam, sive spiritualẽ, sive corporalem, juxta voluntatem patefactam; certoq; statuere, suas preces exaudiri, ac certum auxilium impetrari: vel, Beneficia Dei, in nos vel alios collata, agnoscere, magni facere, eiq; gratias agere.

Attendant autem pii Lectores ad sequentes partes: tùm facilè intelligent, ex perspicuis testimoniis ejusmodi definitionem exstrui. Ideò autem probationes hic omittimus, ne eadem nimis crebrò repetere cogamur.

Oportere autẽ verum ac certum Deum invocari: Christus hoc dicto indicat, Joh.4.* *Nos adoramus, quod scimus.*

Quis sit invocandus, & quò cor & querelæ nostræ sint [illegible]; Christus & exempla docent. Ad Patrem autem [illegible] jubetur fieri. Matt.6.* *Orantes*, inquit, *dicite: Pater noster qui es in cælis.* Non Angelum, vel Patriarchas, aut Prophetam mortuum; sed Patrem tantùm, jubet invocari: & quidem eũ Patrem, qui sit in cœlis; hoc est, verè sit, possit ac velit promptissimè audire. Nusquam enim non est in cœlo: id quod phrasi Hebraicâ significat; non ubivis, sed esse, hoc est, omnibus in locis, præsentem esse, notum.* *Ora*, inquit, *Patrem tuum.* & Johan.4.* *Veri adoratores adorabunt Patrem.* Joh.16.* *Quicquid petieritis Patrem*: Christus ipse aliquoties Patrem invocat. Joh.12.* *Pater, serva me ex hac horâ.* item:* *Pater, glorifica nomen tuum.* Joh.17.* *Pater, venit hora.* In passione, ad mortem ac crucem, Patrem in suâ ardentissimâ invocatione tetendit.

Quòd etiam Filius potissimùm debeat invocari; exempla docent. Matt.8. * & quidem sæpe aliàs hæc forma describitur: Miserere mei, fili David. Matthæi 15.* & 20.* Johannis 20.* Thomas ad Christum inquit: *Dominus meus, & Deus meus.*

Spiritum sanctum quoq; posse ac debere invocari; vel ex Baptismi verbis colligi potest. Scriptum est Matth.4. * *Dominum Deum tuum adorabis, eiq; soli servies.* Sed Spiritus sanctus etiam Deus est, una cum Patre & Filio; sicut * verba Baptismi habent: Ergo & Spiritui sancto invocatio tribuenda est.

Conjunctim quoque Deus, hoc est, ille qui unus est in essentiâ, & trinus in personis, invocandus est: sicut testimonium modò recitatum testatur; *Dominum Deum tuum adorabis.* Luc.18.* *Deus, propitius esto mihi peccatori.* Item:* *Deus faciet vindictam electorum suorum, clamantium ad se.* Matth.9.* *Rogate Dominum messis.* etsi de Patre tantum videatur accipi: tamen in genere ad Deum referri potest. Sic Maria in suo cantico, Zacharias, Lucæ 1. & Simeon, Luc.2. suas preces ad Deum referunt, & Trinitatem simul comprehendũt. Et huc pertinet integra de Deo doctrina, quam suprà commemoravimus.

Quomodo preces faciendæ sint; Christus nos instruit: nempe fide. Matthæi 21.* *Omnia, quæcunq; petieritis in oratione, credentes, accipietis.* Eadem verò Joh.16.* hac phrasi explicat: *Quicquid petieritis Patrem in nomine meo*, hoc est: Orãtem oportet statuere fide, se habere propitium Deum, propter mediatorem Christum; & propter eundem se exaudiri, & accipere res necessarias. Debet igitur in precibus mentio fieri Christi; & in eum tota mentis fiducia collocari. Nam fides (ut suprà dictum est) respicit misericordiam & meritum Messiæ. Sicut etiam hæc orationis forma testatur:* *Miserere mei, fili David.* Sic Publican* orat:* *Deus, propitius esto mihi.* Flagitat igitur Deus ejusmodi humiliationem, & imprecationem misericordiæ per Christum. Nam Pharisæus, sinè pœnitentiâ ac fide orans, apertè condemnatur à Christo. Et quidem certò statuendum est, nos exaudiri, & cõsequi res nobis necessarias atq; utiles. Ideoq; addit Mar.11.* *Credite, quòd accipietis.* Prohibet igitur dubitationem. Ibidem:* *Cùm stabitis ad orandum, dimittite, si quid habetis adversùs aliquem: ut & Pater vester, qui est in cœlis, dimittat vobis peccata vestra.*

Vult tales invocare Deum, qui agant pœnitentiam, nec perseverant in peccatis contra conscientiam. Indè & Johannis 9.* dicitur à Cæco, cui visum Christus restituerat: *Scimus, quòd peccatores Deus non exaudit: sed si quis Dei cultor est, & voluntatem ejus facit, hunc exaudit*; hoc est, agentem pœnitentiam. Eòdem spectat & hoc Christi dictum, Joh. 15.* *Si manseritis in me, & verba mea in vobis: quodcunq; voluerit, petetis; & fiet vobis.* Tãtùm eos posse preces ad Deum facere; ostendit, qui verbum Dei sequuntur; nec manent in delictis aut erroribus contumaciter. Johan.4.* inquit: *Veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate*: hoc est, spiritualibus motibus, & verâ notitiâ Dei & voluntatis ipsius. Non-renati, nec spiritum, nec veritatem habent: ideò nec rectè Deum invocare norunt. De formulis autem invocationis paulò pòst.

Aliquid certi à Deo esse petendum; & quidem omnis generis res nobis necessarias, modò non sint impiæ, esse petendas: his dictis Christus docet. Joh.15.* *Quodcunq; voluerit, petetis.* Matth.18.* *Si duo consenserint ex vobis super terram, de omni re, quamcunq; petierint, &c.* Matth.21.* *Omnia, quæcunq; petieritis.* In primis autem orationis formula, quam ipse Christus dictavit, nõ tantùm simpliciter nos admoneat, quid certæ res à Deo sint rogandæ: sed veluti in illustri tabulâ res istas optimo ordine distribuit, & comprehendit: nempe, quod primo ordine res spirituales à Patre sint expetendæ; quales sunt, nominis divini sanctificatio; regni ac gubernationis ipsius in nobis advenientis; ut

ciamus ea, ad quæ conditi sumus, Deoq; grata sunt. Postea etiam res corporales à Deo petere debemus; quæ *Panis* vocabulo omnes comprehendantur: pertinet enim ad hujus caducæ vitæ conservationem. Ex hic inferuit Christus rursus petitionem rerum spiritualium, nempe remissionis peccatorum: idq; hoc consilio; ut sciamus, etiam in corporalibus oportere fidem, petentem veniam peccatorum, & misericordiâ gratuitâ sese fulcientem, prælucere. Denique rogamus, ut Deus nos ab insidiis Diaboli, & aliis calamitatibus, clementer custodiat; & ex hac ærumnarum valle liberatos, in æternam beatitudinem collocet. Rerum igitur petendarum catalogus & series, ex hac epitime rectè sumi potest.

Separatim tamen etiã de quibusdam rebus exstant sententiæ. ut de rebus spiritualibus, hæ sententiæ loquuntur. Lucæ 11.* *Pater vester cœlestis dabit Spiritum sanctum petentibus se.* Matth. 9.* *Rogate dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.* Luc. 17.* *Domine, adauge nobis fidem.* Matthæi 26.* *Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem.* Lucæ 22.* *Rogavi pro te, ne deficiat fides tua.*

De corporalibus rebus sunt pleræq; petitiones eorum; qui miraculosas liberationes à Christo acceperunt. Expositâ clade, quæ manebat Hierosolymam; Christus subjungebat: * *Orate, ut non fiat fuga vestra in hyeme vel sabbato.* Subjicitur & cõcioni de novissimis temporibus ista commonefactio, res spirituales & corporales complectens, Lucæ 21.* *Vigilate*, inquit, *omni tempore; orantes, ut digni habeamini, fugere ista omnia quæ futura sunt, & stare ante Filium hominis.*

Orandum porrò esse, non tantùm pro se; verùm etiam pro aliis: ex oratione, quam vocamus dominicam, liquet. Vult & pro inimicis nos orare Christus. Matth. 5.* *Orate pro persequentibus & calumniantibus vos: ut sitis filii Patris vestri, qui in cœlis est; qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super justos & injustos.*

De corporalibus autem, peculialiter nos exempla docent; quòd cum conditione sint petendæ: ut nimirum voluntati divinæ ea permittamus; nosq; ad patientiam offeramus. Matth. 8.* leprosus ait: *Domine, si vis, potes me mundare.* Tribuit sanè Christo voluntatem & facultatem: sed nihilominùs, tanquam in re corporali, verâ humilitate ei subjicit; ut, si judicet sibi sanitatẽ non expedire, auxilium differat. In horto Christus ter iterat hanc orationis formã: * *Pater, si est possibile, transeat calix iste: veruntamen non sicut ego volo; sed sicut tu vis.*

De corporali sustentatione, suavissimas consolationes; & quidem argumenta, quibus fidem in rebus victui necessariis erigere vult, proponit Christus, Matth. 6.* *Dico vobis*, inquit, *ne solliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis; neque corpori vestro, quid induamini. Nónne anima plus est, quàm esca? & corpus plus est, quàm vestimentum? Respicite volatilia cœli: quòd non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea; & Pater vester cœlestis pascit illa. Nónne vos multò plus estis illis? Quis autem vestrùm, cogitans, potest adjicere ad staturam suam cubitum unum? Et de vestimentis quid solliciti estis? Considerate lilia agri; quomodo crescunt. Non laborant, neque nent. Dico autem vobis; quoniam nec Salomon in omni gloriâ suâ coopertus est sicut unum ex istis. Si autem fœnum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: quantò magis vos, modicæ fidei? Nolite ergo solliciti esse, dicentes: Quid manducabimus? aut quid bibemus? aut quo operiemur? Hæc enim omnia Gentes inquirunt. Scit enim Pater vester, quia his omnibus indigeatis. Quærite ergo primùm regnum Dei, & justitiam ejus: & hæc omnia adjicientur vobis. Nolite ergo solliciti esse in crastinum: crastinus enim dies, sollicitus erit sibi ipsi. Sufficit diei malitia sua.* Lucæ 12. * quæ de volucribus dicuntur, sic effert: *Considerate corvos: non seminant, neque metunt; quibus non est cellarium, neq; horreum: & Deus pascit illos.* Alludit autem Christus ad illud, quod Psalm. 147.* dicitur: *Qui dat jumentis escam ipsorum, & pullis corvorum invocantibus eum.* Matth. 4.* inquit Christus: *Non in solo pane vivit homo; sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.*

Neminem morâ auxilii debere frangi; sed alacriter instare petendo: hac parabola Christus docet, Luc. 18. *Erat*, inquit, *in civitate quâdam Judex: is nec Deum timebat; nec hominem reverebatur. Vidua autem in eâdem civitate erat; quæ ad ipsum accedens, Vindica, inquit, me de Adversario meo. Verum Judex per longum tempus nolebat. Postea verò dixit intra se: Etsi Deum non timeo; nec hominem revereor: tamen, quia molesta est mihi hac vidua, vindicabo eam; ne denique veniens fugillet me. Audite*, inquit Christus, *quid Judex iniquus dixerit. Deus autem non faciet vindictam electorum suorum, clamantium ad se die ac nocte; & patientiam habebit in illis? Dico vobis; citò faciet vindictam illorum.* Accommodat autem Lucas eum parabolam, & ait; * *eam à Christo dictam, quòd oporteret semper orare, & non deficere.* Christus etiam suam orationem in horto ter repetit.*

Formulas orandi liberas esse; nec quenquam ad certa verba esse adstrictum: vel hæc narratio ostendit; quòd Johãnes discipulos suos docuerit orare: Christus verò, haud dubiè non secutus Johannis verba, alium modum tradiderit; ad quem nec ipse quenquam alligavit. Placent Christo & paucula ac simplicia verba eorum, qui auxilium ejus implorant. Cùm autem haud dubiè non sit frustra à Christo hæc formula præscripta; & singulari diligentiâ ab Evangelistis commemorata: frequenter sanè nos eâ uti decet. Nam citra verborũ ambages, rotundâ brevitate complectitur omnia, quibus indigemus; sive ad hanc, sive ad sequentem vitam pertinentia. Aliæ formæ sunt tales; quales cujusq; necessitas & fides genuit. ut Matt. 8.* *Domine, si vis, potes me mundare.* Item:* *Domine, dic verbum solummodò; & sanabitur puer meus.* Matth. 9.* *Domine, filia mea modò defuncta est: sed veni, impone manum tuam super eam; & vivet.* Item:* *Miserere nostri, fili David.* Matth. 14.* *Domine, salvum me fac.* Matth. 15.* *Miserere mei, Domine, fili David: filia mea à dæmonio vexatur.* Item:* *Domine, adjuva me.* Matt. 17.* *Domine, miserere filii mei; quia lunaticus est.* Formulæ Christi sunt: Johan. 12.* *Pater, serva me ex hac horâ: sed propterea veni in hanc horam. Pater, clarifica nomen tuum.* Joh. 17. prolixissimâ oratio, quâ supplicat Christus suum beneficium toti Mundo credentium, describitur. In horto inquit.* *Pater mi, si possibile est, transeat calix iste: veruntamen non sicut ego volo; sed sicut tu vis.* In cruce, Luc. 23.* *Pater, dimitte illis; quia nesciunt quid faciunt.* * *Pater, commendo spiritum meum in manus tuas.* Hæc recensentur: ut videãt pii lectores; Deo placere ea verba, quæ ipsa necessitas nobis suggerit.

Rationem, quare breviter sit orandum, admodum elegantem, & solatio plenam, Christus commemorat. * *Scit enim*, inquit, *Pater vester, quibus opus sit vobis, priusquam petatis ab eo.* & reprehenduntur prolixæ orationes Ethnicorũ, Matth. 6.* & Pharisæorum, Matth. 23.*

Non esse orationem ad ullum locum alligatam, Joh. 4. * Christus docet: *Mulier*, inquit, *crede mihi; quia veniet hora, quando neq; in monte hoc, neq; Hierosolymis, adorabitis Patrem.* Matth. 6.* *Tu cùm oraveris, intra cubiculum tuum: & clauso ostio tuo, ora Patrem tuum in abscondito. & Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi in manifesto.*

Vult tamen interdum Deus, in cœtu piorum preces fieri. sicut Matt. 18.[a] inquit: *Si duo consenserint super terram, de omni re, quamcunq; petierint, fiet illis.* Orat *in loco deserto* Christus, Marci 1.[b] Lucæ 4.[c] Matth. 14.[d] *dimissâ turbâ, ascendit in montem solum, ad orandum.* In monte pernoctat in oratione Dei, Luc. 6.[e] Solus orat Christ[s], Luc. 9.[f] Mat. 26.[g]

Gestus describũtur: quòd Christus orans in cœlum adspexerit, Matt. 14.[h] Joh. 17.[i] Item, positis genibus orat, Luc. 22.[k] Verùm, quod ad gestus attinet, nullum est præceptum traditum. siquidem Leprosi, initiò stantes Christum inclamant, & opitulationem petunt: postea unus reversus, procidit in faciem ante pedes Jesu. Luc. 17.[l]

Non tantùm autem mente orandum; sed etiam verba quædam proferẽda esse: Christus monet, inquiẽs;* *Orantes dicite.* hoc est, vult etiam aliquando verba recitari; in quibus, expositâ nostrâ necessitate, imploremus opem Dei.

Traditæ autem sunt maximè insignes & amplissimæ promissiones à Christo; quæ in invocatione memoriâ repeti, & attentè considerari debent. Matth. 6.* *Scit Pater vester cœlestis, quibus opus sit vobis, priusquàm petatis ab eo.* Item

Oratio dominica, quam Christus vult nos recitare, sicut
A Ecclesiam continet, præscriptionem. Jubet nos Christus
petere: ergo certum est, quòd Pater ea velit largiri.
* verſ. 7. & 8. Matthæi 7. * *Petite, & dabitur vobis: quærite, & invenietis: pulsate; & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, invenit: & pulsanti aperietur. Aut quis est ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, numquid lapidem porriget ei? aut si piscem petierit, numquid serpentem porriget ei? Si ergo vos, cum sitis mali, nostis data bona dare filiis vestris: quanto magis Pater vester, qui in cœlis est,* B *dabit bona petentibus se?* Lucæ 1. * Angelus Zachariæ nuntiat, * verſ. 13. *filium suum precem à Deo exauditam esse.* Lucæ 18. * *Deus* * verſ. 7. *faciet vindictam electorum suorum, clamantium ad se die ac nocte; et patientiam habebit in illis.* Johannis 14. * *Quodcunque* * v. 13 14. *petieritis in nomine meo, hoc faciam: ut glorificetur Pater in Filio. Si quid petieritis in nomine meo, hoc faciam.* Johannis 15. * *Quodcunque volueritis, petetis, & fiet vobis.* * verſ 7 Johannis 16. * *Amen amen dico vobis; si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Item: * *Petite; & accipietis: ut gaudium vestrum sit plenum.* Idem confirmant & ex- * verſ 23 * verſ. 24. C empla; quòd Christus omnes, quotquot ejus auxilium imploraruut, clementer adjuvit.

Sumtionis ratio eſt: ore vetèi pane, itemq; ore bibere vinum; ſicut verba Chriſti clarè teſtantur: ac ſimul corde ſeu fide apprehẽdere corpus & ſanguinem Chriſti; ipſamque promiſsionem perſpicuè annexam, de corpore pro nobis dato, ſanguineque pro nobis effuſo, in remiſsionem peccatorũ. Nam promiſsiones gratiæ fide accipi oportet. Præterea, ſi vera recordatio aut commemoratio Chriſti, ejusq; beneficiorum, fieri debet: ex fide oportet eã emanare; & os laudibus ac prædicationibus beneficiorum, per Chriſtum præſtitorum, impleri. Item debet fieri commemoratio Chriſti, itaque oratione, & aliis confeſsionibus, debet hæc Cœna accipi: ne ſecuri aut muti ſimus; aut aliud agamus.

Quales ad hanc Domini Cœnam accedere debeant; ex ipsâ actionis formâ apparet: nempe, agentes pœnitentiam; hoc eſt, qui ſentientes ſua peccata, cum gaudio, eam applicationem corporis & ſanguinis Domini, in remiſsionem peccatorum, amplectuntur. Hi etiam corde exſultante recordantur Chriſti, & meritorum ipſius. Impii, profani, obſtinati, perſeverantes in delictis ſuis contra conſcientiam, propriam ſibi operum juſtitiam arrogãtes, & ſimiles, non debent admitti; quatenus ita perſiſtunt. nam Chriſtus, ejusq; beneficia, tantùm ad conſternatas conſcientias pertinent, fide gratuitam remiſsionem peccatorum cupidè amplexantes. ſicut Matth.11. * Chriſtus inquit: *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis.* Matth.18. * *Niſi converſi fueritis, & efficiamini ſicut pueri, non intrabitis in regnum*

* verſ 28

* ver. 3

calorum. Et grave mandatum Chriſti eſt. Matth.7. * *Nolite ſanctum dare canibus: neq; mittatis margaritas veſtras ante porcos.* Omnia autem beneficia Chriſti, Verbum, Claves, Baptiſmus, Cœna, & reliqua, ſanctum & margaritæ vocantur. Præterea, impœnitentes & notorii peccatores, pro ethnicis & publicanis haberi debent. Matthæi 18. * Et, cùm ethnicos non admittamus ad communionem: Ergo nec hujuſmodi admitti debent.

* verſ.6.

* verſ.17.

Porrò, eos debere uti hac Cœnâ, qui recordari poſſunt Chriſti, & prædicare orationibus, hymnis & confeſsionibus, ejus merita; ipſa verba commonefaciunt: * *Hoc facite in mei commemorationem.* Quòd omnes hac Cœnâ frui debeant; mãdati hujus univerſalis ratio exigit. * Bibite ex hoc omnes, inquit Chriſtus.

* Luc.22. v.19.

* Matt.26. v.27.

Viviq; non mortuis, hanc Cœnam diſtribui & applicari; nec alium pro alio; ſed quemlibet pro ſe, debere manducare & bibere: non ſpectare, non circumgeſtare: item, non ſacrificare Deo; ſed accipere: citra ambiguitatem docet ac præcipit. Inquit enim: * *Accipite; Comedite; Bibite.*

* Matth.26 v.26-27.

Adjiciendũ & hoc eſt: quòd ex ipsâ ordinatione Chriſti elucefcat, Cœnam Domini non eſſe ſolam externam actionem, nec ſolam promiſsionem; ſed actionem peculiarem, & promiſsiones de Chriſto ac remiſsione peccatorũ affixas & copulatas: ut in eâ actione neutrum ab altero diſrumpi, vel poſsit, vel debeat. adeò ut nõ incommodè Cœna Domini, ſicuti & Baptiſmus, *veſtitæ promiſsiones* nuncupari queant. Aliàs enim nudę promiſsiones proponuntur. ut: * *Qui credit in me, habet vitam æternam.* Sed hæ actiones ſacræ, peculiariter à Chriſto inſtitutæ, non habent ſimplices & nudas promiſsiones; verùm actionẽ ſimul externis etiam elementis annexã: ut promiſsiones quaſi in oculos ipſos incurrãt; & applicatio evidẽtior ſiat. Quòd ſi igitur, in hac actione Cœnæ Domini, promiſsiones ab actione diſtrahantur: nec eſſariò magna inde incõmoda ſequuntur.

* Joh.6. v.47.

Fructus & utilitates Cœnæ Dominicæ quæ ſunt; ipſe Chriſtus ſuis verbis, quantúmvis brevibus, explicavit: nempe, communicatio & applicatio corporis & ſanguinis Domini; & inhabitatio certè admiranda & inexplicabilis. Inquit enim: *Hoc eſt corpus meum: Hic eſt ſanguis meus.* Applicatio certa remiſsionis peccatorũ, ac totius meriti Chriſti. Dicit enim: * *Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur:* &, * *Hic eſt ſanguis meus, pro multis effuſus, in remiſsionem peccatorum.* Et Joh.6. * *Qui edit meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam.* Obſignatio reverâ magna & evidens; quod cuilibet in ſpecie Chriſtus, ejusq; meritum, ac remiſsio peccatorum, donatur. Ideoq; vocatur à Chriſto * *novum teſtamentum in ſuo ſanguine.* Recordatio & commemoratio beneficiorum Chriſti: quæ oſtendit, iidem ex uſu Cœnæ hujus incrementa accipere; altiùs conſiderare merita Chriſti; intelligere, ſibi ea applicari; gaudere de tantis bonis; & ex animo gratias agere. Hæc omnia, continent verba: * *Hoc facite in mei commemorationem.*

* Luc.22. v.19.

* Luc.22. v.20.

* Luc.22. v.19.

Debent igitur cauſæ nobis in cõſpectu eſſe; quas Chriſtus enumerat, ad excitandos animos ad hujus Cœnæ frequentem uſum: nempe, 1. mandatum ad omnes pertinens, quod ait; *Accipite, comedite, bibite.* Item: *Hoc facite in mei commemorationem.* Non tantùm enim aliàs te vult, in precibus, recitatione Symboli, confeſsionibus, commemorare Chriſti beneficia tibi præſtita: ſed etiam in acceptione hujus Cœnæ. Qui id negligit, præceptũ hoc Chriſti violat. Deinde, cõmoda ingentia, quæ ex vero hujus Cœnæ uſu ad nos redeunt: nempe, quòd Chriſtus ſe nobis communicat, ut nos ſui corporis membra faciat: externâ etiam actione remiſsionem peccatorũ nobis teſtificetur; & addat obſignationẽ certè maximi momenti: excitet & confirmet fidẽ; ut ardentes preces & gratiarum-actiones fundat.

Contraria hujus cœnæ ſunt: Sanctũ dare canibus: Matthæi 7. * Capernaiticè comeſtionem carnis, & hauſtum ſanguinis, intelligere: Joh.6. * hoc eſt, ratione humanâ has actiones, à Chriſto ordinatas, æſtimare. Nam, audito ſermone Chriſti; * *Carnem ſuam, pro mundi vitâ traditam, eſſe panem:* tanquam carnales anthropophagi, qui non percipiunt ea quæ ſunt Dei, ſuam ſtultitiam prodentes, putant, hæc eſſe impoſsibilia & abominabilia; Carnem nimirum

* verſ.6.

* verſ 52.

verſ 51.

Chriſti,

Christi sient eorum lenocinia ovium, dicibus lactanti ac deglutiri debere. Veteres Christus hæc explicat & addit: * *Verba mea sunt Spiritus & vita.* Vult ipsos in verba Christi reponere & inquit: necesse spiritu, hoc est, habere spiritualem efficaciam, fidem item, quam homines naturaliter possideant: ac non est dubium, quin ea, quæ locutus sit, etiam sint spiritu, hoc est, vi & efficacia Spiritus sancti.

Reliqua eiusmodi facilè ex verbis Christi colligi possunt. ut, Materias hujus Cœnæ mutare, & auferre quidlam: ut sic tolli, vel panem, vel vinum, corpore & sanguine Christi tantùm relictis: quasi elementa ibi consumerint. Corpus & sanguinem Christi ex hac actione tollere; quasi tantùm fuit elementa adfuisse, significantia corpus & sanguinem omnino adhuc absentem, solâque virtute ibi præsentem. Tantùm unam partem Cœnæ, nempe panem, distribuere, vel accipere. Gestare, includere elementa; sacrificare: pro aliis sumere. Non uti Cœnâ: non ibi commemorare Christi mortem: non pœnitere: non credere: & similia, quæ cum verbis Christi velut ex diametro (ut dicitur) pugnant.

DE SACRIFICIO.

PErtinet hæc doctrina, ad Locos, de Christo ejusque officio, de Evangelio, de Justificatione: sed pauca quædam hîc repetere visum est.

Quod in novo Testamento sit sacrificium propitiatorium, seu expiatorium pro peccatis; Christus & ejus *ἀπόστολοι* docent. ut Luc.22.* *Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur.* Matth.26.* *Hic est sanguis meus, novi Testamenti, qui pro multis effunditur.* Etsi autem, distribuendo suam Cœnam, nō se sacrificavit Patri; sed corpus & sanguinem suum in sacramento Discipulis communicavit: tamen hîcce verbis, *Quod pro vobis datur*; item, *Qui pro vobis effunditur*; docet: se non solùm mactatum iri; verùm etiam eâ ratione expiaturum homines coram Deo.

Joh.17.* *Pro eis ego sanctifico me ipsum.* Hoc verbum à Sacrificiis sumtum est; ac phrasi Hebraicâ significat idē, quod Offero, Sacrifico, Immolo. Solebant autem Victimæ sanctificari etiam; hoc est, segregari, ut fiant victimæ. Joh.11.* significat Expiare: *Adferebant multi Hierosolymam de regione ante Pascha, ut sanctificarent seipsos.* Johannes Baptista clarè sic loquitur* *Ecce agnus Dei.* Agnus hoc loco, phrasi Hebraicâ, significat victimam, seu sacrificium. Huc referenda sunt omnia dicta de Passione Christi.

Quis verò eam victimā segregārit ac destinārit; Johannes docet: nempe ipse Deus. *Ecce*, inquit, *agnus Dei*: hoc est, quod non Pontifex aliquis Hierosolymitanus, delegit; sed ipse Deus immediatè. Et obtulit sese ipsum Christus; ipse quoq; victima exstitēs, sacerdos simul & agnus. sicut docet Joh.17.* *Ego*, inquit, *sanctifico me pro eis.* Joh.10.* *Ego pono animam meam pro ovibus meis.* Item:* *Ego pono animā meam, ut iterum sumam eam. Nemo eā tollit à me: sed ego pono eam à meipso. Potestatem habeo ponendi eam; & potestatem habeo iterum sumendi eam. Hoc mandatum accepi à Patre meo.*

Unum autem tantummodò tale sacrificium est; nempe quod unica hæc persona præstitit, JESUS Christus. Nam Jesus inquit: *Quo ego vado, vos non potestis venire.* Joh.13.* *Ego*, inquit, *dabo carnem meam pro Mundi vitâ.* Johan.16.* Non dicit; Plures nostrùm sunt, qui id faciant. Johannes clamat;* *Hic est agnus.* non dicit, plures esse agnos, aut victimas, ad hāc arduam rem delectas; sed tantùm hunc unum. Solus etiam Christus suspenditur in cruce; omnibus suis Discipulis salvis & incolumibus.

Porrò, hujus expiatorii sacrificii eam esse rationem, docet Christus: quòd subeat acerbissima & contumeliosissima supplicia, ac violentâ exinguatur morte; idque in arâ crucis. Matth.16.[a] 20.[b] Marc.10.[c] Luc.18.[d] 24.[e] Portetq; peccata [illegible] generis humani. Joh.1.[f] *Ecce agnus Dei, qui portat peccata Mundi.* Etiamnē hoc nihil aliud; quàm, Christum peccata [illegible], nempe totius Mundi, in se derivâsse: & simul subiisse pœnam, quam peccata merebantur; nempe mortem. Exhibuit igitur parendo, & obediendo usque ad ignominiosissimam præstitit, ad quam simul hominis Legi Dei nunc obligati. Christus hoc sacrificium oblationis, vocat Vadere, seu Transitum ad patrem. Joh.16.* ad Patrem abiendo: ejusq; necessitatem [illegible]:*

Nisi, inquit, *ego abiero, Paracletus non veniet ad vos.*

Fructum denique hujus sacrificii Christus per nos (quotquot de hoc mysterio concionantur. quales sunt Johannes, Joh.16.* *De justitia: quia vado ad Patrem.* Joh.12.* [illegible] *veni, ut judicem Mundum: sed ut salvificem Mundum.* Vitam æternam. Joh.3.* *Filium suum dedit: ut omnis, qui credit in eum non pereat; sed habeat vitam æternam.* Paracletum: Joh.16.* *Si abiero, mittam Paracletum ad vos.* Sanctificationem: [illegible] cum Patre & Filio: Joh.17.* *Ego sanctifico meipsum pro eis: ut sint & ipsi sanctificati in veritate.* Item:* *ut & ipsi in nobis unum sint.* Posse Deum invocare. Joh.16.* *Si quid petieris Patrem in nomine meo, dabit tibi.* Gratia. Joh.1.* *Gratia & veritas per Christum facta est.* Abitio peccatorum. Joh.1.* *Ecce agnus Dei, qui tollit* (hoc est, non tantùm gestat; sed & aufert) *peccata Mundi.* Ministerii institutio, quo hæc ingentia bona cunctis gentibus denuntiantur, offeruntur & exhibentur. Luc.24.* Collectio Ecclesiæ. Joh.12.* *Ego, cùm exaltatus fuero, omnes trahum ad meipsum.*

Neq; verò rursus hoc sacrificium necesse est iterari. Nam Johannes inquit:* *Est agnus Dei, tollens peccata Mundi.* Et Christus:* *Ego sanctifico me pro eis: ut sint & ipsi sanctificati in veritate.* Non igitur necesse est repeti: eò quòd unum sacrificium satis sit.

Applicatio hujus sacrificii, est per verbum gratiæ, & sacramenta à Christo instituta. Luc.24.* *Prædicare in nomine meo pœnitentiam, & remissionē peccatorum.* Item Baptismus, Claves, Cœna Domini. Apprehendimus autem nōn fide. Joh.3.* *Sic Deus dilexit Mundum; ut Filium suum unigenitum daret: ut omnis, qui credit in eum, non pereat; sed habeat vitam æternam.* Joh.1.* *Dedit eis potestatem, filios Dei fieri, his qui credunt in nomen ejus.* De alio propitiatorio sacrificio non docet Evangelica historia.

Sacrificiis verò Judaicis, opera fœdæ tabulæ præferuntur; ut suo locō dictū est. *Et Lex & Prophetæ usq; ad Johannem*; inquit Christus. * quâ sententiâ abrogat Legem Mosis; & maximè ceremonias & sactificationes. Rumpitur etiam velum; in testimonium, sacerdotem Christum in sancta sanctorum ingressum esse.

Ista breviùs recitamus: quòd, sicuti monuimus, superiùs sint tractata; & libro sequenti declarabuntur amplius.

DE ECCLESIA CHRISTI.

ECclesiæ vocabulum, in Matthæo, duobus in locis usurpat Christus: ut 16.[a] & 18.[b] capitibus. Significat autem nomen ipsum, cœtum: & quidē non vulgarem, aut temerarium hominum concursum; sed præstantem & electam congregationem. Aliās etiam plures ei appellationes tribuit. Vocat enim eam Lucernam, & Civitatem supra montem positam: *Matt.5.* * Regnum suum: Regnum Dei *Matth.6.*[a] *21.*[b] *Luc.11.*[c] Domum ædificatam super petram: *Matth.7.*[d] Regnum cœlorum: *Matth.13.*[e] *20.*[f] *22.* & *25.*[h] Agrum consitum: Granum sinapis: Thesaurum absconditum: Margaritam: *Matth.13.*[i] Plantationem Patris: *Matt.15.*[k] Vineam: *Matth.20.*[l] *21.*[m] Nuptias: *Matt.22.*[n] Messem: *Matthæi 9.*[o] Ovium caulam: *Joh.10.*[p] Filios Dei, natos ex Deo: *Joh.1.*[q] Filios lucis: *Luc.16.*[r]

An sit aliquis talis cœtus, quē Deus curet, & qui Deum rectè nōrit ac colat; tota hæc doctrina satis luculenter docet. Hic tantùm hoc cōsideretur: quod Christus Ministerium docēdi sanciat; & quidē velit, in universo orbe id sonare, & sacramēta sua distribui. *Matt.28.*[s] *Marc.16.*[t] *Luc.24.*[u] Ergò testatur, fore Ecclesiam aliquā omnib. temporibus. Maria dicit:[x] *Ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Necesse est autē Ecclesiam esse, si partus Filii Dei celebrari debet.

Ante adventum Christi quoq;, ejusmodi cœtum à Deo excitatum & conservatum fuisse; Christus etiam hōc dicto indicat. Joh.8.* *Abraham vidit diē meum; & lætatus est.* Item approbat Prophetarū conciones, de se editas. Verùm ista paulò inferiùs rursum sese offerent tractanda.

Si contrahamus autem hujus doctrinæ materiā; talis inde Ecclesiæ definitio conflari potest: Ecclesia in hac vitâ, est visibilis cœtus [illegible] sanctorum sinceram Evangelii doctrinam, & rectè utentium Sacramentis ab ipso Christo institutis; in quo cœtu Dei per verbum & sacramenta sua efficax est, conversionem, regenerationem, ac omnia bona,

credentibus impartiens: in quo cœtu tamen multi sunt non-sancti; sed de doctrinâ verâ consentientes.

Possunt tamen etiam breviores Ecclesiæ descriptiones ex dictis Christi exstrui. ut ex sententiâ Matth.6.* *Quærite primùm regnum Dei*: Ecclesia est cœtus quærentium regnum Dei, & justitiam ejus; & corporalia Deo commendantium, ut ipse pro suo arbitrio adjiciat.

Ex comparatione de Domo in petram fundatâ: Ecclesia est cœtus audientium & facientium verba Christi; in persecutionibus firmiter in verâ agnitione Christi & confessione perseverans.

Ex parabolâ de Semine: Ecclesia est cœtus amplectentium verbum Dei, adferens Deo placentes fructus; & in tribulationibus persistens.

Ex capite 16.* Matthæi: Ecclesia est cœtus, verâ Christi notitiam habens, eamq; profitens; ornatus potestate clavium regni cœlorum.

Ex parabolâ de Nuptiis: Ecclesia est cœtus, per ministerium vocatus, ut fruatur beneficiis Christi.

Ex Joh.8.[a] & 10.[b] & aliis: Ecclesia est cœtus vocē Christi audientium ac sequentium; ac fruentium ipsius beneficiis. Verùm nō libet omnes commemorare; quæ cuivis attendenti obviæ sunt, & in superiorem includi possunt.

Duplicem esse Ecclesiam; Christus & res ipsæ docent. *Matth.5.** discernit justitiam credentium in Christum, & Pharisæorum. Duos igitur cœtus diversos constituit. *Matthæi 6.** hypocritas à verè piis discernit. *Matth.7.** describit duos cœtus: alterum, per latam portam, ad perditionem; alterum, per angustam, ad vitā ingredientium. Item, * fallios prophetas à bonis doctoribus discernit. Item:* *Nō omnis, qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cœlorum: sed qui facit voluntatem Patris mei.* Item,* distinguit domum in arenâ positam, ab eâ quæ firmo loco collocata est. *Matth.13.** in agro triticum & zizania crescunt. *Matth.15.** discernitur plantatio suâ sponte facta, ab eâ quam Pater cœlestis fecit. *Matth.16.** Pharisæorum & Sadducæorum fermentum, cœtus Christi jubetur fugere & avertari. *Matth.22.** sunt duplices convivæ in nuptiis: alii habentes veram nuptialem vestem; alii non. *Matth.25.** sunt virgines quinque prudentes; similiter & aliæ quinq; fatuæ. Denique, Ecclesia Pharisæorum perpetuò adversatur Christo, ejusq; cœtui. *Joh.16.** dicitur, quòd ex synagogis discipulos Christi sint ejecturi.

Colligi autem veram Ecclesiam à Deo Patre, Christo, & Spiritu sancto, per media, hoc est, verbum patefactum; sæpiùs docet. ut Matth.6.* *Adveniat regnum tuum.* Matth.9.* *Rogate Dominum messis, ut operarios mittat in suam messem.* Matth.13.* *Qui seminat bonum semen, est Filius hominis.* Matth.16.* *Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Matth.23.* *Hierusalem Hierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt: quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum congregat gallina pullos suos sub alas?* Indè patet; etiam ante suam missionem in carnem, sed per Prophetas verbum sparsisse: licèt maxima pars ei semper sit refragata. Joh.10.* *Oves mea vocem meam audiunt.* De Spiritu sancto dicitur, Joh.16.* *Spiritus sanctus arguet Mundum de peccato.* Item:* *Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem.* Joh.20.* *Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remissa sunt.* De Verbo inquit, Matth.28.* *Ite, docete omnes gentes.* Marc.13.* *In omnes gentes oportet prædicari Euangelium.* Marc.16.* *Prædicate Euangelium omni creaturæ.* Lucæ 24.* *Prædicate pœnitentiam & remissionem peccatorum in nomine meo.* Joh.17.* *Ego dedi eis sermonem tuum.* Item:* *Qui credituri sunt per verbum eorum in me.* Sicut autem tempore Incarnationis, non tantùm Christus voce vivâ colligebat Ecclesiam; sed etiam ministris quibusdam fidis utebatur: ità nunc quoq; piorum hominum voce, ad vocationem Ecclesiæ faciendam, utitur, qui incorruptam Euangelii vocem tradant; eisque adest ipsè & Spiritus sanctus. Sicut inquit. Matth.10.* *Non vos estis, qui loquimini; sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis.* Luc.10.* *Qui vos audit, me audit.* Ac promittit ministerio Euangelii suam præsentiam & auxilium Christus, omnibus temporibus; ad finem mundi. Sicut Matth.28.* inquit: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usq; ad consummationem sæculi.*

Ex qualibus hominibus Ecclesiæ cœtus constet, ipsæ historiæ ostendunt. Judæos enim ac Gentes Christus visitat, ac recipit. Nam quidam Judæi, Hierosolymis habitantes, in eum credunt: & Samaritani verbo Christi convertuntur ac recipiuntur. Excurrit usque ad fines Tyri & Sidonis, & Cananæam recipit; ac filiam ejus à dæmonio liberat. Et ait Marcus,* fuisse eam mulierem gentilem, *Syrophœnissam genere.* Joh.12.* Gentiles quidam, in Paschate, Hierosolymis ad Christum accedunt. Luc.2.* *Lumen ad revelationem Gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.* Miratur fidem Centurionis ethnici; & dicit:* *Multi venient ab oriente & occidente, & recumbent cum Abraham & Isaac & Jacob in regno cœlorum.* Porrò, etsi ante passionem prohibet Discipulis, ne in vias Gentium abeant: tamen nihilominùs ipsemet Christus Gentes adit, easq; ad societatem Ecclesiæ vocat; ac miraculis allicit atq; confirmat. Debebat enim Euangelium, post ejus resurrectionem primùm, per suos ministros, in universum orbem terrarum propagari. Quòd autem ex omnibus gentibus, & quidem repudiato Judaico populo, deberet fieri collectio Ecclesiæ Dei; aliquoties Christus prædixit. ut Matth.8.* *Dico vobis*, inquit, *multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cum Abraham & Isaac & Jacob in regno cœlorum: Filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores.* Matth.21.* *Dico vobis; auferetur à vobis regnum Dei: & dabitur genti, facienti fructus ejus.* Matth.22.* in parabolâ de Nuptiis, describit Ecclesiam gentilium. Matthæi 24.* *Prædicabitur Euangelium regni in universo orbe, in testimonium omnibus gentibus.* Significat igitur, Ecclesiam in toto orbe terrarum futuram esse. Matth.28.* *Docete omnes gentes.* Marci 13.* *In omnes gentes oportet prædicari Euangelium.* Marci 16.* *Prædicate Euangelium omni creaturæ.* Luc.1.* *Ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Luc.2.* *Salutare tuum parasti ante faciem omnium populorum.* Joh.10.* *Adhuc alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient: & fiet unum ovile, & unus pastor.* Perspicuum etiam hoc fit ex hac parte; vocationem esse generalem.

Ecclesiæ cœtum omnibus ætatibus esse mixtum bonis ac malis; Christus & ipsa historia manifestè testantur. Matth.13:* *Simile*, inquit, *est regnum cœlorum homini seminanti bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines: venit inimicus ejus, & superseminavit zizania in medio tritici; & abiit. Cum autem crevisset herba, & fructum fecisset: tunc apparuerunt & zizania.* Item:* *Simile est regnum cœlorū sagenæ, missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti.* Matth.20.* dicitur de Operariis in vineâ duplicibus: quorum alii obmurmurant Dominō; alii placidi sunt, clementiam Domini haud dubiè erga se lætо animo accipientes. Matth.22.* cœtui, in Nuptiis illis regalibus comparenti, unus immixtus est, non-ornatus veste nuptiali. Matthæi 25.* aliquandiu unà versantur stolidæ & prudentes Virgines. Joh.6.* *Unus ex vobis diabolus est.* Joh.13.* *Vos mundi estis; sed non omnes.* Erat sanè exiguus cœtus Discipulorum Christi: attamen in eo suum organum Diabolus habet, proditorem Judam.

Cæterùm, Bonos etiā in Ecclesiā nō esse perfectos undequaq;; sed multas & magnas adhuc habere imbecillitates, quas tamen paulatim corrigere studeant: historia Euangelica testatur. Id primùm Christus monet, hac petitione in Orationē insertâ:* *Et dimitte nobis debita nostra.* Deinde sæpiùs narratur, Apostolos habuisse imbecillem fidem. Matth.8.* *Quid timidi estis, modicæ fidei?* Matth.20.* mater filiorum Zebedæi, & ipsi filii, imò etiam reliquus Apostolorum cœtus, eam imbecillitatē produnt manifestè; quòd alant adhuc somnia de corporali regno Christi. Imò etiam post resurrectionē, quum jamjam ascensurus esset Christus in cœlum, eam opinionem proferunt. Act.1.* *Domine*, inquiunt, *num hoc tempore restitues regnum Israëli?* Luc.18.* Christo clarè de ima passione concionante, tamē Apostoli non assequebantur. Ac singulari emphasi ibi scriptum est: *Erat autem verbum istud absconditum ab eis; & non intelligebant, quæ dicebantur.* Matth.17.* dicit ad Apostolos Christus: *O generatio incredula & prava, usquequo vos patiar?*

Lucæ 2.[o] scriptum est, *stupebant Maria & Joseph de his quæ dicebantur de illo.* Sunt & Nicodemus ac Joseph de Arimathiâ imbecilles: verùm in proficiunt; ut Christo incrementò ipsi prosint, eumque confiteantur intrepidè.

Boni, in Ecclesiâ Christi versantes, non sunt obstinati & pertinaces; sed proficiunt & orant: sicut Lucæ 17.[p] scriptum est; *Domine adauge nobis fidem.* Et in Oratione jussit nos Christus petere: [q] *ut nomen Dei in nobis sanctificetur; regnum ipsius adveniat; voluntas ejus fiat, &c.*

Nunc, quas proprias ac germanas Ecclesiæ notas attribuat Christus, videndum est. Quarum prima ac præcipua, est Verbum sincerè; sicut à Christo est revelatum & commendatum: per quod Ecclesia gignitur, & ad quod semper & immobiliter est alligata. Matthæi 7.[a] *Omnis, qui audit verba mea, & facit ea, assimilabitur viro prudenti.* Marth.10.[b] *Euntes prædicate, Appropinquavit regnum cœlorum.* Matt.13.[c] *Qui in terram bonam seminatus est, hic est, qui audit verbum, & intelligit, & fructum facit.* Matth.17.[d] *Hunc audite.* Matt. 28.[e] *Docentes eos servare omnia, quæcunque mandavi vobis.* Marc.13.[f] *In omnes gentes oportet prædicari Euangelium.* Marci 16.[g] *Prædicate Euangelium omni creaturæ.* Lucæ 8.[h] *Mater mea & fratres hi sunt, qui audiunt verbum Dei, & faciunt.* Lucæ 24.[i] *Prædicare pœnitentiam & remissionem peccatorum, in nomine meo.* Johannis 5.[k] *Qui audit verbum meum, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam.* Johannis 8.[l] *Si vos manseritis in sermone meo; vere discipuli mei eritis.* Item: [m] *Qui ex Deo est, verba Dei audit.* Johannis 10.[n] *Illas oportet me adducere: & vocem meam audient.* Item: [o] *Oves meæ vocem meam audiunt: & ego cognosco eas, & sequuntur me.* Johannis 14.[p] *Si diligitis me; mandata mea servate.* Item: [q] *Qui habet mandata mea, & servat ea, ille est qui diligit me.* Item: [r] *Si quis diligit me, sermonem meum servabit: & Pater meus diliget eum: & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Johannis 15.[s] *Si manseritis in me; & verba mea in vobis manserint: quodcunq; volueritis, petetis; & fiet vobis.* Item: [t] *Si præcepta mea servaveritis; manebitis in dilectione meâ.* Item: [u] *Vos amici mei estis, si feceritis, quæcunque præcipio vobis.* Johannis 17.[x] *Ego dedi eis sermonem tuum.* Item: [y] *Sanctifica eos in veritate tuâ. sermo tuus est veritas.* Item: [z] *Nec pro eis rogo tantùm; sed pro omnibus, qui credituri sunt per verbum eorum in me.* Item: * *Notum eis feci nomen tuum; & notum faciam: ut dilectio, quâ dilexisti me, in eis sit, & ego in ipsis.* Johannis 18.* *Omnis, qui est ex veritate, audit vocem meam.* Act.1.* *Eritis mihi testes, Hierosolymis, & in Judæâ, Samariâq;, denique usque ad finem orbis terrarum.* Liquet igitur ex hisce dictis; Ecclesiæ Christi notam maximè insignem esse, Verbum Dei, non-adulteratum humanis doctrinis.

Altera nota, quam ei Christus adscribit, est verus ac legitimus usus Sacramentorum & Clavium, juxta ipsius institutionem. Matthæi 28.* *Baptisate eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs sancti.* Lucæ 22.* *Hoc facite in mei commemorationem.* Johannis 20.* *Quorumcunq; remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.*

Tertia nota est, quâ Christus suam Ecclesiam vult extare & lucere; Confessio, Constantia, Perseverantia. Matt. 5.* *Luceat lux vestra coram hominibus.* Item: * *Non potest civitas abscondi supra montem posita: neq; accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio; sed super candelabrum: ut luceat omnibus, qui in domo sunt.* Matthæi 10.* *Omnis, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis est. Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis est.* Matthæi 16.* editâ confessione ab Apostolis, *quòd Christus esset Filius Dei*, hæc ipse adjicit: *Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Matth. 19.* *Omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum; centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.* Hæc certè confessionem seriam flagitant. Idem in quinque prudentibus virginibus * depictum est. Johannis 12.* *Si quis mihi ministrat; me sequatur.* Postulat enim confessionem manifestam. Johann. 13.* *Mandatum novum do vobis; ut diligatis invicem.* Matth.10.* *Qui perseveraverit in finem usque, hic salvus erit.*

Quartam notam suæ Ecclesiæ assignat Christus; Obedientiam erga ministerium, in iis rebus, quas ipse docuit & fecit. Lucæ 10.[a] *Qui vos audit, me audit: qui vos spernit, me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum qui misit me.* Johann.8.[b] *Qui ex Deo est, verbum Dei audit.* Luc.11.[c] *Beati qui audiunt, & custodiunt illud.* Matth.10.[d] *Quicunque non receperit vos, neque audierit sermones vestros, exeuntes foràs de domo vel civitate illâ, excutite pulverem de pedibus vestris. Amen dico vobis; tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die judicii, quàm civitati illi.*

Caput hujus Ecclesiæ nullum aliud docet Christus esse, quàm seipsum, & Patrem. Matth.21.[e] *Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli.* Matthæi 23.[f] *unus est pater vester, qui in cœlis est.* Item: [g] *Magister vester unus est, Christus.* Johannis 10.[h] *Ego sum pastor bonus.* Johan.14.[i] *Ego sum via, veritas, & vita.* Jubet etiam in suo nomine prædicari: Lucæ 24.[k] Patet etiam hoc asserto. Matthæi 17.[l] *Hunc audite.* Nec voluit Christus Petrum Ecclesiæ caput aut basim constituere; cùm inquit, Matth.ei 16.[m] *Tu es Petrus: & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Non enim personam; sed confessionem, quam non modò suo, sed & reliquorum Discipulorum nomine, ediderat Petrus, extollit: eamque fore Ecclesiæ perpetuum fundamentum, affirmat Christus. Nam alioquì mobilis basis, si personam Petri designâsset, corruisset; cùm paulò pòst, impingens in fidei articulum de passione Christi, audit: [n] *Abi post me Satana; scandalum es mihi: non enim sapis ea quæ Dei sunt; sed quæ hominum.* Ista erant personæ illius encomia. Manet igitur confessio seu doctrina, (Jesum esse Christum Filium Dei) salva, perpetua, immobilis, & inconcussa basis veræ Ecclesiæ Christi; adversùs quam portæ inferorum non prævalebunt. Verùm Petrus sæpenumerò hallucinatur. Satan in eo prævalet, quando negat Christum. ac; nisi ipse ad basin; nempe doctrinam de Christo, reversus fuisset; non habuisset in regno cœlorum locum. Sicut igitur solus Christus in cruce pendet, ac expiat peccata mundi: ità ille ipse est solus fons & caput Ecclesiæ.

Unam esse Ecclesiam Dei, omnibus seculis, & ubique locorum dispersam; Christus docet, Johan.5.* *Scrutamini scripturas: quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere; & illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me.* Item: * *Si crederetis Mosi: crederetis & mihi. de me enim ille scripsit.* Si itaq; id verbum sonuit, quod tunc Christus profitebatur: eandem quoq; Ecclesiam fuisse necesse est. Joh.8.* inquit *Abraham pater vester exsultavit, ut videret diem meum: & vidit, & gavisus est.* Sicut igitur Abraham, fide in Christum, lætitiam cordis & salutem accepit; ità etiam nunc Christus nos justificari docet. Johannis 10.* *Erit unum ovile, & unus pastor.*

Docet præterea Christus, suam Ecclesiam duraturam in hoc Mundo, usque ad suum adventum: quantumvis fremant & sæviant Diabolus & Mundus. Matthæi 7.* *Omnis, qui audit verba mea, & facit ea, assimilabitur viro sapienti; qui ædificavit domum suam super petram. & descendit pluvia; & venerunt flumina; & flaverunt venti: & irruerunt in domum illam; & non cecidit. fundata enim erat super petram.* Matthæi 16.* *Portæ inferorum nō prævalebunt adversùs eam.* Johann. 10.* *Non rapiet eos quisquam de manu meâ. Pater meus, qui dedit mihi, major omnibus est: & nemo potest eos rapere de manu Patris mei. Ego & Pater unum sumus.* Admodum rara tamen Ecclesiæ verę membra novissimis diebus fore, prædixit: * *Putásne Filium hominis inventurum fidem cùm venerit?*

Quòd Ecclesia non sit certo loco, hominibus, aut ordinariæ successioni, alligata; multis in locis Christus admonet. Matt.21. duab. id parabolis declarat. Primùm de duobus Filiis: quorum alter dixerat, se, juxta patris jussum, abiturum esse in vineam; nec fecerat: alter verò initiò recusaverat; & postea, ductus pœnitentiâ, abierat. in quorum altero, populus Judaicus; in altero, Gentium ecclesia, adumbratur. Addit autè Christus: * *Amen dico vobis, Publicani & meretrices præcedet vos in regno Dei. Venit enim ad vos Joannes, in viâ justitiæ; & non credidistis ei: Publicani autem & meretrices credidérunt ei.* Item de Vineâ, & quomodo

agricolæ filium patrisfamiliâs trucidarint. Quâ quidem imagine describit Judæos, se brevi crucifixuros. Denique accommodationem talem subjungit, citra omnem ambiguitatem & figuram: * *Auferetur à vobis regnum Dei; & dabitur genti, facienti fructus ejus.* Pingit etiam reprobationem gentis Judaicæ, & acceptionem Gentium, in parabolâ de Nuptiis, *Matth.22.* Sancitur Euangelii ministerium eâ ratione; quòd debeat inter omnes gentes, & ad omnes creâturas, sonare: Matt.28. [a] Marc.13 [b] 16. [c] Nequaquâ igitur Ecclesia Christi, loco duntaxat uni, aut certo, & personis certis, affixa est. Matth.8. [d] *Multi venient ab oriente & occidente, & accumbent in regno Dei cum Abraham, Isaac, & Jacob.* Luc.14. * *Non veniet regnum Dei cum observatione: neque dicent; Ecce hic, ecce illic. ecce enim, regnum Dei intra vos est.* Joh.1. * inquit Johannes: *Quotquot receperunt eum, dedit eu potestatem, filios Dei fieri. bus qui credunt in nomen ejus: qui non ex sanguinibus, neq, ex voluntate carnis, neq, ex voluntate viri; sed ex Deo nati sunt.* Hoc dicto prorsus omnis prærogativa carnalis abrogatur; ac sinè discrimine loci, aut dignitatum, pronuntiantur filii Dei; quotquot & quicunq; in Jesum Christum credunt. Joh.4. * ait Christus: *Veniet tempus, quando neq, in monte hoc, neq, Hierosolymis, adorabitis Patrem.* Joh.8. * negat ipsos esse filios Abrahæ: *quia opera Abrahæ non faciant.* & planè pronuntiat: * *Vos*, inquit, *ex patre Diabolo estis: & desideria patris vestri vultis facere.* Imò, ideò dicebat Johannes à Templo. Christus peregrinatur in totâ Palæstinâ; & concionatur, ubi sibi commodum videtur: prædicit vastationē hujus loci, ac excidium totius gentis Judaicæ: ut notum sit cunctis gentibus; Ecclesiam minimè loco aut personis alligatā esse. Cui autem potissimùm rei sit Ecclesia vera assimilata; supra, ubi de notis egimus, dictum est.

Ecclesiam esse cœtum pauperum hominum plerunque; ac locupletes & potentes plerunq; sic non adjungere, aut frigidiùs verbo Dei afficit; apertè Christus commonefacit, Matth.11. * *Pauperes evangelizantur.* Id quámvis de pauperibus spiritualiter, hoc est, peccata sua agnoscentibus, & sinè fiduciâ suorū operum, propter Christum tantummodò, veniam deprecantibus, accipiatur: tamen, ut ex historiâ patet, plerunq; tantùm pauperes, etiam fortunâ & bonis, Euangelio locum præbent, ejusque bonis cupidè fruuntur. Idem in typo significatur, Luc.14. * *Exi*, inquit, *citò in plateas & vicos civitatis; & pauperes ac debiles, cæcos ac claudos, introduc huc.* Postea, turbâ multâ adveniente, inquit: * *Si quis venit ad me; & non odit patrem suum & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, & insuper animam suam: non potest esse meus discipulus.* Quibus verbis monet; suum cœtum ferè semper esse pauperem: idque ob persecutiones, quas cogatur perferre. Ipsè Christus de se inquit: * *Volucres cœli nidos habent, & vulpes foveas: Filius verò hominis non habet, ubi caput suum reclinet.* Videmus etiam, qualem penès se turbam habeat, secumque trahat Christus: nempe Piscatorum, Publicanorum; &, ut unâ voce dicamus, infimam turbam. Sed Pontifices, Scribæ, Seniores populi, Pilatus, aliiq; dignitate, eruditione, potentiâ, & autoritate præcellentes, tanquam è sublimi, ingenti supercilio fastidiunt Christum. neque verò id solùm: sed etiam oderunt, exsecrātur, damnant, & persequuntur eum. Hinc est, quòd in typis eos sic depingit Christus, *Matth.22.* quòd vocati ad nuptias, à Rege, Filio suo paratas, prorsus recusarint venire: deinde, iterum appellati de adventu, iterum neglexerint: & abierit alius in villam suam; alius ad negotiationem: reliqui verò, servos illos, vocantes ad convivium, contumeliosè tractatos, occiderint. *Luc.14.* inquit; vocatos ipsos esse ad conviviū splendidum: verùm omnes simul cœpisse excusationem prætendere. alium dixisse: * *Villam emi; & necesse est mihi exire, & videre eam.* alium: * *Juga boum emi quinq;, & nunc exeo ad probandum ea.* alium: * *uxorem duxi; ideoq, venire non possum.* Matth.13. * inquit: *Qui seminatus est in spinis, hic est: qui verbum Dei audit; & solicitudo seculi istius, & fallacia divitiarum, suffocat verbum: & sinè fructu efficitur.* Matthæi 19. Pharisæus, audiens sibi propter Christum omnia deserenda esse, contristatus est. & subjicitur: * *Quia habebat multas possessiones.* Et Christus epiphonema addit. * *Quam difficilè, qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt! Facilius est, camelum transire per foramen acûs; quàm divitem intrare in regnum cœlorum.* Matthæi 23. * *Væ vobis Scribæ & Pharisæi, hypocritæ: quia claditis regnum cœlorum ante homines. Vos enim non intratis: nec introeuntes finitis intrare.* Joh.7. * *Numquid ex principibus quisquam in eum credidit?*

Verùm hæc non in eam sunt torquenda sententiam; quasi in cœtu Ecclesiæ Dei non sint, aut esse debeant, divites ac potentes: sed tantùm de difficultate, & multiplicibus impedimentis, disserit Christus. Quare Christus, Marc.10. * cùm Discipuli obstupescerēt super verbis illius; respondet: *Filii, quàm difficile est, qui fiduciam habent in pecuniis, regnum Dei ingredi!* & postea: * *Apud homines impossibile est; sed non apud Deum. nam omnia possibilia sunt apud Deum.* De principibus autem Judæorū, quotidam in Christum credidisse, Johan.12. * narrat. *Verumtamen*, inquit, *ex principibus multi crediderunt in eum: sed propter Pharisæos non confitebātur.* Nicodemus, & Joseph de Arimathçâ, magni ac opulenti hìère. Zachæus, & Maria cum sorore ac fratre, mediocres tenuerunt possessiones. Preciosum tanè unguentum fuit, quo Maria Jesum perfudit.

Indicat porrò Christus, exiguum plerunq; cœtum esse, qui ad Ecclesiam veram pertineat: contra verò cœtum Ecclesiæ falsæ esse numerosissimum. Matth.7. * *Intrate per angustam portam*, inquit. *lata enim & spatiosa est via, quæ ducit ad perditionem: & multi sunt, qui intrant per eam. Angusta autem & arcta via est, quæ ducit ad vitam: & pauci sunt, qui inveniunt eam.* Matth.13. * quarta tantummodò pars Seminis, in bono agro consistit, ac fructificat: reliquæ depereunt. Luc.12. *Nolit timere pusille grex: quia complacitum est Patri vestro, dare vobis regnum.* Matth.11. * *Gratias ago tibi, Pater, domine cœli & terræ: quòd absconderis hæc à sapientibus & prudentibus; & revelâsti ea parvulis.* Rarum etiam numerum membrorum Ecclesiæ, Christo vivo, fuisse; historia Euangelica testatur.

Veram Ecclesiam ab Hypocritis, & filiis hujus Mundi, plerunq; odio haberi, excommunicari, & variis modis vexari atq; trucidari; Christus præmonet: idq; ideò, ne quis tam lugubri Ecclesiæ facie deterreatur. Matth.5 * *Beati estis, cùm maledixerint vobis homines; & persecuti vos fuerint; & dixerint omne malum adversùs vos, mentientes, propter me.* Matthæi 10. * *Eritis odio omnibus hominibus, propter nomen meum. Qui autem perseveraverit usq; in finem, is salvus erit.* Joh.15. * *Si vos odit Mundus: scitote, quòd me priùs vobis odio habuerit.* Item: * *Si me persecuti sunt: & vos persequentur.* Joh.16. * *Hæc locutus sum vobis, ut non scandalizemini. E' synagogis ejicient vos. & venit hora, ut omnis, qui interficiat vos, arbitretur se obsequium præstare Deo.* Est igitur & Christus ipse typus omnium suorum membrorum.

Bona Ecclesiæ veræ multa sunt ac præclara; cùm spiritualia, tùm corporalia; hujus, & æternæ vitæ: sicut de Euangelio & Justificatione, aliisq; locis, supra indicatum est, paucis etiam quadam repetamus.

Habet Ecclesia sincerum Dei verbum, & sacramentorum genuinum usum. Matth.28. * Habet veram Dei notitiam. *Joh.17.* * *Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti JESUM Christum.* Dispensantur in Ecclesiâ, per verbum, remissio peccatorum, gratia Dei, Spiritus sanctus. *Lucæ 24.* [a] *Joh.1.* [b] *Luc.11.* [c] *Joh.20.* [d] Habet Ecclesia fontem regenerationis, Baptismum [e]; & cōmunicationem corporis & sanguinis Domini [f]: quæ sunt tesseræ ac symbola veteris Dei gratuitæ, ac remissionis peccatorum. Membra Ecclesiæ sunt unum cum Patre & Filio. *Johan.17.* * *ut & ipsi in nobis unum sint.* Habitat tota Trinitas in eâ. *Matth.28.* * *Joh.14.* * Possunt rectè invocare Deum Patrem, in spiritu & veritate; & in nomine Christi. Johan.4. [a] 16. [b] Habet Ecclesia vitam æternam, & regnum cœlorum. *Joh.3.* [c] *Luc.12.* [d] Habet gaudium, quod nemo ab ipsis tollit. *Joh 16.* * Possunt levare capita ad Christi adventum. * Certi sunt, se in extremo judicio lætam sententiam audituros, ac præmia ingentia consecuturos. *Matth.25.* * Certi sunt, Deum etiam corporalia ipsis pro necessitate daturum. *Matt.6.* * Ecclesia vera habet miracula omnium

amplissi-

* *vers.43.*
[a] *vers.19.* [b] *vers.10.* [c] *vers.15.* [d] *vers.11.*
* *vers.20.21*
* *vers.12.13*
* *vers.21*
* *vers.39*
* *vers.44*
* *vers.5.*
* *vers.26*
* *vers.20.*
* *vers.18*
* *vers.19.*
[c] *vers.20.* * *v.vers.22.*
* *vers.22.*
* *Luc.18.v. 24.25.*
* *vers.13.*
* *vers.47.*
* *vers.24.*
* *vers.27.*
* *vers.42.*
Matth.27 Luc.19. Joham.12.
* *vers.13.14*
* *vers.4. & segq.*
* *vers.32.*
* *vers.25.*
* *vers.11.*
* *vers.22.*
* *vers.18.*
* *vers.10.*
* *vers.12.*
* *v.19.20*
* *vers.3.*
[a] *vers.47.* [b] *vers.17.* [c] *vers.13.* [d] *vers.23.* [e] *Tit.3.v.5* [f] *1 Cor.10. vers.16.*
* *vers.21.*
* *vers.19.*
[c] *vers.23.*
[a] *vers.23* [b] *vers.23.* [c] *vers.15.* [d] *vers.32.*
* *vers.22.*
* *vers.28*
* *vers.34.*
* *vers.33*

amplissima. ut Christi curationes, quas verbo efficit, absq; aliis mediis; resuscitatione mortuorum; incarnationem Filii Dei; resurrectionem à mortuis; assentionem ad cœlos; & dona ejus perpetua. Nec cessat miraculis ornare suam Ecclesiam. dixit enim: † *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usq; ad consummationem seculi.* Pertinent autem huc illæ commendationes: Matth.13.† *Vestri beati sunt oculi; quia vident: & aures vestræ; quia audiunt. Amen dico vobis; multi Prophetæ & Justi cupierunt videre, quæ vos videtis; & non viderunt: & audire, quæ vos auditis; & non audierunt.* Reverâ hæc ingentia bona, margaritæ pretiosissimæ sunt conferenda: quæ ab omnibus, cùm gratis præsertim haberi possint, comparanda essent. Sunt autem hæc bona communia tori Ecclesiæ; & tantùm ei propria. Nam reliqui extra Ecclesiam constituti, ac nolentes venire, audiant judicium Christi: nempe, *quòd non sint gustaturi cœnam* Luc.14.†

Potestatem Ecclesiæ veræ esse spiritualé, in verbo consistentem; eo demonstrat Christus: quòd potestatem impertiendi pœnitentibus in suo nomine remissionem peccatorum, & impœnitentibus retinendi, concedit: Matth. 16.[a]18.[b] Joh.20.[c] idq; juxta verbum revelatum, & non contrà. Est autem singularis & ardua potestas: ut quam Christus suo sanguine pepererit; & quę nunquam in Mundo tam clarè fuerit ordinata: & quam Christus ipse vocat *Claves regni cœlorum.*

Deinde, tribuit Christus suæ Ecclesiæ potestatem, judicandi de quâvis doctrinâ: atq; adeò præcipit cunctis veræ Ecclesiæ membris, absq; discrimine; ut de doctrinis, quascunq; audiant, judicium faciant: consentientes cum doctrinâ à Christo dilucidè patefactâ amplectantur; dissentientes verò fugiant & exsecrentur. Matth.7.† *Attendite a falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium; intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorũ cognoscetis eos.* Omnibus autem fidelibus, etiam auditoribus, hoc mandatur, & hæc potestas datur. Matth. 24. † *Tunc si quis vobis dixerit; Ecce hic Christus, aut illic: nolite credere. Surgent enim Pseudochristi & Pseudoprophetæ; & dabunt signa magna & prodigia: ità ut in errorem inducantur, si fieri posset, etiam electi.* Johan.10.† *Oves eum sequuntur: quia cognoscunt vocem ejus. alienum autem non sequuntur; sed effugiunt ab eo: quia non noverunt vocem ejus.* Certum itaque & manifestum est; singulos Christianos, non tolùm habere potestatem, sed etiam severum mandatum Christi: ut de quâvis doctrinâ judicium ferant; quò & unicæ voci suî pastoris firmiter adhærere, ac lupos rapaces fugere possint. Alligantur autem ipsæ Oves omnium maximè ad vocem & doctrinam Christi. sicut inquit: † *Vocem meam audiunt.* Ea igitur regula critica est; à quâ non licet discedere vel latum unguem.

Hinc igitur & hoc patet; quis debeat in Ecclesiâ Christi summus esse judex, à quo in controversiis doctrinæ non licet appellare ad alios: nempe, vox Christi revelata, certisque monumentis comprehensa. Nam Pater inquit: [a] *Hunc audite.* Ipsemet dicit: [b] *Vocem meam audiunt: &,* [c] *alienum non sequuntur.* Johannis 15. [d] *Omnia, quæcunque audivi a Patre meo, nota feci vobis.* Johannis 17. [e] *Sanctifica eos in veritate tua. sermo tuus est veritas.* Postremò, si hominum, auctoritate, potentiâ, & opinione doctrinæ præstantium, judicia esse præferenda: tùm sanè testimonia Pastorum, Mariæ, Zachariæ, Simeonis, Hannæ, & similium, longè fuissent postponenda sententiis Pontificum Hierosolymitanorum, Scribarum, Pharisæorum, & similis farinæ hominum; qui loco, dignitate, opibus, existimatione eruditionis, sapientiæ, sanctimoniæ, eminebant.

Donum autem interpretandi Scripturam, etiam penes Ecclesiam esse; Christus indicat, Matthæi 13. † *Vobis datum est, nosse mysteria regni cœlorum: illis autem non est datum.* Docet autem, donum intelligendi & explicandi Scripturam non esse ad Pontifices, Scribas, aut Pharisæos, alligatum, sed liberè à Deo donari, cui ipse velit. Deinde, dari auditoribus Christi; qui in ejus schola audiunt à Deo ante ejus verbum. Accipimus igitur id donum, discendo verbum: per quod Spiritus sanctus est efficax; & dona distribuit cuique, secundùm mensuram fidei. Nam vocantur Apostoli priùs; & triennio in Christi schola eruditur. & Johannis 14. † ait Christus: *Paracletus vos docebit omnia; & suggeret vobis omnia, quæcunque dixi vobis.* Johannis 16. † *Cum venerit ille Spiritus veritatis; docebit vos omnem veritatem.* Conjunguntur igitur, auditus verbi, & auxilium Spiritus sancti: nec sunt à se invicem disjungenda. Johannis 6. † ait: *Erunt omnes docti à Deo. Omnis ergo, qui audivit à Patre, & didicit, venit ad me.* Matthæi 11. † *Nemo novit Patrem, nisi Filius; & cuicunque voluerit Filius revelare.* Ecclesiæ igitur Christi tribuitur donum interpretationis; quòd in eâ Deus organa talia excitet, quæ & rectè intelligant, & dextrè enarrent eloquia Dei: & sunt tales, qui priùs didicerunt: nec certis hominibus id donum adscribendum est.

Tertiò, potestatem Ecclesiæ suæ Christus, in libertate traditionum humanarum collocat. *Matthæi 9.12. & 15.* defendit Apostolos, violantes Judaicas quasdam traditiones, à Senioribus constitutas: ac sinè ceremoniis illis Judaicis, ministerium docendi in universo terrarum orbe ordinatur: nec vult suos Discipulos, ad jejunia discipulorum Johannis & Pharisæorum, alligatos esse. Pertinet etiam ad liberationem Ecclesiæ, abrogatio Legis Mosaicæ: Matthæi 11. † *Lex & Prophetæ usque ad Johannem.*

Quartò, potestatem etiam habet Ecclesia, eligendi, vocandi, & ordinandi Ministros idoneos; & deponendi, & fugiendi falsos doctores. Nam id constat ex institutione Clavium, Matthæi 18. † & quod Christus Matthæi 9. † inquit: *Rogate dominum messis, ut extrudat operarios in messem suam.* Idem etiam exempla docent Christi & Johannis, qui discipulos eligunt, & vocant: & Apostolorum, *Actor.1.* qui Matthiam, in locum Judæ, oratione & sorte eligunt, & substituunt.

Quòd omnes sese debeant cœtui, sinceram Evangelii doctrinam sonanti, adjungere; præcepto sancit Christus. Matthæi 11. [a] *Venite ad me omnes.* Johannis 10. [b] *Oves meæ vocem meam audiunt.* Johannis 15. [c] *Manete in me; & ego in vobis.* Pater cœlestis hoc etiam mandat: *Hunc,* inquit, *audite.* Matthæi 17. † Mandat item Christus, ut omnes se à falsis doctoribus, & ecclesiâ falsâ, sejungant. Matthæi 7. † *Attendite à falsis prophetis.* Matthæi 16. † *Attendite & cavete à fermento Pharisæorum & Sadducæorum.* Matthæi 24. † *Si dixerint vobis; Ecce in deserto est: nolite exire. Ecce in penetralibus: nolite credere.* Johannis 10. † *Alienum non sequuntur; sed effugiunt ab eo: quia non noverunt vocem alienorum.* Matthæi 12. † *Qui non est mecum, contra me est: & qui non congregat mecum, dispergit.*

Contraria Ecclesiæ Dei veræ, plurima recenset Christus. ut sunt, Falsi prophetæ, Pseudochristi: *Matthæi 7.* [a] *24.* [b] dogmata falsa: *Matthæi 24.* [c] Fermentum Pharisæorum: *Matthæi 16.* [d] Diabolus, auferens verbum ex corde, & zizania nocte serens: *Matthæi 13.* [e] Mundus, persequens veros doctores & dogmata: *Matth. 10.* [f] Alienum sequi: *Johan.10.* [g] Alligatio ad traditiones humanas: *Matthæi 15.* [h] Ex Ecclesiâ facere regnum mundanum: † *Luc.22.* [i] *Matthæi 20.* [k] Tempore persecutionis deficere: *Matthæi 7.* [l] *13.* [m] Et similia, quæ ex prædictis facilè intelligi possunt.

Imagines, seu typi Ecclesiæ, exstant. *Matthæi 13.* in parabolâ de Semine; de Agro consito tritico; de Verriculo jacto in mare. *Matthæi 22.* in parabolâ de Nuptiis. *Luc.14.* de Cœnâ. Brevitati autem consulentes, eò Lectorem remittimus.

Postremò, ex iis, quę hactenus commemorata sunt, manifestum est; ubi tempore Christi Ecclesia fuerit: nempè in Palæstinâ præcipuè; in quâ regione Christus cum suis Discipulis est concionatus. Membra autem ejus Ecclesiæ fuerunt, omnes, quotquot in Christum crediderunt, ut sunt, Pastores, Magi, Zacharias, Elisabeth, Joseph, Maria, Simeon, Hanna, Johannes Baptista, Apostoli, Zachæus,

† Matt. 28. v 20.
† v.16 17.
† verf. 24.
† v 23.24.
† verf. 43.
† verf. 27.
† verf. 11.
† verf. 16.
† verf. 13.
† verf. 45.
† verf. 27.
† verf. 13.
† v.17.18.
† verf. 38.
† verf. 28.
† verf. 4.
† verf. 5.
† verf. 15.
† verf. 6.
† verf 26.
† verf 5.
† verf. 30.

a Matt 17. v. 5
b Joh.10. v.27.
c ibid v.4.
d verf. 15.
e verf. 17.
a verf 19.
b verf. 18.
c verf 23.
a verf. 18.
b verf 24.
c verf 16.
d verf 6
e verf. 19. & 39.
f verf 17.
g verf. 5.
h verf. 2.
i verf. 24.
k verf. 21.
l v. 26. 27.
m verf. 21.

Martha, Maria, Lazarus, Nicodemus, Joseph ab Arimathea, & alia plebecula Christum pro vero Messiâ agnoscens. Contrà Pontifices, Pharisæi, Scribæ, Seniores populi, Pilatus, & reliqui omnes, quotquot aspernati, exsecrati, ac persecuti sunt personam & verbum Christi, procul dubio non fuerunt Ecclesia Dei: siquidem substantialia Ecclesiæ veræ (ut sic dicamus) non habuerunt.

DE FALSA ECCLESIA.

ET sinò videbatur necessarium, peculiarem huic parti titulum dare: antithesis enim ex præcedentibus pateret: tamen, quò res fieret illustrior; brevibus etiam, quæ de falsâ Ecclesiâ in Euangelistis tradita sunt, commemorabimus.

Primùm, quòd sit falsa Ecclesia; apertè Christus docet: quãdo significat, falsos Prophetas & Pseudochristos venturos esse: Matth.7. [a] 24. [b] Et quando taxat & damnat Hypocritas. [c] item quando inquit: [d] *Excommunicabunt vos; & interficientes vos, putabunt se Deo obsequium præstitisse.*

Est autem falsa Ecclesia, cœtus adulterantium verbum Dei, & sacramenta; damnantium & persequentium sinceram doctrinam: in quibus Deus non habitat; licèt titulo velint esse Ecclesia: neq; erunt hæredes vitæ; nisi convertantur. Hæc ex reliquo contextu plana erunt.

Undè sit falsa ecclesia; Christus admonet: nempe à Diabolo, & falsis Prophetis. Matth.13. † *Cùm dormirent homines; venit inimicus ejus, & superseminavit zizania in medio tritici.* Item: † *Inimicus iste, Diabolus est.* De falsis Prophetis antè mentio est facta. Joh.10. † nominat eos Christus *alienos, pastores, fures, Latrones.* Joh.8. † *Propterea vos non auditis; quia ex Deo non estis.*

Notæ falsæ Ecclesiæ sunt: Doctrina fermentata. *Matth. 16.* † Docere, Christum in penetralibus, aut in deserto, quærendum esse: hoc est, Christum cum suâ gratiâ certo loco alligare. *Matth.24.* † Docere, quasi vitâ solitariâ, ordinibus variis, aut observatione certarum traditionum, Christum, hoc est, remissionem peccatorũ & gratiam Dei, possimus consequi. *Matth.15.* † Sentire, Messiam fore alium, quàm Jesum; & quidem regnum corporale instituentem. *Joh.5.* † Non amplecti Jesum; licèt verbo & miraculis sese evidenter declaret. *Joh.5.* † Sentire, homines suis viribus posse Legem implere; & abhorrere à Christi merito ac gratiâ: imò eam damnare, exsibilare, exsecrari. *sicut tota historia Pharisæorum, & reliquorum obstinatorum Judæorum, testatur.* Audire verbum; & nõ facere: non amplecti; non in eo persistere. Matth.7. † *Omnis, qui audit verba mea, & non facit, similis est viro stulto.* Matth.13. † *Omnis, qui audit verbum regni, & non intelligit; venit Malus, & rapit, quod seminatum est in corde ejus: hic est, qui secus viam seminatus est. Qui autem super petram seminatus est, hic est; qui verbum audit, & continuò cum gaudio accipit illud: nõ habet autem in se radicem; sed est temporalis. facta enim tribulatione & persecutione propter verbum, continuò scandalizatur. Qui autem in spinis est, is est; qui verbum Dei audit: & sollicitudo seculi istius, & fallacia divitiarum suffocat verbum; & sinè fructu efficitur.* Traditiones humanas præferre operibus moralibus. Matth.15. † *Quare vos transgredimini mandatum Dei, propter traditiones vestras?* Et quàm superstitionis fuerit in cæremonialibus populus Judaicus; Christus, cùm alibi, tùm inprimis *Matth.23.* indicat: ubi falsæ Ecclesiæ *hypocrisin* tribuit, & plures ejus notas simul complectitur. ut, quòd † *doctores onera importabilia, & imponant in humeros hominum; digito autem suo nolint ea movere:* quòd † *claudant ante homines cælum; & ipsimet non intrent, nec permittant quenquam ingredi: quod comedant domos viduarum, &c.* Abrogare, aut depravare, aut malè usurpare, Sacramenta à Christo instituta. id quod ex verbis Christi sumi potest; cùm inquit Matthæi 28. † *Docentes eos observare, quæcunque mandavi vobis.* Hoc ergo falsa Ecclesia non facit. Excommunicare veros doctores, & alia membra Christi. Johan.16. † *Excommunicabunt vos.* Idololatria. Matthæi 24. † *Ecce hic est Christus; ecce illic: ecce in penetralibus; ecce in deserto.* Procidere ante Diabolum, eumque adorare propter regna hujus Mundi. Matthæi 4. † *Si prostratus adoraveris me, dabo tibi regna hujus Mundi.* Ex spirituali regno Christi, regnum mundanum facere. *Luc.22.* † Persequi Christum, & omnes credentes. Matth.10. † *Tradent vos in conciliis; & in synagogis suis flagellabunt vos: & ad Præsides & Reges ducemini, propter me.* Matth.23. † *Ecce ego mitto ad vos Prophetas, & Sapientes, & Scribas: & ex illis occidetis, & crucifigetis; & ex eis flagellabitis in synagogis vestris; & persequemini de civitate in civitatem.* Joh.16. † *Veniet tempus, ut omnis, qui interficiat vos, arbitretur se obsequium præstare Deo.*

Habet autem Ecclesia falsa peculiarẽ speciem, propter locum, personas, potentiam, autoritatem, eruditionem, vitæ sanctimoniã. Habet enim synagogas & concilia: Matth. 10. [a] Joh.16. [b] *Dilatant phylacteria, & magnificãt fimbrias* [c]: *vocantur Rabbi* [d]: *circumeunt mare & aridã, ut faciant proselytum* [e]; hoc est, maximos labores adhibent, ut homines ex falsis religionibus ejiciant: *desinant omnia* [f]: *mundant omnia* [g]: *ornant monumenta Prophetarum, & dicũt: Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non fuissemus socii eorum in sanguine Prophetarum* [h]. Habebant Judæi templum Dei, & religionem à Mose traditam: omnia gerebãt maxima specie. Habet & falsa Ecclesia maximam hominum multitudinem. Matth.7. † *Lata via, & spatiosa porta est, quæ ducit ad perditionem: & multi sunt, qui intrant per eam.*

Finis autem & eventus falsæ Ecclesiæ, est ira Dei; & pœna etiam corporalis. Matth.22. † *Rex*, inquit Christus, *audito hoc nuntio* (nempe beneficiũ suum superbè contemni; servos ignominiosè tractatos & occisos) *iratus est: & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos; & civitatem ipsorum succendit.* Matth.7. † *Omnis, qui audit mea verba, & nõ facit, similis erit viro stulto; qui ædificavit domum suam super arenam. & descendit pluvia, & flaverunt venti; & irruerunt in domum illam: & cecidit; fuitq; ruina ejus magna.* Desertio Dei, & tenebrarum augmentum. Matth.13. † *In parabolis loquor eis: quia videntes non vident, & audientes non audiunt; neq; intelligunt. ut adimpleatur in eis prophetia Esaiæ, dicentis: Auditu audietis; & non intelligetis: & videntes videbitis; & non videbitis. incrassatum enim est cor populi hujus; & auribus graviter audierunt, & oculos suos clauserunt: ne quando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & convertantur; & sanem eos.* Interitus. *Matth.7.* † Ejectio è regno cœlorum; & pœnæ æternæ. Matth.8. † *Filii regni ejicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium.* Idem imago quinq; fatuarum Virginum, à spõso exclusarum; & forma futuri judicii, ubi hœdi ab ovibus separabuntur; docent. Eadẽ monet parabola de zizaniis. Matth. 13. † *Messores*, inquit, *Angeli sunt. Sicut ergo colliguntur zizania, & igne comburuntur: sic erit in consummatione seculi. Mittet enim Filius hominis Angelos suos: & colligent de regno ejus omnia scandala, & eos qui faciũt iniquitatem; & mittent eos in caminum ignis. ibi erit fletus & stridor dentium.*

Quid agendum sit cum zizaniis, hoc est, malis, immixtis veræ Ecclesiæ Dei; in parabolâ docet: nempe, quòd à pertonis Ecclesiasticis non sint evellendi vi civili; ne & triticum simul eradicetur: sed relinquendi usque ad messem; ubi colligentur ab Angelis, igniq; tradentur, cremandi in perpetuum. Non tamen prohibet Christus; quin impœnitentibus verbo peccata ligentur, ac retineantur: *Matthæi 16.* [a] *18.* [b] *Johan.20.* [c] neque Magistratui politico prohibuit, quin ei liceat manifestè blasphemos corporaliter etiam punire. Tantùm enim doctoribus legem statuit, ne corporali vi utantur. Præterea, loquitur Christus de iis, qui non manifestè impugnant aut blasphemant veritatem.

Quod impii doctores, & dogmata erronea sint vitanda; paulo antè est expositum.

DE REGNO CHRISTI.

LOco de Ecclesiâ affines sunt, imò ad ejus explicationem planè pertinent, Loci, de Regno Christi, de Ministerio euangelico, de Libertate Christianâ, & similes. Expositâ igitur doctrinâ de Ecclesiâ, quãtum quidem mediocri diligentiâ ex Euangelistis investigare & colligere licuit: in his nunc breviores datâ operâ erimus.

An

An habeat regnum Christus; dubium non est, cum ipse, Matth.6. † jubeat *regnum Dei quærere*. & Marc.12. † inquit: *Pervenit in vos regnum Dei*. & Joh.18. † aliisq; locis, quale habeat regnum, declarat.

Esse regnum Christi spirituale; non mundanũ aliquam dominationem: clarè indicat Christus, administratione sui officii, ac totâ vitâ: in quâ externum Mundi imperium, non modò non affectavit, sed fugit etiam. sicut Joh.6. † memoriæ proditum est: † JESUS, *ubi cognovisset, quòd venturi essent, ut raperent eum, & facerent eum regem; fugit iterum in montem, ipse solus*. Matth.8. † inquit Christus: *Vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos: Filius autem hominis non habet, ubi caput suum reclinet*. Matthæi 20. † matri filiorum Zebedæi, petenti, ut collocentur filii sui in regno Christi; alter ad dextram, alter ad sinistram; respondent: suum regnum esse, *calicem bibere, & baptismo*, hoc est, pati. Deinde, apertè inquit: † *Scitis, quòd Principes gentium dominantur, & qui majores sunt, potestatem exercent: non ità erit inter vos*. Apertissimè igitur docet, se non constituere regnum mundanum. Rixantibus discipulis post Cœnam, ipsâ vesperâ, quâ Christus de sua morte concionem gravissimã habebat; quis inter ipsos videretur esse maximus? diserte Christus respondet: *Reges gentium dominantur eis, & qui potestatem habent super eos, Benefici vocantur: vos autem non sic*. Luc.22. † Prorsus hic regnum externum mundanum à suo regno distinguit. Denicq; in passione suâ coram Pilato, profitetur JESUS veram de suo regno sententiam. Johan.18. † *Regnum meum*, inquit, *non est de hoc Mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum: ministri mei utiq; decertarent, ut non traderer Judæis*. Ubi etiam fatetur, † *se in hoc natum esse, & ad hoc venisse, ut esset rex: sed talis, qui testimonium ferret de veritate*. Ad affixum in cruce Christum latro se cõvertens, ait: † *Memẽto mei, cum veneris in regnum tuum*. Non igitur corporale regnum habere poterat, miserabiliter in cruce suspensus, & jamjam moriturus. Respondet autem Christus: † *Hodie mecum eris in paradiso*. Paradisi itaq; recuperationem, donationem ac possessionem, docet esse suum regnum. Nec temere factum est, quòd a Pilato inscriptio in ipsam crucem imposita est: † *Hic est JESUS Nazarenus, rex Judæorum*. At sic non poterat esse mundanus rex. Præterea, non concionatus est Christus contra Cæsarem, aut Pilatum: sed jubet Cæsari dare suum. *Matthæi 22.* † Ideirco noluit arripere mundanum imperium. Etiam post resurrectionem, Apostolos, de instauratione regni Israel politici somniantes, refellit: *Actor.1.* †

Ex iisdem fundamentis patet; Christi regnũ æternum esse. Addemus tamen insuper & alia quædam. Matth.11. † ait Christus: *Omnia mihi tradita sunt a Patre meo*. id verò non conveniebat regno temporali. Matthæi 16. † dicit, *se venturum in regno suo*. Loquitur autẽ de adventu in novissimo judicio. Testatur Christus crebrò, se post mortem victurum & regnaturum. Matth.25. † promittit, se recepturum esse credentes *in regnum Patris*. Necesse est igitur, eum æternum habere regnum. Christus dat vitam æternam: ideò & regnum æternum habeat necesse est. Gabriel eandem proponit doctrinam Mariæ: † *Dabit ei Dominus Deus sedem David patris ejus, & regnabit in domo Jacob in æternum; & regni ejus non erit finis*.

Quale regnum Christus in terris habuerit, dum visibiliter præsto adesset, nimirum utq; ad gloriosam suam ascensionem; ex loco de Ecclesiâ; & in primis de Officio Christi, planum est. Docet enim, patefaciens veram Dei voluntatem; & taxans corruptelas & impios cultus: adhortans ad pœnitentiam: declarans, se esse Messiam; se dare justitiam & vitam. edit miracula omniũ maxima: curat verbo quosvis male habentes: excitat mortuos: expellit dæmonia: ecclesiam congregat Ecclesiolam: impertit remissionẽ peccatorum: instituit Baptismum & Cœnam suam: pendet ipse quoq; factorem magistratui: patitur pro peccatis totius generis humani; moritur; resurgit: instituit universale ministerium, propagandi Evangelium in omnes orbis oras: tradit Ecclesiæ catechesin: visibiliter in cœlum insigne & admirandum spectaculum evehitur: sedet ad dextram Dei. Ita omnia suis in locis facta narrantur:

& hic sermonis quasi digitis leviter attingi satis fit.

Quale regnum jam in terris, post ascensionem ejus, habeat, usq; ad mundi finem; hisce dictis admonet Joh.20. † *Sicut misit me Pater: ita & ego mitto vos*. Matth.28. † *Docete omnes gentes*. Est igitur regnum Christi, omnibus mortalibus, post ascensionem, hic in terris suam vocem puram & incorruptam conservare; excitare pios doctores; spargere & propagare per organa salutaria veram doctrinam; ædificare Ecclesiam. Matthæi 16. † *Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*. Adesse suæ Ecclesiæ. Matth.28. † *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usq; ad consummationem sæculi*. Non enim ità discessit; ut non curam gerat sui regni; non adsit ipse. Regenerare per aquam & Spiritum. *Joh.3.* † Dare suum corpus & sanguinem in suâ sacrâ Cœnâ: *Matth.26.* † Patrocinio Ecclesiæ præstare in rebus perturbatis. Matth. *16.* † *Portæ inferorum non prævalebunt adversus eam*. Joh.10. † *Non rapiet eos quisquam de manu meâ*. Joh.14. † *Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos*. Dare Spiritum sanctum. Joh.16. † *Ego mittam Paracletum à Patre*. Operari per Ministeriũ miracula. Marc.16. * *Signa*, inquit, *eos qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia ejicient; linguis loquentur novis; Serpentes tollent; & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit; super ægrotos manus imponent, & bene habebunt*. Item: † *Illi profecti prædicaverunt ubique, Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis*. Agere intercessorem ac sacerdotem apud Patrem pro nobis. Johannis 16. † *Quicquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis*. Suo nomine, hoc est, tè Mediatore appellato, vult preces fieri.

Quale regnum in fine Mundi, & in æternum, sit habiturus; ipsemet quoque docet: nempe, quòd in novissimo die sit rediturus, & excitaturus omnes. Johan.6. † *Resuscitabo eos in novissimo die*. Item, judicio gravi separaturus credentes & impios: & credentes in regnũ Patris sui translaturus; impios verò cum Diabolis projecturus in ignem æternum. *Matthæi 25.* † Habiturus credentes secum; & præbiturus conspiciendam suam claritatem. Johan.17. † *Pater, quos dedisti mihi, volo, ut ubi ego sum, & illi sint mecum: ut videant claritatem quam dedisti mihi*.

Proinde civium, in hoc spirituali regno Christi, officium est: audire & discere verbum Christi, quod vocẽ Ministrorum Ecclesiæ repetitur: rectè administrare & usurpare Sacramenta: invocare in nomine Christi: confiteri; lucere bonis operibus; perseverare; exspectare certam redemtionem; tribulationes in hoc mundo contemnere; sustẽtare se promissione æternæ gloriticationis: parère præsentibus magistratibus; & nihil tamen contrà Deum, aut conscientiam, propter ipsos facere. Sunt igitur hæ regulæ, civibus & incolis regni Christi, in hac terrâ, exactè servandæ. Matt.6. † *Quærite primùm regnum Dei, & justitiam ejus: & reliqua omnia adjicientur vobis*. In hac illustri sententiâ, ordinem agẽdarum rerum egregio ordine commemorat ac sancit Christus. Item Matth.22. † *Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo*. Nõ abolet Christus politicum imperium, aut magistratus: sed præcipit, ut eis obedientiam debitam, honorem, & pensiones usitatas, tribuamus: nec sedione, contemtu, aut contumaciâ, eum ordinem turbemus. attamen habet suas metas ea erga magistratus obedientia: ne videlicet ei reddatur, quę sunt Dei. Addit igitur significantissimè: *Et Deo reddite, quæ sunt Dei:* nempe pietatem, & quæcunque in Decalogo præcepta sunt.

Regno huic cõtraria sunt: Mundanum Christi regnum in terris exspectare, seu ambire. Matthæi 20. † Lucæ 22. † Ecclesiasticas personas, hoc est, doctores verbi, rapere sibi potestatem gladii; eoq; contra hostes Christi uti. In horto Petrum, ensem ferientem Malchum, graviter increpat Christus: ac præcipit, ut recondat ensem; cõminatione insuper severâ addicta: *Omnes* (scilicet ministri Ecclesiæ) *qui acceperint gladium, gladio peribunt*. Putare, regnum Christi esse magnificum & splendidum. Lucæ 17. † *Non veniet regnum Dei cum observatione*. Abrogare officium Magistratûs politici; ne sit terrori malefactori, & honori bono: eò quòd regnum Christi sit spirituale. Diversa enim regna sunt, regnum Christi, & regnũ politicum; & nõ contraria. *Mat-*

stat 22.† Et reliqua, quæ supra de Ecclesiâ exposita sunt.

DE MINISTERIO EVANGELII docendi.

ESt aliquod Ministerium, publicè docendi Euangelium, seu doctrinam de Christo, aliisque articulis à Deo patefactis, ex historiâ Christi notum est. Docet enim Baptista publicè ac præcipuè; JESUM esse Christum, & agnum Dei. Idem est, quod profitetur ac docet Jesus ipse: qui vocat & assumit duodecim Discipulos, & alios septuaginta; dulcissimam vocem, de præsente Messiâ, ejusq; beneficiis, spargunt. Denique, post resurrectionem suam, ascensurus in cœlum, universale ministerium, prædicandi Euangelium omni creaturæ, instituit, duraturum usq; ad finem mundi.

Hîc autem Ministerium euangelicum, seu ecclesiasticum (ut sic vocemus,) nihil aliud, quàm, in vocatione legitimâ, publicum officium docendi doctrinam revelatam ac traditam à Deo certo verbo; & in primis articulum de remissione peccatorum gratuitâ, per solam fidê in Christum: & administrandi sacramenta, juxta institutionem illius. Sicut probabunt sequentia.

Duplex hoc esse ministerium; nempe apostolicum, hoc est, Apostolis proprium; deinde commune: res ipsa docet. Licet eis appellationes non habeant Euangelistæ. In quibus autem rebus conveniant, aut differant; mox exponetur.

Utrumque in genere, esse à Deo, qui & excitat organa salutaria, & vult eos publicum docêdi munus administrare; ad quam rem sua quoq; dona atq; virtutes benignè largitur Deus: ex verbis & historiâ Christi manifestum est. Matthæi 9. † *Rogate dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.* Matth.10. [2] Lucæ 10. [b] Matth.28. [c] Marc.16. [d] Lucæ 24. [e] Joh.20. [f] 21. & Christus ipse ordinat concionatores seu doctores; eisq; publicum docendi ministerium committit. Matth.10. † *Non vos estis*, inquit Christus, *qui loquimini: sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.* Johan.16. † *Spiritus sanctus arguet Mundum de peccato.* Johan. 20. † *Accipite Spiritum sanctum.* Johan.3. † Baptista inquit: *Non potest homo sibi sumere quicquam; nisi fuerit ei datum de cœlo.* Non igitur temerè aut fortuitò Ministerium docendi publicum exortum est: sed Deus ipse autor & instituor fuit; & adhuc dat salutares doctores; suamque ordinationem usque ad mundi hujus interitum conservat.

Differt autem Apostolica functio, hac in parte, à communi: quòd Apostoli immediatè à JESU Christo vocati sunt; cæteri autem mediatè, & legitimo modo, à Deo excitantur & vocantur. In Apostolicâ functione, fuêre duodecim illi, à Christo peculiariter ac vivâ voce assumti. *Matth.10.* † & Septuaginta, quos binos ante se misit, quocunq; venturus erat. † Apostolicam functionem & Johannes Baptista sustinet. dicit enim, se à Deo immediatè vocatum, ad testificandum de Christo. † *Qui misit me, inquit, baptizare, ille mihi dixit.* Reliqui concionatores, Christo in cœlum sublato, per Apostolos, ac alios pios viros, eliguntur ac vocantur. sicut Actuum Apostolicorum liber, & posterior Ecclesiæ historia docet.

Quales personæ, tempore Christi, publico docendi Euangelium ministerio functę sint; ex historiâ liquet. Primo loco ponamus Christum: licèt ad ministerium hoc aliquantò posteriùs, quàm Johannes, accesserit. Filius igitur ipse Dei, factus homo, publicè docendi munus administravit; vocatus atq; initiatus & ipse à Patre suo cœlesti. *Matth.3.* [a] 17. [b] Præcesit eum nonnihil Johannes Baptista, filius Zachariæ, sacerdotis de vice Abia. *Luc.1.* † Duodecim illi, fuêre piscatores, publicani, & de inferiori plebe homines. Nihilo verò nobiliores, & septuagina illos fuisse, consentaneum est. Nemo autem ex Pontificum aut reliquorum magnatum ordine, in Apostolorum numerum cooptatus legitur: idq; non sinè singulari Dei consilio factum esse, quis non intelligit? Appellantur istæ personæ, Piscatores hominum: *Matth.4.* † Operarii in messe: *Matthæi 9.* † Servi, seu Legati, vocantes ad nuptias ac cœnam: *Matth.22.* [a] *Luc.14.* [b] Prophetæ, Sapientes, Scribæ: *Matt.23.* [c] *Ecce, ego mitto ad vos Prophetas, & Sapientes, & Scribas: & ex illis occidetis, &c.* Servi negociantes: *Matth.25.* [d] Testes: *Luc.24.* [e] *Joh.15.* [f] *Act.1.* [g] Sal terræ; Lux Mundi; Civitas alta;

Lucerna super candelabrum ponitur: *Matth.5.* [b] Hi autem non subitò rapiuntur ad hujusmodi arduum ministerium; sed priùs discunt. Deposita, in scholâ domesticâ sanctissimorum patrum, nempe Zachariæ & Elisabethæ, magnâ sedulitate institutus est: præsertim cum divinâ revelatione acceperint, eum fore pabam ac præcursorem Messiæ præsentis. Deinde, haud dubiè alios quoq; pios & doctos viros audivit. Denique, eruditi ipsum Deus immediatè quoque; jubens eum baptizare, & monstrare Messiam. Apostoli, priusquàm docendi munus publicè suscipiant; triennium in scholâ Christi solerter instituuntur: inveniuntur miracula: dies ac noctes apud Christum agunt. Etsi autem mirabiliter proficiunt, Christo per Spiritum sanctum in ipsis operante, præsertim in Pentecoste; ut suo loco commemorandum erit: tamen nõ discunt in momento capita doctrinæ Christi omnia; sed paulatim erudiuntur. Ætate quoq; non puerili, ad hanc amplissimam functionem leguntur accessisse; sed virili. Johannes, trigesimo suæ ætatis anno, suum illud munus auspicatur. Jesus etiam usque ad eam ætatem expectat. *Luc.3.* † Maturæ ætatis cæteros etiam Apostolos fuisse, nemo dubitat.

Formæ vocationis, ut non ceremoniosæ fuerunt; ita brevibus quoq; descriptæ sunt: autoritas tamen atq; gravitas ejus vocationis, maximi est momenti. Quando Christus ipse initiatur ad ministeriũ suum, baptizatur à Johanne in Jordane: Pater fert testimonium, eum esse suum dilectum filium: Spiritus sanctus, visibili specie columbæ in Christum descendês, eum inungit. Hæc est universa pompa veri Archiepiscopi omnium aliorum Episcoporum. Andreas ac Petrus, juxta mare, dum occupati sunt mittendis retibus in aquam; & vocantur & ordinatur simul, simplicissimis verbis. *Venite*, inquit Christus, *post me: faciam vos fieri piscatores hominum.* Matth.4. † Philippi vocatio & ordinatio, eodem modo peragitur. *Sequere me,* † inquit Christus: nec adhibêtur ullæ aliæ ceremoniæ. Iisdem verbis ad Matthæum utitur: *Sequere*, inquit, *me.* Matth. 9. † Nec est credibile, alios Apostolos aliter vocatos esse. Postea tamen, superatâ morte, Christus totum cœtum Apostolicum afflat; & inquit: † *Accipite Spiritum sanctum.* Ascendens in cœlum, elevatis manibus suis, benedicit eis; & jubet egredi in totum Mundum, ac disseminare pœnitentiam ac remissionem peccatorum in suo nomine. *Luc.24.* † In Pentecoste (ut infrà dicetur) in eos Spiritus sanctus descendit; flammantibus ipsorum linguis apparens. † De Baptistę ordinatione, & consecratione ad ministerium, nihil aliud exstat; quàm, quòd se jussum affirmat à Deo, ut baptismum ordinetur. *Joh.1.* † & Luc.3. † *Factum est verbum Domini in deserto ad Johannem.* Quibus autê ritibus cæteri doctores Ecclesię sint vocandi; quâ ratione publicum hoc docendi munus eis sit delegandum ac imponendum: non est expresè traditum; sed libertati Ecclesiæ relictum.

Res hujus Ministerii publici sunt: certa, explicata, vera, & perspicua doctrina, patefacta à Deo, de omnibus capitibus scitu necessariis; in primis verò doctrina de Lege & Euangelio, seu de Christo, ejusq; beneficiis, hoc est, de gratiâ Dei & remissione peccatorum gratuitâ, propter meritum Christi, fide gratis accipiêdâ: & legitima Sacramentorum administratio. Ad has res, omnes illi Ministri alligati fuerunt: & sunt ex æquo omnes boni Ministri, omnibus seculis, ad eas adstricti. Compendia autem harum rerum, à Christo dilucidè recitantur. Matt.10. † *Euntes prædicate, dicentes, quòd appropinquârit regnum cœlorum.* Matt.28. † *Euntes, docete omnes gẽtes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs sancti: docentes eos servare omnia, quæcunque mandavi vobis.* Hoc dicto res illius publici ministerii commemorantur, doctrina & sacramenta; omnesq; ad dictata Christi expresè obligantur: inclusâ non obscurè interdictione, ne quid alieni adsuant. Eadem referantur Marc.16. † *Euntes in universum Mundum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit.* Rursus hic doctrinæ & sacramentorum mentio fit. Lucæ 24. † *Oportebat*, inquit, *Christum pati; & resurgere à mortuis tertiâ die: & prædicari in nomine ejus pœnitentiam, & remissionem peccatorum, in omnes gentes.* Joan.20. † *Spiritum sanctum*

Arguet Mundum de peccato, de justitiâ, de judicio. De peccato quidem; quod non crediderint in me: de justitiâ; quòd vado ad patrem: de judicio; quia princeps hujus mundi judicatus est. Joh.20.† *Sicut me misit pater: ita & ego mitto vos. Hæc cùm dixisset, insufflavit in eos, & dixit: Accipite Spiritum sanctum. quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.* In genere, de Ministerio, Matth.13.† inquit Christus: *Vobis datũ est, nôsse mysteria regni cœlorum.*

Cæterùm, quæ sint capita doctrinæ; quæ eorum summa; quæ ratio sacramentorum: passim in hac ideâ doctrinæ exponitur; unde Lector potest petere. & hæ res sunt communes omnibus, quolibet seculo in ministerio docendi versantibus. Etsi enim Johannes prior inciplebat doctrinam, de Messiâ præsente, & Baptismum: tamen circa easdem res occupatus erat. Neque hic, propter vocationes, res variantur. Eaidem res & Prophetæ, ante exhibitum Christum in ministerio suo publicè tradiderunt. *Matthæi 22.* [a] *Luc.14.* [b] ubi significatur Christus, eâdem voce, tum Judæos, tum Gentes vocari. Lucæ 24.† *Necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Mosis, Prophetis, & Psalmis, de me.* Philippus ait, Joh.1.† *Quem scripsit Moses & Prophetæ, invenimus, Jesum.* Luc.1.† Maria inquit: *Sicut locutus est ad Patres nostros.* Zacharias inquit:† *Sicut locutus est per os sanctorum, qui a seculo sunt; Prophetarum suorum.* Ex his dictis duo patent: unum, quòd ministerium docẽdi etiam ante Christum fuerit: alterum, quòd res ministerii istius congruant, in veteri & novo Testamento.

Non esse fas unquam, vel Apostolis vel Ministris Ecclesiæ Christi, mutare sermonem, hoc est, genus doctrinæ à Christo revelatum ac traditum; ac pro arbitrio articulos fidei condere vel abolere: sed omnes ex æquo ad pactatum hoc verbum Christi alligatos esse; perspicuè Christus docet, Matth.28.† *Docentes*, inquit, *eos servare, quæcunque præcepi vobis.* Lucæ 24.† *Vos estis testes horum.* Johan.15. † *Vos testimonium perhibebitis de me: quia ab initio mecum estis.* Non autem integrum aut liberum est testi, comminisci sententias in rebus gravibus: sed res habet certas, exploratas, ac præscriptas; à quibus non licet ei discedere, aut pilum etiam latum (quod dicitur) deflectere. Joh. 14. † *Spiritus sanctus docebit vos omnia; & suggeret* (inquit) *vobis omnia, quæ dixi vobis.* Non dicit, eum aliena confecturum esse. Johan. 16.† *Cùm venerit ille Spiritus veritatis; docebit vos omnem veritatem. Non enim loquetur à semetipso: sed quæcunque audiet, loquetur; & quæcunque ventura sunt, annuntiabit vobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet; & annuntiabit vobis.* Alligantur igitur Apostoli ad vocem Christi, & dictata Spiritûs sancti. Johan.8. † *Si manseritis in meo sermone, vere discipuli mei estis.* Johan.10. † *Oves meæ vocem meam audiunt.* Non igitur alia vox, quam Christi, ovibus est proponenda. Præcipit etiam, *ut à fermento Pharisæorum sibi caveant.* † Damnantur insuper acriter Pseudoprophetæ & Pseudochristi, diversam à Christo doctrinam asserentes: *Matth.* [a] *24.* [b] Denique, ideò in schola Christi tamdiu doctrinâ cœlesti imbuuntur Apostoli: ut sciant, se non habere jus, novum doctrinæ genus comminiscendi; &, quod vellent, pro arbitrio docendi: sed ut eam tantùm addiscant & spargant, quã ex vivâ voce Christi perciperent.

Ulit etiam, prudentiam & fidelitatem, in administratione earum rerum, quæ ad ministerium Ecclesiæ pertinent, adhiberi Christus: ne Epicureis, aut persecutoribus, [illegible] & prostituatur Euangelium, & Sacramenta. [illegible] † *Nolite*, inquit, *sanctum dare canibus; neq; mittatis margaritas vestras antè porcos: ne forte conculcent eas pedibus suis, & conversi dirumpant vos.*

Ut [illegible] docendi esse publicum; Matth.10. † Christus [illegible]: *Quæ dico*, inquit, *vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tecta.* Item: † *Omnis, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis est. Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego illum coram Patre meo, qui in cœlis est.* Est enim hoc dictum, tum de publicâ [illegible] tum de privatâ [illegible] Matth.5. † *Vos estis sal terræ.* Item: † *Vos estis lux mundi. non potest civitas abscondi supra montem posita. neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio; sed super candelabrum: ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus: ut videant opera vestra bona; & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est.* Est autem prædicatio verbi Dei, unum de excellentissimis operibus à Deo præceptis. Ex hæc ad totam Ecclesiam Christi spectant.

Porrò, nulla majoritas, nullus primatus, inter Apostolos & ejus successores, à Christo constituitur: sicut Matthæi 18. [a] 20. [b] Marc.10. [c] Lucæ 22. [d] explicatur. Manifestè enim pronuntiat Christus: *Non erit ità inter vos: sed quicunq; vult inter vos esse major, sit vester minister: & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester servus.* Luc.22. † prædicit Apostolis excellentiam, quam post hanc vitam, & quidem ipsi pariter omnes, habituri sint. *Vos*, inquit, *estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et ego disponо vobis, sicut disposuit mihi Pater meus, regnum: ut edatis & bibatis super mensam in regno meo; & sedeatis super thronos, judicantes duodecim tribus Israel.* Referatur & hoc ad Apostolorum peculiare donum; quod in resurrectione judicaturi sint duodecim tribus Israel.

Pertinet quoq; ad explicationem hujus loci; quòd ministerium hoc Ecclesiæ, Christus à regno mundano, & civili potentiâ ac violentia, accuratè discernat: *Matthæi 20.* [a] *Marc.10.* [b] *Luc.22.* [c] nec vult permittere, ut Petrus, tanquam minister Ecclesiæ, gladio adversùs persecutores utatur: *Matthæi 26.* [d] vetat, ne civili violentiâ exstirpentur sectæ: *Matthæi 13.* [e] Quod autem Luc.22. [f] inquit Christus: *Nunc qui habet sacculum, tollat: similiter & peram: & qui nõ habet, vendat tunicam suam, & emat gladium.* figurate dicitur. Significat enim, restare pericula; opus esse certamine. Postea Apostolis dicentibus; † *Ecce duo gladii hic:* respondet; *Satis est.* Somniabant boni discipuli, suum præceptorem de corporalibus gladiis dicere; ut erant adhuc imbecilles, nondum capientes, quod Christus expressis verbis dicebat; † *Oportet impleri in me. &, Cum iniquis deputatus est.* ideò dicit Christus; *Satis est.* subindicãs, nõ opus esse, ut Apostoli corporalia prælia pro se ineant, armisq; dimicent: se enim destinatũ esse passioni. E vestigio igitur iter in montem Olivarum, inchoaturus passionem suam, ingreditur.

Debere Ministros Euangelii rebus necessariis ad hanc corporalem vitam sustentari; ac licitum eis esse, debitum stipendium accipere: Christus perspicuè docet. Matth.10. † *Dignus est operarius cibo suo*, seu *mercede suâ.* Quod autem dicit: † *Gratis accepistis, gratis date: Nolite possidere aurum, neq; argentum, neq; pecuniam in zonis vestris: Non peram in via, neq; duas tunicas, neq; calceamenta, neq; virgam:* præcipit, ne cauponentur Ecclesiæ ministri verbum Dei; neque avaritiæ ac bonis secularibus, cum incommodo verbi, anxiè studeant. Estq; promissio, quòd Christus velit eos alere. Cõtinuò enim subjungit, veluti rationem: *Dignus enim est operarius mercede suâ.* Item Luc.10. † *In eadem domo manete, edentes & bibentes, quæ apud eos sunt.*

Duraturum esse aliquod ministerium publicum docendi, usq; ad finem Mundi; Christus hac suâ promissione docet: Matth.28. † *Ero vobiscum omnibus diebus, usq; ad consummationem seculi.* Matth.16. † *Portæ inferorum non prævalebunt adversùs eam.* Idem testatur concio de fine Mundi; *Matth.24.* Item de sapientibus virginibus, & de fidelibus servis; *Matt.25.* Quamvis ingens hominum contemtus, & persecutio, simul prædicãtur in fine Mundi grassatura esse.

Hæc tamen duo habet Apostolica functio peculiaria, præ aliâ communi reliquorum Doctorum Ecclesiæ vocatione; quòd miraculorum donis sit ornata: & mandatum habeant Apostoli, non tantùm uno in loco; sed ubiq; terrarum, docendi Euangelium [illegible] Christi. Matthæi 10. † *Convocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem contra spiritus immundos, ut ejicerent eos; & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem.* Item: † *Infirmos curate: mortuos suscitate: leprosos mundate: dæmones ejicite.* Marci 16. † *Signa eos, qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia ejicient; linguis loquentur novis; serpentes tollent; &, si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super*

† vers.13. *agros manus imponent; & bene habebunt.* Marci 6. † *Ungebant oleo multos ægros; & sanabantur.* Narratur hìc miraculosa Apostolorum unctio: non datur præceptum, ut omnibus seculis hoc faciant verbi ministri. Lucæ 9. † *Misit eos* † vers 2. *prædicare regnum Dei & sanare infirmos.* Item: † *Circuibant per castella evangelisantes & curantes ubiq;* † vers 6. Lucæ 10. † *Ecce, dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici & nihil vobis nocebit.* † vers 19. Lucæ 24. † dicit Christus de illâ potestate ubique prædicandi: *Oportet prædicari in nomine meo pœnitentiam, & remissionem peccatorum, in omnes gentes, incipiendo ab Hierosolymâ.* † vers 47. Matth. 28. † *Ite, docete omnes gentes.* Marc. 16. † *Prædicate Evangelium omni creaturæ.* † vers 19. † vers 15. Hæc sanè particularia fuisse, seu personalia, seu temporalia, (ut sic dicamus) apparet. Observatione tamen dignum & hoc est: quòd ministerium Apostolorum initiò fuerit particulare; hoc est, ad certa tantùm Judææ loca alligatum. Nam Matthæi 10. † inquit Christus: *In viam gentium ne abieritis; & in civitates Samaritanorum ne intraveritis: sed potiùs ite ad oves, quæ perierunt domûs Israel.* † vers 5. 6. Et hæc quidè particularis (ut sic vocemus) missio, duravit usq; ad ascensionem Christi Posteà verò, in ipsâ ascensionis horâ, accipiunt demandationē ministerii universalis. *Ite*, inquit, *in Mundum universum.* † *Marc 16 v. 5 6.* Et postea, accepto Spiritu sancto in Pētecoste, hoc ipsum quod jubebantur præstabant. Fit igitur hæc universalis ut sic vocemus missio. Communes autē Ecclesiæ doctores, loco certo destinantur, cetlavit etiā miraculorum donum, quale Apostoli in primordiis Ecclesiæ Christi habebant.

Deautoritate & dignitate Ministerii istius, supra etiam de Verbo Dei quædam collecta sunt. Sed hic quædam repetenda videntur. Matth. 10. † *Non vos estis, qui loquimini; sed spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.* † vers 20. Matthæi 28. † *Ecce, ego vobiscum sum omnibus diebus, usq; ad consummationem seculi* † vers 20. Lucæ 10. † *Qui vos audit, me audit* Johan. 16. † vers 16. † *Spiritus sanctus arguet Mundum* item: † *Docebit vos omnem veritatem* Johan. 14. † vers 8. † *Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia; & suggeret vobis omnia, quæcunq; dixi vobis.* Joh. 2. † *Sicut misit me Pater; & ego mitto vos: accipite Spiritum sanctum.* Matth. 10. † *Qui vos recipit, me recipit: & qui me recipit, recipit eum, qui me misit* † vers 13 † vers 26 † vers. 21 22 † vers 40 Quæ verò potest major autoritas aut dignitas existere, quam hæc; quòd ministerio docendi adest Pater, & Filius, ac Spiritus sanctus? Etsi autem principaliter de ministerio Apostolorum hoc sit intelligendum, qui, tanquam testes Christi, istis magnificis testimoniis ornati, & omnibus auditoribus commendati sunt: tamen, quia ministerium verbi, non tantùm pro ipsorum ætate instituitur; sed ut semper in eo vox Evangelii tonet: ideò ad ministerium docendi verum ac sincerum, omnibus seculis, hæc illustria dicta pertinent. *Ero*, inquit Christus, *vobiscum omnibus diebus, usq; ad seculi finem.* † Matth. 28 v 20. Autoritas ministerii in Novo Testamento indè quoq; crescit: quòd in Veteri de eo sit prædictū. ticut Luc. 1. † & 24. † expressè indicatur: & citatur ex Esaiâ & Malachiâ illustria testimonia, de officio Johannis, præconis & caduceatoris Messiæ. † vers 55 70. † vers. 46 Matt. 3 v 3 & cap 11 v. 10.

Effectus hujus ministerii sunt: Deducere ad veram Dei cognitionem. Matt. 11. † *Nemo novit Filium, nisi Pater: neq; Patrem quis novit, nisi Filius; & cui voluerit Filius revelare.* † vers. 27. Quòd Christus velit se huic cœtui adjungere. Matthæi 18. † *Ubi duo vel tres congregati sunt in meo nomine; ibi sum in medio eorum.* † vers 20. Johan. 14. † *Si quis diligit me, sermonem meum servabit: & Pater meus diliget eum; & ad eum venienius. & mansionem apud eum faciemus.* † vers 23. Adfert Spiritum sanctum. Johan. 14. † *si diligitis me, mandata mea servate. & ego rogabo Patrem; & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum: Spiritum veritatis, quem Mundus non potest accipere; quia non videt eum, nec novit eum.* † v 15. 16. 17. Adfert conversionem. Johannis 6. † *Omnis, qui audivit & didicit à Patre, venit ad me.* † vers. 45. Adfert pœnitentiam, & remissionem peccatorum, & salutem. *Luca 24.* [a] *Marci 16.* [b] Regenerationem. *Johan. 3.* [c] Defensionem in omnibus adversitatibus. Matthæi 7. † *Qui audit verba mea, & facit ea, assimilabitur viro prudenti; qui ædificavit domum suam super petram. & descendit pluvia, & flaverunt venti, & irruerunt in do-* † vers 24. 25

[a] vers. 47. [b] vers. 16. [c] vers. 1.

mum illam: & non cecidit. Adfert facultatem bene operandi. Johan. 15. † *Qui manet in me, & ego in eo; hic fert fructum multum: quia sinè me nihil potestis facere* † vers 5. Declarat autem ista his verbis: † *Si præcepta mea servaveritis; manebitis in meâ dilectione: sicut & ego præcepta Patris mei servavi.* † vers.10 Idem parabola de Semine monet, *Matth. 13.* Adfert hoc bonum, ut possimus rectè Deum invocare, & glorificare. Johan. 15. † *Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcunque volueritis, petetis; & fiet vobis.* † vers 7. Adfert vitam æternam, Joh. 5. † *Amen amen dico vobis; qui verba mea audit, & credit ei qui me misit, habet vitam æternam.* † vers.24. Joh. 8. † *Si quis sermonem meum servaverit; mortem non videbit in æternum.* † vers 52. Sed hæc in loco de verbo Dei, de Euangelio, ac vicinis aliis, copiosiùs declarantur.

Contraria huic ministerio publico sunt: Ministerium docendi in mundanum regnum convertere, ac majoritatem affectare. id quod Christus seriò ac sæpè reprehendit: *Matth. 18.* [a] *20.* [b] *Marc. 10.* [c] *Luc. 22.* [d] Non docere; non lucere; non confiteri. *Matt. 5.* [e] *10.* [f] Serere zizania, seu falsa dogmata. *Matth. 13* [g] Furari oves Christo, aut præstigiis latrocinium in oves exercere, & carnificare. *Joh 10.* [h] Esse mercenarium; lupo veniente & grassante, oves deserere. [i] Excommunicare & persequi, cum ministros pios; tum alios sinceram Euangelii vocem amplectētes. *Joh 16.* [k] Sanctum dare canibus; aut margaritas ante porcos projicere: quod fœderè, natura, prohibet Christus: *Matth. 7.* † Impia & dedecorosa vita ministrorum. *Matth. 18.* † *Væ homini, per quem venit scandalum.* Aspernari verbum, quo Deus offert sua bona. *Matth 22.* [l] *Luc 14.* [m] Audire, & non amplecti. *Matth.* [n] *13* [o] Spernere ministros simul cum verbo. *Luc. 10* [p] *Qui vos spernit, me spernit: qui autem me spernit, eum, qui misit, spernit.* Non fovere rebus necessariis pios Euangelii ministros. Matt. 25. [q] *Famelicus fui; & non pavistis me, &c.* [r] *Amen dico vobis; quicquid non fecistis uni de minoribus his, nec mihi fecistis.* Alienos pastores sequi. *Johan. 10* †

[a] vers. 3. [b] vers. 22. [c] vers. 38. [d] vers 26. [e] vers 13. & segg. [f] vers. 33. [g] vers. 25. [h] vers 1. 10. [i] ibid. v. 12. [k] vers 8 † vers. 6. † vers. 7. [l] vers 5. 6 [m] vers 18. [n] vers. 26. [o] vers. 19. [p] vers. 16. [q] vers. 42. [r] vers. 45. † vers. 5.

Postremo, appendicis vice, hæc adjiciemus: Opera mala a doctrinâ bona esse diligenter emendanda: neque ob mala opera personæ, doctrinam quoq; tanam esse rejiciendam: sed audita doctrinâ, opera mala fugienda esse, Christus docet, Matth. 23. † *Super cathedram Mosis sederunt Scribæ & Pharisæi. omnia ergo, quæcunq; dixerint vobis, ut servetis, servate & facite: secundum opera verò eorum nolite facere. Dicunt enim; & non faciunt.* † vers. 2. 3.

De communi sorte docentium in Ecclesiâ, in Loco de Cruce dicetur.

DE LIBERTATE CHRISTIANA.

DOctrina de Libertate Christiana, ex Locis de Lege, de Justificatione, & de Traditionibus humanis, cōstat. Principales igitur partes hic paucis repetere, satis erit: cùm uberiorem declarationem suis propriis locis Lector inveniat.

Libertatem autem Christianam, non consistere in magistratus, judiciorum, onerum politicorum, aut proprietatis possessionum abrogatione; Christus evidenter docet, & factis demonstrat. Interrogatus enim de censu, quem Judæi Romanorum Imperatori cogebantur pendere; non ambiguè, sed diserte respondet Christus: *Date Cæsari, quæ sunt Cæsaris* Matth. 22. † Quo dicto testatur, se Euangelio suo non abolere politicū magistratum; & probare omnia, quæ ad ejus gubernationem, & conservationē politiarum, pertinent: nempe obedientiam, reverentiam, pensiones, judicia, rerum proprietates, pœnas adversùs contumaces turbatores ordinis politici, & grassatores. In horto, ad Petrum, præter vocationem suam affectantem magistratum, Christus inquit: *Qui gladium acceperit, gladio peribit.* Matt. 26. † Manifestè igitur magistratum approbat; & vult eum uti gladio, adversus homicidas & grassatores. Nequaquam igitur permittit, ut pii sese obedientiæ magistratūs, ac legitimis ipsorum pœnis, subtrahant. Nam ad Apostolum Petrum, omnesq; pios, ea vox editur. Leginus insuper, Christum habitâsse Capernaumi, ibique magistratui stateremi, pro se & Petro, abiq; reluctatione persolvisse: *Matth. 17.* † Neq; in licentiâ vitæ consistere libertatem Christianam, quasi liberè & impunè peccatis sese polluere possent Chri-

† vers. 52. † vers. 27.

stiani

tiani, absque jactatura gratiæ Dei, aut salutis; patùm est. Nam Matth.7.* inquit Christus: *Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem.* Item:* *Omnis arbor bona fructus bonos facit; mala autem arbor malos fructus facit.* Item:* *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excinditur, & in ignem mittetur.* Matt.18. servus, non præstans misericordiam ergà conservum, post acceptam promissionem de remissione culpæ & pœnæ, punitur, & æternis pœnis subjicitur. Joh.8.* *Omnis qui facit peccatum, servus est peccati.* Johan.5.* *Ecce, sanus factus es: jam noli peccare; ne deterius tibi aliquid contingat.* Sicut in Loco de Bonis operibus fusiùs tractatum est. Restat igitur, res esse longè sublimiores, nempe spirituales, in quibus libertas Christiana consistat. Gradus autem isti, ex concionibus Christi, & ipsâ historiâ, patent.

Primus ac præcipuus gradus libertatis Christianæ est, liberatio à peccato, & à Dei, damnatione; remissio peccatorum gratuita: per solutio Legis per Christum pro hominibus præstita; justitia, quam ex merito Christi fide accipimus. Johannis 8.* *Amen, amen dico vobis, omnis qui facit peccatum, servus est peccati.* * *Si vos Filius liberaverit; verè liberi eritis.* Matthæi 5.* *Non veni solvere Legem.* Johan.1.* *Ex ejus plenitudine omnes accepimus, gratiam pro gratiâ.* Joh.3. * *Qui credit in eum, non judicatur.* Lucæ 1.* *Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos.* Item:* *Ad dandam scientiam salutis plebi ejus, in remissionem peccatorum.* Matth.1.* *Ipse salvum faciet populum suum à peccatis ejus.* In his rebus amplissimis, credentium liberras consistit omnium maximè: licut in doctrinâ de Euangelio & Justificatione expositum est.

Secundus gradus est, libertas à lege Mosis: juxta Christi sententiam. * *Lex & Prophetæ usq; ad Johannem.* Quod autem ad Legem moralem attinet; Christus nos ab ejus exsecratione immunes fecit: & liberavit etiam nos ab eo jure Legis, quo obligati eramus, ad comparandam nobis salutem operibus nostris, integerrimâ impletione Legis pro nobis præstitâ; quâ nobis privilegium commeruit, ut ob alienam justitiam, nempe Christi, absolvamur & justificemur. Sed justificatos tamen vult, juxta eam, obedientiam exercere; propter alias causas, suprà in doctrinâ de Bonis operibus commemoratas. Verùm hæc ad istum gradum non pertinent propriè; sed ad primum.

A' forensibus autem & ceremonialibus, in universum nos liberavit Christus: nisi quatenus cum Lege naturæ, quæ ad Decalogum pertinet, contentiant. *Nam Lex & Prophetæ usq; ad Johannem.* Matth.11.* Politia Mosis, & illa ceremoniarum pompa, debebat tantùm usq; ad Christum durare, eumq; typis quibusdam repræsentare. Eam autem ipsam ob causam, Christus prophetat, templum Hierosolymitanum dirutum; imò totam gentem excisum iri: in testimonium, quòd & politia, & ceremoniæ Judaici populi, Christo exhibito, corruerint. Et Johannes Baptista, de facto ac de jure, abrogat ceremonias Mosaicas. Nam, rejectis & neglectis illis, ipse novam, nempe Baptismi, ad Jordanem orditur: vescitur locustis contra Legem; & à sacrificiis deducit homines ad exhibitum Messiam. *Ecce,* inquit, * *hic est agnus Dei, tollens peccata Mundi.* quasi diceret; Aliæ victimæ jam omnes cessant.

Tertius gradus libertatis Christianæ est, libertas à traditionibus humanis, seu rebus suâ naturâ mediis: ità ut nô sint alligandæ conscientiæ, neque justitia in eis quærenda. Luc.17.* *Non venit regnum Dei cum observatione.* Matth.9. * *Defendunt à Christo Discipuli; quòd non tã frequenter, ac discipuli Johannis, jejunent.* *Matt.15.* eisdem patrocinatur, * *lotis manibus contra traditiones Judæorũ cibum capientes* pronuntiat clarè, illotis manibus manducare, non * *communicare hominem.* Allegat & Etiam dictum: * *Frustra colunt me mandata & doctrinas hominum.* & *mandata hominum.* Luc.10.* inquit * *Dominus, quæ apud illos sunt.* Sed hæc, in doctrinâ de Traditionibus, suum proprium habent locum.

DE CRUCE ET AFFLICTIONIBUS Ecclesiæ.

Quòd Ecclesia Christi in hac vitâ sit cruci & variis erumnis, miseriis ac calamitatibus, exposita & subdita; Christus passim docet, & scriptura inculcat. Matth.7.* comparat Ecclesiam domui in petrâ constructæ: in quam defluxerint imbres, venerint eventus, & vi ventorum impetum in eam faciant; & tamen immota. Matt.10.* inquit: *Ecce, ego mitto vos, sicut oves in medium luporum.* Item:* *Eritis odio omnibus, propter nomen meum.* * *Non est discipulus super magistrum, nec servus super dominum suum.* Item:* *Si patremfamilias Beelzebub vocaverunt: quanto magis domesticos ejus!* Item:* *Non veni pacem mittere in terram; sed gladium.* Item:* *Qui non baiulat crucem suam, & sequitur me; non est me dignus.* * *Tollite jugum meum super vos.* Matthæi 16. * *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum: & tollat crucem suam, & sequatur me.* Matthæi 22.* in parabolâ ostendit Christus vocationem Dei ad nuptias vocantes, hoc est, prædicantes Evangelium Christi, contumeliosè tractari & occidi. Item:* * *Tunc tradent vos in tribulationem; & occident vos: & eritis odio omnibus gentibus, propter nomen meum.* Lucæ 12. * *Putatis, quòd pacem veni dare in terram? Dico vobis, non; sed separationem.* Lucæ 14.* *Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animã suam: non potest meus esse discipulus. Et qui non bajulat crucem suam, & venit post me: non potest meus esse discipulus.* Et prolixè admonet, hæc statim initiò credentibus meditanda esse. * *Quis enim,* inquit, *ex vobis; volens ædificare turrim, non prius sedens computat, qui sumtus necessarii sint? & num habeat tantum, unde eam possit perficere? ne, jacto fundamento, cùm non poterit perficere, omnes, qui vident, incipiant ei illudere; dicentes: Hic homo cœpit ædificare; & non potuit consummare. Aut quis Rex, iturus in committat bellum adversùs alium Regem, non sedens prius cogitat, an possit cum decem millibus is occurrere, qui cum viginti millibus venit ad se? Alioqui, adhuc illo longè agente, legationem mittens, rogat ea quæ pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.* Johannis 15.* *Si Mundus vos odit: scitote, quòd me priùs vobis oderit.* Item:* *Non est servus major domino suo. Si me persecuti sunt: & vos persequentur. Si sermonem meum servaverunt: & vestrum servabunt.* Johan. 16.* *Absq; synagogis facient vos: & veniet hora, ut omnis, qui interficiet vos, arbitretur se obsequium præstare Deo.* Item:* *Hæc locutus sum vobis; ut, quum venerit hora, eorum reminiscamini.* Item:* *Plorabitis & flebitis vos: Mundus autem gaudebit.* Item: * *In Mundo pressuram habebitis.* Lucæ 2.* vaticinatur Simeon: *Ecce,* inquit, *positus est hic in ruinam & in resurrectionem multorum in Israël; & in signum cui contradicetur. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius: ut revelentur ex multis cordibus cogitationes.* Exemplum & declaratio horum partis, etiam Christus est, Ecclesiæ sunt caput, & omnes ejus temporis credentes.

Definitio Crucis ex hac totâ tractatione formanda est, nempe quòd crux Ecclesiæ, sint omnis generis afflictiones, quæ piis accidunt; præcipuè verò, quæ propter nomen Christi inferuntur: ut probentur, erudiantur, ac innotescant veri Christiani; ac Deus in ipsis celebretur.

Sunt autem, ut in formis postea narrandum erit, afflictiones varii generis. Aliæ internæ: ut, Mœror animi: *Johan.14.* * Tentationes Diabolicæ: *Matt.4.* [b] *16.* [c] *Luc.22.* [d] Luctationes internæ cum morte: quales Christus in horto, sudans sanguinem, sustinuit. * Aliæ externæ: ut flagellationes ac lacerationes corporum, interfectiones; *Matth. 10.* [c] *Johan.16.* [f] rapinæ bonorum ac possessionum; profligatio in exilium: *Matt.10.* & *Luc.14.* [h] Vel, aliæ sunt spirituales: ut excommunicatio, damnatio: *Joh.16.* [i] Aliæ corporales: ut occidere corpus: *Matth.10.* [k] *Joh.16.* [l]

Quæ verò causæ sint, quare Ecclesia affligatur; ipse Christus exponit, Matth.5. * *Beati estis, &c. cùm dixerint vobis malum adversùs vos, mentientes, propter me.* Matth.10. * *Ad reges ducemini, propter me.* Item Matth.10.* *Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum.* Item Matth.10. * *Qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam.* Matth.19.* *Qui reliquerit, &c. propter nomen meum.* Matth.21. * Servi occidantur, propter vocem, quâ homines ad nuptias regales invitant. Luc.20.* in Christum peccatum inscribitur: eò quòd Pharisæorum superstitiones ritus &

veram doctrinam tradit. *Luc.4.** increpans Nazarethanos, odium incurrit & persecutionem. *Matt.12.* *& *Johannu 5.** Judæi persequuntur Christum; quia sabbato infirmum curaverat. *Johannu 7.** *Me odit Mundus; quia ego testimonium perhibeo de illo, quòd opera ejus mala sint.* Johannis 10.* Jesum confitentem se esse Messiam, idque probantem evidentissimis argumentis, volunt lapidare. *Johan.15.* *Si de Mundo fuissetis, Mundus quod suum erat diligeret. Quia verò de Mundo non estis; sed ego elegi vos de Mundo: propterea odit vos Mundus.* Item: *Hæc omnia facient vobis propter nomen meum, quia nesciunt eum qui me misit.* Johan.16.* *Et hæc facient vobis, quia non norunt Patrem, neque me.* Johannis 17. *Ego dedi eis sermonem tuum; & Mundus eos odio habet: quia non sunt de Mundo; sicut & ego non sum de Mundo.* Infantes Bethlehemitici trucidantur; Christus in Ægyptum infans portatur: eò quòd Magi attulerant nuntiũ, de nato Judæorum Rege, seu Messiâ. Johannes Baptista capite plectitur: eò quòd Herodis incestum taxaverat.

Confingunt autem alias cautas hostes, corã vulgo plausibiles. ut, Violationem sabbathi: *Matth.12.** Quòd citra vocationem à Pontificibus petitam doceret Christus: *Matth.21.** Quia blasphemaret, se Christum & filium Dei profitens: *Matt.26.** Quia primates reprehendit: *Luca 4.** Articulos accusationum coram Pilato proferunt Sacerdotes contra Christum, Luc.23.* *Hunc*, inquiũt, *invenimus subvertentem gentem nostram; & prohibentem tributa dare Cæsari; & dicentem, se Christum regem esse.* Item falsi testes dicũt; se ex eo audiisse, quòd velit destruere templum Dei, & in triduo ædificare illud: *Matth.26.*[a] *Johannis 8.*[b] dicunt, eum habere dæmonium.

Ex hac commemoratione apparet; causas persecutionum erga Christum & ejus membra, non esse furta, adulteria, rapinas; neq; etiam falsas & blasphemas opiniones & doctrinas: sed famam de Christo & ejus beneficiis doctrinam & confessionem; & necessarias reprehensiones peccatorum contra primam & secundam tabulam Decalogi.

Hostes verò, persecutionem exercentes, nõ infimâ tantùm de plebe texque describitur: sed omnium summi, ad clavũ Ecclesiæ ac Politici regiminis sedentes; loco, eruditione, sapientiâ, virtutibus, autoritate, potentiâ illustres; titulo Ecclesiæ fungentes: præterea & ipsi domestici, inter sectatores ipsius Christi exsistẽtes. *Mat.10.** ait, ab iis, qui Cõciliorum potestatem habent, hoc est, a summis Ecclesiastici regiminis gubernatoribus; & à Præsidibus ac Regibus, immanem persecutionem oriri. *Matth.2.* Herodes Christum & Infantes persequitur. *Matth.12.** Pharisæi conspirant, ac consilium ineunt, de Christo è medio tollendo. *Matt.14.* Herodes Antipas Baptistam interficit: Herodias, & filia ejus meretricis, eam rem impetrãt à Rege. *Matt.21.* *Pontifices & Seniores populi accusant Christum, tanquam saltim doctorem. *Matth.22.** Pharisæi & Herodiani callidè insidiantur Christo. *Matth.26.** Principes sacerdotũ & seniores populi, de Christo capiendo & occidendo decernunt: * Judas Iscariotes Christum triginta argenteis prodit. Item, * Sacerdotes Jesum, ut blasphemum, damnant: * ministri eorum simul sævitiam exercent: accedit & reliqua turba. *Matt.27.* Principes sacerdotum, Seniores populi, Pilatus præses, Populus, Milites, persecutionem contra Christum adjuvant. Nam populus, qui paulo antè clamaverat, *Hosianna Filio David*; nunc persuasus a Sacerdotibus, vociferatur; *Tolle, tolle. Joh.15.** Mundum ait odio flagraturum erga discipulos. Ipsi igitur Judæi, qui debebãt esse custodes doctrinæ veræ de Messiâ, eumq; obviis, non tantùm ulnis, quod dicitur; sed totis pectoribus, amplecti, ac voce suâ coram toto Mundo celebrare; sunt otiores ac persecutores Christi, & omnium qui in eum credunt. Sunt autem ipsi imago saltim Ecclesiæ omnium temporum.

Formæ afflictionum Ecclesiæ passim recitantur. Christus infans in exilium pellitur, utq; in Ægyptum. Bethlehemitici infantes necantur, ob natum Christum, Judæorum Regem, trucidantur. *Matthæi 10.** inquit Christus: *Tradent vos in concilia, & in synagogis suis flagellabunt vos: & ad præsides & Reges ducemini, propter nomen meum.* Johan.16.* dicit: *Ejicient vos de synagogis: sed venit hora, ut omnis, qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo.* Johannes Baptista, primùm in carcere maceratur; postea in eodem capite truncatur. *Matthæi 19.** indicat Christus; domum, fratres, sorores, patrem, matrem, uxorẽ, filios, agros, propter nomẽ suum deferendos: hoc est, credentes bonis suis ob confessionem exsutum iri. *Matth.22.** ait, Servos, vocantes ad nuptias, hoc est, doctores, ignominiosè tractatos & occisos. *Matth.26.** osculo ac blandâ salutatione Judas Christum prodit, ac tradit Judæis: turba violentas manus injicit; ac captivum ad Sacerdotes adducit. Hi quæruntfalsa adversùs ipsum testimonia; &, contra conscientiã, mortis sententiam in eum proferunt: Ministri, contectâ ejus facie, colaphos ei impingũt, ac jubent divinare quis fecerit. *Matt.27.* ducunt eum ad Pilatum: & vulgus indomitum & furiosum instigant, ut postulent Christum interfici; Barrabam aũt latronem dimitti: tandẽ, blanditiis & minis Prætor ille impulsus, contra suam conscientiam, lavans etiam manus in conspectu omniũ, militibus eum crucifigẽdum tradit. &, quomodo hostes suspensum in cruce sarcasmis exagitarint, suo loco exponet. Matt.10.* *Tradet frater fratrem in mortẽ, & pater filium: & insurgent filii in parentes, & morte eos afficient.* Lucæ 4.* Nazarethani Christum in præcipitium ducũt, indè eum deturbaturi; nisi manus ipsorum evasisset. Lucæ 14.* *Omnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.* Lucæ 23.* vinctus Christus Herodi mittitur: * & fiunt amici Pilatus & Herodes. *Johannis 10.** Judæi volunt Christum lapidare; ac dicunt, eum habere dæmonium, insanire, blasphemare. Johannis 16.* *Plorabitis & flebitis vos: Mundus contrà gaudebit.*

Quomodo crux seu afflictiones ferendæ sint; multis in locis Christus docet. ut, I. Quòd statuendũ sit, nõ casu eas accidere, seu Deo ignorante. Matth.10.* *Nonne duo passeres asse veneunt? & unus ex illis non cadet super terram, sine Patre vestro. Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis.* Johan.10.* *Ego sum pastor bonus; & cognosco oves meas.*

II. Quòd nihil insoliti nobis usuveniat. ideò suum exemplum vult nos considerare. Matth.10.* *Non est discipulus super magistrum; nec servus super dominum suum. Sufficit discipulo, ut sit sicut magister ejus; & servus sicut dominus ejus. Si patremfamilias Beelzebub vocaverunt: quantò magis domesticos ejus? Ne ergo timueritis eos.* Matt.5.* *Sic persecuti sunt Prophetas qui fuerunt ante vos.*

III. Vult nos Christus causam, quare persecutionem patimur, considerare: nempe, quòd ea nõ sit nostra; sed ipsius Christi. Matthæi 10.* *Ad Reges ducemini, propter me.* Johannis 15.* *Hæc omnia facient vobis propter nomen meum.* Lucæ 10.* *Qui vos spernit, me spernit.* Plura ejus generis testimonia suprà recitata sunt.

IV. Promissiones vult nos in conspectu habere; quòd crucem velit moderari Christus, missione & auxilio Spiritûs sancti. Matt.10.* *Cum autem tradent vos; nolite cogitare, quomodo & quid loquemini: dabitur enim vobis in illâ horâ, quid loquamini. Non enim vos estis, qui loquimini; sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.* Lucæ 21.* *Ego dabo vobis os & sapientiam; cui non poterunt resistere & contradicere omnes adversarii vestri.* Johannis 14.* *Ego rogabo Patrem; & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum.*

V. Promissiones etiam de suâ præsentiâ, & defensione, proponit Christus. Matth.10.* *Omnes capilli capitis vestri numerati sunt.* Luc.21.* *Capillus de capite vestro non peribit.* Joh.10.* *Non rapiet eos quisquã de manu meâ. Pater meus, qui dedit mihi, major omnibus est: & nemo potest eos rapere de manu Patris mei.* Joh.14.* *Non relinquam vos orphanos.* Johan.16.* *In Mundo pressuram habebitis: sed confidite; ego vici Mundum.* Matth.28.* *Ecce, ego vobiscum sum omnibus diebus, usq; ad consummationem seculi.*

VI. Amplissimam retributionem promittit, in hac & æternâ vitâ. Matthæi 19.* *Omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum; centuplum accipiet: & vitam æternam possidebit.* Matth.5.* *Beati, qui persecutionem*

patiuntur

patiuntur propter justitiam: quoniam ipsorum est regnum cælorum. Beati estis, cùm maledixerint vobis homines; & persecuti vos fuerint; & dixerint omne malum adversùs vos, mentientes, propter me. Gaudete & exsultate: quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Matthæi 16. * *Qui voluerit animam suam salvam facere, perdet eam. Qui autem perdiderit animam suam propter me, inveniet eam.* Item: * *Filius hominis venturus est in gloriâ Patris sui, cum Angelis suis: & tunc reddet unicuique secundùm opus suum.* Lucæ 12. * *Noli timere, pusille grex: quia complacitum est Patri vestro, dare vobis regnum.* Lucæ 6. * *Beati, qui nunc fletis: quia ridebitis. Beati eritis, cùm vos oderint homines; & cùm separaverint vos, & exprobraverint; & ejecerint nomen vestrum, tanquam malum, propter Filium hominis. Gaudete & exsultate in illâ die: ecce enim, merces vestra multa est in cælo.* Johannis 16. * *Tristitia vestra vertetur in gaudium. Mulier, cùm parit, tristitiam habet; quia venit hora ejus. cùm autē pepererit puerū: jam non meminit angustiæ; propter gaudiū, quia natus est homo in Mundum. Et vos nunc quidem tristitiam habetis. Iterum autem videbo vos: & gaudebit cor vestrum; & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.*

Proponūtur & exempla miraculosarum liberationum. *Matth. 2.* Joseph in somnis per Angelum monetur, de persecutione ihgruente ab Herode: & locus, quò se debeat cum Mariâ & infantulo Jesu recipere, nempe Ægyptus, nominatur: cum quidem antè Magi munera Jesu, tanquam vero Messiæ, obtulissent. Id quod divino consilio factum est; ut indè viaticum necessarium haberent. Magi etiam ipsi, Angelo monente, manus Herodis effugiunt.

VII. *Modicum*, inquit, *& jam non videbitis me: & iterum modicum. & videbitis me: quia vado ad Patrem.* Joh. 16. * Etsi autem ad passionem Christi hæc verba propriè pertinent: tamen hæc generalis doctrina omnibus ætatibus ad Ecclesiam spectat: quòd tribulationes credentium non sint in perpetuum duraturæ; sed modico tantùm tempore.

VIII. Monet Christus, non nimiùm esse pertimescendos persecutores: cùm in corpus tantùm sævire queant; citra injuriam animæ. Matth. 10. * *Nolite*, inquit, *timere eos, qui occidunt corpus; animam autem non possunt occidere: sed potiùs timete eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennâ.*

IX. Qui non sustinēt tribulationes propter Christum, non possunt esse discipuli ejus; & punientur etiam in extremo judicio. Matt. 10. * *Qui amat patrem aut matrem plùs quàm me, non est me dignus: & qui amat filium aut filiam supra me, non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam, & sequitur me; non est me dignus.* Luc. 14. * *Si quis venit ad me; & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem animam suam: non potest meus esse discipulus. & qui non bajulat crucem suam, & venit post me; non potest meus esse discipulus.* Matt. 10. * *Qui negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo cœlesti.* Matth. 13. * *Qui super petrosa seminatus est, is est, qui verbum audit; & continuò cum gaudio accipit illud: non habet autem in se radicem; sed est temporalis. Factâ enim tribulatione & persecutione propter verbum, continuò scandalizatur.* Matth. 16. * *Quid prodest homini, si universum mundum lucretur; anima autem suæ detrimentum patiatur?* Loquitur autem Christus de iis, qui ob metū crucis, & rerū corporalium, se nō sequuntur.

Virtutes, quæ in cruce & tribulationibus exerceri debēt, partim ex jam-commemoratis, partim ex aliis quoq; testimoniis, patent. ut sunt: Notitia Dei, & voluntatis ejus: statuens Deum scire nostras ærumnas, iisq; affici; & mitigationem atq; auxilium præstiturum esse. Matt. 6. * *Novit Pater vester, quibus opus sit vobis, priusquàm petatis ab eo.* Matt. 28. * *Ecce, ego vobiscum sum.* Oratio. Matth. 26. * *Vigilate & orate; ne intretis in tentationem.* Mansuetudo erga ipsos hostes. Matth. 5. * *Ego dico vobis; diligite inimicos vestros: benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos: ut sitis filii Patris vestri, qui in cœlis est; qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super justos & injustos.* Patientia. Lucæ 22. * *In patientiâ vestrâ possidete animas vestras.* Matthæi 5. * Lucæ 6. *Ego dico vobis; ne resistatis malo:* (hoc est: privatos non vult violenter propulsare injurias, illicito modo; sed patientiam exercere) *sed, si quis te percusserit in dextram maxillam tuam; præbe ei & alteram: & ei, qui vult tecum in judicio contendere, & tunicam tuam tollere; dimitte ei & pallium.* Humilitas. Matthæi 11. * *Discite à me; quia mitis sum, & humilis corde.* Constantia ac perseverantia. Matthæi 10. * *Qui perseveraverit usque in finem, is salvus erit.* Johannis 16. * *Confidite, ego vici Mundum.* Tolerantia moræ. Lucæ 18. * *Oportet semper orare; & non deficere.* Johan. 11. * Christus moratur, donec Lazarus vitâ fungatur: verùm postea miraculosiùs & potentiùs ei opem fert, ex sepulcro eum vocans & resuscitans. Prudentia. Matt. 10. * *Estote prudentes, sicut serpentes; & simplices, sicut columbæ: cavete autem ab hominib.* Spes æternæ glorificationis. Matt. 5. * *Merces vestra copiosa est in cœlis.*

Fines crucis multi sunt. nempe: I. ut credentes Christo fiant conformes. Matt. 10. * *Sufficit discipulo, ut sit sicut magister suus.* Johan. 15. * *Si me persecuti sunt: & vos persequentur.* II. Ut discernantur pii & impii; verè-credentes & hypocritæ. *Matth. 7.* * ait Christus; conspici domūs firmitatem, quæ tempestatibus jacta non concidit: contrà verò imbecillitatem ædificii patefieri, quando irruunt turbines ac flumina; & fit ruina ejus magna. *Matth. 13.* * Sole splendente ait probari frumentum, an habeat radicem. Nam satum supra petram, flaccescere statim: at quod in bono agro nascitur, omnem ardorē solis sustinere. *Luc. 2.* * *Tuam ipsius animam pertrāsibit gladius: ut revelentur ex multis cordibus cogitationes.* III. Ut notum fiat, tam ipsis Sanctis, quàm etiam aliis, eos adhuc habere peccatum, & esse imbecilles: & q̄ non sustententur suis viribus; sed Dei misericordiâ & potentiâ. Luc. 22. * *Ego rogavi pro te,* (Petre) *ne deficiat fides tua.* IV. Ut omnes calliditatem & potentiam Diaboli animadvertant. Luc. 22. * *Ecce, Satanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum.* V. Ut preces ardentiores in ærumnis & miseriis excitentur; quæ rebus ad voluntatem fluentibus valdè languidæ sunt. Matth. 8. * *navicula submergente, clamitant discipuli: Domine, salva nos; perimus.* Matth. 14. * Petrus in aquâ ambulans, ac sentiens vim ventorum; ac pedes suos in undas mergi, exclamat anxiè: *Domine, salvum me fac.* VI. Ut dilectionem erga inimicos etiam, ac patientiam, credentes discant. *Matth. 5.* * VII. Ut desiderium æternæ vitæ excitetur: ac norint pii, suam se gloriam in alterâ vitâ habituros esse. Matth. 5. * *Merces vestra copiosa est in cœlis.* VIII. Ut discernatur regnū Christi à regno mundano: & planum fiat, credentes habere bona spiritualia, quæ nullis persecutionibus eripi queant. Matth. 20. * *Calicem meum bibetis; & baptismate, quo ego baptizor, baptizabimini: sedere autem ad dextram meam, aut sinistram, nō est meum, dare vobis.* IX. Ut hac occasione Evangelium propagetur; & Impii etiam illud audiant. Quoties Christus coactus est fugere: toties alibi sparsit vocem Evangelii, ac miraculis se patefecit. *Matth. 10.* * ait Christus; persecutionem etiam eō spectare, *ut sit testimoniū gentibus:* hoc est, ut eâ occasione audiant piorum confessiones; nec possint ignorantiam coram Deo prætendere.

Est autem differentia crucis Christi, & Apostolorum, seu totius Ecclesiæ Christi. Ille enim, suâ passione, peccata totius generis humani expiavit. Johan. 6. * *Carnem meam dabo pro Mundi vitâ.* Joh. 10. * *Animam meam pono pro ovibus meis.* Joh. 1. * *Ecce agnus Dei, qui tollit peccata Mundi.* Joh. 13. * *Quo ego vado, nunc non potes venire: sequēris autem postea.* Piorum autem afflictiones, non sunt expiationes, neque suorum, neque aliorum peccatorum: & habent alios fines; de quibus modò dictum est.

Contraria huic doctrinę sunt: Spontaneam sibi crucem imponere. Matth. 9. * non vult Christus, præter necessitatem jejunio affligi discipulos. *Numquid possunt*, inquit, *filii sponsi lugere, quamdiu cum illis est sponsus? Venient autem dies, cùm auferetur ab eis sponsus: & tunc jejunabunt.* In cruce deficere, & relinquere confessionem verbi. Matth. 13. * *Factâ tribulatione & persecutione propter verbum, continuò scandalizatur.* Propter pecuniam Christum prodere: ut Judas. * Esse temerarium & confidentem; quasi tuis viribus possis præstare constantiam: sicut Petrus. *

Postremò, Christum fugisse, sæpè legitur. Infans tùm

Matth. 2. v. 19.14. * vers. 13.

adhuc, gestatur in Ægyptum, fugiens Herodis immanitatem. *Matth.14.** Johanne capto discedit. Idem facit crebrò aliàs; Judæis cõtra se furentibus, & necem ante tium tempus machinantibus. Jubet etiam suos discipulos fugere: Matth.10.* *Cùm vos persequentur in civitate istâ; fugite in aliam.* Ità: * *Quicunq; non receperit vos, neq; audierit sermones vestros; exeuntes foras è domo vel ex civitate illâ, excutite pulverem de pedibus vestris.* Quod autem ad Christum attinet: ideò fugit; quia nondum venerat hora ejus. *Johan.7.** Statuto autem tempore, non reformidat aut vitat crucem; sed sponte obviam procedit persecutoribus. Quòd verò etiam Apostolis fugam præcipit: ideò facit; quia non in uno tantùm loco, sed in pluribus, debebant Euangelium prædicare. Aliàs *Joh.10.** discernit mercenarium, deserentem oves, ob pericula; & bonum pastorem, etiam vitam profundentem pro oviculis.

* vers. 23. * vers. 14. * vers. 6. * vers. 11. 12.

DE MIRACULIS.

MIRACULA Euangelistæ vocant θαυμάσια; *mirabilia.* Matth. 21. * *Videntes Principes sacerdotum & Scribæ mirabilia, quæ fecit.* Et σημεῖα, *signa.* Marc.16.[a] Joh. 20.[b] & alibi sæpius. Joh.4.[c] σημεῖα & τέρατα conjunguntur. *Nisi*, inquit, *signa & prodigia conspexeritis, nõ creditis.* Joh.9. *vocatur opera Dei. *Ut manifestetur*, inquit, *in eo opera Dei.*

* vers. 15. [a] vers. 17. [b] vers. 30. [c] vers 48. * vers. 3.

Abundare autem historiam Christi plurimis insignibus miraculis; ex Euangelistis apparet.

Definitio è rebus ipsis talis potest colligi: Miracula, sunt facta præter communem naturæ cursum aut ordinem, testificantia de Messiâ & ejus doctrinâ.

Duplicia miracula Euangelistæ meminerunt: ea nimirum, quæ à Christo, ejusq; discipulis, suo jussu fiebant; & falsorum Doctorum falsa miracula. de quibus Christus inquit, Matth.24. * *Surgent Pseudochristi & Pseudoprophetæ; & dabunt signa magna & prodigia: ità ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi.*

* vers. 24.

Causa efficiens miraculorum, est Deus: nempe Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Joh.10.* *Facio opera Patris mei.* Johan.5.* *Pater meus usq; modò operatur: & ego operor.* Ità: * *Quæcunq; ille fecerit, hæc & Filius similiter facit.* Ità: * *Sicut Pater suscitat mortuos, & vivificat: sic & Filius, quos vult, vivificat.* Matth.12.* *Ego in Spiritu Dei ejicio dæmonia.*

* v. 37 38. * vers. 17. * vers 19 * vr .8. * vers. 28.

Catalogum miraculorum ipsa historia Christi suppeditat. Sanat autem plerunq; ægrotos, ac malè habẽtes, verbo duntaxat: eosq; aliàs præsentes, aliàs absentes: interdũ verò, quando tantùm eum attigerunt. Ad Leprosum dicit; * *Mundus este. & confestim mundata est lepra ejus.* Paralyticum Cẽturionis restituit absens sanitati, hac ratione; quòd ad Centurionem inquit: * *Vade, & sicut credidisti, fiat tibi. & sanatus est puer ejus illâ horâ.* * Socrum Petri febricitantem, tangendo manum curat. * Imperat ventis & mari; ac mox mitescunt.* Dæmones expellit voce. Ità *Matth.9.** Paralyticum his verbis sanat: *Surge, tolle lectum tuum; & vade in domum tuam.* * Hæmorrhousa, tangẽs tantùm fimbriã vestimẽti Christi, evadit sana. Cæcis visum tribuit, tangens ipsorum oculos, ac dicens: * *Secundùm fidem vestram fiat vobis. Matth.12.** Aridam habentem manum juvat, inquiens: *Extende manum tuam. qua extensa, restituta est sanitati, sicut altera. Matth.14.** Quinq; millia hominum pascit quinq; panibus, & duobus piscibus.* Graditur in mari Jesus: * & Petrum mare sustentat, in eo incedentem. * In Genesareth & alii, vel fimbriam tantùm vestimenti Christi attingentes, sanantur. *Matt.15.** Cananæę filiam absens à dæmonio liberat, hæc verba proferens: *O' mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. & sanata est filia ejus in hac ipsâ horâ.* Quatuor millia hominum Christus, septem panibus, & quibusdam piscsiculis, pascit: *Matth.15.** Increpando dæmonium ejicit.* Jubet piscari Petrum; & prædicit, eum in ore capti piscis staterem inventurum: *Matt.17.** Tangit oculos duorum cæcorum, & mox vident. *Matth.20.** Ficui maledicit; & illicò arescit: *Matth.21.** Surdum & mutum curat: duens eum seorsum, imponens digitos in aures, & exspuens, tangit linguam, dicens; *Hephathah:* & statim audit & loquitur: *Marc.7.** Verbo ac jussu Christi, Petrus ingentem piscium multitudinem capit: *Luc.5.** Incurvam, impor en-

* Matth 8. v. 3. * ibid. v. 13 * ibid. v. 15. * vers. 26. * vers. 32. * vers. 6. * ibid. v. 20. 22. * ibid. v 29 * vers. 13. * v. 17. & seqq. * ibid v. 25. * vers. 29 * v. 34-35 36 * vers. 28. * vers. 34. & seqq. * Matth 17 v. 18. * vers. 27 * vers. 34 * vers. 19. * vers 32. & seqq. * v. 4 5 6

do manus, erigit: *Luc.13.** Malcho, hostium servo, amputatam auriculam tangendo restituit: *Luc.22.** Aquam mutat in vinum arcanâ vi, tantùm dicẽs; *Implete hydrias aquâ:* & adjiciens; *Haurite nunc, & ferte architriclino: Joh.2.** Reguli filium absens à febri liberat, his verbis: *Vade, filius tuus vivit: Johan.4.* Infirmus ad probaticam piscinam restituitur sanitati in momento, quòd ad eum dicit Jesus; *Surge, tolle grabbatum tuum, & ambula: Joh.5.** Cæco ità vitium donat: exspuit in terram, & facit lutum è sputo, & illevit illud super oculos ejus, dicens: *Vade, & lava in natatoriâ Siloam.* quod ubi fecisset, visum accepit: *Johan.9.** Jussu Christi capiuntur pisces; *Joh.21.** Defunctam Principis filiam resuscitat hisce verbis; *Puella surge:* & confestim surgit: *Mar.5.** In portâ Naïn filium viduæ restituit vitæ, sic dicens: *Adolescens, tibi dico, surge.* mox adolescẽs in loculo resedit: *Luc.7.** Lazarum è morte resuscitans, inquit; *Lazare, veni forâs:* & statim prodiit, qui fuerat mortuus: *Joh.11.** Fecit & alia plura signa Jesus, quæ non sunt ab Euangelistis omnia descripta: *Joh.20.**

A B C D E F G H

* v.6.7. * vers.8. * v.41.42. * v.14 15. * v. 43.44. * vers.30. * vers.14. * vers.7. & 57. * vers. 22. & 64. * v.26.27. * vers. 33. * vers.32. * v.3.4 5. * vers.28. * v.14.15. * vers.11. * vers.29. * vers 14. * vers. 23. * vers. 37. * vers.4. * vers. 11. * vers. 24. * vers.2. * vers. 35. * v.36.37. 38.

Accidunt & alia miranda facta. Verbũ fit caro: *Joh.1.* Elisabetha sterilis, in extremâ senectâ, juxta verbũ Domini, parit Johannem: *Luc.1.** Zacharias fit mutus: &, Johanne nato, rursus ab hac plagâ liberat: *Luc.1.** In passione Christi, sol eclipsin patitur absq; naturali ib. causis: velum templi scinditur in medium: terra tremiscit: petræ rumpũtur: monumẽta aperiuntur: prodeunt multa Sanctorum corpora, & apparent multis. *Matth.27.* Deniq; & Christus ipse, mortuus revera in cruce, tertiâ pòst die resurgit vivus; seseque discipulis conspiciendum præbet per dies quadraginta: & tandẽ absq; scalâ, ipsis spectantibus, assẽdit ad cœlos. *Act.1.*

Fines miraculorum diligenter sunt observandi. Primus est: ut de Messiâ evidenter testimonia ferant, ac luculenter probent, hunc Jesum esse Messiam. Matt.8.* *Obtulerunt ei multos dæmonia habentes: & ejiciebat spiritus verbo, & omnes malè habentes curavit, ut adimpleretur, quod dictum est per Esajam Prophetam, dicentem: Ipse infirmitates nostras accepit, & morbos portavit.* Non igitur temerè facta sunt miracula: sed prædicta fuerunt à Prophetis; quod Messias talibus mirandis factis sese esset declaraturus. Matth.9.* turbæ, conspectis miraculis Christi, dicunt: *Nunquam apparuit sic in Israël.* Johan.9.* *A sæculo non est auditum, quòd quis aperuerit oculos cæci nati.* Matthæi 11.* discipulis Johannis, quærentibus; *Túne es qui venturus es, an alium exspectamus?* respondet Jesus: *Ite, renuntiate Johanni, quæ auditis & videtis: cæci vident; claudi ambulant; leprosi mundantur; surdi audiunt; mortui resurgunt; pauperes euangelisantur.* Hæc igitur opera ostendit manifestè testari, qui sit verus Messias. Matth.12.* *Si in spiritu Dei ejicio dæmonia; igitur pervenit in vos regnum Dei.* Matthæi 21.* ingressus templum, juxta Zachariæ vaticiniũ, postea & cæcos claudosque sanat, acclamantibus pueris; *Hosianna filio David.* Joh.2.* postquã ex aquâ verbo suo vinũ creâsset, hũc epilogũ Euangelista attexit: *Manifestavit gloriam suam: & crediderunt in eũ discipuli:* hoc est, declaravit se esse verũ Messiã. Joh.4.* *Venite, & videte hominẽ, qui dixit mihi omnia, quæcunq; feci: numquid ipse est Christus?* Joh.6.* *Homines, cùm vidissent quod fecerat* Jesus *signũ, dicebant: Hic est verè ille Propheta, qui venturus est in Mundum.* Johan.10.* *Opera, quæ ego facio in nomine Patris mei, testimonium perhibẽt de me.* * *Si non facio opera Patris mei; nolite credere mihi.* Joh.11.* *Infirmitas hæc non est ad mortem; sed progloriâ Dei, ut glorificetur Filius Dei per eã.* Joh.14.* *Propter opera ipsa credite.* Joh.15.* *Si opera non fecissem, quæ nemo alius fecit; peccatum non haberent.*

Secundus finis est: ut simul probent, Christũ divinâ potentiâ præditum, ac verum Deum esse. Joh.3.* *Scimus, quòd à Deo veneris magister: nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis; nisi fuerit Deus cum eo.* Joh.9.* *Neq; hic peccavit, neq; parentes ejus; sed ut manifestentur opera Dei in illo.* Et postea ad eum, cui visum donárat, inquit: * *Credis in Filium Dei?* Hisce verbis, quis sit miraculi usus, ostẽdit: nempe, ut cognoscat, se esse verè Dei filiũ. Joh.10.* *Vos dicitis me blasphemare, quòd dixi; Filius Dei sum. Si non facio opera Patris mei; nolite credere. Si aũt facio; & si mihi non vultis credere, operibus credite: ut cognoscatis, quia Pater in me est, & ego in Patre.*

* Joh.1. *ait Nathanaël: Rabbi, tu es filius Dei, tu es rex Israël.* * Matth.14. Jesus: *Quid dixi, Vide te subsicu; crede* [illegible] Matth.27.* *Centurio, & qui cum eo erant* [illegible] *Jesum, viso terræmotu & his quæ fiebant, timuerunt* [illegible] *dicentes: Verè filius Dei erat iste.* Huc pertinet, quòd potestatem ac facultatem tradendi miracula habuerint. Matth.10.*

Tertius finis miraculorum est: [illegible]entur de officio Messiæ. Ideo enim ejicit Diabolum, ne ostendat, se eum velle regnum: tunc malè habentes, ac mortuos resuscitat; ut doceat, se illorum ac vivificaturum esse homines.

Quarum: ut confirment doctrinam Christi; ac de efficacia verbi ipsius testentur. Observat enim Christus eum finem, qui ex ejus historiâ manifestus est: ut priùs doctrinam de regno Dei tradat: quo facto, adjicit & miracula, tanquam doctrinæ testimonia. Marc.16.* *Illi profecti prædicaverunt ubique; Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.* Joh.14.* *Propter opera ipsa credite.* Omnes denique istos fines Johannes cõprehendit, cap.20. * *Multa,* inquit, *& alia signa fecit* Jesus *in conspectu discipulorum suorum; quæ non sunt scripta in hoc libro. Hæc autem scripta sunt, ut credatis, quia* Jesus *est Christus, filius Dei: & ut credentes vitam habeatis in nomine ejus.* Prædicit Christus, signa in sole & lunâ futura; & fore testes de adventu suo & fine mundi: verùm hæc prodigia huc non videntur pertinere.

Contraria sunt: Calumniari ista miracula Christi. Matthæi 12. * *Pharisæi dicebant: Hic non ejicit dæmones, nisi in Beelzebul, principe dæmoniorum.* Non esse contentum his signis Christi; sed alia de cœlo flagitare. Matth.16.* *Pharisæi & Sadducæi, tentantes, rogaverunt eum, ut signum de cœlo ostenderet eis.* Falsa signa & prodigia. *Matth.24.** In miraculis, nomine Christi præstitis, spem salutis ponere. Matthæi 7.* *Multi dicent mihi in illa die: Nonne in nomine tuo prophetavimus; & in nomine tuo dæmonia ejecimus; & in nomine tuo virtutes multas fecimus? & tunc confitebor illis, quia nunquam novi vos.* Lucæ 10.* *Nolite in hoc gaudere, quòd spiritus vobis subjiciuntur: gaudete autem, quòd nomina vestra scripta sunt in cœlis.* Incredulitas. Matthæi 13.* *Non fecit in patriâ suâ multas virtutes, propter incredulitatem illorum.*

Differunt falsa miracula à veris, in præcipuis causis. ut Efficiente: Hæc enim à Deo, & piis organis; illa verò à Diabolo, & falsis Prophetis, fiunt. Formali: Hæc fiunt potentiâ Dei, & sunt inimitabilia Diabolo; illa verò sunt illusiones. Finali: Hæc fiunt ad manifestandum Christum, & confirmandam doctrinam ejus; illa, ut homines in errores abducantur.

DE ANTICHRISTO.

HActenus Locos quosdam recensuimus, pertinentes ad doctrinam de Ecclesiâ. nunc adhuc aliquot vitium est adjicere; quæ, ratione contrariorum, ad Ecclesiam quoque pertinent: ut de Antichristo, de Traditionibus humanis, de Scandalis.

Etsi autem appellatio *Antichristi* in Evangelistis non extet, tamen rem ipsam exprimunt; imò appellationes similes habent: ut falsi Prophetæ; *Matthæi 7.** Pseudochristi, Pseudoprophetæ. *Matth.24.** Fures, Latrones; *Johannis.** Est autem Antichristus, regnum falsorum doctorum, Christi doctrinam obscurantium & persequentium, & mendacium veritati arripientium: sicut quæ nunc Antichristi [illegible]

Quid Antichristus hoc est, ejusmodi regnum falsi Ecclesia [illegible] Christus diserte prædicit: Matthæi 24.* *Cùm videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele propheta, stantem in loco sancto;* (Marcus,* *ubi stare non debet, ipsum intelligat.* Ipse igitur Daniel quoque [illegible] horribilem grassaturum in Ecclesia [illegible] exponit, & accommodat ad tempora [illegible] Petrus, Matthæus & Marcus concionem Christi, [illegible] Hieronymus [illegible] de fine [illegible] singulis [illegible] Diabolo Christi [illegible]

* Matth.24. v 23 * vers 26 * vers 24 * vers 5 * vers 15. * vers 8. * vers 8 * vers 10 * Dan. 6. v 25 * vers 8 9 * cap. 4. v 6 * Matth. 20 v 25. 26. Luc. 22. v 25 26 * vers 24 * vers 9. * vers 13. * vers 10. * vers 35. * vers 15.

idolo Caii [illegible]minatio il[illegible] stabulum, accipienda est: verùm etiam de regno pestifero, [illegible] Christum in Ecclesiâ horribiliter dominaturo. Latiùs autem & expressiùs ista quoque post à Christo exponuntur. *Dicent,* inquit,* *Ecce hic Christus, aut ille.* Item:* *Ecce in deserto, ecce in penetralibus.* Item: * *Surgent Pseudochristi & Pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & prodigia: itàut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi.* Et præcedit hæc vox Christi: * *Multi venient in nomine meo, dicentes; Ego sum Christus: & multos seducent.* In medio igitur harum sententiarum, propheta de abominatione desolante collocata; lucem inde accipit. Multos præterea ejus abominationis ministros esse, significat. Pertinet etiam huc præmonitio Christi, *Matth.7.** de falsis Prophetis: & *Johannis 10.** de furibus & latronibus, ovile Christi vastantibus. Sunt enim ministri status Antichristi.

In loco sancto, inquit Matthæus: *ubi non debet,* inquit Marcus, *stabit.* Itaq; in Ecclesiâ Christi, prædicitur tale quoddam portentum futurum esse.

¶ Notæ huic abominationi, seu Antichristo, attribuuntur: I. Falsa doctrina; & quidem tali formâ: ut affirmet, se esse Christum: mõstret diversa loca; *Ecce hic, ecce illic:* imò & tali ratione, ut doceat; *Ecce in deserto est Christus; ecce in penetralibus, aut cameris, aut cellulis est.* hoc est: quòd articulum de Justificatione sit corrupturus: quòd variis operibus humano arbitrio inventis, justitiam coram Deo adepturus: eaq; omnia sub eo prætextu, quòd Christus quærantur, & salus; si quis in deserto solus degat, & ibi sanctè vivat; aut abdat se in cameras, ibiq; duris exercitiis sanctimoniam præstet. Joh.10.* *Ante me,* inquit Christus, *venerunt:* hoc est, non me monstrarunt propitiatorem & mediatorem [illegible] ait,* *alienos vocem, quam non cognoscunt oves, audire fugere.*

II. Idololatria. Matth.4.* *Si procidens adoraveris me, hæc omnia tibi dabo.* Non dubium est, quin hîc Antichristi status ad vivum depingatur; quòd in eo sit idololatria, seu adoratio & cultus creaturarum quarundam, [illegible] quidem nihil aliud est, quàm adoratio humilis & devota ipsissimi Diaboli, contra hoc divinum præceptum; *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies.* Matth.4.*

III. Transformatio regni Christi spiritualis in corporale. Matth.4.* *Diabolus ostendit ei omnia regna Mundi, & gloriam eorum,* (Lucas* *potestatem* dicit) *& dixit: Hæc omnia tibi dabo, si procidens adoraveris me.* Hisce verbis Antichristi status describitur: quòd regnum Christi Diabolus sit mutaturus in regnum Mundi, & gloriam mundanam; & suis coloribus ea omnia largiturus. Nec [illegible] est, quòd Diabolus non dixerit: *Mihi tradita sunt* [illegible] *illa.* Luc.4.* Subjudicatur enim, permissione Dei [illegible] ità fieri. Non etiam turba fit, quòd Christus [illegible] stolis inculcat:* *Reges gentium dominantur eorum* [illegible] *sic:* ut suprà de Regno Christi est commemoratum.

IV. Signa & prodigia falsa; quæ tamen magna coram hominibus apparent. Matt.24.* *Dabunt,* inquit, *signa magna & prodigia.* Docet igitur, Antichristi regnum multis signis falsis suas res confirmaturi, & homines fascinaturi esse.

V. Persecutio. Marci 13.* *Tradent vos in concilia, & in synagogis vapulabitis, & ante Præsides & Reges stabitis propter me, in testimonium illis.* Item:* *Erunt alienigenæ, propter crimen meum.* Joh.10.* *Fur non venit, nisi ut furetur, & mactet & perdat.* Nec absurdè vocatur *abominatio desolationis.* Etenim impia doctrina, idololatria, regni Christi immutatio, & persecutio piorum, abominatio horrenda coram Deo. Desolans autem est: quòd spiritualiter corpora & animas perdit; ac simul imponit piis, [illegible] quæ exitium [illegible]

Quòd autem in duraturus; verba Christi [illegible] sunt, Matth.24.* *Ita ut in errorem* [illegible] *quo modò* [illegible] *sunt: Ecce hic Christus, aut ille.* Item:* *Erunt dies illi* [illegible] Hæc omnia [illegible] tempus [illegible] tationes [illegible] Item:* *Dabunt* [illegible] *Mundi.* Item:* *Multi* [illegible]

* Matth.4. v 9 * vers 10 * Deut 6. v 13 * vers 8 9 * cap.4. v 6 * vers 5. * vers 6. * vers 35. * vers 15.

Esse autem eam abominationem, regnum Antichristi & deceptiones multiplices fugiendas; severè & clarè præcepit Christus, Matth.24.* *Tunc, qui in Judæâ sunt, fugiant ad montes* Item:* *Tunc, si quis vobis dixerit; Ecce hic Christus, aut illic: nolite credere.* Item: * *Ecce, prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis; Ecce in deserto est; nolite exire: ecce in penetralibus; nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriente, & apparet usq; ad occidentem: ità erit & adventus Filij hominis. Ubicunq; autem fuerit corpus, ibi congregabuntur aquilæ.* Luc.17.* *Dicent vobis; Ecce hic, & ecce illic: nolite ire; neq; sectemini.* Joh.10.* *Alienum non sequuntur; sed effugiunt ab eo: quia non noverunt vocem alienorum.*

DE TRADITIONIBUS HUMANIS, & rebus adiaphoris.

TRADITIONES humanæ, sunt ritus non vetiti, nec mandati verbo Dei expresso; ab hominibus instituti propter bonum finem, non repugnantem verbo Dei. Duplices autem in universum traditiones describuntur: palàm impiæ; & suâ naturâ adiaphoræ, id est, mediæ, ut liceat eas servare, sive non.

De impiis traditionibus humanis clarè pronuntiatur; quòd violari debeant. ut, traditio erat, Non esse homines ægrotos in Sabbato tanandos: non vellendas spicas. & Christum Judæi, velut Sabbati violatorem, accusant; eo quod auxilium quibatdam à gratis præstabat. Sed refutat eos Christus; & asserit, se rectè facere: *Matthæi 12.* Significat etiam Christus, *Matthæi 24.* Pseudochristos doctores esse: *Ecce Christus est in deserto; in cubiculis*; hoc est, vitâ monasticâ, & exercitiis peculiaribus, Christum, seu justitiam ac remissionem peccatorum, nos consequi. Verùm præmonet diligenter, ne credamus; ne sectemur eiusmodi traditiones.

De iis, quæ suâ natura adiaphoræ, hoc est, nec prohibitæ, nec mandatæ sunt, certo verbo Dei; docet Christus, liberè iis utendum esse. Luc.10.* *Edite & bibite, quæ apud illos sunt.* Johannis Discipuli frequenter jejunabant; Christi verò non item.* Quod iis nõ sint ligandæ cõscientiæ. Matt.15. * *Illotis manibus manducare, non coinquinat hominem.* Tradit & hanc regulam Christus: nõ esse traditiones humanas æqualiter habendas, aut prætorendas, mãdatis Dei. Matt.15. * *Quare*, inquit, *vos transgredimini mandatũ Dei, propter traditionem vestram?* Item: * *Irritum fecistis mandatũ Dei, propter traditionem vestram.* Docet etiam; nõ esse eiusmodi cultus faciendos. Matth.15.* *Hypocritæ, bene prophetavit de vobis Esaias, dicens: Populus hic labiis me honorat; cor autem longè est à me. Frustrà autem colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum.* Luc.17.* *Non venient regnum Dei cum observatione.* Matt.17.* Petrus, illustrẽ Christi transfigurationem cernens, suggerit mox de tribus ibi tabernaculis erigendis: verùm jubetur divinitùs, hũc Filium Dei agnoscere & audire. Quâ re significatum est; Deum alium cultum requirere: nempe, non illum, quem homines somniant; sed fidem in Christum. Matth.23.* *Alligant*, inquit Christus, *onera gravia & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autẽ suo nolunt ea movere.* Præmonuerat autem, ne secundùm opera ipsorum facerent.*

DE SCANDALIS.

SCANDALUM, significat offensionem: à σκάζω, *claudico.* Matth.13.* etiam pro autoribus scandalorum, seu impiis, ponitur: *Colligent omnia scandala.* Quòd autem scandala facta sint tẽpore Christi; ejus historia testatur: ac prædicit Christus, ea nunquã detatura esse. Mat.10.* *Nolite putare, quod venerim pacem mittere in terram; sed gladium.* Lucas * *separationem* habet.) *Veni enim, hominem separare adversùs patrem suum, & filiam adversus matrem suam, & nurum adversùs socrum suam.* Matth.18.* *Necesse est, ut veniant scandala.* Intelligenda necessitatem consequentiæ: quia Diabolus & Mundus nõ quiescunt. Ideò Luc.17. dicitur.* *Impossibile est, ut non veniant scandala.* Matth.24.* *Tunc scandalizabuntur multi* Simeon quoq; eãdem de re cõmonefacit, Luc.2.* *Ecce positus est hic in ruinam, & resurrectionem multorum; & in signum cui contradicetur.*

Est autem Scandalum, (ut ex testimoniis planum fiet) doctrina seu factũ, quod aliũ offendit, ac deteriorem facit.

Duplex esse scandalum, ex historiâ liquet. Aliud enim est, quo impii, ut Pharisæi, & cæteri increduli, offenduntur quod *Pharisaicum*, ideò quòd Pharisæis erat peculiare, seu *acceptum*, vocari potest. Aliud, quo boni ac pii offenduntur, quod *datum* appellari potest. Non autem vocabulis; sed rebus ipsis, in Euangelistis distinguuntur. Pharisaicum igitur esse, offensionem incredulorum ad suam doctrinam, & facta necessaria ac piaquâ moventur, ut non apprehendant veritatem; nec probent facta, sed abhorreant, damnent, criminentur: ex historiis cerni potest. *Joh.5.** Judæi scandalisantur, quòd Christus doceret, se esse æqualem Deo. *Joh.6.** offenduntur, quòd Christus asseverat, se esse panem, qui de cœlo descẽdit. Item,* quòd dicit; *Videbitis Filium hominis ascendentem, ubi erat prius.* Additur ergo: * *Ex hoc multi discipulorum abierunt retrò; & jam non cum illo ambulabant.* Causa hujus offensionis, est vera doctrina de Christo, quòd sit Filius Dei, item: quòd verus etiam Homo; & quòd carnem suam pro Mundi vitâ daturus; & quòd omnes carne & sanguine ejus potiri necesse sit, qui velint vitam æternam consequi. Jam personæ istius adspectus non videbatur tam eximius: & pugnabat hæc doctrina cum usitatâ formâ. Quapropter impingunt; ac ita fiunt deteriores: ut habeant Christum pro reductore; ab eoq; deficiant. *Johan.7.** Christus declarat se, quòd sit Messias: verum multi scandalisantur in eo, quòd dicunt, se nósse eum, unde sit; id est, ex familiâ obscurâ ortum. Item dicunt: * *Numquid ex Principibus aliquis credidit in eum, aut ex Pharisæis? Johs* * offenduntur Judæi, quòd diceret se ex Deo processisse: doceret, Judæos non esse filios Abrahæ veros; sed Diaboli. Hac doctrinâ tantoperè offenduntur; ut criminentur ac blaphement, eum esse Samaritanum, & habere Diabolum. Item, cùm diceret,* *Abraham diem suum vidisse, & lætatum esse*; offenduntur: quia doctrinã de Messiæ substantiâ ignorabant: ut objicerent; * *Quinquaginta annos nondum natus es; & Abrahã vidisti?* Christo aũt in asseveratione suâ persistente, & addente; * *Amen amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum*: lapides tollunt, ut in eum projicerent, veluti in hominem blaphemum *Matt.9.* * Christo absolutionem impartiẽte Paralytico his verbis; *Remittuntur tibi peccata tua*: offenduntur Scribæ, & vocant blaphemiam; & cogitant, neminem posse dimittere peccata præter solum Deum. *Matth.9. & 11. Lucæ 5* offenduntur Judæi, quòd Christus cum publicanis & peccatoribus cœnam habet; cibum cum eis capit; est ipsorum amicus. Verùm Christus defendit se; suum officium, ad quod missus erat, allegans. Item scandalisantur Judæi, propter exempla libertatis in traditionibus humanis. *Matth 21.* scandalisantur Judæi, quòd Christus templum purgat: quod tamen testatur esse suam domum, taliq; purgatione plurimum indigere. *Marc.6.** scandalisantur in personâ Christi: *Nónne*, inquiunt, *hic est faber, filius Mariæ?*

Non tantùm autem increduli, ac hypocritæ perversi ac pertinaces, scandalisantur hoc pacto; sed & ii, qui cœperunt esse pii ac credentes. Matth.13.* *Factâ tribulatione & persecutione propter verbum, continuò scandalizantur.* Matth. 24.* *Eritis odio omnibus hominibus, propter nomen meum.* & statim additur:* *Et tunc scandalizabuntur multi, & invicem tradent.* Matth.26.* *Omnes vos scandalum patiemini propter me.* Non esse autem hoc scandalum curandum; sed pergendum in doctrinæ sinceræ confessione, & necessariis factis; licèt crepent Pharisæi, & quædam alia incommoda sequantur: Christus suo exemplo docet. Acriter enim refutat Pharisæos; & in cœptâ doctrinâ ac factis strenuè pergit. Matth.10.* inquit: *Qui perseveraverit usq; in finem, is salvus erit.* Item:* *Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tecta.* Item: * *Nolite timere eos, qui occidunt corpus; animam autem non possunt occidere.* Matth.22.* *Date Deo, quæ sunt Dei.* Amanter etiam præmonet Christus, ne quis eo modo scandalizetur. Matth.11.* *Pauperes euangelizantur: & beatus, qui non fuerit in me scandalizatus.* Johannis 16. * *Hæc vobis dico, ne scandalizemini.*

Scandalum datum est, quando impiâ doctrinâ, aut facto impio,

[illegible] alii offen[illegible], & ad deli-
quendum seu peccata irritantur. ut Matth. 16.* quando Pe-
trus Christum, de arroci suâ passione concionantem, se-
cum abduxit, & dicit: *Absit à te Domine; non erit tibi hoc.*
Jesus mox respondit: * *Vade post me, Satana, scandalum*
es mihi: quia non sapis ea, quæ Dei sunt; sed quæ hominũ. Matth.
17.* Christus aio, & didrachma cum Petro solvit, ne
recipiam scandalum. Tale etiam est *Marth. 18.* * *Qui*
scandalizaverit, unum ex pusillis istis, qui in me credunt; expedit ei,
ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum
maris.

Hæc igitur ne scandala summo studio vitanda; ex hac
quoque sententia manifestum est, ac sequitur ibidem: * *Væ in-*
quit, Mundo à scandalis. necesse est enim, ut veniant scanda-
la: verumtamen væ homini, per quem scandalum venit. Si
autem manus tua vel pes scandalizat te; abscinde eum, & pro-
jice abs te. bonum est tibi, ad vitam ingredi debilem vel clau-
dum, quàm duas manus vel duos pedes habentem, mitti in ig-
nem æternum. Bonum est tibi cum uno oculo in vitam intra-
re; quàm duos habentem mitti in gehennam ignis. Eadem
ferè *Matthæus 5.* * etiam habentur. *Matth. 13.* * *Mittet Filius*
hominis Angelos suos; & colligent de regno ejus omnia scanda-
la, & eos, qui faciunt iniquitatem: & mittent eos in caminum
ignis, ibi erit fletus & stridor dentium.

DE CONJUGIO.

NUnc, adspirante Deo, & ad alios Locos progredi-
mur. ac primùm quidem de Matrimonio dicemus:
quia velut seminarium est omnium statuum; & proximè
ad Ecclesiam accedit.

Est autem Conjugium, ordinatio Dei, quâ unus mas,
& una fœmina, legitimè & indissolubiliter copulantur;
propter generis humani propagationem, & vitandas vagas
libidines. Hæc definitio ex concionibus Christi conflata.

Deum esse primum autorem Conjugii; manifestè Chri-
stus docet, Marci 10. * *Ab initio creatura masculum & fœ-*
minam fecit eos Deus. Debet autem de creatione & copulatio-
ne intelligi. & pulcrum est, quòd ipsam creationem alle-
gat, ex Geneseos 1. & 2. cap. Adhuc autem Deum conjun-
gere homines in matrimonio; his verbis ibidem testatur:
* *Quos Deus, inquit, conjunxit, homo non separet.* Matth. 19.*
recenset Christus quintum Decalogi præceptum; *Honora*
patrem tuum, & matrem tuam. & Matth. 5.* septimũ: *Non*
mœchaberis. Itaque docet, conjugium esse ordinationem
Dei.

Est igitur Conjugium, vitæ genus pium, Deoq; in-pri-
mis charum. Ad quam partem & hæc referenda sunt; q
Christus & Maria, cæteriq; Discipuli, nuptiis interfuerunt.
Honorantur nuptiæ, hoc est, conjugium, egregio dono
Christi: imò etiam initio miraculorum, quæ in suâ am-
plissimâ functione exhibuit Christus. *Johannis 2.* Com-
parat Regnum cœlorũ nuptiali ac regali convivio: *Mat-*
thæi 22. Amplexatur pueros; & jubet eos ad se venire:
Matth. 18. * 19. b Utitur comparatione de mulieris partu:
*Johannis 16.** Deniq;, ipse Christus voluit in conjugio na-
sci. nam Maria erat desponsata Josepho; & vocatur ejus
conjunx: *Matth. 1.* * Materialis causa, sunt mas & fœmi-
na. Matth. 19.*

Porrò, Conjugium esse copularionem unius maris &
fœminæ; ibidem Christus docet. nam indicat, sic esse ho-
minem à Deo conditum, ut sint masculus & fœmina; hoc
est, simul vivant. Et singulariter de utroq; loquitur Chri-
stus: * *Adhærebit uxori suæ.* Item: * *Qui dimiserit uxorem.*
Pronomina, diserè duorum facit mentionẽ. * *Erunt*, inquit,
duo in carnem unam. Non igitur vult, unum masculũ plu-
res habere uxores; nec fœminam plures habere maritos.
Adjungit [illegible] connectio, & quasi unitio omnium sum-
ma, [illegible]: * *Erunt duo in carnem unam. Ita-*
que jam non sunt duo, sed una caro. Item: * *Propter hoc di-*
mittet homo patrem & matrem; & adhærebit uxori suæ. Do-
[illegible] connectionem, nisi ad corpus:
* *quos Deus conjunxit, homo non separet.*

Tantum circa [illegible] & honestos, in communibus
[illegible] Christus. Nam Jesus [illegible] com-
moratur; quòd ipsemet, una cum matre, & Di-
scipulis, convivio nuptiali interfuerit: quod procul dubio
non fecisset quædam invitatio; quædam cæremoniæ copu-
lationis sponsi ac sponsæ: postea & convivium subsecu-
tum est. Id quod etiam ex parabolâ, *Matth. 22.* apparet:
ubi Regnum cœlorum comparatur nuptiis; in quibus
primò vocatos, homines priùs invitantur: nec accedit qui non
invocatus. Donaria autem quædam novis conjugibus
fuisse usitatum dare; ex dono Christi licèt colligere. De-
ficiente enim vino, sex hydrias vino optimo plenas donat
Christus: idq; miraculosè immutatâ aquâ in vinum. Porrò,
parabola *Matth. 22.* testatur, homines vestibus etiam
mundioribus in conviviis nuptialibus usos esse.

Vult autem, sanctè hoc conjugium celebrari; ne adul-
teria committantur. Matth. 5. * *Non mœchaberis.* ac per-
mittit separationem, in adulterii casu. Dilectionem etiam,
omniaq; humanitatis officia, continet hoc dictum: *Erunt*
duo in carne unâ. Matth. 19.*

Fines conjugii simul sabindicantur: nempe, parère or-
dinationi Dei, qui fecit & conjunxit masculum & fœmi-
nam. Esse in carne unâ: hoc est, officia dilectionis mu-
tua exhibere. Item, Liberos procreare. Non frustra enim
dicitur; *Honora patrem & matrem.* Matth. 15. * Vult igi-
tur Deus, ut pater & mater liberos educent. Vitare forni-
cationem: quam adeò exsecratur Deus; ut solutionem
conjugii esse pronunciet. Vult igitur, quemq; suâ conjuge
esse contentum. Matth. 19.*

Contraria legitimo conjugio recitantur, Adulteria, &
flammæ libidinis seu concupiscentiæ. Matth. 5.* *Audistis*
quid dictum sit antiquis; Non mœchaberis. Ego autem dico
vobis; quod omnis, qui viderit mulierem, ad concupiscendum
eam, jam mœchatus est eam in corde suo. Matth. 15. * *De cor-*
de exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicatio-
nes, &c. Hæc sunt, quæ coinquinant hominem. Dimissio u-
xoris ex qualibet causâ: item, Non adhærere uxori. *Mat-*
*thæi 19.** Adulteram legitimè dimissam ducere. Matth. 19.
* *Qui dimissam duxerit, adulterat.* Propter conjugium nõ
venire ad cœnam magnam: hoc est, verbum Dei negligere
curare, relinquere; immergi curis hujus vitæ; confessio-
nem fugere, metu, ne uxor & liberi sint deserendi. Lu-
cæ 14.* *uxorem duxi; & ideò venire nòn possum.* Item: * *Si*
quis venit ad me; & non odit patrem suum, & matrem, & u-
xorem, & filios, & fratres, & sorores; adhuc autem animam
suam: non potest esse meus discipulus.

Pertinet ad hanc doctrinam de Conjugio, officium pa-
rentum erga liberos; & vicissim. Parentes debere libe-
ros in pietate instituere, & ad publicum Ecclesiæ con-
gressum deducere; exemplum Josephi & Mariæ docet:
*Lucæ 2.** Qui & ipsi quotannis proficiscebantur Hieru-
solymam, ad festum Paschatis; juxta institutionem Dei: &
unà JESUM puerulum adducebant, postquam ad firmio-
rem aliquantò ætatem venisset. *Matthæi 19.* * pueri de-
feruntur ad Christum: qui ipsos suaviter amplexatur,
& benedicit eis. id quod parentes eorum fecisse, incredi-
bile est.

Liberos debere parentibus honorem & obedientiam;
etiam JESU exemplum docet. Deinde, monet de quin-
to præcepto; *Honora patrem & matrem. Matth. 15.* * Im-
probat superstitionem, quòd plus sumtuum conferatur in
templum; quàm in parentes alendos. * *Vos*, inquit, *dici-*
tis: Quicunq, dixerit patri seu matri; Munus quodcunque ex
me, tibi proderit: & non honorificabit patrem suum, aut ma-
trem suam. Propter veram tamen doctrinam Christi re-
tinendam & contrendam, jubet Christus relinquere pa-
trem & matrem. Lucæ 14.* *Si quis venit ad me; & non o-*
dit patrem suum, & matrem suam, &c. non potest esse meus
discipulus. Liberantur igitur obedientiâ erga Parentes Li-
beri; quoties Christus verè est impetrator: nec habent
Parentes potestatem, cogendi Liberos ad impietatem.

DE DIVORTIO.

[illegible] de Divortio Matth. 5. & 19. Marci 10. & Lucæ 16.
QUæstio. Proponuntur enim illæ rationes; an liceat ho-
mini dimittere uxorem suam, quam liberi ex causa. Verũ

Christus diserte respondet; quòd non. * *Quod Deus* (inquit) *conjunxit, homo non separet.* ac rationes gravissimas exponit. I. Quòd Deus ab initio fecerit masculum & fœminam: * hoc est, conjugium esse ordinationem divinã. II. Quadrifariam sit: *Propter hoc dimittet homo patrem & matrem; & adhærebit uxori suæ.* * III. Quia sit arctissima copulatio. *Erunt*, inquit, *duo in carne una. Itaq; jam non sunt duo, sed una caro.* * Hinc intelligitur, quòd divortium sit quasi fissio unius carnis. IV. Quia Deus non tantùm initio condidit masculum & fœminam; sed adhuc conjungit: ideò fas non est disrumpere, quod Deus junxit. * V. Judæorum separationem fuisse peculiarem permissionem, quam nunc rursus abroget. Dicentibus enim Pharisæis; *Cur igitur Moses mandavit dare libellum repudii, & dimittere?* * Respondet JESUS: *Moses, propter duritiem cordis vestri, permisit vobis dimittere uxores vestras: ab initio autem non fuit sic.* * Post hæc revocat priorem Legem Christus; & sancit regulam de Divortiis. *Dico* (inquit) *vobis: Quicunq; dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem; & aliam duxerit; mœchatur.* Certum igitur casum peripicuè exprimit; nempe fornicationem. Marcus casum non exprimit; adjicit autem de uxore. * *Si uxor*, inquit, *dimiserit virum suum, & alii nupserit; mœchatur.* Matthæus, capite 5. * etiam hujus casus tantummodò meminit: *Dictum est*, inquit Christus, *quicunque dimiserit uxorem, det ei libellum repudii. Ego autem dico vobis; quòd omnis, qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari: & qui dimissam duxit, adulterat.* Aperte hic de parte nocente docet Christus; quòd ea pœnas sustinere debeat: innocenti autem nequaquam similes pœnas irrogat; sed libertatem rursùs contrahendi matrimonium, eo ipsò, quod ad nocentem verba sua dirigit, permittit.

DE CONTINENTIA.

TRiplices recitat Christus, *Matthæi 19.* * qui ad continentiam sint idonei. Primùm, eunuchos, qui de utero matris sic nati sunt. Secundò, eunuchos castratos ab hominibus. Tertiò, eunuchos, qui seipsos castraverunt propter regnum cœlorum: hoc est, qui habent peculiare donum, ut verè continentes possint vivere & regno Dei servire. Occasio hujus concionis est: quòd Discipuli, audientes Christum affirmare, non licitum esse se ullatenus conjugè, nisi ob manifestum adulterium commissum; mox subjiciunt: * *Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit uxorem ducere.* Ibi Christus docet, qui sint ad continentiam apti. Et præmittit hanc generalem sententiam: * *Non omnes capiunt verbum istud; sed quibus datum est.* Deinde de continentibus doctrinam rursùs sic cõcludit: * *Qui potest capere, capiat.* Docet igitur, continentiam veram esse eximiam virtutem, ac peculiare Dei donum. Non igitur regula est universalis, hic tanci Christus; quasi illi omnes debeant abstinere à conjugio. Præterea, munit prius, & approbat vitam conjugalem.

DE MAGISTRATIBUS.

CHristum suo Euangelio non abolere Magistratum politicum; sed eum relinquere, confirmare & honorare: conciones ejus testantur. Matth. 22. * *Date Cæsari, quæ sunt Cæsaris.* Matth. 20. * *Principes gentium dominantur.* Johannes Baptista non abolet status, ad politicam gubernationem necessarios. Luc. 3. * Publicanis & Militib. concionatur, ut contenti sint constitutionibus justis ac stipẽdiis suis: nec præcipit, ut eas vocationes deserant.

Comprobat etiam Christus ea, quæ ad Magistratûs officium pertinent. Judicia & pœnas tangit: Matth 5. * *Qui occiderit, reus erit judicio.* Matth. 26. * similiter homicidas gladio rursus esse puniendos dicit: *Omnes*, inquit, *qui acceperint gladium, gladio peribunt.* Joh. 7. * *Nolite judicare secundùm faciem; sed justum judicium judicate.* Matth. 17. * Capernaumi exigitur à Christo didrachma: & ipse staterem solvit pro se & Petro; idq; miraculo quodam. Jubet enim Petrum capere piscem; ac prædicit, cum in primo pisce, quem capturus esset, inventurum staterẽ, magistratui pendendum. Addit etiam causã: Ne, inquit, scandalizemus eos. Probantur igitur pensiones Magistratib. debitæ. Idem docet Matth. 22. * interrogatus, *An justum sit, Cæsari dare census, nécne?* Ubi expeditè dat responsum: *Date*, inquit, *quæ sunt Cæsaris, Cæsari.* Simulq; debitum honorem & obedientiam præcipit. Joseph & Maria edicto Cæsaris Augusti parent, ac nomen suũ in Bethlehem profitentur. *Luc. 2.* *

Licere homini Christiano etiã ethnico aut impio magistratui, in rebus externis, & non-pugnantibus cũ verbo Dei, parère; itidem Christus & exempla docent. Inquit enim: * *Reddite Cæsari, quæ sunt Cæsaris:* hoc est, suam debitam obedientiam & pensiones: quia imperium tùm in Judæos tenebat; licet esset prorsus à Judaicâ religione alienus. Staterem solvit Capernaitis Dominus; quorum plerique non crediderunt in Christum. Joseph & Maria paruerunt Augusto, & suis Præfectis prorsus impiis. Baptista cum Herode Antipa versatur.

Præterea docet Christus; Magistratibus politicis non esse infinitã potestatem. *Date*, inquit, *quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & Deo, quæ sunt Dei.* * Habet igitur suas metas magistratus, quæ prætereo nolit exigere à Subditis; nempe, quæ sua tuæ. At quæ Dei sunt, ut debet subditus præstare. Juxta eam regulam, Subditorum quoq; obedientia limitata intelligitur: nempe, quod nequaquam debeant Cæsari aut Magistratui dare, quæ sunt Dei; nec parere illis, quæ ad Deũ pertinent, ut contra ea quid faciant. Sed tribuere Magistratui, quæ sunt eorum; sive jure naturæ, sive consuetudine, sive juxta legibus.

Magistratuum officium est; diligere verbum Dei, excipere & adorare Christum. Sicut Herodes, *Matth. 2.* * simulabat tantùm se id facturũ: verùm postea gladio cruento Christum quærit. Sic Herodes Antipas Baptistam aliquamdiu in aulâ fovebat: audiebat docentem de Messiâ, ejusq; consilia tenebatur. *Marci 6.* *

Contra officium magistratuum est; Christum in cunis persequi, & propter eum innumeros infantes jugulare: *Matth 2.* Non velle audire concionatores, de atrocissimis peccatis commonefaciẽtes. *Matth. 14.* * Judicare secundùm faciem. *Johan. 7.* * *Nolite judicare secundũ faciem.* Impia juramenta servare: incestum committere: scortari: meretrici impia & illicita petenti citra moram præbere: indulgere propriis liberis in reb* injustis: indictâ causâ capitis supplicio afficere: optimos & serios concionatores occidere. Hæc omnia ex Johannis Baptistæ historiâ sunt perspicua: *Matth. 14. Marci 6. Luc. 9.* Impiis sacerdotibus ac turbæ, in persecutione piorum Doctorũ, gratificari, & colludere: innocentes vitgis cædere: damnare ad crudelia supplicia contra conscientiam: plus gratiæ Cæsaris, quam justitiæ rationem habere: nocentes impunè dimittere: innocentes interficere: concedere servis licentiam, immaniter in pios doctores sæviendi: ridere regnum Christi, & veritatem. Quæ quidem omnia ex historiâ passionis Christi patent. Verùm uberiorem de hoc Loco tractationem secundus Liber suppeditabit.

DE APPARITIONIBUS DEfunctorum hominum.

NEminem a mortuis redire & concionari; narratio Christi de Divite & Lazaro testatur. Dives enim ait: * *Rogo te, pater, ut mittas Lazarum in domum patris mei. habeo enim quinque fratres; ut testificetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum cruciatus. Ait illi Abraham: Habent Mosen, & Prophetas; audiant illos. At ille dixit: Non, pater Abraham: sed, si quis ex mortuis iret ad eos, resipiscerent. Ait autem illi: Si Mosen & Prophetas non audiunt; neque, si quis ex mortuis resurrexerit, credent. Matth 17.* * Moses & Elias apparent quidem in monte; verùm non cum hominibus, sed cum Christo colloquentes: nec petunt sibi vel vana exstrui; vel auxilium præstari. *Matth. 27.* * Christo in cruce extincto, prodeunt è sepulcris sancti: verùm ea est resurrectio. Præterea, non petunt ab hominibus, vel honorem, vel auxilium; contenti morte atque expiatione Christi.

Porrò, animas defunctorum, beatas quidem esse in sinu

Abra-

Abrahæ, & in paradiſo, *Luc. 16.* [a] & *23.* [b] indicatur. Damnatus verò in tartara ineos omnes eſſe, parabolâ monet, *Luc. 16.* [c] Figura, de hac parte, in notorià Chriſti non nova literis prodita.

DE FINE SECULI, ET SIGNIS præcedentibus.

FInem tandem aliquando ſeculi præſentis futurum eſſe; Chriſtus perſpicuè docet, Matthæi 28. * *Ecce, inquit, ego ſum vobiſcum uſq; ad conſummationem ſeculi.* Matthæi 13. * *Sic erit in conſummatione ſeculi.* Matth. 24. * *Cœlum & terra tranſibunt.* Et Diſcipuli quærunt: * *Quod erit ſignum adventûs tui, & conſummationis ſeculi?*

Quòd nemini certum tempus ejus finis ſit notũ; Chriſtus clarè indicat, Matthæi 24. * *De die autem illâ*, inquit, *& horâ, nemo ſcit, neq; Angeli cœlorum; niſi ſolus Pater.* Marci 13. * addit *Neq; Filius.* Actor. 1. * cùm interrogarent, qui ad Chriſtum congregati erant: *Domine, num in tempore hoc reſtitues regnum Iſraël? dixit eis: Non eſt veſtrum, nôſſe tempora vel momenta, quæ Pater poſuit in ſuâ poteſtate.* Matthæi 24. * *Neſcitis, quâ horâ dominus veſter venturus ſit.* Marc. 13. * *Neſcitis, quando tempus ſit.*

Signa quædam præceſſura ſeculi conſummationem, & adventum Domini ad judicium, *Matth. 24. Marci 13. Luc. 21.* à Chriſto prædicta, deſcripta ſunt. non enim tantùm ad excidium Hieroſolymorum; ſed etiam ad Mundi hujus finem reſpiciunt. Sunt autem: I. Doctrinæ de Chriſto adulteratio per falſos doctores, & ſeductio. * *Multi*, inquit, *venient in nomine meo, dicentes; Ego ſum Chriſtus: & multos ſeducent.* II. Bella, & rumores bellorum. * *Audituri*, inquit, *eſtis prælia, & rumores præliorum.* III. Motus imperiorũ & regnorum. * *Conſurget gens contra gentem, & regnum contra regnum.* IV. Peſtes. V. Fames. VI. Terræmotus per loca. VII. Perſecutio Doctorum Eccleſiæ. * *Tradent vos*, inquit, *in tribulationibus; & occident vos: & eritis odio omnibus gentibus, propter nomen meum.* IIX. Defectiones in Eccleſiâ, & perſecutiones domeſticæ. * *Et tunc*, inquit, *ſcandaliſabuntur multi; & invicem tradent, & odio habebunt invicem.* Et additur rurſus, quaſi ratio quædam: * *Et multi Pſeudoprophetæ ſurgent; & ſeducent multos.* Itèm Marci 13. * *Tradet frater fratrem in mortem, & pater filium: & conſurgent filii in parentes, & morte afficient eos.* IX. Peccatorum multitudo; & charitatis præſertim extinctio, ſeu inhumanitas & crudelitas, rapacitas. * *Abundabit*, inquit, *iniquitas; refrigeſcet charitas multorum.* X. Collectio Eccleſiæ per omnes gentes. * *Prædicabitur*, inquit, *Euangelium regni in univerſo orbe.* XI. Abominatio deſolans, (de quâ à Daniele Prophetâ eſt prædictum) ſtans in loco ſancto. * XII. Falſorum Doctorum copia. * *Surgent*, inquit, *Pſeudochriſti & Pſeudoprophetæ; & dabunt ſigna magna & prodigia: ità ut in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi. Ecce, prædixi vobis.* Nec temerè eſt, quòd toties hoc ſignum Chriſtus inculcat: igitur nec nos pœniteat denuò legere. Ac prædicitur forma doctrinæ falſorum Doctorum: * *Ecce hic Chriſtus; ecce illic: ecce in deſerto eſt; ecce in penetralibus.* Lucæ 17. * *Veniet dies, quando deſiderabitis videre unum diem Filii hominis; & non videbitis.* XIII. Prodigia in cœlo. * *Sol*, inquit, *obſcurabitur; & luna non dabit lumen ſuum: & ſtellæ cadent de cœlo; & virtutes cœlorum movebuntur.* Luc. 21. * *Terrores de cœlo, & ſigna magna erunt.* Itèm: * *Et in terris preſſura gentium, præ confuſione ſonitûs maris & fluctuum; arescentibus hominibus, præ timore & expectatione, quæ ſuperveniunt univerſo orbi.* XIV. * *Et tunc apparebit ſignum Filii hominis in cœlo: & tunc plangent omnes tribus terræ.* XV. Summa hominum ſecuritas. * *Sicut*, inquit, *in diebus Noë, ità erit & adventus Filii hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluvium, comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes; uſque ad eum diem, in quo intravit Noë in arcam: & non cognoverunt, donec venit diluvium, & tulit omnes: ità erit adventus Filii hominis.* Itèm Lucæ 17. * *Similiter ſicut erat in diebus Loth; edebant & bibebant, emebant & vendebant, plantabant & ædificabant. Quâ autem die exiit Loth à Sodoma, pluit ignem & ſulphur de cœlo; & omnes perdidit. Secundùm hæc erit, quâ die Filius hominis revelabitur.* Lucæ 18. * *Filius hominis veniens, putas inveniet fidem in terrâ?*

DE RESURRECTIONE Mortuorum.

QUòd certò ſit futura Mortuorũ reſurrectio, Chriſtus luculenter docet, Joh. 5. * *Venit hora, in quâ omnes, qui in monumentis ſunt, audient vocem ejus, & procedent.* Johan. 6. * *Ego reſuſcitabo eum in noviſſimo die.* Johan. 11. * *Qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit, vivet.* Matth. 22. * *De reſurrectione mortuorum non legiſtis, quod dictum eſt à Deo, dicente vobis: Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Jacob? Non eſt autem Deus mortuorum; ſed viventium: omnes enim ei vivunt.* Johannis 12. * *Amen amen dico vobis; niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet: ſi autem mortuum fuerit, multum affert fructum. Qui amat animam ſuam, perdet eam: & qui odit animam ſuam in hoc Mundo, in vitam æternam cuſtodiet eam.* Matthæi 10. [a] 11. [b] inquit, *judicium fore de Sodomitis, Gomorritis, Capernaitis, & aliis.* Lucæ 14. [c] *Retribuetur tibi in reſurrectione juſtorum.* Matthæi 16. [d] *Reddet unicuiq; ſecundùm opus ſuum.* Loquitur autem de ſuo adventu ultimo. Matthæi 19. * affirmat, *Diſcipulos ſuos in regeneratione judicaturos duodecim tribus Iſrael.* Matthæi 5. * *Merces veſtra copioſa eſt in cœlo.* Matthæi 25. * *Congregabuntur coram eo omnes gentes.* Johan. 14. * *Ego vivo; & vos vivetis.* & antea. * *Iterum veniam, & recipiam vos ad me.* Quapropter evidêter ſequitur; oportere fieri reſurrectionem. Imò cœpta eſt reſurrectio, hoc Chriſti tempore: & toti Eccleſiæ exempla reſurrectionis monſtrata ſunt: Non enim tantùm Chriſt[us] reſuſcitat Puellam defunctã [a]; filium viduæ [b]; Lazarum, qui dies penè quatuor in ſepulcro mortuus jacuerat [c]: ſed, ipſo in cruce defuncto, ſtatim monumenta aperiuntur, ac prodeunt indè multa ſanctorum corpora; ac poſt reſurrectionem Chriſti ſe patefaciunt plurimis Hieroſolymæ [d]. Chriſtus ipſe tertio die reſurgit ex morte, inſigni potentiâ [e]. Et poſtea Chriſtus, & hi Sancti reſuſcitati, integros 40. dies commorantur cum credentibus; ac cum ipſis colloquia dulciſſima habent. Tàm glorioſos dies nulla hominum ætas vidit, quàm hæc. Matthæi 22. * ait Chriſtus: *Neq; ſcripturas, neque virtutem Dei ſcitis.*

Habemus igitur Moſen & Chriſtum, hoc eſt, vetus & novum teſtamentum; qui articulum de Reſurrectione egregiè confirmant. Eſtq; dulcis vox, quòd Chriſtus Mortem appellet *ſomnum.* Matth. 9. * *Puella non eſt mortua; ſed dormit.* Johannis 11. * *Lazarus, amicus noſter, dormit.* In hac etiam voce incluſa eſt reſurrectio.

Quando ſit futura reſurrectio; indicat Chriſtus, Johannis 6. * *Reſuſcitabo eum in noviſſimo die.* & Joh. 11. * Martha, haud dubiè in ſcholâ Chriſti edocta, ait: *Scio, quòd reſurget in reſurrectione, in noviſſimo die.* Si igitur reſurrectionis dies erit noviſſimus: utique & regna corporalia tunc omnia ceſſabunt.

Reſuſcitabit autem mortuos ipſe Chriſtus, ſicut inquit, Johan. 6. * *Ego reſuſcitabo eum in noviſſimo die.* Joh. 5. * *Sicut Pater ſuſcitat mortuos, & vivificat: ità & Filius, quos vult, vivificat.* Itèm: * *Qui mortui ſunt, & qui in monumentis, audient vocem Filii Dei; & procedent.* Johan. 11. * *Ego ſum reſurrectio & vita:* hoc eſt, Ego reſuſcito homines, & vitam impertio. Sicut declarat exemplis; reſuſcitans plures homines eo tempore, quo miniſterio ſuo fungitur. Johan. 11. * inquit Chriſtus: *Lazarus, amicus noſter, dormit: ſed vado, ut à ſomno excitem eum.* Peperit etiam Chriſtus reſurrectionem ſalutarem ſuâ paſſione: quâ mortẽ, ejusq; cauſam, nempe peccatum, ſuſtulit. Matt. 12. * de reſurrectione loquens, ait, virtute Dei fieri: *Neq; ſcripturas*, inquit, *neq; virtutem Dei ſcitis.*

Fiet autem reſuſcitatio, voce, ſeu verbo Filii Dei. ideò inquit Joh. 5. * *Qui in monumentis ſunt, audient vocem ejus.* Erunt & Angeli miniſtri, cum tubis. Matth. 24. * *Et mittet* (Filius hominis) *Angelos ſuos, cum tubâ & voce magnâ: & congregabunt electos ejus, à quatuor ventis, à ſummis cœlorum, uſq; ad terminos eorum.*

Omnes autem homines resurgent; tàm pii, quàm impii. Johannis 5. * *Venit hora, in quâ* OMNES, *qui in monumentis sunt, audient vocem ejus. Et procedent, qui bona egerunt, in resurrectionem vitæ: qui mala, in resurrectionem judicii.* Matthæi 25. * judicium de piis atque impiis latum iri declarat: *Congregabuntur*, inquit, *ante eum omnes gentes.* Matthæi 16. * *Reddet unicuique secundùm opus suum.* Porrò, resurgent corpora; & animæ redibūt in corpora. Matthæi 27. * *Multa corpora Sanctorum defunctorum surgunt.* Matth. 25. De totis hominibus, hoc est, non de animâ vel de corpore solummodò, judicium ferendum esse, docet. Matthæi 19. * Christus resurrectionem appellat *regenerationem.*

Finis resurrectionis erit: Sisti ad tribunal Christi. *Matthæi 25.* * Audire sententiam; sive damnationis, sive æternæ salvationis. *Johan. 5.* * *Et procedent, qui bona egerunt, in resurrectionem vitæ: qui verò mala, in resurrectionem judicii.* Potsidere regnum Patris; vel in ignem æternum cũ Diabolis præcipitari. *Matth. 25.* *

Contraria sunt: Sadducæismus; hoc est, negare atq; irridere resurrectionem Mortuorum. *Matthæi 22.* * Nescire scripturas, & virtutem Dei. *Ibidem.* * Non tribuere Christo potentiam resuscitandi mortuos. *Marci 5.* * ubi nuntiatur archisynagogæ, mortuâ ejus filiâ, postulant, ut dimittatur Christus: jam enim puellam esse extinctam; & frustrà eum molestari.

DE EXTREMO JUDICIO ET SECUNDO Christi adventu.

DE omnibus Hominibus judicium quoddam futurum esse; Christus apertè docet, Matth. 10. * *Tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die judicii, quam illi civitati.* & Matth. 25. * integer actus & processus ejus judicii describitur.

Tempus ejus judicii, erit novissimus dies. Verùm quãdo is sit venturus, non est expressum. Matth. 25. * inquit Christus: *Nescitis diem & horam.* Et Matth. 24. * *De die autem illâ, & horâ, nemo scit; neque Angeli cœlorum: nisi solus Pater.* Item: * *Nescitis, quâ horâ dominus vester venturus sit.* Subitò autem, & ex improviso, aderit. Matthæi 24. * *Sicut fulgur exit ab Oriente, & apparet usque in Occidentẽ: ità erit & adventus Filii hominis.* Marci 13. * *Nescitis, quando dominus domûs veniet; serò, an mediâ nocte, an gallicantu, aut manè.* Matthæi 25. * parabola de virginibus ait, *sponsum nocte venisse.*

De loco, primùm in genere docet Christ[a], Luc. 17. * Nã scisciantibus Discipulis; *ubi, Domine?* respondet: *ubicũque fuerit corpus; illic congregabuntur & aquilæ.* Deinde & paulò expressiùs locum indicavit, quòd dixit: *Videbunt Filium hominis venientem in nubibus cœli.* Matth. 24. [a] 26. [b]

De omnibus hominibus judicatum iri; his verbis Christus monet, Matth. 25. * *Congregabuntur ante eum omnes gentes.* Item de Diabolis: * *Ite in ignẽ, qui paratus est Diabolo & angelis ejus.*

Judex istius judicii, erit Christus: sicut ipse sæpè docet. Johannis 5. * *Pater non judicat quenquam; sed omne judicium dedit Filio.* Matth. 16. * *Filius hominis venturus est, &c. & tunc reddet unicuique secundùm opus suum.* Matthæi 25. * ait, *ante se congregationem futuram; se pronunciaturum sententiam:* & vocat se *Filium hominis*; Item *Regem.* Itaq; Christus, verus Deus & Homo, erit judex. sicut etiã Angeli testantur, Actor. 1. * *Hic* JESUS, *qui assumtus est à vobis in cœlum, sic veniet; quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum.*

Veniet autem cum singulari majestate. Matth. 16 * *Filius hominis venturus est in gloriâ Patris sui, cum Angelis suis.* Matth. 24. * *Videbunt Filium hominis venientem in nubibus cœli, cum virtute multa, & majestate.* Matth. 25. * *Cùm venerit Filius hominis in majestate suâ, & omnes Angeli cum eo; tunc sedebit super sedem majestatis suæ.* Matth. 26. * *A modò videbitis Filium hominis, sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli.* Marc. 13. * *Cum virtute multâ & gloria.* Luc. 21. * *Cum potestate magnâ & claritate.* Aderunt igitur & Angeli; ut dictum: & quidem cum tubâ, & ministrantes Christo in hoc judicio. Matth. 24. * *Mittet Angelos suos, cum tubâ & voce magnâ: & congregabunt electos ejus à quatuor ventis, à summis cœlorum usque ad terminos eorum.* Et Apostoli. Matth. 19. * *Amen dico vobis; quòd vos, qui secuti estis me, in regeneratione; cùm sederit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israël.* Erunt igitur Angeli, & Apostoli, assessores in hoc judicio Christi.

Forma judicii, & ejus processus, Matthæi 25. * ab ipso Christo exposita est. *Et congregabuntur*, inquit, *ante eum omnes gentes: & separabit eos ab invicem; sicut pastor segregat oves ab hœdis: & statuet oves quidem à dextris suis; hœdos autem à sinistris. Tunc dicet Rex his, qui à dextris ejus erunt: Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione Mundi. Esurivi enim; & dedistis mihi cibum: sitivi; & dedistis mihi potum: hospes eram; & recepistis me: nudus; & operuistis me: infirmus; & visitastis me: in carcere eram; & venistis ad me. Tunc respondebunt justi, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem; & pavimus te? sitientem; & dedimus tibi potum? Quando te vidimus hospitem; & collegimus te? aut nudum; & cooperuimus te? Aut quando te vidimus infirmum; aut in carcere; & venimus ad te? Et respondens Rex, dicet illis: Amen dico vobis; quicquid fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tunc dicet & his, qui à sinistris erunt: Discedite à me, maledicti, in ignem æternum, qui paratus est Diabolo & angelis ejus. Esurivi enim; & non dedistis mihi cibum: Sitivi; & non dedistis mihi potum: Hospes eram; & non collegistis me: Nudus; & non operuistis me: Infirmus & in carcere eram; & non visitastis me. Tunc respondebunt ei & ipsi, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere; & non ministravimus tibi? Tunc respondebit illis, dicens: Amen dico vobis; quicquid non fecistis uni de junioribus his, nec mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicium æternum; justi autem in vitam æternam.* Eòdem pertinet illud Matthæi 10. * *Omnis, qui me confitebitur coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis est. Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis est.* Item Matthæi 13. * *Mittet Filius hominis Angelos suos: & colligent de regno ejus omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem; & mittent eos in caminum ignis.* Matthæi 12. * *Dico vobis; de omni verbo otioso, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii.*

Regula igitur, juxta quam id judicium feretur, jam à Christo prolata & promulgata est. Johannis 3. * *Qui credit in eum, non judicatur. Qui autem non credit, jam judicatus est: quia non credit in nomine unigeniti Filii Dei. Hoc est autem judicium: quòd lux venit in Mundum; & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem.* Item: * *Qui credit in Filium, habet vitam æternam: qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam; sed iræ Dei manet super eum.* Johannis 5. * *Qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam; & in judicium non venit.* Johannis 12. * *Sermo, quem locutus sum, ille judicabit eum in novissimo die.*

Non igitur alia sententia in extremo judicio sonabit; quàm ea, quæ ab ipso judice est patefacta: nempe, quòd credentes in Christũ sint justi: Item, quòd injudicium non veniant; hoc est, peccata ipsorum sint tecta. Quòd nemo ibi suis operibus, vel possit, vel debeat fidere; certò Christus indicat, Matth. 25. * ubi inquit, pios tam non posituros fiduciam in propria merita; ut etiam dicturi sint: *Domine, quando vidimus te famelicum; & pavimus te?* Deinde, & Deum, nitentes suorum operum justitiâ, in judicio suo abjecturũ esse; palàm testatur, Matth. 7. * ubi inquit: *Multi dicent mihi in illâ die: Domine, domine, nónne in nomine tuo prophetavimus; & in nomine tuo dæmonia ejecimus; & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis; Nunquam novi vos: discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem.*

Non ibi prosopolepsiam valituram esse; *Lucæ 12.* * declarat, comparatione de servis. Accusatio etiam ibi

contra

...ntia mortuos ab aliis fec. Matthæi 12. * Viri Ninivitæ surgent in judicio cum generatione istâ; & condemnabunt eam: quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Jonæ. Item: * Regina Austri surget in judicio cum generatione istâ; & condemnabit eam: quia venit à finibus terræ, audire sapientiam Salomonis. Commemorantur etiam alii à bonorum bona opera. Lucæ 16. * Facite vobis amicos de mammonâ iniquitatis: ut, cùm defeceritis, recipiant vos in tabernacula æterna.

Finis hujus judicii in genere erit: Cuilibet reddere secundùm operationem. Matthæi 16. * Filius hominis venturus est in gloriâ Patris sui, cum Angelis suis; & tunc reddet unicuique secundùm opera ejus. Deinde, quo-ad Bonos, finis erit eorum salutarium, redemptio ipsorum. Lucæ 21. * Appropinquat redemptio vestra. Vindicta piorum. Lucæ 18. * Deus faciet vindictam electorum suorum cito. Frui jucundo Christi aspectu. Johan. 17. * Compensatio & celebratio bonorum operum. Matthæi 25. * Venite benedicti: & dedistis mihi cibum, &c. Possessio regni promissi. Ibidem. * Vita æterna. Johannis 5. *

Quo-ad malos, erit subitaneus irati Christi; & ira Dei perpetua; parafacio & exprobratio peccatorum; abjectio & separatio à Deo; & damnatio ad ignem æternum cum malis angelis; fletus, stridor dentium, tenebræ. Matthæi 7. * 20. b 13. c 22. d 23. e 24. f 25. g Lucæ 13. * Ubi erit fletus & stridor dentium: cùm videritis Abraham & Isaac & Jacob, & omnes Prophetas, in regno Dei; vos autem mittendos foràs.

Instruit insuper Christus, quomodo se quisque ad eum diem præparare debeat. Matthæi 24. * Vigilate ergo; quia nescitis, quâ horâ dominus vester venturus sit. Illud autem scitote: quoniam, si sciisset paterfamilias, quâ horâ venturus fur esset; vigilasset utique, & non fodisset perfodi domum suam. Ideò & vos estote parati: quia, quâ horâ non putatis, eâ Filius hominis venturus est. Quisnam igitur est fidelis servus & prudens; quem præfecit dominus familiæ suæ, ut det illis cibum in tempore? Beatus servus ille; quem, cùm venerit dominus ejus, invenerit sic facientem! Amen dico vobis; quoniam super omnia bona sua constituet eum. Quòd-si dixerit servus ille malus in corde suo: Cunctatur dominus meus venire: cœperitque percutere conservos; insuper edere & bibere cum ebriis: veniet dominus servi illius in die, quâ non exspectat, & horâ, quâ ignorat; & dissecabit eum, partemque ejus ponet cum hypocritis. illic erit ploratus & stridor dentium. Marci 13. * Vigilate ergo: nescitis enim, quando dominus domûs veniturus sit; serò, an medio noctu, an in gallicinio, an diluculo: ne, si venerit repentè, offendat vos dormientes. Cæterùm, quæ dico vobis, omnibus dico: Vigilate. Luc. 12. * Sint lumbi vestri præcincti; & lucernæ accensæ: & vos similes hominibus, exspectantibus dominum suum, quando revertatur à nuptiis; ut, cùm venerit ac pulsaverit, confestim aperiant ei. Beati servi illi, quos, cùm venerit dominus, invenerit vigilantes! Amen dico vobis; quòd præcinget se, & faciet illos discumbere: & transiens ministrabit illis. Et, si venerit in secundâ vigiliâ, & si in tertiâ vigiliâ venerit; atque ita invenerit: beati sunt servi illi! Hoc autem scitote: quòd-si sciisset paterfamilias, quâ horâ fur venturus esset; vigilâsset utique, nec passus fuisset perfodi domum suam. Et vos igitur estote parati: quia, quâ horâ non putatis, Filius hominis veniet. Ait autem ei Petrus: Domine, ad nos dicis istam parabolam; an etiam ad omnes! Dixit autem Dominus: Quis nam est fidelis dispensator ac prudens, quem constituet dominus super familiam suam; ut det illis in tempore demensum cibum? Beatus servus, quem, cùm venerit dominus, invenerit ità facientem! Verè dico vobis; quòd omnibus, quæ possidet, præficiet eum. Quòd-si dixerit servus ille in corde suo; Differt dominus meus venire: cœperitque percutere servos & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari: veniet dominus servi illius, luce, quâ non sperat, & horâ, quâ nescit; & dissecabit eum, partemque ejus cum infidis ponet. Item Matthæi 25. * Tunc simile erit regnum cœlorum decem Virginibus, quæ, sumtis lampadibus suis, exierunt in occursum sponsi. Quinque autem ex eis erant fatuæ; & quinque prudentes. Quæ erant fatuæ, sumtis lampadibus suis, non sumserunt oleum secum: prudentes verò sumserunt oleum in vasis suis, unà cum lampadibus. Tardante verò sponso, dormitaverunt omnes, & obdormierunt. Verùm media nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit; exite obviam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornaverunt lampades suas. Fatuæ autem prudentibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro; quia lampades nostræ exstinguuntur. Et respondentes prudentes, dicentes: Minimè; ne forte non sufficiat nobis & vobis, sed ite potius ad eos, qui vendunt; & emite vobis ipsis. Dum autem eunt emere, venit sponsus: & quæ parata erant, introierunt cum eo ad nuptias; clausaque est janua. Postea verò veniunt & reliquæ virgines, dicentes: Domine domine, aperi nobis. At ille respondens ait: Amen dico vobis; non novi vos. Vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam, in quâ Filius hominis veniet. Sicut enim homo quidam, peregrè proficiscens, vocavit servos suos; & tradidit illis bona sua. Et huic quidem dedit quinque talenta; alii autem duo; alteri verò unum: unicuique secundùm propriam facultatem: & profectus est statim. Abiit autem, qui quinque talenta acceperat, & negotiatus est per ea: & confecit altera quinque talenta. Similiter & qui duo acceperat, lucratus est & ipse altera duo. Qui autem unum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam domini sui. Post multum verò temporis, venit dominus servorum illorum, & posuit rationem cum illis. Et accedens is, qui quinque talenta acceperat, attulit altera quinque talenta, dicens: Domine, quinque talenta tradidisti mihi; ecce altera quinque talenta lucratus sum per ea. Ait illi dominus ejus: Euge serve bone & fidelis! super pauca fuisti fidelis: super multa te constituam. intra in gaudium domini tui. Accedens autem & qui duo talenta acceperat, ait: Domine, duo talenta tradidisti mihi; ecce alia duo lucratus sum per ea. Ait illi dominus ejus: Euge serve bone & fidelis! super pauca fuisti fidelis: super multa te constituam. intra in gaudium domini tui. Accedens autem & qui unum talentum acceperat, ait: Domine, noveram te, quòd homo durus sis; metens ubi non seminasti, & inde congregans ubi non sparsisti: ac territus abii, abscondique talentum tuum in terrâ. ecce, habes quod tuum est. Respondens autem dominus ejus, dixit ei: Serve male & piger! sciebas, quòd metam ubi non seminavi, & congregem illinc ubi non sparsi: oportebat ergò te committere pecuniam meam mensariis; & veniens ego recepissem utique, quod meum est, cum usurâ. Tollite itaque ab eo talentum; & date ei, qui habet decem talenta. Omni enim habenti dabitur; & abundabit: qui verò non habet, etiam quod habet auferetur ab eo. Et inutilem servum ejicite in tenebras exteriores: ubi erit fletus & stridor dentium. Item Lucæ 21. * His fieri incipientibus, respicite, & levate capita vestra: quoniam appropinquat redemptio vestra. Item: * Cavete autem vobis, ne quando graventur corda vestra crapulâ & ebrietate, & curis hujus vitæ; subitusque vobis ingruat dies ille. tanquam laqueus enim supervenient in omnes, qui sedent super faciem totius terræ. Vigilate itaque, omni tempore deprecantes, ut liceat vobis effugere ista omnia, quæ futura sunt; & stare ante Filium hominis.

DE INFERNO, SEU LOCO ac pœnis Damnatorum.

APpellationes loci, in quo damnati æternis pœnis subjicientur, à Christo quidem usurpatæ, primò percurrendæ sunt. Vocatur autem ᾅδης, *infernus*. Matth. 11. * Et tu Capernaum, quæ usque in cœlum exaltata es, usque in infernum descendes. Luc. 16. * Sepultus est dives, & in inferno sustulit oculos suos, existens in tormentis. Christo itaque hoc vocabulum significat, locum destinatum suppliciis abjectorum. Deinde, unum de eâ re plerumque vocabulo Gehennæ. ut Matthæi 10. * Timete potiùs eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennâ. Lucæ 12. * Timete eum, qui, postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Fuit porta Gehennon, vallis in tribu Benjamin, ab impiis posteris, quos ibi vivi crematos, & immolatos dæmonio Moloch. Putant autem Moloch fuisse Saturnum. Fit ejus mentio, Josuæ 18. * ut vocatur vallis filii Hinnom. Postea & Idololatræ ad eum gravidarum defecerunt. sicut de Atheniensium exemplum erat. Paralip. 28.

* vers. 32. 36 37
* vers. 39.
* vers. 27
* vers. 18.
* vers. 21.
* vers. 34
* vers. 35.
* vers. 24
* vers. 25.
a vers. 23.
b vers. 25.
c vers. 42.
d vers. 44.
e vers. 45.
f vers. 51.
g vers. 46.
h vers. 28.
* vers. 42. & seq.
* vers. 1. & seq.
* vers. 28
* vers. 23
* v. 22, 23.
* vers. 28
* vers. 5.
* vers. 16.

ralip. 28. * *Ipse est, qui adduxit incensum in valle Ben-Hinnom; & lustravit filios suos in igne, juxta ritum gentium, quos interfecit Dominus in adventu filiorum Israel.* Vocatur is locus & *Tophet*; à tympanis, quæ pulsabantur, ne ejulatus puerorum exaudirentur: 2.Reg.23. * Sed hæc aliò pertinent. Abiit autem in consuetudinem, ut (vulgari loquendi modo) *Gehenna* pro loco, tormentis, perpetuò in damnatione futuris, deputato, acciperetur. Eodè igitur modo & Christus est locutus. Sic & Matth. 23. * inquit: *Serpentes, progenies viperarum, quomodo fugietis à judicio gehennæ?* Marci 9. * *Ire in gehennam.* His sententiis, de loco æternorum suppliciorum dicit. Itèm Matth. 23. * *Hypocritæ, circumitis mare & aridam, ut faciatis unum proselytum: & cùm factus fuerit, facitis eum filium gehennæ* (hoc est, in æternos cruciatus abiciendum) *duplo magis, quàm vos estis.* Per circumlocutionem, vocatur *Gemitus ignis:* Matth. 13. * *Mittent eos in caminum ignis. Ignis æternus:* Matth. 18. [a] & 25. [b] *Ignis inextinguibilis:* Marci 3. [c] Marci 9. [d] *Supplicium æternum:* Matthæi 25. [e] *Perditio:* Matth. 7. [f] *Spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem. Tenebræ exteriores:* Matthæi 8. & 22. [g] 25. [h] *Abyssus* videtur. Lucæ 8. * vocari; ubi deprecantur Diaboli, ne jubeantur ire in abyssum. Baptista, Matth. 3. [i] vocat *temporalem iram.*

Quòd autem locus aliquis torquendis damnatis sit destinatus; manifestè Christus docet: sicut testimonia sequentia declarabunt; quæ non necesse est toties repeti. In-primis verò hæc pars, ex processu ultimi judicii, qui *Matth. 25.* describitur, patet.

Ubi verò locus ille sit; non est à Christo expressum.

Quis in inferno sit futurus; Christus Matth. 25. [a] indicat: nempe, Diaboli & Homines. *Discedite, inquit, à me, maledicti, in ignem æternum; qui paratus est Diabolo & angelis ejus.* Et quales homines: nempe, qui non crediderunt in Christum. Joh. 3. [b] *Qui non credit, jam judicatus est: quia non credidit in nomen unigeniti Filii Dei.* Itèm: [c] *Qui incredulus est Filio, non videbit vitam; sed ira Dei manet super eũ.* Non-confitentes Christum; apostatæ. Matth. 10. [d] *Qui me negaverit coram hominibus, negabo eum & ego coram patre meo cælesti.* Impœnitentes, polluentes sese peccatis omnis generis. Matth. 7. [e] * *Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem.* Matth. 18. [f] *Servus*, oblitus acceptorum beneficiorum, & immanitatem erga conservum exercens, *traditur pœnis.* Matth. 24. [g] *Si dixerit malus servus ille in corde suo; Moram facit dominus meus venire: & cœperit percutere conservos; manducet autem & bibat cum ebriis: veniet dominus servi illius, in die quâ non sperat, & horâ quâ ignorat; & dividet eum, partemq; ejus ponet cum hypocritis.* Matth. 25. [h] Virgines fatuæ, destitutæ oleo & facibus, excluduntur à sponso, dicente: *Nescio vos.* De Servo ignavo, qui talentũ non collocârat, nec reportavit fructum ad Dominum, dicit Christus: * *Inutilem servum ejicite in tenebras exteriores.* Itèm: * *Esurivi; & non dedistis mihi cibum: sitivi; & nõ dedistis mihi potum:* &c. Itèm: * *Et ibunt hi in supplicium æternum.* Et dilertè * *maledictos* tantùm jubet *in æternum ignem abire.* Matth. 3. * *Paleas comburet igne.* Hypocritæ, non-agentes pœnitentiam: Matth. 22. * *Non-habens vestem nuptialem, ejicitur in tenebras exteriores.* Confidentes propriæ justitiæ; ut Pharisæi: *Matth. 5.* * *Luca 18.* * Impii doctores: Matth. 23. * *Væ vobis, Scribæ & Pharisæi, hypocritæ: quia clauditis regnum cælorum ante homines. vos enim non intratis; nec introëuntes finitis intrare. Væ vobis, Scribæ & Pharisæi, hypocritæ: quia comeditis domos viduarum, orationes longas orantes. propter hoc amplius accipietis judicium, &c.* Blasphemi: Matth. 12. * *Spiritus blasphemia non remittetur.* Itèm: * *Qui dixerit verbum contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neq; in hoc sæculo, neq; in futuro.* Divites luxuriosi; non-juvantes pauperes Lazaros: *Luc. 16.* * Crapulæ, ebrietati, & curis hujus vitæ indulgentes: *Luc. 21.* * Contemptores & persecutores verbi Dei, & Ministrorum ejus: *Matth. 22.* * *Luca 24.* * Adorantes Diabolum, (hoc est Antichristum) ob regna hujus Mundi, & gloriam ejus: *Matthæi 4.* *

Animam autem cum corpore maledictorum in infernum futuram; Christus hoc dicto [illegible], Matth. 10. * *Timete potiùs eum, qui potest animam & corpus perdere in gehennã.* Plurimos animo in infernum præcipitandi sibi se, Matth. 7. * docet, inquiens: *Lata porta & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem: & multi sunt, qui intrant per eam.* Nec prærogativa generis aut familiæ pondus habebit, Matth. 8. * inquit Christus: *Filii regni* (hoc est, Judæi, non-credentes: idem, qui in eum Ecclesiæ fuerunt; sed non crediderunt) *ejicientur in tenebras exteriores.* Et *Matth. 22. Luc. 14.* imprudentes idem docuimus.

Pœnæ, quas sustinebunt maledicti in loco suppliciorum, erunt multiplices. * *Ira Dei manet super eum.* Joan. 3. * *Ira Dei manet super eum.* Matth. 3. * *Quis demonstravit vobis fugere à ventura ira?* Separatio atque abjectio à Deo erit. Matth. 7. * & 25. * *Discedite à me, maledicti.* Socius cum Diabolo & angelis ejus. Matthæi 25. * *Discedite à me maledicti, in ignem æternum, qui paratus est Diabolo & angelis ejus.* Ignis æternus; quem, credibile est, non tantùm spiritualem; sed & corporalem futurum: nisi aliàs [illegible] loquatur Scriptura. Matthæi 3. * *Paleas comburet igne inextinguibili.* Marci 9. * *Bonum est tibi, debilem intrare in vitam, quàm duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem: ubi vermis eorum non moritur; & ignis non extinguitur.* Matthæi 25. * *Discedite in ignem æternum.* Fletus & stridor dentium. Matthæi 8. [a] 13. [b] 22. [c] 24. [d] Lucæ 13. * *Ibi erit fletus & stridor dentium.* Tenebræ exteriores. Matthæi 8. * *Filii regni ejicientur in tenebras exteriores.* Matth. 22. * *Ligatis manibus & pedibus, mittite eum in tenebras exteriores.* Matth. 25. * *Inutilem servum ejicite in tenebras exteriores.* Torqueri, & in perpetuo carcere versari. Matthæi 8. * *Venisti huc nos torquere ante tempus.* Matthæi 18. * *Tradidit eum tortoribus.* Videre justos in regnum Dei transferri; se autem expelli. Lucæ 13. * *Ibi erit fletus & stridor dentium: cùm videritis Abraham, & Isaac, & Jacob, & omnes Prophetas, in regno Dei; vos autem expelli foràs.* Lucæ 16. * de Epulone in inferno existente, inquit Christus: *Elevans autem oculos, vidit Abraham eminùs; & Lazarum in sinu ejus. & ipse clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei; & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ac refrigeret linguam meam: quia crucior in flammâ hac. Dixit autem Abraham: Fili, recordare, quòd receperis bona tua in vitâ tuâ; & Lazarus similiter mala: nunc autem hic solatio fruitur; tu verò cruciaris. Et super hæc omnia, inter nos & vos hiatus ingens firmatus est: ut ii, qui volunt hinc transire ad vos, non possint; neque indè huc transcendere.*

Gradus suppliciorum fore; Christus indicat; Matthæi 11. * *Tyro & Sidoni remissius erit in die judicii, quàm vobis.* Itèm: * *Terra Sodomorum & Gomorrhæorum remissius erit in die judicii, quàm civitati illi.* Matthæi 23. * *Propter hoc amplius accipietis judicium.* Lucæ 12. * *Servus, qui cognovit voluntatem Domini sui; & non se præparavit, & non fecit secundum voluntatem ejus; vapulabit multis. Qui autem non cognovit, & fecit digna plagis; vapulabit paucis.*

Pœnas æternas, & nunquam cessaturas, infecturas esse eos, qui semel in infernum, seu locum supplicii, venerint; ex hisce Christi dictis planum efficitur. Matth. 25. * *Discedite in ignem æternum.* Itèm: * *Ibunt hi in supplicium æternum.* Marc. 9. * *Vermis eorum non moritur; & ignis non extinguitur.* Luc. 16. * ait, *esse chaos firmatum inter locã beatorum & damnatorũ; ut neutra pars ad alteram posit transcendere.* Itèm, * *negatur Diviti, in flammis infernalibus existenti, omnis recreatio.* Matth. 16. * inquit Christus: *Quam dabit homo commutationem pro animâ suâ?* Negat hic Christus, ullo precio animas damnatas redimi posse: loquitur enim de animabus detrimentum passis. Matth. 12. * *negat Christus, peccata remitti in inferno*; si non in præsenti sæculo contingat remissio.

Observatione dignum est; tantùm duo loca à Christo designari, quò perveniant homines post mortem; inferni sinum Abrahæ, & infernum. *Luc. 16.* * Itèm *Matth. 25.* * unus cœtus recipitur in regnum Patris; alter ad ignem æternũ damnatur. Nec ullius Purgatorii mentionẽ Christus usquam facit.

DE VITA ÆTERNA, SEU sede Beatorum post hanc vitam.

STatus Beatorum post hanc vitam, frequentissimè appellatur *Vita æterna*: Johannis 3.* 5.* & alibi. Aliàs verò, *Regnum cœlorum*: Matth. 25.* *Regnum cœlorum*: Matthæi 5.* 7.* 19.* *Regnum Dei*: Matthæi 21. & *Gaudium Domini*: Matth. 25.* *Sinus Abrahæ*: Luc. 16.* *Paradisus*: Luc. 23.* *Æterna tabernacula*: Luc. 16.* *Domus Patris Christi*: Johannis 14.*

Quòd autem alia post hanc vitam sit futura; promissiones Evangelicæ, ac loci de Resurrectione, de Extremo Judicio, & alii plures, testantur. Matth. 25.* inquit Christus: *Justi ibunt in vitam æternam.* Reliqua testimonia in cæteris hujus Loci partibus recitantur.

Locum, ubi pii sunt victuri post hanc vitam, Christus vocat *Regnum cœlorum.* Matthæi 5.* *Beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam: quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Item:* *Merces vestra copiosa est in cœlis.* Item:* *Nisi abundaverit justitia vestra, &c. non intrabitis in regnum cœlorum.* Matthæi 8.* *Multi recumbent cum Abraham, Isaac, & Jacob, in regno cœlorum.* Matth. 19.* *Talium est regnum cœlorum.* Aliàs *Regnum cœlorum*, Ecclesiâ Dei in terris versantem, significat: ut Matth. 13.* & alibi. Sed in citatis locis, significat sedem Beatorum post hanc vitam.

Qui verò in æternâ vitâ sint futuri; ex Christi concionibus manifestum est. Matth. 7.* inquit: *Qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum.* Johannis 6.* *Qui credit in me, habet vitam æternam.* Item:* *Nisi quis renatus fuerit ex aquâ & spiritu, non potest introire in regnum Dei.* Marc. 16.* *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit.* Qui bonis operibus declaravit suam fidem: Matth. 25.*

Quòd autem ex omnibus gentibus ea congregatio sit futura; Christus hac sententiâ commonefacit, Matth. 8.* *Dico vobis; quòd multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham & Isaac & Jacob in regno cœlorum.* Lucæ 13.* *Videbitis Abraham, & Isaac, & Jacob, & omnes Prophetas, in regno Dei.* Item:* *Et venient ab Oriente & Occidente, & Aquilone & Austro, & accumbent in regno Dei.* Nulla hìc prærogativa locum habet: sicut testatur Matthæi 21.* *Publicani & meretrices* (scilicet, qui egerunt pœnitentiam) *præcedent vos in regno Dei.* Non tam multos in vitâ æternâ, quàm in inferno, futuros; Matth. 7.* testatur: *Angusta porta & arcta via est, quæ ducit ad vitam: & pauci sunt, qui inveniant eam.*

Bona ejus status post resurrectionem erunt: Vita æterna. *Johannis 3.** Item, possessio regni Patris. *Matth. 25.** *Possidete regnum, quod vobis paratum est ab origine Mundi.* Esse cum Christo, & videre ejus claritatem. *Johannis 17.** *Pater, quos dedisti mihi, volo, ut, ubi sum ego, & illi sint mecum; ut videant claritatem meam.* Johannis 12.* *Ubi ego sum, ibi & minister meus erit.* Johannis 14.* *Iterum veniam, & accipiam vos ad meipsum: ut, ubi sum ego, & vos sitis.** *Ego vivo: & vos vivetis. In illo die vos cognoscetis, quòd ego sum in Patre meo; & vos in me; & ego in vobis.* Gaudium æternum. *Johannis 16.** *Gaudium vestrum nemo tollet à vobis.* Matthæi 25.* *Intra in gaudium domini tui.* Societas æterna cum Abraham, Isaac, Jacob, & omnibus Sanctis. *Matthæi 8.** *Lucæ 13.*[b] quæ testimonia paulò antè commemorata sunt. Merces operum & laborum. *Matthæi 5.** *Merces vestra copiosa est in cœlis.*

Esse autem & corpora Beatorum clariora & ornatiora, quàm nunc sunt. *Matthæi 13.** *Tunc justi fulgebunt, sicut sol, in regno Patris sui.* Item Matthæi 22.* *In resurrectione non nubent, neque nubentur: sed sunt sicut Angeli Dei in cœlo.* Luc. 20.* In eandem sententiam effertur: *Illi verò, qui digni habebuntur sæculo illo, & resurgent ex mortuis, neque nubent, neque uxores ducent; neque ultrà mori poterunt. pares enim sunt Angelis; & filii sunt Dei: cùm sint filii resurrectionis.*

CAPUT V.

DE HÆRESIBUS, SEU SECTIS JUDÆORUM.

RAPIEBANTUR in populo Judaico, hoc tempore, quo exhibitus est Christus, sinistros motus administrabat, duæ quædam factiones seu sectæ; utpote Pharisæorum & Sadducæorum: quarum quidem passim in historiâ Evangelica fit mentio; eò quòd Johanni Baptistæ, & ipsi Christo, ejusque Discipulis, se-se aliquoties opposuerint. Ac fuit præter eas adhuc una; Essæorum videlicet. verùm ea certo loco, ab Hierosolymis per aliquot milliaria remoto, sedem suam habebat: nec erat ita passim civitatibus immixta, ut superiores. ideòque non est memoriæ traditum, quòd cum Christo Essæi fuerint congressi: sua nimirum tantùm curantes; & ipsis quasi civitates (ut putabantur) quasi ex alto despicientes ac fastidientes.

Quando autem primùm in populo Dei istæ sectæ sint exortæ; ex historiis non potest satis liquidò haberi: nisi quòd *ex Josepho* appareat, tempore Johannis Hircani, hoc est, ante Christi annis circiter 125. istas tres factiones innotuisse & invaluisse. Air autem *Josephus*;* à multis seculis Judæos in istas tres sectas fuisse divisos. Occasionem verò ad eam scissionem procul dubio dederunt ethnici Reges, religionem Judaicam fœdis corruptelis; evectis ad summos gradus, & ad ipsa gubernacula Ecclesiæ collocatis, pro arbitrio, indignis & improbis hominibus: vel gratiâ, vel muneribus illecti. Præterea, societate ac familiaritate Gentilium, philosophica studia & peregrinæ religiones paulatim imbibebantur à Judæis; sicut fieri solet: quibus postea vera Judæorum religio, & sincera doctrina à Deo tradita, artificiosè diluebatur. Verùm de singulis quædam dicenda sunt.

* de bello Judaico lib. 18. c. 2.

DE PHARISÆIS.

PHarisæorum creberrima in historiâ Evangelicâ mentio fit: eò quòd plurimos habuerint affectas; ac voluerunt custodes cœlestis doctrinæ, & exstirpatores falsorum dogmatum, videri; deniq; etiam gratiâ & potentiâ præstabant.

Nominis rationem acceperunt, vel à *phares*, id est, à separatione: quòd ab aliis profanis hominibus voluerunt esse distincti. unde *Hieronymus** dicit; eos à dividio sic appellari. Vel (quod magis est consentaneum) ab expositione seu interpretatione Scripturarum; quam præcipuè profitebantur: ac si diceres, *expositores*, seu *doctores*. *Sederunt in cathedrâ Mosis.* Matth. 23.* hoc est, officium eorum fuit, docere. Libros veteris Testamenti omnes studiosè amplexi sunt. Etsi autem in genere quædam capita doctrinæ retinuerunt: (ut, esse Deum: esse Deum unum: venturum esse Messiam, ac ingentia beneficia allaturum: hanc politiam & legem in populo Judaico esse à Deo: posteritatem Abrahæ esse Ecclesiam Dei: animam post mortem superstites esse: futuram esse resurrectionem, in qua pii & scelerati pœnis; illi verò præmiis afficientur: cœlum horrendos habuerunt nævos; & profanas aliquas, imò plerasque opiniones, in pleriscq; articulis doctrinæ cœlestis, concepterunt, ac mordicùs defenderunt. Quò autem res fuit magis pernicua: ordine ipsorum falsa dogmata enumerabimus.

* de bello Judaico lib. 2. c. 12.

Unum tantùm esse verum Deum; eumq; unicam tantùm esse personam, & non plures; asseruerunt. Johannis 8.* *unum patrem habemus, Deum.* Et vehementer offenderentur, quòd Christus asseverare auderet, se esse verum Dei filium; & ipsos, se adspernantes, etiam Patrem ipsum repudiare: non enim Patrem Deum esse, absq; hoc Filio.

* vers. 42.

Messiam tantùm habiturum humanam naturam. nam Matth. 22.* ad interrogationem Christi; *Cujus filius sit Christus?* respondent; *Davidis.* Sed Christus è Davidis *Psal. 110.* demonstrat: eum non modò filium Davidis, hoc est, hominem, futurum; sed habiturum insuper sublimiorem, nempe divinam, naturam.* *Quomodo, inquit, David in spiritu vocat eum Dominum? dicens: Dixit Dominus Domino meo;*

* vers. 43. 44. 45.

Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Si ergo David vocat eum Dominum: quomodo filius ejus est?

Messiam tantùm regnum corporale Judæorum restauraturum esse. Nam ex scholâ Pharisæorum eum errorem proferunt, mater filiorum Zebedæi, & Discipuli: Matthæi 20.* Imò & post Christi resurrectionẽ, solicitè quærunt Discipuli de regno mundano. * *Domine*, inquiunt, *numnam hoc tempore restitues regnum Israëli?* Adeò altè ipsorum animis hæc vulgaris Pharisæorum opinio insederat. Illud *Malachiæ 4.** *Ecce, mittam vobis Heliam prophetã, antequam veniat dies Domini magnus:* non rectè intelligentes, somniarunt; eundem illum Heliam, qui igneo curru ascenderat in cœlum, ante Messiæ adventum, rediturum. *Matthæi 17.* * *Et interrogaverunt eum Discipuli sui, dicentes: Cur igitur Scribæ dicunt, quòd Heliam oportet venire primùm? Jesus autem respondens, dixit illis: Elias quidem veniet primùm, & restituet omnia. Cæterùm dico vobis; Heliam jam venisse: & non agnoverunt eum; sed fecerunt in eo, quæcunque voluerunt. Tunc intellexerunt Discipuli, quòd de Johanne Baptistâ dixisset ipsis.*

Legem, de disciplinâ seu externâ obedientia duntaxat, exponebant. Quam opinionem Christus refutat *Matth. 5.* perspicuè Legem declarans: quòd non modò externa facta; sed etiam interiorem, & quidem absolutissimam, obedientiam flagitaret.

Pravos affectus sentiebant non esse peccata. Id quod ibidem diligenter Christus refutat.

Docebant, Legem divinam potestate liberi arbitrii, seu naturalibus viribus, impleri posse. Hinc sunt illæ inanes gloriationes: *Non sum sicut cæteri homines; raptores, injusti, adulteri,* Lucæ 18.* Cùm tamen vacarent dilectione erga Proximum, & omni pœnitentiâ.

Justitiam coram Deo, esse externam Legis obedientiã, qualem ipsi præstare possent. Verùm *Matthæi 5.* * Christus eam damnat. *Nisi abundaverit*, inquit, *justitia vestra plùs, quàm Scribarum & Pharisæorum; non poteritis intrare in regnum cœlorum.* Docet item Christus; * se-se ad hoc venisse, *ut legem exactissimè impleat; ne jota quidem aut apex uno relicto.* Et Matth. 11.* inquit: *Venite ad me; &c. ego reficiam vos.*

Sabbato adeò strictè ab operibus abstinendum esse, docebant: ut sanationem ægroti, vel in momento factam; aut vellicationes spicarum, ob urgentem famem; centerent grande adversùs Sabbatum peccarum esse. *Matth 12.*[a] *Lucæ 14.*[b] *Johan. 5.*[c] *7.*[d] *9.*[e] ubi Christus solidis argumentis eam superstitionem refellit.

Divortia licitum esse facere, qualibet ex causa. *Matthæi 19.*[f] Verùm confutantur à Christo, qui dicit; [g] *ab initio non sic fuisse.* Item regulam sancit.[h] *Quos Deus conjunxit, homo non separet.* In uno tamen *adulterii* casu repudium concedit.[i]

Cum publicanis & peccatoribus (cùm tamen ad Christum se convertissent) non esse capiendum cibum. *Matthæi 9.* * Sed Christus docet, hoc suum esse officium, *ut peccatores ad pœnitentiam vocet.* *

Melius esse, de facultatibus aliquid templo conferre; (id quod vox *Corban* sonat) quàm egenos parentes alere. *Matth. 15.** ubi & graviter eos increpat Christus: * *Cur vos, inquit, transgredimini mandatum Dei, propter traditionem vestram? Nam Deus dixit: Honora patrem & matrem.* Docuerunt igitur Pharisæi; opera electitia, seu non-mandata, à Sanctis verò tradita, longè præstare operibus Decalogi. *Lucæ 11.* * Christus iis exprobrat; quòd putarent, *se sua æternæ sua peccata sua emendare.* Cumularunt autem traditiones humanas; & eas, tanquam necessarias ad salutẽ, postulaverunt: quæ quidem res nihil aliud, quàm conscientiæ dira carnificia, fuit. *Matth. 23.* * Christus inquit: *Alligant onera gravia & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem suo nolunt ea movere.* Josephus * tribuit Pharisæis *plurimas constitutiones, non scriptas à Mose, sed per manus à Majoribus acceptas, populo tradidisse.*

Admirandâ superstitiosâ observatione, singularem sanctimoniæ speciem præ se tulerunt. Sic ut Matth. 23.* [illegible]

sitas recenset: nempe, quòd *circuirent longè latèque terrarum: proselytum: non jurarint: decimarint mentham, & anethum, & cyminum, & rutam, & omne olus: mundarint pocula & patinas: ædificarint sepulcra prophetarum, & ornarint monumenta justorum; & dixerint: Si fuissemus in diebus patrum nostrorum; non fuissemus eorum in sanguine Prophetarum.* Luc. 18.* sic Pharisæus describitur: quòd ingenti oris fastu jactet, *se jejunare bis in sabbato; & decimas dare omnium, quæ possideret.* Marc. 7. * *Pharisæi, & omnes Judæi, nisi crebrò laverint manus, non manducant; tenentes traditiones Seniorum. Et à foro venientes, nisi baptisentur, non manducant. Et alia multa sunt, quæ tradita sunt eis servare; lotiones calicum, & urceorum, & æramentorum, & lectorum.*

Abusi sunt clavibus. Nam excommunicarunt Christum & ejus sectatores, rectè docentes: *Johan. 12.* * Claserunt aliis cœlum: *Matth. 23.* *

Vestes gestabant longas: fimbrias faciebant majores, quàm alii; quibus præcepta Dei erant inscripta. Dilatabant etiam phylacteria sua: quæ Epiphanius dicit fuisse purpurea. *Matth. 23.* *

Omnia denique eò retulerunt, ut ab hominibus magni fierent, & laudibus tummis veherentur. Sicut Matth. 23.* Christus docet.

Animas docuerunt esse quidem incorruptibiles; transire autem in alia corpora solas bonorum: improborum verò animas, interminabili supplicio cruciari. *Josephus.* *

Falso legis zelo flagrabant: & Johannem ac Christum pejùs angue & cane rabioso oderant. Criminabantur, Johannem sinè vocatione suo ministerio fungi: *Johan. 1.* * Doctrinam & miracula Christi miris calumniis carpebãt, ac lacerabant: dicebant, eum habere Diabolum; ac per incantationes ejusmodi res efficere: *Matth. 12* * *Johan. 8.* * Decretum quoque fecerant, è synagogâ esse ejiciendum, quicunq; Jesum pro Messiâ acciperet & confiteretur: *Johan. 9.* * Cæco conantur persuadere, eum hoc beneficium non à Christo accepisse: *Johan. 9.* * Leprosos novem ad defectionem à Christo hortati sunt; ac perfecerunt: *Luc. 17.* * nec dubium, quin plurium aliorum fidẽ everterint.

Erant persecutores acerrimi & cruentissimi verorum Doctorũ. *Hieronymus* * inquit; *In Johannis necem Pharisæi consensisse.* Christo etiam indefinenter insidias struunt; ac non desinunt conferre consilia; donec eum comprehensum morti tradant. *Matth. 12.*[a] *Marc. 3.*[b] *Joh. 11.*[c] *18.*[d]

Erant arrogantes: tum, quia sibi vendicabant Legis justitiam seu perfectionem, quam propriis suis operibus assecuti fuissent; *Luc. 10.* * tum, quia honores maximos captabant. *Matth. 23.* * *Amant primos accubitus in cœnis; & primas cathedras in synagogis; & salutationes in foro; & vocari ab hominibus Rabbi.*

Avari. Lucæ 16.* *Pharisæi avari.* Matth. 23.* *Comedistis domos viduarum.* Significat, ipsos, [illegible] superstitiosis cultibus, viduas & alios [illegible] emungere. Indè est, quòd vendentes, [illegible] numularii, in ipsum templum Hierosolymitanum [illegible] derant; ac id spelunca latronum à Domino vocarent. *Matth. 21.* *

Erant potentes, & popularem auram [illegible] sæpe abutebantur, sive in perniciem, sive [illegible] liorum. Patet id ex historiâ passionis; quam [illegible] instigant, ut clament de Christo, Crucifigatur; & [illegible] Barrabam dimitti. *Matth. 27.** *Josephus* etiam scribit, * *Pharisæos apud Judæos plurimum posse: sive quidpiam aliquem cupiant ladere; sive amicum juvare. Valde enim hîc fidem habere vulgus; etiamsi per invidiam de quopiam male loquantur.* Et alibi * scribit: *Pharisæos esse genus hominum astutum, arrogãs; & interdum Regibus quoq; infestum; ut eos etiam apertè impugnare non vereatur. Nam cùm totius gentis Judæorum fidem sanctè jurejurando obligassent Regi & Cæsari; hi fidi non erarunt, excedentes sex millium numerum.* Scribit etiam Josephus * *eos sibi quandam futurorum præscientiam ex libris colligere visi fuisse.* quod fortè cabalisticum quiddam fuit.

Postremò, quia superbi, pertracti, ac malitiosi erant; ideò Christus malo (quod dicitur) nodo robustissimo adhæsit

cuneum. * *Væ*, inquit, *vobis Scribæ & Phariſæi, hypocritæ: quia claudis regnum cœlorum ante homines. Vos enim non intratis; nec introëuntes ſinitis intrare.* * *Comeditis domos viduarum: & facitis filios gehennæ.* * *Duces cæci, excolantes culicem; camelum autem deglutientes.* * *A foris quidem apparetis hominibus juſti; intus autem pleni eſtis hypocriſi & iniquitate.* * *Serpentes, & genimina viperarum; quomodo fugietis à judicio gehennæ?* Vocat eos etiam *ſtultos.* * Et Johannes Baptiſta, acerrimè in eos invectus, inquit: * *Progenies viperarũ, quis demonſtravit vobis fugere à venturâ iræ?* Ac ſeverè præcipit Chriſtus, eos vitari: Matth. 16. * *Attendite*, inquit, *& cavete vobis à fermento Phariſæorum.*

* Matt. 23. verſ. 13.
* v. 14. 15.
* v. 16. 24.
* verſ. 28.
* verſ 33.
* verſ. 17.
* Matth. 3 verſ. 7.
* verſ. 6.

DE SADDUCÆIS.

Sadducæi magnificum ſibi nomen à juſtitiâ impoſuerunt: (*Zaddikim* enim Juſti dicuntur) cùm tamen omniũ eſſent ſceleſtiſſimi. Videtur indè hæc ſecta enata; quòd Phariſæi immodicè homines ceremoniis onerabant: ipſi igitur hæc vincula nonnihil laxare volebant. Præterea, ex philoſophiâ depravatâ ethnicas & epicureas opiniones hauſerant; quas ſimul religioni miſcebant. Etſi autẽ Phariſæorum ſecta, exiſtimatione virtutis ac ſanctimoniæ, excellebat; ac plurimos habebat admiratores ac ſectatores: tamen apparet, hoc Chriſti tempore, Sadducæos quoque haud paucos habuiſſe adſtipulatores. nam hi quoq; Johannem Baptiſtam, Chriſtum, ejuſq; Diſcipulos, diſputationibus ſuis inſidioſis adoriebantur. Compendio autẽ ſtudentes, & otio; imò etiam ut effugerent pluriũ confutationes: abjectis & abolitis omnib. Prophetarum libris, ſolos quinq; Moſis, receperunt ac profeſſi ſunt. Hinc eſt, q⁹ Moſen tantùm citant, congredientes cũ Chriſto: *Matth. 22.* *

* verſ. 24.

In dogmatis falſis pleriſq; cum Phariſæis conſensère: verùm habuerunt tamen adhuc quædam peculiaria; utpote, non eſſe Mortuorum reſurrectionem. Argumentantur autem ſic, Matth. 22. * *Moſes dixit: Si quis mortuus fuerit, non habens filios; ducat frater ejus uxorem ejus, ut ſuſcitet fratri ſuo ſemen. Sed apud nos fuerunt ſeptem fratres, quorum quilibet unam eandemque habuêre uxorem. Abſurdum autem & inconcinnum fuerit, in reſurrectione, unam mulierem ſeptem legitimos maritos habere. Ergo non erit reſurrectio.* Verùm Chriſtus eos égregiè refutat, & inquit: * *Erratis, neque ſcripturas, neque virtutem Dei ſcientes. in reſurrectione neque nubent, neque ducentur; ſed ſunt ſicut Angeli in cœlo. De reſurrectione autem mortuorum non legiſtis, quod dictum eſt à Deo: Ego ſum Deus Abrâham, & Deus Iſaac, & Deus Jacob? Non eſt autem Deus mortuorum; ſed viventium.* Sic illi confuſi diſcedunt.

* verſ. 24 & ſeqq.
* verſ 29. & ſeqq.

Sequuntur autem ex hoc errore, ſicut eſt naturâ ſuâ fœcundus, alii multi: nempe, Corpora & animas ſimul poſt mortem interire: Pios bonorũ operũ nullam retributionem; ſceleſtos & peſsimos homines nullas pœnas accipere, quàm in hac vitâ: Nullum eſſe infernum; Nullũ cœlũ, in quo æterna ſit futura vita: Honeſtè vivendum, & ſacrificia præſtanda, tantùm propter hanc momentaneam & caducã vitam. Deletur confeſsio doctrinæ, ac vera invocatio. Quib. portentis quid poteſt eſſe furioſius ac tetrius?

* Act. 23. verſ. 8.

Dicunt, neq; Angelum, neq; ſpiritum eſſe: * quæ quidem è priori fonte promanant.

* Antiq. Jud. lib. 13 cap. 9 & de Bello Jud. lib. 2 cap 7.

Aſſeverant, in noſtrâ ipſorum eſſe poteſtate, ut tã fœlicitatis nobis ipſi autores ſimus; q̃ infortunii. *Joſephus.* *

Etſi autem infenſi erant Phariſæis: tamen ſimul ſuas contra Chriſtum conjungunt operas, eiq; exitium machinantur. *Matth. 16.* * Phariſæi & Sadducæi conjunctim Chriſtum tentant. Item *Matth. 22.* * Phariſæi ſociales fuêre, mutuâ ie dilectione complectentes: at Sadducæi etiam inter ſe feris moribus diſcreparunt. *Joſephus.* *

* verſ. 1.
* v. 15. 23
* de Bello Jud lib. 2 cap 7.

Pugnarunt autem, Johannes Baptiſta, & Chriſtus, & Zacharias, & Simeon, ac alii pii, contra illos ſeductores: tum refutando eõrum falſa dogmata; tum alios dehortando, ut ab iis ſibi caverent. Sic Chriſtus, *Matth. 16.* * dicit ad ſuos Diſcipulos: *Videte, & cavete à fermento Phariſæorum & Sadducæorum.*

* verſ. 6.

DE ESSÆIS.

Tertia in Judaico populo ſecta erat, *Eſſæorum*, ſeu (ut alias vocantur) *Eſſenorum*: quaſi dicas, operatorum. Volebant enim factores; & non tantùm doctores aut ſimulatores Legis, haberi. Orta eſt hæc factio indè; quòd in Phariſæis hypocriſin, fucoſamq; pietatem, ambitionem, livorem, dominandi libidinem, & alia quædam à verâ pietate aliena, cernerent. Deinde etiam à craſſo ac profano Sadducæorum epicureiſmo abhorrebant. Quòd igitur in hiſce deſiderabant; ipſi operibus præſtare & declarare conabantur: titulo; ſuam profeſsionem notam eſſe cupiebant. Quo autem expeditius hoc, quod moliebantur, effectum darent: in extremâ Judææ oram, ad lacũ Aſphaltitem, haud procul à Jericho, ubi erant fragrantes Balſami horti, ſe contulerunt: ſicut *Plinius* * de ipſis ſcripſit. Cùm autem non fiat eorum mentio in hiſtoriâ Euangelicâ; fortè quòd in ſeceſſu habitarint, & à communi doctrinâ Phariſæorum nihil diſcrepabant; mirisque eos vehat *Joſephus* laudibus: narrationem ejus de Eſſenis hìc recitare viſum eſt. Is autem * ſic ſcribit: *Tertium philoſophiæ genus Eſſæi colunt: gente quidem Judæi; verùm inter ſe mutuo amore conjunctiſſimi: & qui, præter cæteros, voluptates quaſi maleficia vitarent; continentiam verò ſervare, neque cupiditati ſuccumbere, virtutem maximam ducerent. Itaque nuptias quidem faſtidiunt: alienos verò filios, dum adhuc molles ſunt, eruditioni traditos, pro cognatis habentes, ſuis moribus diligenter inſtituunt: non, quia conjugia, vel humani generis ſucceſsionem, cenſeant pernendam: ſed quia cavendam putent intemperantiam fœminarum; nullam earum uni viro fidem ſervare credentes. Quin & divitiarum contemtores: rerumque apud eos communicatio admirationi habetur: neque invenias alteri alterum opulentiâ præſtare: Legemque ſibi dixerunt; ut, qui diſciplinam ſuam ſectari vellent, bona contubernio publicarent. Ità enim fore, ne vel paupertatis humilitas, vel divitiarum dignitas, appareret: ſed permixtis facultatibus, velut inter fratres, unum eſſet omnium patrimonium. Probro autem ducunt oleum; etſi quis vel invitus, unctus fuerit, mundicie corpus abſtergens: quoniam ſqualorem decorem putant; dummodò ſemper in veſte ſint candidâ. Deſignatos autem communium rerum procuratores habent; & ad uſus omnium ſingulos indiviſos. Non eſt autem illis una civitas certa: ſed in ſingulas multa domicilia tranſferunt; & aliunde advenientibus ſectæ ſuæ profeſſoribus, quicquid habent, promtum exhibent, quaſi proprium. Denig,, tanquam conſuetiſſimi ad eos ingrediuntur, quos nunquam antè viderunt. Hinc eſt, quòd, cùm peregrinantur, propter latrocinia tantùm armantur; neque præterea quicquam ferunt. In ſingulis autem civitatibus, ex eodem collegio, ſpecialis curator hoſpitum conſtituitur; qui eorum veſtimenta, cæteraq; uſui neceſſaria tueatur. Amictus autem cultuſque corporis, omnibus pueris, in metu & ſub curâ magiſtri agentibus, par eſt. Nec verò veſtitum ſive calceos mutant: niſi aut omnino conſciſſis prioribus; aut longi temporis uſu conſumtis. Nihil autem inter ſe mercantur, aut vendunt: ſed egenti quiſque, quod habet, præbens; refert ab eo, quod ipſe non habet: quãvis, etiam ſine permutatione, cunctis libera ſit facultas, à quibus libuerit, accipiendi quod opus ſit. Præcipuè circa Deum religioſi ſunt. Namque ante Solis ortum nihil profani loquuntur: ſed ei patria quædam vota celebrant, quaſi ut oriatur precantes. Deinde, ad quas venerunt ſinguli artes, à curatoribus dimittuntur. Cumque ad horam quintam ſtudiosè fuerint operati; rurſus in unum congregantur: linteaq; præcinctis velaminibus, ità corpus aquis frigidis abluunt. Atque hac luſtratione factâ, in eadem ſecreta cœunt; quò neminem alterius ſectæ hominem adſpirare conceſſum eſt: ipſique purificati, velut in ſanctũ quoddam templum, in cœnaculum veniunt. Quibus ibi cum ſilentio reſidentibus; piſtor quidam panes ordine, unum autem vaſculum ex uno pulmento ſinguli cocus, apponit. Deinde, voce cibum Sacerdos antevenit: neq; guſtare quenquam fas eſt, niſi priùs Deo celebretur oratio. Poſt finem quoque prandii, vota repetunt. Nam, & cùm incipiunt, & cùm deſinunt, quaſi datorem victûs, Deum laudibus canunt. Tunc, velut ſacris illis depoſitis veſtimentis, in opere uſq; ad veſperam verſantur. Similiterq; indè reverſi cœnant: conſidentibus etiam hoſpitibus, ſi quos fortè interveniſſe repererint. Neq; verò clamor unquã tectum illud, neq; tumultus, inquietat: cùm etiam loquendi or-*

* lib. 5. c. 17.
* lib. 2. de bello Jud. cap. 7.

dine alii alij succedant; eorumq; silentium, extra telum constitutu, arcanum quoddam videatur venerabile. Cujus quidem rei perpetua sobrietas causa est; quódq; apud eos edendi, aut potandi modus saturitate definitur. Sed, quámvis aliarum rerum nihil sine præcepto faciunt curatoris: tamen in hîc duobus, hoc est, juvando & miserendo, sui juris sunt. Nam & subvenire dignis, cùm opus est, suo arbitrio cuique licet; & indigentibus alimenta porrigere. Sanè, cognatis dare aliquid, sive curatoribus, interdictum. Iidem iracundiæ moderatores justi sunt: indignationem cohibent: fidem tuentur: paci obsecundant: & omne, quod dixerint, jurejurando fortiùs habent; ipsum autem jusjurandum, quasi perjurio deterum, vitant. Jam enim mendacii condemnatum arbitrantur, cui sinè Deo non creditur. Summum autem studium Veterum scriptis adhibent; ea maximè indè, quæ animæ & corpori expediant, eligentes. Hinc illis morborum remedia, stirpes medicæ, quamque vim propriam singuli lapides habeant, rimantibus conquiruntur. Secta verò sua studiosis, non statim cum eo una collectio; sed per annum integrum extrinsecùs commorati, cuique eundem victûs ordinem tribuunt: dolabellam quoque, & quod præcisum est perizoma, & albam vestem, tradentes. Cùm verò processu temporis experimentum continentiæ dederit: accedit etiam ad communem cibum; & purioribus, ob castificationem scilicet, aquæ participat: neque tamen in convictum assumitur. Post ostensionem quippe continentiæ duobus annis, alii mores ejus probantur. Cumque dignus apparuerit, tunc demum in consortium assumitur. Priùs verò, quàm incipiat communem habere cibum, magnis exsecrationibus adjurat: se primùm quidem colere Deum; deinceps quoque erga homines servare justitiam: & neque propriâ sponte nocere cuiquam; neque ex præcepto obesse: quinimò iniquos omnes odisse; & collaborare semper justitiæ sectatoribus: fidem omnibus servare; maximè verò Principibus. Neque enim absque voluntate Dei, cuiquam posse principatûs potentiam contingere. Si verò ipse cæterum præsit; nunquam se abusurum viribus potestatis, ad contumeliam subjectorum: sed neque veste, aut ambitioso aliquo ornatu, reliquos eminere: veritatem semper diligere; & habere propositum, convincere mentientes. Manus verò à furto, & animam puram servare ab injusto compendio: & neque aliquid de mysteriis consectaneos celare; neque profana eorum quippiam publicare: etiamsi intentatâ quispiam morte compellat. Super hæc autem addunt, nihil se de dogmatibus aliud, quàm ipsi susceperint, tradere. Fugere autem latrocinia: & conservatum ire sibimet, & dogmatis sui libros, & Angelorum nomina. His quidem exsecrationibus explorant, & quasi præmuniunt, accedentes. Deprehensos verò in peccatu, à suâ congregatione depellunt: &, qui taliter fuerit condemnatus, miserabilis plerunque morte consumitur. Illis quidem sacramentis ac ritibus obligatus, neque carpere ab aliis oblatum cibum potest: herbas verò pecudum more decerpens, & fame exesus, per membra corrumpitur. Ob quod etiam plerunque miserati, extremum spiritum agentes receperunt; sufficientem pro peccatu eorum, quæ usq; ad mortem adduxerit, pœnam luisse censentes. In judicio verò, sunt diligentissimi ac justissimi. Disceptant autem, non minùs quàm centum in unum coacti: quod autem ab his decretum fuerit, immobile manet. Veneratio quoq; apud eos, post Deum magna Legislatoris est: ità ut, si quis eum blasphemaverit, morte damnetur. Senibus verò obedire, & plurium quorumque decreto, probabile arbitrantur officium. Cùm simul denique sederint decem; nullus unus novem loquitur invitis. Exspuere quoq; in medium eorum, vel in dextram sui partem, quisq; devitat. Sabbatis quoq; operationem aliquam contigisse, omnibus Judæis diligentiùs cavent. neq; cibum sibi solum pridie præparant; ne videlicet illo die ignem accendant: sed neq; vas aliquod transponere audent; imò nec alvum purgant. Alios autem diebus, fodientes foveam uno pede altam, παλίδι, hoc est, dolabellâ, (quam tradi nuper accedentibus diximus) demissâ vestis sese diligentissimè contegentes; ne scilicet splendoris divino injuriam faciant; in eâdem foveâ ab onere ventris levantes: ac deinceps terram, quam effoderant, reducunt. eâq; spuũ faciunt in locu secretissimo. &, cùm naturalis sit ista purgatio; nihilominùs tamen solemne habent, ut quasi ab immunditiâ diluantur. Discernuntur autem inter se, secundùm suscepta abstinentiæ tempora, in ordines quatuor: tantumque ibi, qui junio-

A B C D E F G H

niores sunt, inferiores præcedentibus æstimantur; ut, si aliquos eorum contigerint, quasi à contactu alienigena dimittant. Vivunt autem quàm longissimè; ità ut plurimi eorum usque ad centenariam proferantur ætatem: propter simplicitatem victûs, (ut equidem puto) & institutionem bene in omnibus ordinatam. Sunt etiam contemptores adversorum: cruciatus siquidem vincunt firmitate consilii. Mortem verò, si cum decore obeunda sit, judicant etiam immortalitate meliorem. Prodidit autem eorum in omnibus negotiis animos bellum, quod gestum est cum Romanis. Tunc siquidem, per artuũ confractiones & ignes, ac per tormenta omnigena transeuntes, (ut videlicet vel in Legislatoris aliquid loquerentur injuriam; vel viborum quippiam, quod non solent, ederent) ad neutrum horum potuerunt compelli: sed neq; deprecari suos tortores, aut intus ipsa fieri supplicia: in medijs quinimò cruciatibus subridentes, & eis, qui tormenta admoverant, illudentes, constantes animas eâdem hilaritate reddebant; scilicet, quasi qui eas essent denuò recepturi. Opinio quippe apud illos firmata consistit; corruptibilia quidem esse Corpora, materiamq; eorũ non esse perpetuam: Animas autem immortales semper manere; & de æthere subtilissimo commeantes, quasi carceribus, ità corporibus implicari, velut quas illecebra naturalis attraxerit: quæ verò fuerint à carnalibus revelatæ vinculis, quasi de servitute longissimâ liberatæ, ità illicò lætari eas, sublimesq; ferri. Et quidem bonas (concinentes in hoc Græcorum sententiis) prænuntiant ultra Oceanum degere; ubi eas sit reposita perfruitio. illic quippe esse regionem, quæ neq; imbribus, neq; nivibus, neq; æstibus, aggravetur: sed quam Oceano oriens Zephyrus. & lenitèr adspirans, amœnet. Malis autem animabus, procellosa loca & hybernа delegant; plenâ gemitibus exercendarum sinè fine pœnarum. Sunt autem in eis, qui etiam futura nôsse promittãt; sacris videlicet libris, & variis sanctificationibus, Prophetarũq; dictis à primis ætatibus adhærentes: rarò autem accidit, ut prædictiones eorum frustratio consequatur. Est autem aliud etiam Essenorum collegium, cibos quidem & mores, legesq; similes cum prioribus habens; distans verò opinione de Conjugio. Maximam siquidem vitæ hominum partem, successionem scilicet, amputare eos, qui abstineant nuptijs, arbitrantur: quippe, si in eandem velint omnes ire sententiam, defecturã confestim genus humanum. Nihilominùs autem cum tantâ ipsi moderatione conveniunt; ut per triennium explorent valetudinem seminarum: &, si constantis purgatione apparuerint idoneæ partui; ità eas in matrimonia assciscunt. Nemo tamen eorum cum prægnante concumbit: ut ostendant, quòd nuptias non voluptatis, sed liberorum causâ, inierint. Lavantibus autem fœminis; ita ut viris, perizomatum ineat amictus. Tales sunt mores hujus collectionis.

Meminit Essenorum alibi quoq; * ubi dicit: *Essenorum placitum, universitatis regimen citra exceptionem Deo asserit; immortalitatem animis: nec aliud quicquam æquè, ac justitiæ, omni contentione expetendum existimat. Ad templum autem donaria mittentes, sacra ibi non faciunt: quòd sanctioribus ea tantùm ceremonijs. quapropter excluſa communi sano, seorsim sacrificant. Moribus alioqui sunt probatissimis; agrum colendis in totum dediti. Mirandæ etiam est eorum justitiæ, quâ omnes Græcos & Barbaros longè superant; multis etiam seculis tritâ in ejus constantiæ studijs.*

* Antiq. Jud. l. 18. cap. 2.

Apparet ex istâ narratione; Essenorum collegium nihil aliud, quàm Monachatum, fuisse.

DE THEUDA.

GAmaliel, in Actis, * dissuadens Judæis, ne violenter in Apostolos Christi sęvirent, cõmemorat duos præstigiatores seu hæreticos, qui non multò ante exstiterint. *Ante hos*, inquit, *dies exstitit Theudas, dicens se esse aliquẽ: cui adhæsit numerus virorum circiter quadringentorũ. qui occisus est; & omnes, quicunq; credebant ei, dissipati sunt, & redacti ad nihilum.* Verùm *Josephus* non parum ab hac narratione discrepare videtur. Nam refert; * *hunc Theudãn in Judæa fuisse, Cuspio Fado eam procurante: qui & in impressio, in eam congregationem equitibus immissis, plurimos interemerit; ac Theudæ caput amputatum Hierosolymam detulerit. Genus doctrinæ fuisse; quòd se prophetam venditârit; ac promiserit, se Jordanem scissurum verbo, siccumque transitum præbiturum. Persuasisse igitur magna vulgi multitudini.*

* cap. 5 v. 36.

* Antiq. Jud. l. 20. cap. 1.

autem

naturâ curiosa & rebus novis cupida; ut, facultatibus filii auctis, ad Judaicum conspiret. Verùm, cùm Gamaliel dicat, Judam Galilæum fuisse post hunc Theudam; & quidem Cyrenio censum exigente: Fadus autem multò post, nempe circiter annum Domini 47. Judæam administraverit: potiùs Lucæ fides habenda videtur: neq; nos illud tempus in magno ponimus discrimine.

DE JUDA GALILÆO.

Post Theudam (inquit Gamaliel in Actis) exstitit Judas Galilæus, in tempore, cùm census ageretur; & avertit populum post se: & ipse perit; & omnes, quotquot obsecuti fuerant ei, dispersi sunt.* De hoc turbatore, *Josephus* ita* Exstitit quidam Judas Gaulonites, ortus ex oppido Gamalâ: qui, assumpto sibi Pharisæo Saddoco, solicitabat ad defectionem populos: censum nihil aliud, quam manifestam servitutis professionem esse, dictitans; & universam gentem, ad tuendam libertatem, adhortans. Fore enim, ut, re bene gestâ, fortunis suis frnantur feliciter; & confirmati in earum possessione, laudem quoque sibi parent fortitudinis: nec sperandum auxilium cœlestis numinis; nisi ipsi quoque rebus suis consulant.* Item: * *Hi*, inquit, *cætera cum Pharisæis consentiunt: nisi quòd constantissimo libertatis amore flagrant; credentes, solum Deum dominum habendum ac principem: & facilius vel exquisitissima pœnarum genera laturi, unâ cum cognatis suis ac charissimis; quàm mortalem aliquem appellaturi Dominum.* Idem alibi * inquit: *Cæpatio disceptante, Galilæus quidam, Simon nomine, defectionis arguebatur: quia indigenas increpuerat, si tributum Romanis pendere paterentur, dominari, post Deum ferrent mortales.*

Cæterùm, recenset Epiphanius * adhuc alias quasdam hæreses, quæ hoc tempore in Judæâ grassatæ sint: ut Sebuæi, Gortheni, Dosithei; qui Essenorum videntur factiones fuisse; & Scribæ, Hemerobaptistæ, Nazaræi, Ossæni, & Herodiani. Verùm, cùm in Euangelistis eorum memoria non extet; nec sit exploratum, quando vel cœperint, vel desierint: prolixè eorum furores hoc loco commemorare noluimus.

CAPUT VI.

DE CEREMONIIS, QUAE IN POPULO JUDAICO HOC TEMPORE fuerunt usitatæ.

Incidit Christus in religionem Judaicam, adhuc qualitercunque stantem. Itaq; & ceremoniis quibusdam communicavit; præsertim à Deo per Mosen institutis: quibusdam verò non; ut traditionibus Seniorum, quæ aliquid superstitionum habuêre. Priusquam igitur ritus novos & insignes, à Christo institutos, recenseamus; quorum paucissimi sunt: receptas atque usitatas ceremonias populi Judaici commemorabimus.

DE TEMPLO HIEROSOLYMITANO; & quid in eo solitum fuit fieri.

Fuit adhuc Hierosolymis Templum: quod *templum Dei*, Matth. 21.* appellatur: quodque unum universus gens Judaica habebat, *quadraginta sex annis ædificatum*; sicut Judæi affirmant, Joh. 2.* Id verò sic se habet. Nabuchodonosor spoliaverat & accenderat magnificum Salomonis templum: ac reliquam civitatis partem solo æquaverat, per Nabuzardan militiæ principem; abductis reliquis Babylonem, in servitutem. Verùm, Cyro primo Persarum rege imperium tenente, singulari Dei beneficio Daniel persuasit; ut captivis Judæis libertatem, edictis publicis [illegible] templum [illegible], redderet. [illegible] instructio templi, anno Cyri secundo. Verùm [illegible] finitimis negotiis, & operas impediunt, Samaritæ [illegible] vicini: veriti, ne, sicco loco instructum [illegible] templum decederet: religionem enim, quam habebant, horæ Judæi efficeret. Cyro autem bellis implicito [illegible] à Scythis interfecto, aliquantùlum [illegible] abbyses succedit, impietate & tyrannide celebris: qui & suâpte malitiâ, & pravis instigatoribus, accensus, edicta promulgavit; ne ædificatio templi continuaretur. Postea sub Longimano, seu (ut alii volunt) Dario Hystaspe, opus templi, publicâ Regis auctoritate, jussu, & impensis additis, consummatum est. Etsi autem & Herodes quædam renovârat & ornârat; teste Josepho: tamen de veteri instauratione, in historiâ Euangelicâ, loquuntur Judæi; quæ facta est circiter 556. annos, si initium computetur, ante Christi [illegible].

Mirantur autem Apostoli structuram templi; eamq; & coram Christo prædicant. *Magister*, inquiunt, *adspice, quales lapides, & quales structuræ.* Et dona, quibus ornatu erat, laudant. *Marci 13.* * *Lucæ 21.* * Maximus igitur fuit ejus domûs splendor & magnificentia: ficut *Josephus** prolixè describit. Situs templi fuit in loco edito: ficut ea locutio testatur, Luc. 18.* *Duo homines ascenderunt in templum.* & in Actis* dicitur; *Petrum & Johannem ascendisse in templum.*

Johannis 10.* fit mentio *porticûs Salomonis in templo, in quâ Christus ambulârit: ac Judæi scisciantibus, declaravérit se esse Messiam.* Templi *pinna* mentio fit Matth. 4.* *Porta templi*, quæ *Speciosa* vocata est, mentio fit in Actis Apostolorum.* Intùs autem qualis ædificiorum ratio fuerit; Paulus Hebr. 9.* exponit. *Tabernaculum*, inquit, *primùm, in quo erant candelabra, & mensa, & propositio panum, quæ dicitur sancta. Post velamentum autem secundum, tabernaculum, quod dicitur sancta sanctorum; aureum habens thuribulum, & arcam testamenti, circumtectam ex omni parte auro: in quâ urna aurea, habens manna, & virgam Aaron, quæ fronduerat; & tabulæ testamenti; super quæ erant Cherubim gloriæ, obumbrantia propitiatorium.* *Velum* ante sanctum sanctorum pependit: quod, Christo in cruce mortuo, sponte per medium est diruptum.* Distinguuntur & *Lucas 1.** in historiâ Zachariæ, templi loca. nam populus foris stat, horâ incensi orans: at sacerdos Zacharias intùs incensum ponit in altare. *Panum propositionum* meminit Christus *Matthæi 12.** & hoc tempore quoque collocatos fuisse in mensâ, Paulus *Heb. 9.** testatur.

De *altari*, in quo incensio fiebat, *Luc. 1.** dicitur: & *Matth. 23.** Zacharias inter templum & altare est occisus. Fuit & *gazophylacium* in templo. *Marci 12.* * *Johan. 8.**

Nunc, quid in templo factum sit, videamus. *Hebr. 9.** sic scriptum est: *In prima tabernaculum semper introibant sacerdotes, sacrificiorum officia consummantes. In secundum autem, semel in anno, solus Pontifex; non sine sanguine, quem offerret pro suâ & populi ignorantiâ: hoc significante Spiritu sancto; nondum propalatam esse Sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente statum. Quæ parabola est temporis, [illegible] hostias quæ non possunt juxta conscientiam perfectum facere servientem solummodò in cibu, & in potibus, & in variis baptismatibus, & justitiis carnis, usq; ad tempus correctionis impositis.* Item: * *Sanguis hircorum & taurorum, & cinis vitulæ aspersus, inquinatos sanctificat, ad purificandam carnem.* Luc. 1.* *Zacharias in altare posuit incensum.* Erat in sancto, ante sanctum sanctorum, altare; in quo quotidie, manè & vesperi, thymiama incendebatur: fiebantque preces matutinæ & vespertinæ; ac populus solebat ad eas convenire. *Exod. 30.** *Facies altare de ligno Sethim.* Item:* *Adolebit incensum super eo Aaron, suavè fragrans: manè, quando componet lucernas, incendet illud: & quando collocabit eas ad vesperum, uret thymiama.* Sanctificantur Paulus, & cæteri cum eo, in templo Hierosolymitano: id quod fiebat sacrificiis seu oblatione pro unoquoq; eorum: *Act. 21.** Purgabantur in templo puerperæ. *Levit. 12.** Ità Maria, diebus à Mose præscriptis, quibus debebant fœminæ à partu domi continere, venit in templum; offerens, sicut aliæ pauperiores, forte parturientes: unum, in holocaustum; & alterum pro peccato; & sacerdos pro eâ oravit. *Luc. 2.** Sistebantur in eo primogeniti, ac redimebâtur certo ritu. *Exod. 13.*[a] *34.*[b] *Num. 8.*[c] Sic Maria Christum primogenitum in templo obtulit; eumq; redemit. *Luc. 2.*[d] Hæc ceremonias, quas à Deo erant præceptæ; ibidem omnibus hoc adhuc tempore religiosè observabantur.

[illegible]

* verſ. 1.
* verſ. 5.
* Antiq. Jud. l. 18. cap. ult.
* verſ. 10.
* cap. 3. v. 1.
* verſ 23, & ſeqq.
* verſ 5.
* cap 3. v 2.
* verſ. 2. & ſeqq.
* Matt 27 verſ. 51.
* verſ 4
* verſ. 2.
* verſ. 11.
* verſ 35.
* verſ. 41.
* verſ 20.
* verſ 6. & ſeqq.
* verſ 12.
* verſ 20.
* verſ 1.
* verſ. 7, 8.
* in verſ. 28.
* verſ. 6.
* v. 22 24.
a verſ. 2.
b verſ 20.
c verſ 6
d verſ. 22

lariorũ, & cathedrę vendentiũ columbas: idq; in usum sacrificiorũ. Nam peregrè-advenientibus, interdũ etiam inquilinis, non erant ad manum victimæ. Isti igitur mercatores, ibi venalia habebant omnis generis animalia; oves, boves, colũbas; ad sacrificia idonea: aderant & numularii, monetas mutantes; & mercantes ea, quæ adferebantur, seu à peregrinis, seu à sacerdotibus. Eam ꝓfarationem nõ modò gravi concione taxat Christus; quòd inquit: *Scriptũ est, Domus mea domus orationis vocabitur: vos autem fecistis speluncam latronũ.* sed etiã vi mensas & æs evertit; ac flagello vẽdentes ac ementes è templo exturbat. *Matth.21.* * *Joh. 2.* *

Offerebant ad altare munera: nec licebat eos hoc facere, qui inimicitias cũ aliis habebant. Ideò *Matth.5.* * Christus inquit: *Si offers munus tuum ad altare; & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversùm te: relinque ibi munus tuum ante altare; & vade, prùs reconciliare fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum.*

Docuerunt in templo Sacerdotes populum, de verò usu ac fructu sacrificiorum, deq; aliis articulis doctrinæ cœlestis. Sic non frustra populus Zachariã, victimas cõburẽtem, exspectabant: sed hauddubiè & conciunculã quandã, & benedictionẽ ex ipso, priusquàm exirent, cupiebant audire: *Luc.1.* * In templo, inter medios doctores sedet Christus, audiens & interrogãs: *Luc.2.* * Solenne igitur fuit, doctores in templo turbã erudire. *Luc.2.* * Simeon docet de Jesu; quòd sit verus Messias, ab omnib. piis hactenus exspectatus. Hanna quoq; ibi concionem habet de Jesu, Messiâ exhibito, ad eos, qui redemtionẽ Israẽlis exspectabãt: quorum numerum aliquem ibi præstò fuisse, consentaneũ est. Christus etiam postea munus suũ auspicatus, frequentius ipse in templo docuit: ut est annotatum *Matt 21. Marc.12. & 13. Luc.22. Joh.c.7. 8. 18.* Docuit autem Christus in templo, sedens ex adverso gazophylacii, *Marci 12.* * vel etiam in ipso gazophylacio sedens: *Joh. 8.* * Consentaneum est, ibi fuisse sedilia quædam; tum ad docendum, tum ad audiendas conciones, constructa. Sederunt enim doctores, quando Christus in medio iptorum inventus est: *Luc.2.* *

Orabant in hoc templo. *Luc.1.* * Zachariã faciente iustitum, populus interea foris orat. *Luc. 24.* * Erant credentes, à resurrectione Christi, semper in templo, laudantes & benedicentes Deum. *Matth.21.* * *Johannis 2.* * *Domus mea domus orationis vocabitur. Luc.18.* * Publicanus à longè stat, suas ad Deum preces fundens. At Pharisæus, tuã inani operum justitiã inflatus, in altiori templi loco, sive gradu, sive dignitate, orat; aut blasphemat potius. Usitatã fuisse, certis horis preces facere in templo; historia in Actis * declarat: ubi Petrus & Johannes ascendunt in templum, ad horam orationis nonam.

Solebant offerre munera in gazophylacium: *Marc.12.* * *Christus enim adspicit, quomodo turba mitteret æs in gazophylacium: & multi divites mittebant multa. Cùm venisset autem vidua pauper; misit duo minuta, quod est quadrans. Et convocans discipulos suos, ait illis: Amen dico vobis; quoniam vidua hæc pauper plus omnibus misit, qui miserunt in gazophylacium. Omnes enim ex eo, quod abundabat illis, miserunt hæc verò de penuria suâ, omnia quæ habuit, misit totum victum suum.*

Foris in porticibus soliti sunt ambulare; ac conferre de rebus ad pietatem pertinentibus. Sic Christus in porticu Salomonis (ut suprà * dictum est) ambulans, docet alios, quòd sit Messias.

Ante portas templi quotidie soliti sunt ægroti jacère mendicantes, ob hominum frequentiam ingredientium; ab eisq; stipem petere. Sic Claudus mendicans, ante Speciosam portam, à Petro & Johanne, cùm usitato more ãnum aliquid æris petiisset, in nomine Jesu Christi sanatur; ità ut exsiliret, & incederet, quocunq; vellet: *Actor.3.* *

Sunt & sanctæ viduæ circa templũ habitare, sicut de Hanna narratur, *Luca 2.* * *Non discedebat à templo, jejuniis & obsecrationibus serviens nocte ac die.*

Quo in loco leprosos contemplati sint & judicârint Sacerdotes; non est manifestum. Eum tamen ritum, adhuc durâsse, Christus testatur: nam *Matthæi 8.* * dicit ad eum, quem sanaverat: *Vade, ostende te sacerdoti, & offer munus tuum, quod præcipit Moses.* Et ad decem leprosos mittit, *ostendite vos sacerdotibus.* Luc. 17.* Abstinuerunt etiam (ut hoc obiter moneamus) leprosi ab hominum conspectibus: ideò procul stant, auxilium à Christo petentes.*

DE SYNAGOGIS.

Synagoga, significat congregationem. & usu receptum est, ut etiam locus cœtûs Ecclesiastici sic vocatus sit, in quo nimirum sacræ conciones ad populum habitæ; & Prophetę lecti & explicati sunt. Ejusmodi Synagoga Hierosolymis, præter templum, adhuc fuit: ut Christus testatur, Johan.18.* *Ego semper docui in synagogâ, & in templo, ubi omnes Judæi conveniunt.* Christus enim, Hierosolymis existens, de iptorum synagogis hæc dicit. Johan.12.* *Non confitebantur; ne è synagogâ ejicerentur.* & Johan.9.* *Jam enim conspiraverant Judæi, (sc. Hierosolymitani) ut, si quis eum confiteretur esse Christum, è synagogâ ejiceretur.* Utrum autem in templo, aut propè, locus, seu auditorium, aut ædificium tale, (ut nunc vocare possemus) fuerit; non est clarè indicatum. Porrò, in cæteris locis Judææ passim Synagogæ fuerunt: templis verò in universum carnerunt; unico Hierosolymitano (juxta Dei mandatum) contenti. Sic scriptum est, Matthæi 4.* Jesum *totam circuisse Galilæam; & docuisse in synagogis eorum.* Matthæi 9.* Circumibat Jesus *omnes civitates & castella, docens in synagogis.* Sic synagogæ in Capernaum mentio fit, *Matthæi 12.** in Nazareth, *Matthæi 13.** Habuerunt autem in synagogis cathedras: quarum aliæ superiores, aliæ inferiores habebantur. & taxat Christus Scribas & Pharisæos; qui, ambitione ardentes, affectarunt in Synagogis primas tenere cathedras: *Matth. 23.* *

In Synagogis igitur, publici congressus celebrati sunt. Fuit autem usitatum, sabbato maximè, in ea loca convenire. id quod ex historiâ Christi perspicuum est. Legerunt in eis scripta prophetica; eaq; exposuerunt. Circumcessum etiam est, præter ordinarios doctores (quorum gradus quidam fuerunt: sicuti *archisynagogus* quidam appellatur, *Marci 5.**) peregrinis, aut notis, venientibus in synagogas; ut ex sacrâ Scripturâ aliquem locum modestè explicarent. Ità Christus, * *in synagogâ Nazarethanâ surgit, ut legeret: & traditus est ei liber Esaiæ Prophetæ, quem postquam evolvit; invenit locum, ubi scriptum erat: Spiritus Domini super me; eò quòd unxerit me: ad evangelizandum pauperibus misit me, &c. Complicato autem libro, reddidit ministro & sedit. Omnium verò in synagogâ oculi erant intenti in eum. cœpitq; dicere ad illos: Hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris. Et omnes testimonium ei dabant; & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ejus.* Data etiam potestas est, interrogandi placidè & verecũdè, de iis, quæ non satis intellecta erant: ac respondebant, non tantùm archisynagogæ; sed & cæteri, qui volebant, ordine. Sic in Templo Christus quæsivit de quibusdam rebus, in publico congressu: & explicantibus gravis controversias, attentè auscultat. * Idem & in Synagogis factum est. Et hinc est, quòd Paulus ait: *Si fuerit sedens alteri revelatum; taceat prior:* 1 Corinth.14.* Imò & ex hoc Pauli loco, forma illorum congressuum sumi potest. Nam mirabilis ritus describit: nisi quòd abusus reprehendat, & ad veterum usum revocet. * *Cùm convenitis,* inquit; *unusquisque vestrum psalmum habet, doctrinam habet, linguam habet, revelationem habet: omnia ad ædificationem fiant. Si quis linguâ loquitur; per binos fiat, aut ad summum per ternos, & vicissim; ut unus interpretetur. Si autem non fuerit interpretis, taceat in ecclesiâ: sibi autem loquatur, & Deo. Prophetæ autem duo aut tres loquantur: & cæteri dijudicent.* Idem: * *Mulieres in ecclesiâ taceant. non enim permittitur eis loqui; sed subditas esse: sicut & Lex dicit. Si quid autem volunt discere; domi viros suos interrogent. Turpe est enim mulieri, loqui in ecclesiâ.* Orationes etiam factæ sunt in Synagogis: *Matth6.* *

Usus est autem Christus ipse locis illis publicè docendos homines destinatis. Sicut Joh.18.* dicit: *Ego palam locutus sum mundo: ego semper docui in synagogis & templo, quò omnes Judæi conveniunt, & in occulto locutus sum nihil.* Addit autem, se ex hominum consuetudine quædam suam doctrinam confirmasse. Quæ [illegible]

* v.12 13.
* vers. 14. & 1099.
* v. 23.24.
* v.8.9.10
* vers 46.
* vers 25. & 1099.
* vers 41
* vers 20.
* vers. 46.
* vers.10
* vers 33.
* vers.13.
b vers 16. ex Esa.50 v 7. & Jer 7. v.11.
* v. 13.14.
* cap. 3. v.
* vers 41 & 1099.
* Joh.10. vers.23.
* vers.2. & 1099.
* vers.37.
* vers.4.

corporis ac conspectu omnium edidit. Sic aridam habentem manu, in ipsâ synagogâ sanat: *Matt.12.* * Dæmonium ejicit: *Matt.1.* *

Præterea, decreta quorum Judæi in Synagogis, contra eos, quos puarum errores seminare, fecerunt & promulgarunt: *Joh.9.* * *12.* * Comprehensos autores hæresium flagellarunt: *Matth.10.*

Cæterum Christus, ejusq; synergi, non tantùm in templo, ac passim in synagogis, Euangelium regni annuntiarunt; sed etiam in aliis locis: ut in domibus, in quas divertit Christus; in montibus, ex navículâ etiam concionem habuit, ad homines in littore stantes: sicut ex historiâ patebit, pro libertate Euãgelicâ: & ut notum fieret, Christum jam in omnes partes orbis terrarum verbis Dei propagatum esse, seque potestatem habere, ubique imperio credendi.

DE CIRCUMCISIONE, ET *Purgatione puerperarum.*

OBSERVARUNT adhuc communiter Circumcisionem, de quâ *Genesis 17.* scriptum est: ut apparet ex historiâ Johannis & Christi, *Luc.1.& 2.* Masculi enim octavo die uterque circumciduntur. Facta autem est quædam Piorum congregatio: & simul soliti sunt imponere infantibus nomina; eaque vel à parentibus, aut familiâ, sumserunt. Johanni autem, & Jesu, divinitùs ista nomina facta sunt. Nec prohibebat Sabbati festivitas; quin eo, si ita res tulisset, circumcisio fieret. *Johannis 7.* * *In Sabbato*, inquit Christus, *circumciditis hominem.* Fortè etiam notat Christus ritum Judæorum; quòd proselytos Sabbato circumciderint: verùm ea res in historiâ Euangelicâ non habet clariorem explicationem.

* vers 22.

Puerperæ autem, juxta Legem Mosis, se continuerunt domi: edito masculo, dies 40. fœmellâ verò, 80. Postea verò à Sacerdote expiatæ sunt; oblato agno, & pullo columbæ, seu turture: altero in holocaustum; altero pro peccato: & oratione pro ipsis factâ. Pauperioribus, duos turtures, aut pullos columbarum, in eundem usum substituere, fas fuit. *Levit.12.* * Eum ritum & Maria cum ipso Christo, ut dis initiis institutum, servavit: nondum enim abrogatus erat. Uterque autem ritus significabat; homines, naturali ordine conceptos & natos, peccato obnoxios esse. Inprimis verò Circumcisio simul indicabat; sanguine seminis benedicti, & Abrahæ promissi, peccata expianda esse. Subjicitur autem Christus hisce legibus, et si omni immundicie carebat: propter totum genus humanum; ut Legem omnem impleret.

* vers 2.

DE FESTIS POPULI JUDAICI, *quorum in historiâ Christi fit mentio.*

PESAH, sivè (ut usitatè loquimur) *Pascha*, significat *transitum, præteritionem, transsilitionem.* Fuit verò insigne festum; quod Christus, ad istam passionem utique, unà cum Judæis, reverenter observavit. Soliti autem sunt, propter Legis præceptum, quotannis, ex universâ Judæâ, Hierosolymam, ad celebrandum Pascha, confluere: sicut de Parentibus Christi Lucas memoriæ prodidit: * *Et ibant Parentes ejus, per singulos annos, Hierosolymam, in die solenni Paschæ.* Ità legimus Christum ascendisse Hierosolymam ad id festum: *Joh.2.* * *5.* * *6.* * *12.* * Et de aliis Johannes inquit: *

* vers 41.

* vers 3. & seqq.

Ritus ipse ex his hæc describitur: * *

* *Sunt autem numero, ut sufficere possit*

est numerus animatum, quæ sufficere possunt ad esum, absque maculâ, masculus an-

latera, cum universa multitudo filiorum Israël venerant:

liminaribus eorum, in quibus comedent illa. Et ea-

nocte illa assatas igni; & azymos panes cum la-

Non comedetis ex eo crudum quid, nec elixum

A aquâ, sed assatum tantùm igni. Caput cum pedibus ejus & intestinis vorabitis: nec remanebit quicquam ex eo usq; mané. Si quid residuum fuerit, igne combures. Sic autem comedetis illum: Renes vestros accingetis; & calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculum in manibus: & comedetis festinanter. Est enim phase (id est, transitus) Domini. Et transibo per terram Aegypti nocte illâ, percutiamq; omne primogenitum in terrâ Aegypti, ab homine usque ad pecus: & in cunctis dis Aegypti faciam judicia, ego Dominus. Erit autem sanguis vobis in signum, in ædibus, in quibus eritis: & videbo sanguinem, & transibo vos: nec erit vobis plaga disperdens; quando percussero terram Aegypti. Habebitis autem hanc diem in monumentum; & celebrabitis eum solennem Domino, in generationibus vestris, cultu sempiternô. Septem diebus azyma comedetis. In die primo non erit fermentatum in domibus vestris. Quicunq; comederit fermentatum, peribit anima illa de Israël, a primo die usque ad diem septimum. Dies prima erit sanctus atq; solennis: & dies septima eâdem festivitate venerabilis. Nihil operis facietis in eis; excepto hoc, quæ ad vescendum pertinent: & observabitis azyma. In eâdem enim ipsâ die, eduxi exercitum vestrum de terrâ Aegypti: & custodietis diem istum, in generationes vestras, ritu perpetuo. Primo mense, quartâ-decimâ die mensis, ad vesperam, comedetis azyma; usq; in diem vicesimam-primam ejusdem mensis, ad vesperam. Septem diebus fermentatum non invenietur in domibus vestris. Qui comederit fermentatum, peribit anima ejus in cœtu Israël: tàm de advenâ, quàm de indigenâ terræ. Eratque hujus ritûs celebratio certo loco alligata: ut patet *Deut.16.* * Non autem is ritus tantùm ob memoriam eductionis ex Ægypto, atque aliorum beneficiorum, quæ tùm Israëlitico populo præstiterat Deus, celebrabatur: sed omnium maximè, quia typus erat Messiæ; qui suo sanguine genus humanum à captivitate & tyrannide Peccati, Mortis, Diaboli, & Inferni, erat liberaturus. Sicut Baptista agnum declarans, monstrato Christo, inquit: * *Ecce hic est agnus Dei, tollens peccata Mundi.* Abrogabat autem Christus eam solennitatem, tum institutione suæ Cœnæ; tum propriâ sanguinis profusione, in arâ crucis. Nec post Christi resurrectionem, credentes, Judaico ritu amplius Pascha comederunt. *Joh 11.* * erstat; *multos è regione Hierosolymâ ascendisse ante Pascha, ut sanctificarent seipsos.* unde cõstat, homines solitos quibusdẽ oblationibus, seu sacrificiis, ante Pascha, sese expiare. Vocabat *dies Parasceves*, qui proximè diem esûs agni præcedebat: eò quòd necessaria ad festum præparabantur. *Matth.27.* [a] *Mar.15.* [b] *Luce 23.* [c] *Joh.19.* [d] *Dies azymorum* vocantur: quòd non in iis licebat fermentatum quid comedere. *Matth.26.* [e] *Marci 14.* [f] *Luce 22.* [g]

* vers 55.

[a] vers 62
[b] vers 42
[c] vers 54
[d] vers 42.
[e] vers 17.
[f] vers. 12.
[g] vers 7.

Habuerunt etiam Judæi consuetudinem, (quæ unde sit nata, incertum est) ad diem Paschæ quotannis maleficum ex vinculis dimittendi: id quod exemplum Barrabæ testatur. *Matth 27.* *

* vers 15.

Pentecostes non fit mentio ab Euangelistis. Erat autem festũ, in quo memoria Legis divinæ, promulgatæ in monte Sinai, recolebatur: die nimirum quinquagesimo à Pesah festo. Nam totidem ab egressu populi Israëlitici, donec ad eum montem venissent, dies intercesserant: unde & nomen accepit. Observatum autem esse magno studio, ajunaret ex historiâ *Act.2.* * ubi etiam novam Pentecosten Christus cum Discipulis suis, effuso in ipsos Spiritu sancto, visibiliter, & accensis linguarum ac miraculorum donis, celebrat. Ac testatur ea historia; plurimos tùm homines Hierosolymis fuisse. Vocatur autem *festum hebdomadarum:* ac præcipitur observandum à Deo: *Levit.23.* [a] *Deut.16.* [b]

* vers 1.

[a] vers 15.
[b] vers 10.

Solennitatis *Scenopegiorum*, seu *Tabernaculorum*, fit mentio *Joh.7.* * in quâ & Christus Hierosolymæ fuit. Ità enim à Deo constitutum erat: (ut ex Mose patet) ut quotannis hæc tria festa Hierosolymis celebrarentur; nempe Pesah, Pentecoste, & Scenopegia: ac reliqui passim ex Judæâ illuc convenirent. Ritus describitur *Levit.23.* * *A decimo-quinto* inquit, *die mensis hujus septimi* (Septembris latinè) *erunt festa tabernaculorum, septem diebus, Domino. Dies primus vocabitur celeberrimus atq; sanctissimus: omne opus servile non facietis in eo.* Item *Exod.23.* * Extat autem memoria beneficiorum, quæ Deus, in deserto populo Israëlitico exhibuit.

* vers 2.

* vers 34-36

* vers 16

Encænia, festivitas fuit, quæ [illegible] die vigesimo-quinto

Novembris obſervarunt. Significat autem vocabulum *renovationem* ſeu *dedicationem*. Alii putant, hoc feſtum initium tum ſiſſe à tempore Judę Maccabæi; qui, templo inſigni virtute recuperato, dedicationem eo die maximâ lætitiâ fecit: ac deinceps communibus ſuffragiis ſtatuit, ut eo die quotannis ἐγκαίνια, ſeu recordatio iſtius dedicationis, ac mirandæ recuperationis templi, peragereturi. *1 Maccabæorum 4.* * Alii feſtum eſſe antiquius aſſerunt: nempe, quod à reditu ex Babylone, templi fundamentis jactis, celebratum ſit die vigeſimoquarto Novembris: *Haggæi 2.** Tempus enim perpulcrè coincidit. Sed, ut-ut ſe-ſe res illa habeat; planum eſt, lætiſſimum fuiſſe feſtum: in quo beneficia Dei, de inſtaurato templo, & conſervato miniſterio, denique etiam de patefactâ & defenſâ doctrinâ cœleſti, prædicata ſunt. Obſervat id feſtum unà cum Judæis Chriſtus: ut *Joh.10.** ſcriptum eſt.

Sabbatum ſeptimo quòq; die obſervarunt Judæi: ac habet nomẽ à quiete. Sicut enim Deus, ſtructurâ totius mundi ſex diebus abſolutâ, die ſeptimo feriatur: ità eum diem ſanctificavit; ac tum in memoriam conditæ à Deo machinæ mundi, tum etiam ut eo die Deus coleretur, aliis quotidianis operis intermiſſis, deinceps obſervari voluit: *Gen. 2.*[a] *Exod. 20.*[b] *Deut. 5.*[c] & creberrimè ejus ſanctificatio inculcatur. Eundem autem diem & Chriſtus ſtudioſè coluit: ità ut plerunq; ſabbato in ſynagogis doceret; ac miraculis ſe patefaceret. Porrò, fit & plurium ſabbatorum mentio, ut Matthæi 28.* *Veſpere Sabbati, quæ lucet, ut in primâ Sabbati.* Mar.16.* *Unâ Sabbati, ſeu ſabbatorũ* Ea verò loquendi conſuetudo indè eſt exorta; quòd per catachreſin etiam cæteri dies, ſequentes ſabbatum, Sabbata ſint dicti. Sic Phariſæus ait,* *ſe jejunare bis in Sabbato*; hoc eſt, hebdomadâ. Ità prima Sabbati; nobis Dominicus eſt dies, proximè ſabbatum ſequẽs: ſecunda Sabbati, ſecunda feria, dies Lunæ eſt: tertia Sabbati, tertia feria, ſeu dies Martis: & ſic conſequenter. *Luc.6.** exſtat: *Factũ eſt autem in ſabbato ſecundo-primo, cùm transiret per ſata.* Id ità explicatum, quòd magnæ ſolennitates in plures dies extendebantur; ac proximus ſabbato dies eâdem penè feſtivitate colebatur. Ità erat ſecundum ſabbatum, hoc eſt, alter feſtivitatis dies; & primus eâ ratione, de quâ ſuprà diximus: nam prima dies ſeptimanæ erat. Addebant autem Judæi ſuas quaſdam ſuperſtitiones; ſicut & in cæteris rebus. Aſſeverabãt enim, non licere in Sabbato hominem ſanare. ideò contra Chriſtum, tanquã ſabbati violatorẽ, acriter & ſæpè diſputant. Verum retundit eos Chriſtus ſolidis argumentis: oſtendens, ſuas miras nugas operationes eſſe iptiſſimos Sabbati cultus; & ipſos legẽ de Sabbato non intelligere. *Matt.12.** *Joh 7.** & alibi. Nata etiam erat traditio, de itinere ſabbatis; ujus mẽtio fit *Act.1.** quod continebat duo millia paſſuum. Nam olivetum tam procul ab Hieroſolymis abfuiſſe; narrat Lucas. erat autẽ prope eum montem Bethania; quã ait *Johannes** ſtadiis quindecim ab Hieroſolymis abfuiſſe: quod ſpatium duo millia paſſuum comprehendit.

a verſ. 2. 3.
b verſ. 11.
c verſ. 12.
verſ. 1.
verſ. 2.
Luc. 18. v. 12.
verſ. 1.
verſ. 10. & ſeqq
verſ. 16. & ſeqq.
verſ. 12.
c. 1. v. 12.

RITUS CIRCA ORATIONES.

HYPOCRITARUM, qui in populo Judaico præcipuã ſanctitatẽ affectabant, ritus in orationibus, *Matt.6.** recitantur: quòd *ament in ſynagogis & in angulis platearum ſtantes orare, ut videantur ab hominibus.* Eam verò hypocriſin Chriſtus improbat, ac prohibet. nec dubium, quin Zacharias, Simeon, & cæteri quoq; eã hypocriſin temper abhorruerint & vitarint. Deſcribuntur & in Phariſæo ac Telone geſtus orationis. *Luc.18.** *Orans in templo:* id quod ſolenne erat, propter aream, ſive ipſius Domini præſentiam. Telo in-primis, conſcientiâ peccatorum humiliatus, non ander oculos in cœlũ levare: ſed tundens pectus, cũ gemitu non ſimulato, effundit hæc verba; *Deus, eſto mihi peccatori propitius.* Magi, ad unas Chriſti divinitùs adducti, ſtatim procidentes adorãr Chriſtum: *Matt.2.** Jairus procidit ad pedes Chriſti; eumq; deprecatur, ut filiæ ſuæ jam animam agenti auxilium præſtet: & Hæmorrhouſa prolabitur ante Chriſtum, cõfitens quid ſibi acciditſet: *Mar.5.** De Cæco, per Chriſtũ ſanato, narrat hiſtoria; quòd, acceptâ lucis per Chriſti vocationem, eum eſſe Filium Dei, ſtatim procidens eum adorârit: *Joh.9.* Publicanus,[b] Leproſi,[c] & alii ſtatas orationes ſuas exponũt. *Mar.11.*[d] inquit Chriſtus cum *habitis ad orandum.* In Agni paſchalis eſu accumbens, benedixit & gratias egit Chriſtus *Matt.26.*[e] Itèm, elevatis ſurſum oculis orat, & gratias agit: *Joh.14.*[f] *17.*[g]

Formulas certas precationum habuiſſe videtur. Johannes enim docuit ſuos diſcipulos orare: *Luc.11.*[h] Item, Chriſtus orans, diſcedit à multitudine ſolus in montem: *Matthæi 14.*[i] Abit in deſertum ad orandum: *Marc.1.*[k] *Luc.5.*[l] Pernoctavit in oratione: *Luc.6.*[m] In Oliveto inchoãs ſuam paſſionem Chriſtus, paululum ab Apoſtolis ſecedit, & poſitis genibus oravit. itèm procidit in faciem ſuam, orans ita: *Pater, ſi eſt poſſibile, tranſeat à me calix iſte. Matthæi 26. Marci 14.*[o] *Luca 22.*[p]

a verſ. 2. 3.
b verſ. 11.
c verſ. 12.
verſ. 1.
verſ. 2.
Luc. 18. v. 12.
verſ. 1.
verſ. 10. & ſeqq
verſ. 16. & ſeqq.
verſ. 12.
c. 11. v. 12.
verſ. 5.
c. 20. & ſeqq.
verſ. 12.
verſ. 10. & ſeqq.

RITUS CIRCA VOCATIONES.

Quomodo Judæi ſoliti ſint Eccleſiaſticas ſuas perſonas vocare & ordinare; nõ eſt in hiſtoriâ Chriſti traditum. De ordinatione ſummi Pontificis, in Moſe habetur. Ipſe autem Chriſtus initiationem, ordinationem, ſive unctionem ſuam, iſtis ceremoniis accepit: quòd à Johanne, ejus præcurſore, eſt in Jordane baptiſatus. *Aperiuntur cœli; & Pater è cœlo altâ voce hæc verba protulit: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene placitum eſt. Spiritus ſanctus verò, columbæ ſpecie deſcendens, venit in Chriſtum.* Hæc magnifica unctio, ab Eſaja* erat prædicta, & Meſsiæ conveniebat. Habuit igitur vocationem ſuam, ac publicam ordinationem, Chriſtus, verus epiſcopus, non à Papis Hieroſolymitanis, ſed immediatè à Deo. Johannes vocationem atq; ordinationem ſuam brevibus indicat: quòd ait, ſe miſſum eſſe à Deo, ad inchoandum baptiſmum: *Joh.1.** Chriſtus ſimul vocat & ordinat tuos Apoſtolos, abiq; aliis ceremoniis, tantùm dicens: *Venite, ſequimini me; faciam vos piſcatores hominum: Matth.4.** *Marci 1.** *Luca 5.** *Matth.9.** *Johan.1.**

* verſ. 11.

EXORCISATIO OBSESSORUM.

Chriſtus ejiciens dæmonia, non utitur peculiaribus ceremoniis; ſed ſimpliciter mandat, ut egrediantur: ejuſq; voci parère coguntur. ut *Marci 9.** dicit: *Surde & muta ſpiritus, ego præcipio tibi, exeas ab eo; & amplius non introeas in eum. Et exclamans (ſpiritus) & multùm diſcerpens eum exiit ab eo.* Sic *Luca 4.** & alibi, facit. Interdum etiã abſens, arcana ratione propulſat Diabolum. id quod in Cananæę filia factum, *Matth.15.** Dat Chriſtus etiam ſuis Apoſtolis, & Septuaginta, poteſtatem ejiciendi Diabolos: *Matthæi 10.** *Lucæ 10.** Formam verborum, quâ uſi ſunt, conſentaneum eſt fuiſſe; ut in nomine Chriſti præciperent Diabolo, ut exiret. Nam *Marci 16.** inquit Chriſtus: *In nomine meo dæmonia ejicient.* Imò & alii, non omninò ſequentes Chriſtũ; tamen, nomine ejus uti, Diabolum expulerũt. Nam *Luc.9.** Johannes veniens ad Chriſtum dicit: *Præceptor, vidimus quendam in nomine tuo ejicientem dæmonia: & prohibuimus eum; quia non ſequitur nobiſcum.* Et ait ad eos Jeſus: *Nolite prohibere. Qui enim non eſt adversùm nos pro nobis eſt. Et Matthæi 7.** commemorat Chriſtus, multos hypocritas in illo die dicturos: *Nónne in nomine tuo dæmonia ejecimus? & multas virtutes fecimus?*

* verſ. 11.

RITUS CIRCA JEJUNIA.

Sæpe jejunarunt Judæi; præſertim autem Phariſæi & hypocritæ: ſicut *Lucæ 18.** Phariſæus dicit; *Jejuno bis in ſabbato*, hoc eſt, hebdomadâ. & *Matth.9.** dicunt ipſi: *Quare nos & Phariſæi jejunamus frequenter.* Ratio ipſorum *Matthæi 6.** iſto deſcribitur: nimirum, quòd *exterminent faciem ſuam, ut appareant hominibus jejunantes.* Sed pronunciat Chriſtus: *Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam.* * *Tu autem cum jejunas; unge caput tuum, & faciem tuam lava: ne videaris hominibus jejunans; ſed Patri tuo, qui eſt in abſcondito: & Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi in manifeſto.* Jejunabant & Johannis diſcipuli ſæpe; Chriſti verò non item. Unde quærunt Phariſæi, qui hoc fiat? At Chriſtus ait, non eſſe jam rem liberam: ſed in functione, quam exercuiſſent, ipſos ex neceſſitate jejunaturos. ita enim poſſunt, inquit, *filii ſponſi lugere, quamdiu cum illis eſt ſponſus?* Venient autem tempora, quando auferetur ab eis ſponſus.

* verſ. 11.

& tunc jejunabunt. Miraculosum jejunium Christus, indefessum à Spiritu ductus, præstitit; continuos quadraginta dies ac noctes à victu abstinens: *Matth.4.** Et, ticut humanæ naturæ talis abstinentia, per tot dies, est impossibilis: ità etiam nulli præcepta est. Jejunavit & Moses: * verùm is quoq; miraculosè. nec potest indè exemplum commune ad omnes pertinens fiatui.

* verſ.2.

* Exod.34. v.28.

RITUS CIRCA NUPTIAS.

Commemoratur à Sadducæis lex Mosis, quæ adhuc observabatur: quòd, viro extincto sinè liberis, frater ejus cogatur relictam viduam accipere, ac semen fratris suscitare: *Matthæi.22.** Ea autem lex sic habet; *Deuteronomii 25.** *Quando habitaverint fratres simul; & unus ex iis absq; liberis mortuus fuerit: uxor defuncti non nubet alteri; sed accipiet eam frater ejus; & suscitabit semen fratri sui; & primogenitum ex eâ filium nomine illius appellabit: ut non deleatur nomen ejus ex Israël. Sin autem noluerit accipere uxorem fratris sui, quæ ei in Lege debetur: perget mulier ad portam civitatis; & interpellabit majores natu, dicetq;: Non vult frater viri mei suscitare semen fratris sui in Israël; nec me in conjugium sumere. Statimq; accersiri eum facient; & interrogabunt. Si responderit; Nolo eam uxorem accipere: accedet mulier ad eum coram senioribus; & tollet calceamentum de pede ejus: spuetq; in faciem illius, & dicet: Sic fiet homini, qui non ædificat domum fratris sui. Et vocabitur nomen illius in Israël, domus discalceati.*

* verſ. 24. * verſ.5. & ſeqq.

Habuerunt & quosdam Nuptiarum ritus: quòd non clàm concurrerunt; sed quendam publicum actum seu ceremoniam celebrarunt. Habuerunt convivia; ubi quisque pro facultatibus invitarunt homines: ornarunt se veste mundiori seu nuptiali. id quod parabola *Matth.22.* à ritu usitato nuptiarum desumta, declarat. & exemplum pulcerrimum *Johannis.** commemoratur: cui cùm interfuerit Christus, mater ejus, & discipuli; & non alibi initium miraculorum fecerit, quàm in nuptiis, ad immortalem conjugii honorem: ideò integram historiam non pigebit adscribere. *Die tertiâ nuptiæ factæ sunt in Canâ Galilææ: & erat mater* JESU *ibi. vocatus est autem & JESUS, & discipuli ejus, ad nuptias. Et deficiente vino, dicit mater* JESU *ad eum. Vinum non habent. Et dicit ei* JESUS: *Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea. Dicit mater ejus ministris: Quodcunq; dixerit vobis, facite. Erant autem lapideæ hydriæ sex, positæ secundùm purificationem Judæorum; capientes singulæ metretas binas vel ternas. Dicit eis* JESUS: *Implete hydrias aquâ. Et impleverunt eas usq; ad summum. Et dicit eis* JESUS: *Haurite nunc, & ferte architriclino. Et tulerunt. Ut autem gustavit architriclinus aquam vinum factam; & non sciebat unde esset: ministri autem sciebant, qui hauserant aquam: vocat sponsum architriclinus, & dicit ei: Omnis homo primùm bonum vinum ponit; & cùm inebriati fuerint tunc id quod deterius est. Tu autem servasti bonum vinum usque adhuc. Hoc fecit initium signorum* JESUS, *in Canâ Galilææ; & manifestavit gloriam suam: & crediderunt in eum discipuli ejus.* Virgines solitæ sunt lampadibus exipectare sponsum ac sponsam, eisq; præire. *Mat.25.** videtur enim ab usitato ritu illa parabola sumta. Testatur parabola de Nuptiis,* tauros & altilia in nuptiis mactata esse. Typus de receptione Filii perditi, dicit de saginato vitulo mactando, ad convivium lætum celebrandum. *Luc.15.**

* verſ.1. & ſeqq.

* verſ.7. * Matth.22 v.4.

* verſ.23.

RITUS VISITANDI AEGROTOS.

Ægrotos visitari solitos, exemplum Christi probat; qui socrum Petri febri laborantem adit, eamq; attactâ manu liberat: *Matth.8.** Ac monet Christus, se puniturum in extremo judicio hoc peccatum; quòd ægroti ac captivi non sint visitati: *Matth.25.** Apostoli soliti sunt oleo ægrotos inungere. sicut *Marci 6.** scribitur: *Ungebant oleo multos ægrotos; & sanabantur.* Pertinuit autem ea ipsa res ad miraculorum donum, quo erant præditi: & gignebat ea terra Balsamum, quo corpora ægra mirificè recreabantur.

* v.14.15. * verſ.43. * verſ.13.

RITUS EORUM, QUI SOLITARIAM VITAM EGERUNT.

Qualis fuerit monastica vita Essenorum; suprà de Sectis populi Judaici exposuimus. Cum autem in historiâ Christi de iis nihil exstet: nolumus in repetendo longiores esse. Johannes autem Baptista, etsi in eremo ad Jordanem vixerit: tamen monachus non fuit; nec monasticam vivêdi rationem instituit. Liberè enim circa ea loca, quò voluit, iter fecit: ac turbis, quotidie ad se catervatim concurrentibus, doctrinam de Messiâ proposuit; & Baptismum circa Jordanem administravit. Estq; sinecdochicôs dictum:* *Johannes prædicabat in deserto Judææ*; hoc est, in oppidis ad desertum adjacentibus.

* Matth.3 v.1.

RITUS SEPULTURAE.

*Mortuo homine aliquo, soliti sunt Judæi flere & plangere: sicut στοργαὶ in hominibus naturaliter hoc adferunt. *Marci 5.** Habuerunt & tibicines, tristi cantu indicantes, in eâ domo extinctum hominem esse; ac provocâtes alios ad commiserationem & lacrymas: fortè etiam ad funeris deductionem. Ejicit enim eos Christus è domo Jairi: *Matthæi 9.** Cadavera ipsa linteamine involverunt, ligatis pedibus & manibus. sicut de Lazaro, prodeunte è sepulcro, *Joh.11.** refertur: *Et prodiit, manus & pedes habens revinctos fasciis sepulcralibus; & facies ejus sudario erat ligata. ac dicit eis Jesus: Solvite eum, & finite ire.* Aromatis etiam istas hominis exuvias unxerunt. Sic de Christo *Joh.19.** scriptum est: *Acceperunt corpus* JESU, *& ligaverunt id linteis, cum aromatibus: sicut mos est Judæis sepelire.* Habuerunt autem cœmiteria extra civitates. id quod historia Christi,[a] Lazari,[b] filii viduæ Naimitanæ,[c] & commemoratio obsessorum in monumêtis in regione Gergesenorum,[d] testantur. Deductio funeris fuit honesta & frequens, parentum, cognatorum, & vicinorum: qui secuti sunt funus, quod gestatum est loculo ante eos. *Luc.7.** *Defunctus efferebatur* (ex Naim) *filius unicus matris suæ, quæ erat vidua: & turba civitatis multa cum eâ.* Monumenta autem, præsertim opulentiorum, fuerunt in lapidem excisa: ac ponuerunt lapidibus impositis claudi. sicut de eo, quod Joseph ab Arimathæâ sibi in horto fecit, & Christum defunctum in illud collocâvit, commemoratur in historiâ passionis Christi:* ac idem de Lazari monumento * narratur. Reliqui tenuioris fortunæ homines, haud dubiè tantùm foisis in terram contenti fuêre. Apparet ex historiâ mulierum, quæ tertio die aromata ad sepulcrum Christi ferunt; * quasi etiam in monumentis, altero aut tertio post tumulationem die, cadavera soliti sint unguentis perfundere. Fuit etiam cõsuetudo, propinquos interdum ad sepulcra suorum excurrere; ibiq; plorare: *Joh.11.** Accesserunt cognati, & alii boni homines: ad eos, qui in tali fuerunt luctu, ob mortem eorum, quos charos habuerunt; ac consolationes suggesserunt. sic quarto die post Lazari sepulturâ, multi ex Judæis ad Martham & Mariam venerunt; easq; de fratre suo consolati sunt. *Johan.11.** Fuit & peculiaris locus, destinatus sepulturæ peregrinorũ. sicut Judæi, pro triginta argenteis, quibus emerũt per proditionem Christum, eumq; crucifixerunt, reportatis à Judâ Iscariote, emerũt agrum ad eum usum: ac dictus est is locus deinceps *Akeldama*, hoc est, ager sanguinis. *Matth.27.**

[a] *Matt.27. v 60* [b] *Joh.11. v 31.* [c] *Luc 7 v 12* [d] *Matth 8. v 28.*

* verſ.12. * Matth 27 v 60. * Joh.11. verſ.38.

* verſ.31.

* verſ.19.

* verſ 7 8.

MORES ALII, IN EO POPULO TUM USITATI.

Lætati sunt cognati & amici, quoniam à sterilibus Deus abstulit opprobrium: *Luc.1.** Lotionibus crebris usi sunt: *Marci 7.** *Pharisæi, & omnes Judæi, nisi crebrò laverint manus, non manducant; tenentes traditionem Seniorum. Et à foro venientes, nisi baptisentur; non comedunt. Et alia multa sunt, quæ tradita sunt illis servare: lotiones calicum, & urceorum, & æramentorum, & lectorum.* Lotionis hujus etiam mentio fit *Matth.23.** Hinc est, quod in historiâ nuptiarum, quæ in Cana Galilææ factæ sunt, recitatur: * *Erant lapideæ hydriæ sex positæ, secundùm purificationem Judæorum, capientes singulæ metretas binas, vel ternas.* Continet autem metreta (teste * *Dioscoride*) decem congios: circiter triginta cantharos nostrates. Cæterùm, Discipuli Christi liberè hac ceremoniâ usi sine; interdum omittentes. ac defendit eos Christus, *Matthæi 15.** Singularem quandam lotionem celebrat Christus à cœna: *Joh.13.** nam *surgens deponit vestimenta sua; & accepto linteo præcinxit se: deinde missâ aquâ in pelvim, cœpit lavare pedes discipulorum; & extergere linteo, quo erat præcin-*

* v.25 38. * verſ 3.4.

* verſ.25 * Joh.2. v.6

* lib 5.

* verſ.2.3. * verſ.4.5.

præcinctu. Postea addit: * *Si ego lavi pedes vestros dominus & magister vester, & vos debetis alter alteri pedes lavare. Exemplum dedi vobis, &c.* Haud dubiè, ut in veteri Testamento est, & hoc tempore hospitibus laverunt pedes. indè & ista lotio manavit. Sed hac cæremoniâ de suo beneficio, nempe de peccatorum ablutione, in præsentiâ suos Discipulos volebat commonefacere: ac simul inculcare humilitatem & dilectionem erga alios, excusâ affectatione principatûs.

Habuerunt inter se convivia: nec admiserunt ad ea, quos manifestè pro peccatoribus habuerunt; ut publicanos, facinorosos. Idcirco Pharisæi Christum criminantur, qui eam consuetudinem non servaret: *Marci 2.* * Manifestum igitur est, Christum cum Publicanis & Pharisæis cibũ sumsisse: verùm non cum contumacibus, quibus propter offam adulatus fuisset; sed qui se ad ipsum converterant, seu adhuc paulatim proficiebant: licèt quidam non-boni sitbindè erant intermixti. Nec veretur Christus ibi in ipsorum arrogantiam & scelera acriter invehi. *Luca 14.** taxat ipsorum superstitiosam Sabbati observationem: & citra ipsorum suffragium Hydropicum sanat. Postea, cùm videret, quomodo primos accubitus diligerent, inquit ad eos: *Cùm invitatus fueris ad nuptias; non discumbas in primo loco: ne forte honoratior te sit invitatus ab illo; & veniens is, qui te & illum vocavit, dicat tibi; Da huic locum: & tunc incipias cum rubore novissimum locum tenere. Sed cùm vocatus fueris, vade, recumbe in novissimo loco: ut, cùm veneris, qui te invitavit, dicat tibi; Amice, ascende superiùs. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus. Quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Dicebat autem & ei, qui se invitaverat: Cùm facis prandium aut cœnam; noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos divites: ne fortè & ipsi te reinvitent; & fiat tibi retributio. Sed cùm facis convivium; voca pauperes, debiles, claudos, cæcos: & beatus eris; quia non habent retribuere tibi. retribuetur enim tibi in resurrectione justorum.* In conviviis autem laverunt se; ut dictum est. Item oraverunt: & quidam præ cæteris honoratior fregit panem, & reliquis distribuit; porrexit & calicem: ac sumto cibo dixerunt hymnum. *Matthæi 26.** Panibus usi sunt hordeaceis; præsertim (ut videtur) tenuioris fortunæ homines. In cœtu, sequente Christum, quidam habebat quinque hordeaceos panes; quibus quinque millia hominum pascuntur: *Johannis 6.** Pisces comederunt, & favum mellis: sicut eo cibo Christus refusicitatus adhuc utitur, *Luca 24.* * Johannis Baptistæ esca erat, locustæ, & mel sylvestre. *Matth. 3.** Fuerunt autem illæ locustæ, species cancrorum, terrestrium locustarum aliquam speciem repræsentantes; siquidem chelis carent: habent tamẽ quasi spinas quasdam in crustâ, & cornua longiora, quàm cæteri cancri. His fortè usus est Johannes; quia piscatores Judaici eos abjecerunt, tanquam prohibitos pisces: Johannes verò, pro libertate Euangelicâ, eos comedit.

Exercuerunt contractus; emtiones ac venditiones. Fit mentio quarundam mensurarum, *Lucæ 16.** Nam unus debitor dicit, se debere centum batos olei. Continet autem *Batus*, sextarios Atticos septuagintaduos. * Alter inquit, se debere centum coros tritici. Continet autem *Corus*, decem medimnos Atticos.* Medimnus Atticus, continet septuagintaduos sextarios. congruit cum Ephâ. *Matth. 13.* dicitur de tribus satis farinæ. *Satum* autem, continet sextarios quatuor & viginti. Tria sata sunt medimn*, seu epha. Ac emisse Christũ necessaria ad victum; videre est *Joh. 4.** ubi Discipuli abeunt ad emendos cibos. *Johan. 13.** apparet, Judæ præcipuam ejus rei curam commissam fuisse; ut coëmeret, quæ Christo ac cæteris condiscipulis erant necessaria.

Paruerunt magistratui; etiam ethnico: ut Romano Imperatori, & ejus Procuratoribus. Christus ipse Capernaitico magistratui pendet didrachma. *Mat. 17.** Probat Christus judicia, & pœnas erga maleficos: *Matth. 5.** *& 26.**

Die Sabbati nõ patiebantur corpora supplicio-affectorum manere in cruce. Ideò Judæi Pilatum orant, ut Christi & Latronum corpora de cruce tollantur. *Joh. 19.**

Mendici ad fores petierunt eleemosynas: ut in Lazari historiâ videre est. *Luc. 16.** Dedit & Christ[b] egenis: *Joh. 13.**

Item aliàs Cæcus sedit secus viam mendicans: *Luca 18.** Diem ità supputarunt Judæi; ut à vesperâ acciperent usque ad vesperam: sicut Moses etiam loquitur. Sic festum Paschatis à vesperâ initium habebat. * Horis diei usi sunt *xaιρεαῖε*; ac quilibet habebat horas duodecim: ità ut sextâ fuerit meridianum tempus; quæ nobis est duodecima: nona, nobis tertia: & sic de cæteris.

Usi sunt monetis variis. *Matth. 22.** porrigitur Christo moneta, habens impressam imaginem Cæsaris Romani, & circumscriptionem ejus nominis. Quare fuit Magistratûs, licèt ethnici, monetâ usi sunt. Vocatur autem *denarius*: valebatq; quaternis sestertiis nũmis; circiter dimidio quadrãte aurei Rhenani. Ac *denarius & drachma* idem veterib. significabat. ac fuit usitatum, operariis pro uno die dare denarium. *Matt. 20.** *Joh. 12.** scriptum est: *Quare hoc unguentũ non venit trecentis denariis; & datum est egenis?* Facit aũt ea summa Rhenanos aureos triginta-septem & dimidium. *Marc 6.** dicunt Discipuli: *Euntes emamus ducentis denariis panes.* Faciunt aũt circiter aureos Rhenanos viginti quinq;. Hæ communes opus Discipulorum tùm fuisse videntur. *Joh. 6.** ait, eos deliberâsse, quòd ducentorum denariorum panes non sufficiant tantæ multitudini. *Luc. 10.** de duobus denariis sermo est. *Luc. 15.** dicitur de drachmâ perditâ. Est autem *drachma*, pondus tribus scrupulis cõstans. deinde & genus numismatis argentei est: ac indicat pondus, quãtum valeat. *Matt. 17.** didrachma à Christo exigit Capernaumi: & ipse jubet stateremem, ex ore piscis, solvi pro se & Petro. *Stater* igitur significat nummũ, valentem quatuor drachmas. *Didrachma* autem valebat circiter quartâ aurei Rhenani partem. Octo drachmæ valent ferè aureo Rhenano. Stater igitur valebat ferè dimidio aurei Rhenani. *Quadrãs* nominatur *Matth. 5.** *Non exibis indè, donec reddas novissimum quadrantem.* Et *Marci 12.** *Vidua pauper misit duo minuta, quod est quadrans.* Luc. 21.* *Æra minuta duo.* Quadrans autem sunt unciæ tres, hoc est, quarta pars assis. Aliàs *teruncius* dictus fuit. Hinc etiam precium istorum minutorum æstimari potest. *Matt. 26.** narratur, quòd Judas pro triginta argenteis, quos ei Pontifices Hierosolymitani numerarunt, Christum prodiderit. quos tamen (ut *Matt. 27.** refertur) postea, pœnitentiâ ductus, reportavit; & iis nolentibus recipere, in templum projecit: quibus, ad peregrinorum sepulturam, agrum mercati sunt. Valuit aũt *Argenteus* unus, (ut putatur) siclo, aut stratere, seu quatuor drachmis. nam tales monetæ tùm erãt in usu. Integra igitur summa ejus pecuniæ, ad aureos Rhenanos cõputata, fuit quindecim Rhenani. *Matt. 18.*[a] *25.*[b] mentio fit *Talenti*: quod cõtinebat minas seu libras sexaginta; seu sexcentos coronatos. Decem millia talentorum, quæ servus debebat, faciunt sexies centena millia coronatorũ; seu (ut vulgò loquimur) sex tonnas auri. Quinq; talenta data servo, faciunt tria millia coronatorum. Duo talenta, faciunt mille-ducentos coronatos. *Luc. 19.** ponitur, in eâdem parabolâ, *Mina*. ea dicebatur aliàs & *libra Romana*: ac habebat centenas drachmas seu denarios. Valebat igitur circiter decem Coronatis.

Scribæ ac Pharisæi stolâ usi sunt: *Marc. 12.** Fimbrias dilatarunt, ac phylacteria: *Matth. 23.** Unde consentaneum est, reliquum vulgus non tàm longas vestes, nec latas fimbrias, habuisse. Christi tunica erat inconsutilis, contexta per totum: *Johan. 19.** Discipulus Christi in horto, sindone tantùm fuit indutus super nudum: quâ abjectâ, cùm prehenderetur, nudus se fugæ mandavit: *Marc. 14.* Johannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos: *Matth. 3.* * Eos, qui in domibus Regum sunt, Christus dicit mollibus vestiri: *Matth. 11.* * Typus de receptione filii perditi, dicit de primariâ stolâ, & annulis in manu. *Luc. 15.** Fuit igitur earum rerũ tùm usus.

Rem blasphemam audientes, abominatione & indignatione vestes suas lacerabant. Sic Caiphas, audiens Christum profiteri, se esse filium Dei, & Messiam, præ nimiâ hypocrisi vestem disrumpit: *Matth. 26.**

Magi offerunt Jesu, tanquam Regi Judæorum, aurum, thus, & myrrham: *Matt. 2.** Solenne igitur videtur fuisse, novis Regibus donaria exhibere.

Non

Non habent Judæi consuetudinem cum Samaritanis. *Johan.4.** *verf.9.

Vocarunt se invicem fratres. id quod ex concione *Luc.6.** patet: *Quomodo dicis fratri tuo, Frater, sine, ejiciam festucam de oculo tuo?* *verf.42.

Licèt Judæi Lege prohibebantur, ne suillâ carne vescerentur: tamen aluisse eos porcos, quos procul-dubio vicinis gentibus vendiderunt; vel ex Gergesenorum exemplo colligi potest, quorum greges à Diabolis in mare per præceps acti sunt. Nisi fortè gentilium porcos illos fuisse dicamus. *Matth.8.** *v 30.31.32.

DE CEREMONIIS INSIGNIBUS & peculiaribus, in novo Testamento institutis; ut in totâ Ecclesiâ Christi usurpentur.

DE BAPTISMO.

BAPTISMUM, Deo jubente, primùm est auspicatus Johannes: *Johan.1.** Administravit autem eum extra Hierosolymam, ad ripam Jordanis. Neminem admisit, nisi priùs peccata sua fuisset confessus; & explorâsset ipse, an, valedicto Judaïsmo, Messiam præsentem fide apprehenderet. *Matth.3.** Apparet, baptizandos in fluvio Jordanis constitisse. Nam Christus baptizatus, ex aquâ ascendit, & orat. *Matt.3.* *Luc.3.** Forma licèt nō sit expressa: tamē ex concionibus Johannis manifestum est, eum in præsentem Messiā, ejusq; nomine baptizâsse. Admisit autem omniū ordinum homines: modò agerent pœnitentiam, & doctrinam de præsente Christo amplecterentur. Habuit circa Baptismum conciones: *Matth.3.** Aliæ ejus ceremoniæ; quæ non fuerunt magnificæ, non sunt in literas relatæ. *Johan.4.** mentio fit, quòd Discipuli Christi baptizarint: verùm quibus ceremoniis usi sint, non exprimitur. *Matt.28.** certis verbis forma traditur à Christo: ut Baptismus fiat *in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs S.* Alias ceremonias nullas præscribit: sicut etiā de Baptismi substantiâ nō sunt. *verf.33. *verf.6.11. *verf.16. *verf.21. *verf.7. & 1499. *verf.2. *verf.19.

DE COENA DOMINI.

In verbis Cœnæ, quæ *Matth.26.*[a] *Marci 14.*[b] *Luc.22.*[c] exstant, simul quædam actiones exprimuntur: nempe, gratias agere, frangere panem, ac distribuere cum poculo; eademq; accipere, comedere & bibere; cōmemorare Christum, ejusq; passionem. Aliæ ceremoniæ nullæ præscribuntur à Christo: nèc conscientiæ ad eas obligari possunt; præsertim superstitiosas & impias, quales Antichristus posterioribus temporibus (ut suo loco dicetur) adjecit. Præter hæc duas sacras actiones seu ceremonias, publicas nullas disertè Christus ordinavit. Ac Lector observet, quàm prodigiosè ceremonias in Ecclesiâ postera ætas accumulârit: & expendat, quàm longè à primitivâ Ecclesiâ degeneratum sit. [a] v 26.27. [b] v 22.23 [c] v 19.20.

CAPUT VII.

DE POLITIA SEU REGIMINE Ecclesiæ in populo Judaico.

QUÆ gubernationis ratio in Religione atq; Ecclesiâ populi Judaici hoc tempore fuerit; explicandum est: ut, qualem Christus politiam & administrationem Ecclesiæ postea cœperit, rectius intelligi possit; & simul Lectori notum fiat, quomodo in religionis Judaicæ statu omnia fuerint perversa atque collapsa, sponteque reformationem Messiæ quasi desideraverint.

PERSONÆ.

Ecclesiasticæ regiminis personæ plures adhuc, Mosis institutionem utcunq; æmulantes, supererant. Qui ad clavum Ecclesiæ Judaicę sedebāt, autoritate & dignitate præstantes, erant ἀρχιερεῖς, hoc est, principes seu antistites Sacerdotum: vulgò *Pontifices* appellantur. Sic in Veteri Testamento periphrasticè nominatur *Summus sacerdos*: itèm. *princeps domūs Domini.** Erat autem à Deo constitutum, ut unus tantùm in hoc eminentissimo gradu collocaretur. Ab initio is usq; ad obitum in eo fastigio manebat; ac posthabitum alius subrogabatur. *Numer.20.** Verùm ea ratio tempore Christi prorsus sublata & immutata erat. Nam plures eâ dignitate fungebāntur per vices. Johannes enim* testatur, Caiphā fuisse pontificem illius anni. ac de pluribus Principibus sacerdotum, qui consilia cōtra Christum dederunt, ac postea eum damnarunt ad mortem, in historiâ passionis, & passim aliâs, narratur. Quando autem cœperit ea consuetudo, ut plures simul essent ac vocarentur Pontifices; uno tantum per annum rerū potiente, ac postea ordine alio succedente: certum non est. videtur tamen, non diu ante Christi adventum eum morem invaluisse. Ad Asmonæorum, hoc est, posterorū Simonis, familiā, sacerdotium translatum est, anno ante Christum natū 165. Postea Antipatri familia sacerdotium cœperunt pro arbitrio alienigenis distribuere; eumq; Ecclesiasticī regiminis gradum prorsus contaminare. Hæc calamitas cœpit circiter 44. annos ante Christi nativitatem: ac eò-usq; processerat; ut jam complures simul pontifices exsisterent: quolibet in suum annū inhiante, qui per vices ad se rediret; ubi quæstū quàm maximum facere posset. Habuerūt autem Pontifices uxores: sicut ipsorū liberi ac successiones testantur. ac de Caiphâ narratur, quòd fuerit Hannæ gener. *Joh.18.** *c.11. v 51. & cap.18 v.13. *verf.13.

Sacerdotum postea caterva non parva erat; & ipsi inter se distincti. *Luc.1.** de Zachariâ dicitur, quòd fuerit sacerdos de vice Abia. Nā David tribū sacerdotalem in viginti-quatuor ordines seu vices distribuit: inter quas octava sors cecidit super Abiam. *1 Paralip.24.** Habuit & is conjugem Elisabetham, sanctissimam fœminam. *verf.5. *verf.10.

Levitarum fit mentio, *Joh.1.** Miserunt Judæi à Hierosolymis sacerdotes & Levitas ad Johannem. & *Luc.10.** Sacerdos & Levita prætereunt sanctum. *verf.19. *v.31.32.

Erant *Scribæ. Matt.2.** Herodes congregat principes Sacerdotum, & Scribas populi; γραμματεῖς. Mentio eorum fit etiam *Matth.5.*[a] *8.*[b] *13.*[c] *15.*[d] *21.*[e] *23.*[f] *Marci 2.*[g] *3.11.*[h] *12.*[i] Iidem sunt quoque appellati νομικοὶ, νομοδιδάσκαλοι, *Legis doctores: Luc 5.*[k] & νομικοὶ: *Matth.22.*[l] *Luc 7.*[m] *10.*[n] *11.*[o] *14.*[p] quos *Legisperitos* verterunt interpretes. *Luc* enim 5.9 in eâdem historiâ, pro iisdem ponunt Legis doctores & Scribæ. ait enim: *Erant Pharisæi sedentes, & Legis doctores.* & paulò pòst: *Cœperunt cogitare Scriba & Pharisæi. Matth.22.*[r] habetur *Legis-peritus. Marcus*[s] autem eandem historiam recitans, appellat eos Scribas. *verf.4. [a] verf.20. [b] verf 19 [c] verf.52. [d] verf 1. [e] v.15. [f] v.2 & alibi. [g] v.16. [h] v 28. [i] v 28 [k] v 17 [l] v. 15. [m] v.30. [n] v 25. [o] v 45 [p] v.3 [q] v 17 & 21 [r] v.35. [s] v 28 [t] v 22. [u] v. 14.

Archisynagogus, erat primarius in synagogâ doctor: *Marci 5.*[t] *Luc 13.*[u] Indè autem apparet, plures in ministerio synagogarū personas fuisse, qui ordine suo distincti fuerunt.

Rabbi, seu ῥαββεὶ, ῥαββουνὶ, *Magister*, videtur fuisse usitata & vulgaris appellatiō, omnium, qui munere docendi functi sunt. *Joh.3.*[x] *Es tu magister in Israël; & hæc ignoras?* Indè & Christus, Rabbi seu ῥαββεὶ, se nominari permittit, tum à suis discipulis, tum ab aliis: imò & se-ipsum sic vocat, *Joh.13.*[y] *Vos vocatis me magistrum & dominum; & bene dicitis: sunt etenim.* & *Matth.26.*[z] *Ite in civitatem ad quendam, & dicite ei: Magister dicit; Tempus meum propè est: apud te facio Pascha cum discipulis meis.* Vocati etiam sunt isti doctores πρεσβύτεροι, hoc est, *Seniores:* & ipsorum decreta in ceremonialibus, traditiones Seniorum: *Matth.15.** *verf.10. *verf.13. *verf.18 *verf.2.

Seniores populi, videntur fuisse, aliquot è populo lecti viri, ætate, doctrinâ, & vitę probitate spectati; qui simul cum Ecclesiasticis personis, templi, judiciorum, & aliarum rerum, quæ ad Ecclesiæ gubernationem pertinebant, curam habuerunt. Nam purgato per Christum templo, postridie accedunt Principes sacerdotum, & Seniores populi, dicentes; quâ potestate hæc faceret? *Matth.21.** In faciendo decretum adversùs Christum, in accusando & damnando, simul cum Principibus sacerdotum & Scribis, sunt Seniores populi: *Matth.26.*[a] *27.*[b] *Marci 14.*[c] *verf.23. [a] v 3 [b] v 1. [c] verf.53

Erant & ἄρχοντες τοῦ ἱεροῦ, *magistratus templi*, seu *duces*. Apparet autem, eos fuisse duces eorum, qui ad custodiendum templum dati erant; & quibusdam deliberationibus & factis externis, ad templum pertinentibus, intererant. *Luc 22.*[d] *Act.4.*[e] [d] v 4. [e] v 1.

Hi autem omnes, sicut & reliquus populus, in sectas quasdam scissi erant: quâ de re suprà diximus. Plurimi autem professionem Pharisæorum, quæ videbatur omnium optima ac speciosissima, sectabantur. *1 Paral.9 v.11. *verf.28.

DE RATIONE AC FORMA gubernationis.

QUÆ forma officia Pontificum, non narrantur in historia Euangelica: siquidem iam ad finem suũ cuncta pervenerat, & abrogationi propinqua erant; & aliàs satis erant nota: possunt autẽ ex libris Mosi cognosci. Nihilominùs jam adhuc illæ externæ actiones in templo ab eis administrabãtur. Erant autem tria, (ut compendio narremus) quæ præcipuè Pontifici conveniebant: nempe docere, sacrificare, & orare pro populo. Non tantùm autem ipsi docebant populum; sed & alios Legis professores gubernabãt: & attendebant, ne quis peregrina dogmata fereret. Sic etiam Christum adoriuntur in templo; & reprehendunt ejus cõciones & facta: *Matt.21.** Responsa dabant quærentibus de Messiâ, aliisq; religionis controversiis: *Matt.2.* * Judicabant dogmata, & promulgabãt eorum damnationes, imò cum personis. quæ quidem res nihil aliud, quàm publica excommunicatio erat. *Joh.9.*[a] *11.*[b] *12.*[c] Solus Pontifex in Sancta sanctorum per annum semel ingrediebatur, victimas offerens, ac preces fundens pro toto populo: *Heb.9.*[d] Præter hæc verè ecclesiastica opera, adhuc aliquam exiguam portiunculam politicæ gubernationis ac jurisdictionis retinebãt. Licebat enim eis capere homines, ac flagellare in synagogis: *Matt.10.** Apparet autẽ, quòd hoc tantùm potestatis habuerint in eos, qui cõtra ecclesiastica aliqua jura deliquissent; præcipuè verò, qui falsa dogmata disseminassent: & non in eos, qui in cæteris prophanis rebus facinus aliquod animadversione dignum cõmisissent. Non autem habebant jus aliquem interficiendi. ideò coram Pilato dicunt: *Non licet nobis interficere quenquam. Johan.18.**

Sacerdotes, ut gradu & dignitate proximè Pontifices sequebantur; nisi quòd hi essent summi quasi monarchæ in regimine Ecclesiastico, ac soli in Sanctum sanctorum introibant: ità & in actionibus propemodum eis erant similes. Nam docebant populum; offerebantq; quotidie victimas; & orabant pro populo: idq; juxta vices suas. sicut Zacharias, in ordine vicis Abiæ, incensum in templo ponit: *Luc.1.** Disputabant cum iis, qui videbantur nova dogmata adferre. Sic *Joh.1.** missi à Pontificibus, cum Baptistâ disceptabant; quare à templo ordinario discederet, & novam cæremoniam extra verbum Dei traderet? Sed retundit eos Johannes: indicans, suâ vocatione esse divinam; & quidem à Prophetis, quos ipsi debebant nosse, prædictam: jamque adesse Messiam; quem ipsi ignorent & fastidiant. Inspexerunt ac judicarunt imò cum Pontificibus Leprosos; eosq; certis ritibus, cognitâ evidenter munditie, expiaverunt. Matth.8.* *Vade, ostende te Sacerdotibus; & offer munus tuum, quod præcepit Moses.* Mar.1.* & Luc.5.* *Ostende te sacerdoti.* Luc.17.* *Ite, ostendite vos Sacerdotibus.* Reliqua Sacerdotum officia in Mose copiosè recitantur.

Levitæ fuerunt diaconi, seu ministri, in templo ac rebus divinis: ut *Num.3. Deut.10.* & aliis locis in Mose, prolixè recensentur. Nam tribum Levi, pro primogenitis, ad hæc ecclesiastica ministeria, delegerat Deus. Sustinuerunt autem aliquam partem docendi; & observarunt eos, qui abusitatâ doctrinæ formâ discesserunt. Quod vel indè patet, quòd [illegible] Sacerdotibus Levitæ ad Johannem mittuntur: ut [illegible], eum audeat, inconsultis Pontificibus & Sacerdotibus, novos cœtus facere, novam doctrinam ingerere, novas cæremonias ordiri, repudiato etiam templo; ac denique eum de manifestâ hæresi accusent, ac condemnent. Ac Levitæ videntur fuisse omnes, qui in Synagogis passim, in universâ Judeâ, docendi munere functi sunt. Reliqua ex Mose patent.

His accensemus & *Scribas*, ut *Legisperitos* seu *Doctores*: quos consentaneum est fuisse Levitas; ingeniis, eruditione, facundiâ & dexteritate, cæteris præstantes. Alii rudiores, etiam viliora habuerunt officia.

Archisynagogi, & reliqui synagogarum ministri, proposuerunt & enarrarunt Mosen & Prophetas; ac propositas quæstiones explicaverunt: reliquis quoque differentibus de religione auscultaverunt. Fuerunt autem rectores præ-

cum publicarum: sicut de Synagogis supra dictum est. Gubernationem Ecclesiæ adjuverunt & ærarium populi ut est probabile indicatur.

DE SYNODIS.

HABUERUNT ipsos congressus quosdam, quotiescunq; aliqua gravi deliberatione magis vità; etiam actoria Euangelica indicat. Magis enim Hierosolymam dissentibus, de exhibito Messiâ, famam; horum ipsos Herodis, Principes sacerdotum & Scribæ populi consuluit, sententias de loco, ubi Messias esset nasciturus; quas exactè diligenterè indicant ex Michea, Messiæ nativitati Bethlehem esse destinatam. *Matth.2.**

Johanne ordiente Baptismum in Jordane, templo posthabito; & palàm docẽte, singulari auctoritate, Messiam esse præsentem, ac JESUM eum ipsum esse: peccatorum remissionem non ex aliis victimis; sed tantùm ex passione & merito JESU Christi, fide, gratis exspectandam & acquirendam esse: conveniunt, ac re deliberatâ decernunt, legationem honestam ad Johannem mittendam esse, qui eum ab hoc instituto abduceret; aut errores exploratos, & cognitos ab ipso aurore, ad synodum referrent, ut legitimè de eo judicari ac damnari possent. Hæc ex historiâ, quæ *Johan.1.* exstat, perspicua sunt.

Postea verò, cùm Christus ministeriũ suum publicum cœpisset, docendo, faciendo miracula, & collectione Ecclesiæ ex totâ Judeâ, ac Gentibus quoque; sæpe synodos celebrant. Fascinati autem falsis opinionibus de Christo, de remissione peccatorum, deq; totâ Mosaicâ religione; denique etiam suâ ambitione & commodis moti; Christum tanquam hæreticum, impostorem, blasphemum, ac seditiosum, damnant: ac decretum faciunt, quod publicè proponunt; si quis JESUM confiteretur esse Christum, extra synagogam fieret, hoc est, excõmunicaretur. sicut expressè recitatur *Joh.9.** & *12.** Synodalis actio & *Joh.11.** narratur: *Collegerunt*, inquit, *Pontifices & Pharisæi concilium, & dicebant: Quid facimus? Nam hic homo multa signa facit. Si dimittimus eum sic; omnes credent in eum: Et venient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem. Unus autem ex ipsis, Caiphas nomine, cùm esset pontifex anni illius, dixit: Vos nescitis quicquam; nec cogitatis, quòd expediat nobis, ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Matt.26.** refertur; quòd *congregati fuerint principes Sacerdotum & Seniores populi, in atrium Principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas: & consilium fecerint; ut* JESUM *dolo caperent, & occiderent.* Postea, apud Caipham rursus, capto Christo, conveniunt Pontifices, Scribæ & Seniores, accusantes & damnantes innocentem Christum: *Matthæi 26.** Mane rursus congrediuntur iidem: ac plures fuisse, *Marci 15.** testatur. nominat enim *Summos sacerdotes, Seniores, Scribas, & universum consessum:* qui omnes definiunt Christum esse morti tradendum, & adducendum ad Pilatum. Denique, postquam Christus resurrexisset; & hoc nuntium à suis vigilibus, quibus sepulcri custodiam demandaverunt, accepissent: ilicò Principes ac Seniores conveniunt, ac consilium ineunt; vigiles pecuniâ esse compescendos, & invertendos, ut rumorem spargant, ipsis discipulis Christum furto esse ablatum. *Matth.28.**

DE BONIS ECCLESIÆ.

CIVITATES quadraginta-duas Sacerdotibus & Levitis fuisse attributas; similiter & quos reditus, & decimas, & partes ex victimis, habuerint: ex Mosi patet. Pendebatur & quotannis viritim templo dimidium sicli, seu didrachma: ut *Exod.30.** dictum. De hoc censu, quidam intelligũt, Pharisæos & Herodianos interrogare Christum; *Numliceret censum dare Cæsari? Matth.22.** Nam peregrini Imperatores, hoc commodum templi intercipiebant; & sibi vendicabant. Collecta præterea est eleemosyna in gazophylacium: *Marci 12.**

DE SCHOLIS.

SCHOLAM aliquam fuisse Hierosolymis, in quâ juventus in studiis, præsertim sacrarum literarum, instituebatur; vel indè potest colligi, quòd Pharisæi etiam [illegible] habuerint discipulos: & *in Actis* * Paulus commemoratus

ad pe-

[illegible] Gamaliel, Legis doctoris, diligenter in patrii
* vers. 9. legis traditionis esse. & Alexandri,* seu mentio eorum, qui
fuerunt ex synagogâ Libertinorum, & Cyrenensium, &
Alexandrinorum, & Cilicum, & Asianorum, disputantium
cum Stephano, unde patet, diversa scholarum genera
fuisse Hierosolymis.

DE CONVOCATIONE ECclesiarum.

IN Ecclesiâ populi Judaici, unus tantùm erat Lege divinâ Sacerdos supremus: quem omnes cogebantur agnoscere, atque patrem. Et is reliquas ecclesias omnes gubernabat, quæ in Judæâ universâ fuæ erant. Id quod vel hæc facta declarant: quòd ad Johannem, concionantem in regione circa Jordanem, mittunt, & rationem suæ vocationis ab eo requirunt: *Johannis 1.** Præterea, universus populus mandato Dei cogebatur, ter ad festa solennia quotannis Hierosolymam venire; seseque certis ritibus sanctificare. Verùm de his paribus, non putarunt Evangelistæ multa narranda esse. Erant autem pleraque, in totâ gubernatione Ecclesiæ populi Judaici, adulterata & corrupta: paucis, iisq; commodissimis, rectè sentientibus; ut erat Nicodemus, & alii. Quò autem hæc fiant luculentiora: non pigebit, earum rerum, quæ corruptionem summam declarabant, & non obscurè præsagiebant, opus jam esse omnino reformatore summo, ipso nimirum Messiâ, à Deo jam olim per Prophetas promisso, mentionem aliquam facere.

* vers. 19.

DE CORRUPTISSIMO, ET MAXIME LAmentabili statu Ecclesiæ, in populo Judaico.

PRimùm, quod erat omnium maximum, in eâ Ecclesiâ, nempe doctrina divinitùs tradita, in pleriq; summis capitibus erat labefactata, obscurata, & penè extincta: sicut de Pharisæis suprà expositum est. Nam ii hoc tempore videbantur optimè sentire: eorumque sententias pleriq; sequebantur. Sed operæ-precium videtur, rursus quædam hoc in loco repetere. Amiserant doctrinam de Deo. nam docebant, unum Deum, unamq; ejus personam esse. Ideò propemodùm rumpuntur indignatione, & lapides prehendunt, quoties audiunt Christum dicere, se esse Filium Dei, ac Patri æqualem; & Judæos ignorare Deum, & esse ex Diabolo: *Johannis* 5.[a] 8.[b] Caiphas, audiens, quòd Jesus vinctus auderet se profiteri, & Filium Dei, & Christum esse, velut amens, existimans intolerabilem blasphemiam prolatam esse, vestimenta scindit: & pronuntiat, eam vocem non aliâ re, quàm morte mulctandam. *Matth. 26.**

[a] vers. 18. [b] vers. 19. & 44.

* vers. 65.

De Messiæ substantiâ, amiserant verâ doctrinam. Nam docebant & credebant, Messiam tantùm excellentem hominem futurum esse. quòd autem esset Filius Dei, prorsus erroneum putabatur. sicut *Matth. 22.** fatentur; & Caiphæ historia testatur.

* vers. 42.

Amiserant doctrinam de officio Christi: nempe de passione Christi; & de justitiæ, ac remissionis peccatorum, per ipsius mortem, reparatione; de victoriâ adversùs peccatum, mortem, Diabolum: id quod toties Prophetæ inculcant. Hæc vel ex solâ Petri historiâ manifesta sunt; qui ad Christum, de suâ passione prædicentem, inquit: * *Absit hoc à te, Domine.* Hauserat enim hoc in synagogis, & ex sermonibus aliorum; Christum fore magnificum, cui omnia splendidissima ac felicissima essent cessura. Et exsibilatur Christus, in cruce suspensus, ab omnibus. Quin & discipuli Emmaum euntes, communem de Messiâ opinionem fatentur: * *Nos*, inquiunt, *putabamus, eum redempturum esse Israël:* hoc est, feliciter & prosperè acturum; non subiturum tam diras cruciatus & mortem. nunc verò omni spe propemodum dejecti sumus.

* Matth. 16. v. 22.

* Luc. 24. v. 21.

Amiserant doctrinam, quòd ex stirpe Jesse esset venturus Christus: [illegible] Judæi dicunt, *Joan. 7.** *Christus cùm venerit, nemo scit unde sit.*

* vers. 27.

Amiserant doctrinam de regno Christi spirituali & æterno. Docebant enim, Christum corporale regnum instauraturum: *Matth. 20.*[a] *Act. 1.*[b] Quod enim Discipuli profuerant, id ex communi Judæorum doctrinâ imbiberant.

[a] vers. 21. [b] vers. 6.

Amiserant doctrinam de miraculis, Messiæ destinatis, ornatûs; ejus patefactiones, in Prophetis clarè prædictas. Nam, Jesu Christo hac in parte omnes prophetias complente; tamen, ut eum pro Messiâ amplectantur, adduci nullâ ratione possunt. Fastidiunt signum in Zachariâ; fiellen Magorum; Angelorum nuntia; vocem Patris è cœlis; Spiritum sanctum visibili specie exhibitum; sanationes claudorum, surdorum, cæcorum, mutorum, paralyticorum, leprosorum, & aliorum ægrotorum, quæ tantùm verbi virtute à Jesu fiebant; denique & resuscitationes mortuorum. Talia signa & tam multa, brevi tempore, tamq; illustria, nunquam antea in eo populo facta fuerit. *Joan. 12.** cùm Christus in turbâ dicit; *Pater, clarifica nomen tuum: venit vox de cœlo, dicens: Et illustravi, & rursùs illustrabo. Turba autem, quæ stabat, & audierat, dicebat tonitruum esse factum. alii dicebant; Angelus ei locutus est.* sed nihil prorsus eâ re moventur. Denique, Jesu moriente in cruce, obscuratur contra naturæ ordinem ipse sol; velum templi sponte findituf; terra concutitur; petræ rumpuntur; mortui resurgunt: & Christus ipse tertio die revivisci, custodibus omnibus fugatis. Sed non afficiuntur his omnibus. Item petunt signum in cœlo: *Matth. 16.**

* vers. 41-49.

* vers. 1.

Non perpendebant tempus, quo Messiæ exhibitio prædicta erat: *Genesis 49.** Essi enim premebantur imperio Cæsaris, qui eis regnum adetherat, & gubernatores civiles, quos volebat, dabat: tamen de Messiæ adventu non sunt soliciti.

* vers. 10.

Amiserant doctrinam de Lege. Docebant enim, Legi Dei tantùm externa opera præcipi; ac interiores pravitates non esse peccata: *Matth. 5.** Hominem Legem Dei implere suis viribus posse; eâque Legis implecione coram Deo justificari: *Matthæi 19.*[a] *Lucæ 18.*[b]

* vers. 21. & 1999.

[a] vers. 20. [b] vers. 11.

Amiserant doctrinam de Cæremonialibus. Nam sentiebant, cæremonialia anteferenda esse moralibus, ut vocantur. Sic sentiebant, non licere sabbato hominem curare, vel in momento; & damnabant Christum ista facientem: *Matthæi 21.*[a] Et *Matthæi 23.*[b] *Decimatis*, inquit Christus, *mentham, & anethum, & cyminum: & reliquistis quæ graviora sunt Legis, judicium, & misericordiam, & fidem.*

[a] vers. 14. [b] vers. 23.

Traditiones Seniorum, sive humanas, anteferebant mandatis Dei. ut, non lavare manus ante sumtionem cibi, judicabât inquinare hominem; hoc est, esse peccatum, quo conscientia vulneraretur: *Matth. 15.** Item docebant, majorem esse cultum Dei, sumtus in sacrificia facere, aut templo aliquid dare; quàm egenos parentes alere: *Ibidem.*† Traditiones humanas supra omnem modum conservabant: *Matth. 23.*† *Aligant onera gravia & importabilia.*

* vers. 2.

† vers. 5.

† vers. 4.

Amiserant doctrinam de fine Ecclesiastici status; nempe, quòd omnia essent ad Messiam directa, eoque exhibito cessare deberent. Itaque oderunt Johannem & Christum, novum statum molientes & instituentes.

Amiserant prorsus doctrinam de Evangelio, ac de justitiâ imputativâ & gratuitâ per fidem in Messiam; quâ Abraham est justificatus, ut Moses scribit.† Docebant enim, & sentiebant, externis operibus Legis & sacrificiis se coram Deo justos esse. *Matth. 5.*[a] *Lucæ 10.*[b] *& 18.*[c] Item confidebant carnali propagationi. *Lucæ 3.*[d] *Ne dicatis, Patrem habemus Abraham.*

† Genes. 15. v. 6.

[a] vers. 21 & 1999. [b] vers. 29. [c] vers. 11. [d] vers. 8. [e] vers. 9. [f] vers. 33.

Pertinebant sibi, se esse filios Dei; quia filii Abrahæ essent; *Matth. 3.*[e] *Johann. 8.*[f]

Non intelligebant doctrinam de Regeneratione. *Johannis 3.*[g]

[g] vers. 4.

Amiserant doctrinam de Libertate spirituali. Nam impatientissimè ferebant, sceptrum sibi ablatum, & alienis se dominis subjectos esse. id quod non obscurè significant quæstione de censu, *Matth. 22.*[h]

[h] vers. 17.

Amiserant doctrinam de Conjugio. Nam diminebant uxores qualibet ex causâ; utpote propter rerum abundantiâ libidine luxuriantes. *Matthæi 19.*[i] Hactenus de doctrinâ.

[i] vers. 3.

¶ *Secundò*, ipse status Sacerdotum, qui ad clavum Ecclesiæ sedebant, erat corruptissimus & depravatissimus. Turbarus enim erat ordo Summorum sacerdotum: ità ut non esset unus tantùm Pontifex ullus; ad obitum sum, sed plures simul id nomen obtinerent, & per vices annuatim eo munere fungerentur. *Johan. 11.*[k]

[k] vers. 49.

Non à populo Judaico, aut consulto Deo, eligebantur

Pontifices: tetrab Ethnicis & idololatris dominis, qui imperium civile in Judæa exercebant. Item *Josephus*, & alii historici, testantur.

Alieni quoque, qui non erant ex sacerdotali genere, & qui apud ethnicos Reges aut Præfectos largitionibus & gratiâ plurimùm poterant, expulsis aut etiam interfectis prioribus, creabātur Pontifices: ità venalis erat Pontificatus: & non rarò cæde & sanguine parabatur: sicut suo loco indicabitur. *Josephus*, [a] *& Eusebius*.[b]

[a] *lib.18. Antiq Judaic cap 3.* [b] *lib.1.c.6.*

Stola pontificalis, cum reliquo ornatu ad eam pertinente, ab Herode, primo Judæorum Rege, in turri Antoniâ, Hircani olim sede, & ab eodem eò reposita, asservata est. Idem Archelaus, ac postea Romani, fecêre: ità ut Judæi non ampliùs ejus potestatem haberent; raroque ejus usus concederetur. *Josephus*, * *& Eusebius.* *

* *lib.18.c.6.* * *lib.1.c.6*

Tales Pontifices, ut erant mali & impii, tantùm suos reditus & magnificentiam curabant: &, ut erant Ethnicorum dominorum mancipia, ità in ipsorum gratiam cuncta faciebant.

Sacerdotes reliqui, domini similes erant, ambitione, avaritiâ, luxu, inter se certantes: sinceram Dei doctrinam, ac veros Dei cultus, prorsus negligentes: sicut ex historiâ Euangelii patet.

Frigidissimè Scribas seu Doctores hujus populi solitos esse docere; indè manifestum est: quòd *Matt.7.* * narratur, *turbam admiratam esse doctrinam Christi: docuisse enim eum, sicut qui potestatem haberet; & non sicut Scribæ.* Item *Matthæi 9.* * *Messis quidem copiosa est; operarii verò pauci.* Item *Matt.16.* * doctrinam ipsorum vocat *fermentum*, quod sit cavendum.

* *v. 28.29.* * *vers. 37.* * *vers.6.*

Pontifices & Sacerdotes ipsi criminantur doctrinam Johannis & Christi: dicunt Christum esse Samaritanum; habere dæmonium: *Joh.8.* * Virtute Beelzebub facere miracula: *Matth.12.* *

* *vers. 48* * *vers. 24.*

Abutebantur clavibus; excommunicantes Christum, rebus omnibus se declarantem ut Messiam, & omnes qui ei adhærebant. *Joh.9.* *

* *vers.22.*

Tantâ rabie in Christum, qui ægros omnis generis verbo sanârat, qui mortuos resuscitârat, ferebantur: ut, ad diem Paschæ, Barrabam homicidam manifestum peterēt dimitti; innocentem verò Christum contumeliosissimo mortis genere interfici. *Matth.27.* *

* *vers.20. 21.22.*

Pontifices ac Sacerdotes, perpetuas insidias Christo struebant: deferebant etiam ad politicos dominos, eumq; invisum faciebant: denique Judæ auxilio, pecuniâ corrupti, adscitis Herodianis, Christum armatâ cohorte invadebant; in innocentem mortis sententiam ferebant; tradebant Pilato præsidi: nec desinebant, rogando, minando, & obtundendo; donec & ille, quámvis sæpè de innocentiâ Christi testificaretur, carnificibus eum crucifigendum tradidisset. suspensum in cruce sarcasmis exagitarunt: exanimatum & in sepulcro jacentem infestabant; armatam circa eum custodiam collocantes: resuscitatum deniq;, mendaciis & tyrannide rursus infestabant. Trahebant autem hi duces secum reliquum vulgus indomitum; quòd etiam sinè judicio contra Christum furebat.

¶ *Tertiò*, Templum ipsum fœdissimè quotidie profanabatur, & polluebatur.

Numularii ac mercatores, cum bobus, ovibus, columbis, & aliis rebus, in ipso templo, non secùs ac in profano loco, conspiciebantur: *Matth.21.* [a] *Joan.2.* [b] indè Christus merito appellat *spelunCam latronum.*

[a] *vers.12.13* [b] *vers.14. 15.16.*

Regnabant in templo aucupia pecuniarum: nempe superstitio sacrificiorum, & operum humanorum; quibus homines fascinabātur, quasi iis salutem coram Deo comparare possent. Ea res erat sacrificulis quæstuosissima. Ideò Christus inquit, *ipsos devorare domos viduarum:* ac *Væ* in ipsos doctores aliquoties pronuntiat. *Matth.23.* *

* *vers.13. & segq.*

Pontifices alieni, non educati in Lege; sed subindè, quæ peragenda essent, edocti, Sanctum sanctorum non verebantur introire: non habentes veram Dei cognitionem; non tenentes rationem invocandi Deum.

Anno Christi XII. in die azymorum, cùm in media in templo docuisset Christus, omnibus stupentibus & admi-

A rantibus; noctu Sacerdotes ingressi, per totum templum, & omnes porticus, cùm mortuorum hominum ossa sparsa esse. quæ quidem res insignē templi profanationem prodebat; quæ falsâ doctrinâ, & superstitiosis cultibus, in templo fiebat, ad perniciem plurimorum animarum. *Josephus.* * Samaritanis suspitionem quidam adferebant, non casu tanta res accidit. * *Antiq Judaic lib 18. cap 3.*

Johannes & Christus discedunt à templo; idque plurimis ritibus templi expediam. imò Christus malam

B destructionem templi horribilem prædicit. *Matth.24.* * * *vers 2.*

¶ *Quartò*, Populus ipse Sacerdotum impietatem & exempla sequebatur; superstitiosis opinionibus prorsus dementatus: nihil de Messiâ, nihil de veris cultibus sanctis, studiens Christum, cum omnibus suis miraculis, sed sitiens ejus sanguinem.

Ignorabant Regem Messiam. Ideò clamant * *Regem non habemus, nisi Cæsarem.* * *Joh.19. vers.15.*

Omnis Hierosolyma turbatur, non minùs quàm Herodes, accepto nuntio à Magis, quòd natus jam esset Rex

C Judæorum, seu Messias. *Matth.2.* * * *vers.3.*

Alii prorsus sese ethnicis magistratibus dedebant, propter sua quædam commoda; patriâ religione abjectâ.

Totus populus in sectas tres, sibi invicem contrarias & infensas, erat distractus: alii erant Pharisæi; alii Sadducæi, alii Essæi.

Indicat Christus, obstinationem Judæorum à Prophetis esse prædictam. Matthæi 13. * *Ideò*, inquit, *in parabolis loquor eis; quia videntes non vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt: & adimpletur in eis prophetia Esajæ, dicentis: Auditu audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non videbitis. Incrassatum est enim cor populi hujus, & auribus graviter audierunt, & oculos suos clauserunt; ne quando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & convertantur, & sanem eos.* Item Matthæi 15. * inquit: *Hypocritæ, bene de vobis prophetavit Esajas, dicens: Populus hic labiis me honorat; cor autem eorum longè est à me. Sinè causâ autem colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum.* Johan.12. * *Cùm autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum. ut sermo Esajæ Prophetæ impleretur, quem dixit: Domine, quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui revelatum est? Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Esajas: Excæcavit oculos eorum, & induravit cor eorum; ut non videant oculis, & intelligant corde, & convertantur, & sanem eos. Hæc dixit Esajas, quando vidit gloriam ejus; & locutus est de eo.* Et comminatur insuper æternam damnationem, *Matth.8.* * *Filii regni ejicientur in tenebras exteriores. ibi erit fletus & stridor dentium.*

* *vers.11.* * *vers.12. & segq.*

Christus prætert Gentes Judæis. *Non inveni*, inquit, *tantam fidem in Israël.* * Et eam ob causam prædicit eis eladem & interitum.

* *Matth.8. v.10.*

Multi dæmoniaci tùm temporis in Judæâ sunt; quos sanat Christus. quæ res argumento esse potest, Diabolum, propter impietatē, in iis locis Dei permissione grassatum esse.

Et, ut summatim omnia dicamus; dominabantur horribiliter hypocrisis seu superstitio, & epicureismus.

¶ *Quintò*, reliquiæ veræ Ecclesiæ valde erant exiguæ & oppressæ. Nam, Christo exhibito, tantùm sit mentio Josephi, Mariæ, Pastorum, Zachariæ, Elisabethæ, Simeonis, Hannæ: quibus annumerandi sunt, qui in horum familia fuère, exspectantes redemtionem Israëlis. Reliqua turba omnis, in tristissimâ caligine, velut profundo errorum erat submersa. Postea, Johanne & Christo, eorum Discipulis, palàm doctrinam de præsenti Messiæ tradentibus, pauci se illis adjungunt: qui tamen subindè attigunt. Deniq;, Christo in crucem acto, deficiunt rursus plurimi. qui verò, resuscitato Christo, spatio quadraginta dierum, donec in cœlum ascenderet, iterum colligantur, adhuc dum pauci sunt. *In Actis* * numerantur centum viginti homines, qui hominum, qui post ascensionem Domini convenerunt.

* *cap.1. v.15.*

Pessimum Judaici populi statum, quod quidem ad religionem attinet, etiam typis quibusdam, quasi vivis (quod dicitur) coloribus, depingit Christus. ut *Matth.21.* * Homo, inquit, *habebat duos filios: & accedens ad primum, dixit: Fili.*

* *vers 28. & segq.*

...rabatur, quem constituerat. Ille autem rejiciebat eos, ut...
...suos gubernaret exercitus, patremque suum obiret. Abiit...
...ad locum suum. Et rejiciebant eum patres ejus. Dixerunt...
...ei: Quid facimus tibi? Dixit eis: Mandata patris mei...
...præcepit mihi, hæc facio. Locutus est ad eos parabolam...
...hanc. Homo quidam habuit duos filios, & accedens primo...
...dixit: Fili, vade hodie operare in vinea mea. Ille autem...
...respondens ait: Nolo. Postea verò pœnitentia motus, ivit.
...Accedens autem alter, dixit similiter. Ille autem respondens...
...ait: Eo, domine. Et non ivit. Quis ex duobus fecit voluntatem...
...patris? Dicunt ei: Primus. Dicit illis Jesus: Amen dico vobis,...
...quia publicani & meretrices præcedunt vos in regnum Dei.
...Venit enim ad vos Joannes in via justitiæ, & non credidistis...
...ei: publicani autem & meretrices credidêre ei. Vos autem...
...videntes nec pœnitentiam habuistis postea, ut credatis ei. Item...
...aliam parabolam audite. Homo erat paterfamilias, qui plantavit...
...vineam, & sepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificavit...
...turrim, & locavit eam agricolis, & peregre profectus est. Cum...
...autem tempus fructuum appropinquasset, misit servos suos ad...
...agricolas, ut acciperent fructus ejus. Et agricolæ, apprehensis...
...servis ejus, unum cæciderunt, alium occiderunt, alium verò...
...lapidaverunt. Iterum misit alios servos, plures prioribus: & fecerunt...
...illis similiter. Novissimè autem misit ad eos filium...
...suum, dicens: Verebuntur filium meum. Agricolæ autem, videntes filium, dixerunt intra se: Hic est hæres; venite,...
...occidamus eum: & habebimus hereditatem ejus. Et apprehensum eum, ejecerunt extra vineam, & occiderunt. Cum ergo...
...venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? Ajunt illi:...
...Malos malè perdet, & vineam suam locabit aliis agricolis,...
...qui reddant ei fructum temporibus suis. Item *Matthæi* 22.† in typo Nuptiarum: *Simile est regnum cœlorum homini Regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit servum...*
...suum, vocare invitatos ad nuptias: & nolebant venire. Iterum misit alios servos, dicens: Dicite invitatis: Ecce prandium meum paravi: tauri mei & altilia occisa sunt; & omnia...
...parata. Venite ad nuptias. Illi autem negligentes, & abierunt,...
...alius in villam suam; alius verò ad negotiationem suam: reliqui verò tenuerunt servos ejus, & contumeliis affectos occiderunt. Rex autem, cum audisset, iratus est: & missis exercitibus...
...suis, perdidit homicidas illos; & civitatem illorum succendit.
...Tunc ait servis suis: Nuptiæ quidem paratæ sunt; sed qui invitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum; &,...
...quoscunque inveneritis, vocate ad nuptias. Et egressi servi ejus in...
...vias, congregaverunt omnes, quos invenerunt, malos & bonos:...
...& impleta sunt nuptiæ discumbentium. Intravit autem Rex,...
...ut videret discumbentes. Et vidit ibi hominem non vestitum...
...veste nuptiali. Et ait illi: Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit Rex ministris: Ligatis pedibus & manibus ejus, mittite eum in tenebras...
...exteriores. Ibi erit fletus & stridor dentium. Multi sunt enim...
...vocati; pauci verò electi.

¶ *Sanè*, politicum Imperium in populo Judaico pulcherrimus erat eversum: ut paulò pòst exponendum erit.

CATALOGUS PONTIFICUM HIEROSOLYMITANORUM, à nato Christo usque ad ejus ascensionem.

PRoper labefactatum Pontificum Hierosolymitanorum ordinem, Historici quoque non putarunt sibi in hanc operam aliquâ diligentiâ incumbendum; ut hujus præsertim ætatis Pontifices accuratè assignarent. Ex *Josepho* autem, satis lãguidè in hac parte versante, indicè Summorum sacerdotum recensebimus. Is sic scribit: † *Archelaus, jam Ethnarcha in Judæam reversus, Joazarum, Boëthi filium, pontificatum abrogat; insimulato, quòd seditiosus exstiterit: eamque dignitatem in Eleazarum, illius fratrem, confert. Idem: hoc Eleazaro diu sacerdotio potito est; subrogatus est vicissim Jesus, Siæ filius.* Mox, quasi sui oblimis Josephus, aliter narrat: † *Quirinium (sicut ipse appellat) Joazarum privatâ dignitate Pontificis; & Ananum, Sethi filium, substituisse.* Et paulò pòst: *Valerius Gratus, adito Anano sacerdotio, Ismaelem, Fabi filium, jussit ejus præesse templo: qui paulò pòst dejecto, in Eleazarum, Anani filium, templum, non honestum, transtulit. Et lapso deinde anno, hoc [illegible] ordinem? Simon, Camithi filio, pontificium [illegible] Josephus, Camithi filio, pontificium [illegible] Josephus, Camithi filio, pontificium [illegible] Josephus, Camithi filio, pontificium [illegible] Josephus, Cam

mulieribus ægrè ferens, [illegible] Herodem [illegible] Augustum, eumque [illegible] fert. Hujus deliberatione, Herodem [illegible] suffragiis Regem declarat: anno Mundi [illegible] Christum, [illegible]. Hoc igitur tempore, [illegible] sceptrum Judaicum, & ad alienigenam [illegible] tum, fatalis obtenta est.

Dum autem regnat Herodes, multa insolenter [illegible] More Græcorum, certamen Olympicum [illegible] aquilâ supra fores templi magnificè exstruc[illegible] Dei profanavit: crudelissimè quadraginta [illegible], qui, relatis pro patriâ lege & religione, id [illegible] detruncarat, vivos concremavit: in propriâ [illegible] immani crudelitate sævit. Licèt subindè animos [illegible] certis officiis delinire; ac ignominiam quibus[illegible] factis eluere conaretur.

Illa & hoc maximè crudele & atrox facinus, quod *Philo* [illegible] trigesimo anno sui regni, Sanhedrin, (Græcè [illegible]) hoc est, ordinarios judices LXX, ex domo Davidis nobilissimos, penes quos tanta auctoritas in cognoscendis & dirimendis controversiis erat, occidisse: substitutis aliis suo arbitrio, de quos in suâ potestate futuros sciebat. Hoc pacto penitus omnes reliquiæ Judaici regni delebantur.

Nec prætereundum est, quod refert *Eusebius:** Herodè genealogias familiarum Judaicarum cremâsse: invidendo eis generis antiquitatem; cùm ipse de eâ gloriari non posset.

Tenebat autem Herodes adhuc regnum; cùm Christus jam promissiones nasceretur in Bethlehem: quámvis res ejus, in deterius labendo, jam magis magisque vergerent; & invisus non tantùm Judæis, sed etiam suæ familiæ esset, cunctis ejus obitum exoptantibus.

Videtur autem, ad historiam Euangelicam intelligendam, non parum momenti allaturum; si Herodis genealogiam brevibus hoc loco recenseamus: quæ *ex Josepho* hujusmodi colligitur.

Herodes primus ignobilis, in fano Apollinis, apud Ascalonem civitatem, minister erat. Ejus filius fuit Antipater, à latronibus raptus, & vinctus: tutor Judææ à Cæsare factus. Hujus filius fuit Herodes, primus Judææ rex ab Antonio & Augusto designatus. Is autem habuit uxores decem: quarum duo steriles fuêre.

Ex primâ conjuge, quæ fuit DORIS, habuit Antipatrum. Is à patre necatus, reliquit filium Antipatrum.

Ex secundâ conjuge, MARIANNE, nati sunt ei liberi, Alexander & Aristobulus: uterque à patre necati. Filiæ verò Cypris, Antipatro; Salome, regiæ sororis filio nupta; & Salome, junctæ Phaselo patrueli. Et Alexander quidem, [illegible] Alexandrum. is porrò habuit Tigranem: [illegible] Tigranes rex Armeniæ. Tigranes filium [illegible] Alexandrum; qui à Vespasiano constituitur rex in [illegible]. Aristobuli verò, ex Berenice, liberi sunt: Agrippa prior, à Caio Cæsare rex Judææ creatus (ejus fit mentio *Actor. XII.*) Herodes quartus, rex Chalcidis; Aristobulus, qui Jotapam, Regis Emesorum filiam, habuit conjugem; Herodias, marito delatrix; Mariannes Agrippa prior, filius habuit Agrippam posteriorem: cujus mentio fit [illegible].

[illegible], MARIAMNE, Simonis Pontificis filia. [illegible] Herodes secundus, maritus Herodiadis: ex [illegible] Salomam unicam genita est; nupta deinde Philippo, [illegible] Aristobuli, regi Chalcidis. A Josepho additur *Marcus** [illegible], filiorum Herodiadem Philippo junctam fuisse.

[illegible], ARCHELAUS, nascitur Archelaus, [illegible] Herodes tertius, qui & [illegible] Perææ, Herodiadis raptor, [illegible] Cæsare nominatus.* Olympiæ [illegible]. Hujus filia Mariamne, Herodi [illegible] Aristobulum, Ro[illegible]

[illegible] Herodiadis [illegible]

Extitit, Pascha M. [illegible]

Ex quibus, DECADA I. [illegible] Herodes Magnus [illegible]

[illegible], Annus Christi [illegible] Herodes Magnus [illegible] Christum natum [illegible] Augusti Cæsaris.*

Nato Christo, Herodes furiis agitatus, Judæos Regem in hoc [illegible] odium [illegible] ejus novi Regis [illegible], & nequicquam [illegible] Magorum se non reversorum; [illegible] quod [illegible] regem Judæorum natum esse: pueros Bethlehem [illegible] in vicino agro, bimulos, & infra eam ætatem, [illegible] hiter trucidari; sperans se eum Regem certò [illegible] &, quò magis Judæos ab omni spe dejiceret; [illegible] centes infantulos diabolicâ tyrannide jugulet. [illegible] parcit; suo regno metuens. nam Salomen maritum, ex [illegible] Judâ, ac filium, qui sibi è conjuge ex eâdem tribu [illegible] fuerat, ἀναγκῶ ille terrimus interficit. Sed [illegible] ex eâ laniena divinitùs Jesus Christus. Hoc scelere [illegible] trato, magis in ipsum ultio divina sævit. Nam morbis [illegible] ribus ac vehementissimis, non aliter quàm à [illegible] & carnificibus, miserrimè torqueatur; donec [illegible] animam efflaret. In tale igitur politicum regimen, adventum [illegible] veri Messiæ, incidit.

Herode mortuo, Judæi, impatientes peregrini regni [illegible] ditiones moliuntur: sed ab Archelao repressi, sub jugo [illegible] tinentur. Romæ altercantibus postea Archelao & Herode Antipâ; rursus alii motus in Judæâ exsistunt. Sperabant enim Judæi, se in hac rerum mutatione suam ἀυτονομίαν recuperaturos. Sed Sabinus, Cæsaris procurator & Quinctilius Varus, magnâ vi turbatores oppresserunt. Tandem Augustus Herodis regnum divisit: Archelaum quidem Ethnarcham faciens unius partis; nempe Idumææ, Judææ, & Samariæ: quarum reditus annuatim erat trecenta talenta, h.e. trecenta & sexaginta millia coronatorum. Alteram verò partem in duas tetrarchias distribuit: Herodi Antipæ commendans Galilæam & Peræam; quæ annuatim [illegible] debant ducenta talenta, hoc est, centum viginti millia coronatorũ: Philippo verò Bataneam, Trachonitidem, Auranitidem & Chalcidem; quarum reditus annui erant [illegible] lenta centum, hoc est, sexaginta coronatorum millia.

Prælatæ gubernationi Judææ Archelaus, annos novem. Anno Christi undecimo, apud Augustũ accusatus [illegible] situr. Viennam Galliæ relegatur; ubi etiam exspirat. De Archelai mentio *Matth. II.*†

Hic rursus administratio regni in Judæâ variatur. Præfectum enim Româ misit Coponium, qui Judæam regeret, anno Christi undecimo. Et hoc tempore referunt alterum centum per Judæam actum esse, à Cyrenio Syriæ præside; qui & priorem egerat: ac de secundo fortè eandem esse historiam apud *Josephum.*† siquidem Coponii mentio fiat, qui Herode vivo, & tempore Archelai, [illegible] dum erat Judææ administrator.

Coponio, post biennium reverso Romam, [illegible] succedit. is quoque post duos annos provinciâ [illegible] Annium Rufum in Judææ administratione habe[illegible] sorem. Is quoque tantùm duorum annorum [illegible] magistratu fuit. Postea, à Tiberio Cæsare, Valerius [illegible] chus Judææ præficitur. is præest annos undecim [illegible] niq; Christi vigesimooctavo, Pontius Pilatus, [illegible] fectus datus; præfuit annos decem. Multa [illegible] & crudeliter fecit. Narratur *Luc. 13.*† de Galilæis quorum sanguinem miscuerat Pilatus cum sacrificiorum [illegible] tu in sua administrationis septimo, Christo [illegible] tio, Salvatorem Mundi, contra suam [illegible] ignominiosissimæ adjudicavit. *Luc. 23.*† Pilati, procuratoris Judææ; Herodis, [illegible] Philippi, tetrarchæ Ituræ & Trachonitidis; & [illegible] tetrarchæ Abilenes. Hanc narrationem, [illegible] ut [illegible] Judæum prorsus [illegible] Christum esse [illegible]

Quæ

Quam primùm (Angeli ac pastoribus, & magis & gentibus annunciatis, & omnia profectò ad deum, hanc Christianam Ecclesiæ formam jacturi

primum de

DE GUBERNATIONE ECCLESIÆ per Jesum Christum.

ETsi Jesus Christus, postquam cœpit munere suo publico fungi, non prisitis politiam Ecclesiasticæ regiminis, in primis Judaico ritibus, sacrificiis, religione abrogavit; sed in quibus illa vitiosa erant, ea diximus eum & ipse notavit Ecclesiæ gubernationē mox inchoavit: non quidem illa forma, ut erat Mosaica, propagationi tamē Evangelii, coalescenti Ecclesiæ, saluti q; omnibus, idoneam & utilem. Quamvis autem plerique, in vitâ Christi, paulò post exponentur: tamen hic qualemcunque ejus formam proponere, & jucundum, & utile est.

DE PERSONIS.

Personæ in hoc regimine Ecclesiæ, hoc quidem tempore constituæ, sunt *Johannes*, Zachariæ filius; nullo alio gradu eminens, nisi quòd erat nuntius, & vox clamans de Messiâ præsenti. *Matth.* 3.[a]

Jesus; qui eum habet gradum, quòd erat Christus, seu Messias ipse. Vocatur autem Rabbi, ῥαββὶ, hoc est, magister, seu præceptor, aut dominus. *Joh.* 1.[b]

Duodecim discipuli: quorum unus fit apostata & proditor; nempe Judas Iscarioles. *Joh.* 6.[c]

Septuaginta alii discipuli. *Luc.* 10.[d] Et hi quidem publicum ministerium, eo tempore, quo omnium maximè Messias erat revelandus, gessere: sub Mosaico autem regimine, & Zacharias, Simeon, Pastores, Magi, Joseph, Maria, & alii, doctrinam de Christo tradiderunt: alii privatim; alii in publico ministerio, ut Zacharias.

De actionibus harum personarum.

Divinitùs Johannes in Prophetis prædictus, & nunc excitatus erat; ut, circiter semestre ante Christum, ordiretur ministerium Evangelii: quod quidem ità fecit. Etsi autem is ex sacerdotali familiâ esset natus: tamen prorsus à templo Hierosolymitano discessit; & incōsultis Pontificibus, aliisq; Judaicam religionem administrantibus, contra eorum jussu divino, incipit in regionibus circa Jordanem sita peregrinari, ac palàm docere; [e] *Regnum Dei jam appropinquasse*, Messiam esse exhibitum juxta prophetias. & quibus monstrat eum digito, dicens; [f] *Ecce hic est*: & cōmentitia ejus potentiam & beneficia omnibus. Orditur quoque novam ceremoniam, conferens Baptismum in Jordane, in remissionem peccatorum, propter Messiam. Taxat corruptelas doctrinæ cœlestis, & superstitiosos cultus. Pharisæis ac Sadducæis iram divinā, & pœnas secuturas, denuntiat: nec movetur iniquis, vel vulgi, vel etiam Pōtificum ac Sacerdotū, judiciis: non frangitur minis ac periculis. & omnino Johānes cūctis suis actionib. celebratur; tam Mosaicā politiā, in religionis statu, ad terminū suum præfinitum decurrisse.

Jesus verò, monenda rerum gerendarum sibi à Patre præscripta, accuratissimè observans; licèt interdum quasdam indicia rerum futurarum de se præberet: tamen publicam docendi provinciam priùs non suscepit, quàm trigesimum suæ ætatis annum attigisset. Hic primùm initiatus est à Patre in Jordane voce cœlitùs prolatā, & Spiritu sancto visibiliter eum ungente; ut erat prædictum. Deinde etiam à Johāne, veluti præcone prodromo aut tubicine, per Baptismum velut tribunal eum accipere: prorsus neglectis de his rebus Sacerdotibus, Hierosolymis dominantibus. Postea verò ipse summus sacerdos (ut erat *Psalm.* 110. prædictus, & ipse Messiam Judæis *Matth.* 22. 8 revocat) tam certus sui muneris voluit; ne tantum dignitatem & potestatem videretur sibi ipse declarare sed per suos, ad Pontificem pertinentes, Messiæ Mosaico stabilitos, ornatus, omnes exequitus.

Etenim enim, [illegible] doctrinam [illegible] sicut Scribæ & Pharisæi; sed per [illegible] omnes eos [illegible] tum: imò illustrius tam præsentia, quàm eliam futura orbi terrarum orbi fidem erat. Et verò Moses, Patriarchæ, & Prophetæ, docuerant à Deo [illegible] de Messiâ, ejusq; beneficiis, & veris Dei cultibus: sed umbris plerumque illius typis ac umbris, quasi nebulâ quadam, obscurata & involuta fuerant. At nunc Christus, unquam unigenitus Dei Filius, omnem caliginem penitus tollit & abolet. Clariùs docet, quàm unquam antea audirum erat: Deum esse unum, & tamen personis tribus distinctum; nempe Patrem, Filium, & Spiritum sanctum. Clariùs docet, quàm unquam factum fuerat: se esse Messiam prædictum; se passione suâ delaturum peccatum & mortem. Illustriùs, quàm antea, docet, de justitiâ coram Deo: nempe, quòd ipsemet jam Legem Dei, loco totius generis humani, velit implere; & quòd fides in ipsum justificet ad vitam æternam. Sic docet, preces in suo nomine faciendas: bona opera se auxiliante præstanda, & propter se placere: se resuscitaturum mortuos: ac eos, qui crediderint, recepturum in regnum Patris; alios verò in æternas pœnas dejecturum: Mosaicum statum, non enim docebat, in eâ horribili vastatione, destructum iri. Explicat prophetias de Messiâ, & doctrinam de Lege, & similibus rebus: non gignit novam doctrinam; sed veterem illustrat. Inter docendum, cùm de se tuisque operibus loquitur, phrasibus propheticis utitur: ut moneat, in se Prophetarum vaticinia impleri. Sic se-se appellat *Filium hominis*: ut exponat illud Esajæ; [h] *Filius datus est nobis*. & Danielis; [i] *Vidi filium hominis, venientem in nubibus*. & cùm de suâ passione loquitur, *Marci* 8. [k] dicit; *Filium hominis reprobatum & occisum iri, à Summis Sacerdotibus & Scribis; & tertio die resurrecturum*. & illud *Psalmi* 118. [l] *Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes, factum esse in caput anguli*: ad se accommodat: ut exponat, qui sint illi ædificantes, scilicet Ecclesiastici & Politici domini; & quomodo sint Messiam reprobaturi, nempe judicando eum blasphemum & seditiosum esse, & cruci affigendo. Utitur autem crebrò paraboli ac figuris: tum quia usitatissima erat ea ratio docendi in populo Dei; sicut & Prophetas fecisse legimus: tum ut ornatius & suaviùs suas conciones, imò etiam interdum vehementius & acriùs, proponeret; resque propositas veluti pingeret. id quod non tantùm ad memoriam rerum prodest, quæ faciliùs quasi pictæ percipiuntur: sed ut altiores quasi stimuli in cordibus hominum relinquerentur. Solet enim florida oratio, non tamen inanis, sed nervosa, plurimùm animos hominum afficere. Verùm ipsa doctrinæ capita, suprà fusiùs exposita sunt.

Docet autem Christus, non tantùm in uno loco; sed, tanquam Messias, ad omnes pertinet, per totam Judæam, usque ad fines Tyri & Sidonis iter facit, ubique fragrantiam suæ doctrinæ spargens. Sæpè docet Hierosolymis publicè in templo, auditorio frequenti: sæpè in Synagogis, ipsis diebus Sabbati, quando solebant sacri conventus, passim per Galilæam, & alias Palæstinæ regiones. Sæpè etiam in locis opportunis, in montibus, in littore, instruit turbas: quæ cupiditate audiendi, & videndi Christum, ad eum confluxerant. Nec tantùm interdiu, verùm etiam nocte, in hoc opus incumbit: sicut Nicodemus nocte venit ad Christum, salutarem ab eo doctrinam percipiens.

Cæterùm doctrinam suam insignibus miraculis, quæ erant à Prophetis prædicta, confirmat & ornat: seipsumque verum esse Messiam, ipsis factis declarat.

Administrat claves regni cœlorum. Palàm enim & apertè annunciat remissionem peccatorum: *Matt.* 9. [m] *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua*. Deinde & ligat Pharisæis, & cæteris obstinatis, peccata; quando inquit in suos: [n] *Qui non crediderit, condemnabitur*. & in specie, Scribas ac Pharisæos excommunicat; Væ in ipsos, quasi divinæ ex fulmen, conjicient: *Matth.* 23.[o]

Taxat severiùs corruptelas, & corruptores doctrinæ: nec parcit ipsorum timori, aut famæ aut sanctitati: neque moratur ipsorum [illegible] periculis.

Monet suos adversùs falsi doctrinam, & eversi jactum. *Matth.* 7. 15. & *Johannes*. [p]

Quæstiones perplexas & [illegible] non tantum Apostolis; sed & Adversariis [illegible] maximâ dexteritate solvit. *Matth.* 15. [q] &c.

De porrò, propter contemptum Messiæ, & ejus mi-

[a] *vers.* 4.
[b] *vers.* 38.
[c] *v.* 70. 71.
[d] *vers.* 1.
[e] *Matth.* 3. *v.* 2.
[f] *Joh.* 1 *v.* 29.
Matth. 3. *v.* 11.
Matth. 3. *v.* 7.
Luc. 3. *v.* 21. 22. 23.
[g] *v.* 41. 44.
Matth. 7 *v.* 29.
[h] *vers.* 9. c. 6. 27. *v.* 12.
[i] *vers.* 31
Matt. *vers.* 42
[k] *Matth.* 16. *v.* 21.
[l] *vers.* 22.
[m] *vers.* 2.
[n] *Marc.* 16. *v.* 16.
[o] *vers.* 13.
Luc. 11. *vers.* 44.
[p] *v.* *vers.* 15.
Luc. 21. *vers.* 8.
Matth. 24. *vers.* 4.
[q] *vers.* 1. *v.* 10. 12. 14. 15. *vers.* 1. *v.* 7. *vers.* 1. 2. *Luc.* 20. *vers.* 1. 2.

ministerium, venturis de excidio templi, ac vastatione populi Judaici, indubitanter prædicit. *Matth.24.*

Parvulos jubet ad se venire; eisque impositis manibus benedicit. *Matth.19.* *

Judicia civilia detrectat. Nam cuidam petenti, ut hortaretur fratrem suum de hæreditatis divisione; respondet: *Quis me constituit judicem inter vos?* Genus tamen tractat: nempe, non esse avaritiæ studendum. *Luc.12.* *

Alios quoq; ad juvandum ministerium docendi, è reliquo cœtu adscivit: nempe duodecim discipulos, & septuaginta; quos ante se binos ablegat. *Matth.10.* * *Luc.10.* *

Discipuli ac Septuaginta, jussu Christi, salutarem ac repurgatam Dei doctrinam tradebant; & miraculorum facultate à Christo acceptâ declarabant.

Prohibet autem ministris verbi, cauponationem doctrinæ: & constituit eis stipendium, dicens; *Dignus est operarius mercede suâ. Matth.10.* *

¶ *Secundò*, juxta Pontificis veri & unici officium, orat pro suis. *Johan.17.*

¶ *Tertiò*, sacrificium præstat pro peccatis generis humani: ità quidem, ut ipse sit victima, quæ mactetur, non in templo Hierosolymitano; sed in cruce, ut erat prædictum. Hunc ob causam Johannes dicit: * *Hic est agnus Dei, tollens peccata Mundi.* & ipse inquit: *Panis quem ego dabo, caro mea est; quam ego dabo pro Mundi vitâ Joh.6.* * Item: *Animam meam pono pro ovibus. Joh.10.* * Huc pertinet tota Passionis historia.

DE BONIS ECCLESIÆ.

CHristus nullos reditus, nullos fundos, nullos thesauros habuit, fungens suo ministerio: nihilominùs eleemosynis, quas ab aliis accipiebat, frugaliter utebatur. idq; ex historiâ constat, quòd Judæ asservatio & expositio earum demandata erat. *Johan.13.* * Narrat *Lucas*; * quòd Magdalena, & Johanna, uxor Chuzæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ, Christo ministraverint de facultatibus suis. Præcipit etiam Discipulis, ne se avaritiæ & congerendis opibus dedant: *Matt.10.* * Stipendiis tamen & mercede eos fovendos docet.

DE SCHOLIS.

NOn abrogavit Christus alias Scholas usitatas; in quibus juventus rudimenta artium didicisset: sed Theologicam scholam ipse tamen penes se habuit, distinctam ab auditoribus, quibus aliàs sinceram Dei doctrinam tradebat. Peculiariter enim vocabat duodecim; quos & *Apostolos* propter officium, quod gesturi erat, nominabat. *Luc.6.* * aliàs etiam *Discipuli* dicuntur. Eos verò non habebat uno in loco; sicut nec ipse in uno loco commorabatur, nam per totam Judæam innotescere debebat. Sed quocunque iter faciebat, secum ducebat: ità ut, neglectis suis vocationibus prioribus, tantùm Christo adhærere cogerentur. Erudit autem eos in doctrinâ cœlesti; & adhibet ad omnia facta, quæ edebat. Nonnihil imbutos & instructos doctrinâ, deinde mittit; ut in quibusdâ Judææ locis cõcionentur: & impertit eis miraculorum donum; quò plures ad amplectendum Christum, ejusque doctrinam moverentur. Verùm subindè ad Christũ reverti cogebantur; nec quóquam sinè ejus mandato excurrere licebat: donec, post resurrectionem, in scholâ Christi per dies quadraginta bene confirmati, ac deniq; Spiritûs sancti donis instructi, justu ejus, in universum terrarum orbem prodirent, pœnitentiam & remissionem peccatorum omni creaturæ annuntiantes.

Præter hosce duodecim, etiam septuaginta eligebat discipulos: qui in suâ scholâ enutriti, & donis miraculorum ornati & instructi, ablegabãtur; ut passim in Judææ Evangelium Christi prædicarent.

Habet Johannes quoq; scholam; in quâ præ aliis quosdam discipulos habuit, quos in verâ doctrinâ instruxit. Patet id ex *Joh.1.* * ubi duobus discipulis, (quorum unus erat Andreas, frater Simonis Petri) Johannes concionatur de Christo; *Ecce agnus Dei.* Idem testatur historia, quòd duo Johannis discipuli fuerint ad Christum missi, quæ forsan, an Jesus esset Messias? *Matth.11.* *

DE PRIMATU.

CHristus ipse docet; * [illegible] *Matth.* * [illegible]

A sicut nunc loquimur. neq; tamen ita, dum in terris versatus est, solus in Ecclesiæ regimine primatum jure habuit. sed etiam se eum deinceps recepturum testatur, inquiens; * *Ecce, ego sum vobiscum, usq; ad consummationem sæculi.* Apostoli autem vocantur & sunt tantùm ejus servi. Inter Apostolos porrò nullam prorsus majoritatem, (ut sic dicamus) nullum principatum, constituit. Omnes eodẽ modo vocari sunt: idem omnibus verbum traditum: omnes miraculorum donis ornati sunt: omnibus potestas data, ut ubique concionarentur. Imò principatum affectantes docet de calice & baptismate: docet, eam prærogativam & magnificentiam mundanis imperiis competere: docet, *Quicunq; voluerit inter vos major esse, sit vester minister; & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester servus.* *

Sed hæc omnia, quæ ad gubernationis formam, quã Christus usus est, pertinent, in ejus vitâ prolixiùs commemoranda erunt. Præterea, quibus in partibus Judaismo adhuc communicârit, suprà commonefecimus.

CAPUT VIII. ET IX.

DE SCHISMATIBUS, ET Concilijs.

SCHISMATA in populo Judaico, Sectæ sunt: de quibus in capite de Hæresibus dictum est. Fuerunt autem ii, qui sinceram Dei doctrinã professi sunt, in odio reliquorum, ac pro schismaticis judicati: ut Zacharias, Simeon, Christus, Apostoli, & reliqui. Cùm autem historia Christi uberiorem istarum rerum explicationem contineat: ideò non putavimus hic multa verba facienda esse. *Concilia* verò hic nulla sunt celebrata: nisi quis congressus piorum, statuentium de Messiâ exhibito, concilia velit appellare; quæ in vitâ Christi exponentur.

DE PERSONIS.

CAPUT X.

HISTORIA DE VITA ET GESTIS Jesu Christi.

OMNES credentes omnibus ætatibus scivisse certò, idq; ex divinis promissionibus, venturum esse aliquem Messiam; summisq; votis ac desideriis eum spectâsse; notius est, quam ut longâ explicatione ac demonstratione indigeat. Suprà autem, in capite de Doctrinâ, articulo de Christo, quædam huc pertinentia exposita sunt. Ut autem dulcior fiat narratio de Christo: quædam testimonia, partim immediatè ab ipso Deo prolata, partim verò per suos servos, ipsos nempe Prophetas de Messiâ tradita, in genere paucis perstringemus. Nam, quomodo actiones Christi ad prædictiones illas, quæ in Prophetarum monumentis de Christo continentur, congruant; in ipso rerum contextu vitium est interpergere.

Omnium autem prima & luculentissima prophecia, seu promissio de venturo Messiâ, in paradiso voce ipsius Dei manifestata est; statim, cùm per peccatum primi illi homines, & se, & totam suam posteritatem, in servile imperium demersissent. *Inimicitias*, inquit Deus, *ponam inter te, & mulierem; & semen tuum, & semen illius: ipsum conteret caput tuum; & tu insidiabere calcaneo ejus.* [a] *Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ.* [b] [c] [d] [e] [f] *Non auferetur sceptrum de Juda, &c. donec venerit Siloh: & ipse erit expectatio gentium.* [g] *Ecce, virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Immanuel:* Esaiæ 7. [h] *Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis:* Esaiæ 9. [i] *Egredietur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet:* Esaiæ 11. [k] Accipiamus totum 53. caput ejusdem Prophetæ. *Quæbis Dominus novum super terram: fœmina circumdabit virum.* Jerem. 31. [l] [m] *Iniquitates abhorrentes sunt sacerdotes populi tui, & sanctum sanctuarium: ne consumatur propter iniquitatem, & parce populo tuo propter peccatum, & delebuntur impietates & abominationes ejus de medio ejus, & implebuntur vias de populo tuo, & sanctificabit eum in excelsis abstinentiæ abstinentia ejus.*

[a] vers. 15. [b] vers. 3. [c] vers. 18. [d] vers. 18. [e] vers. 4. [f] vers. 10. [g] vers. 1. [h] vers. 14. [i] vers. 2. [k] vers. 1. [l] vers. 24. [m] vers. 24.

* Matth. 28. v. 20.

Matth. 10. & 20.

Matth. 20. v. 25. 26.

* Ibid. vers. 26. 27.

m v.24.25

n vers.2.
o vers 9.
p vers 12.13

† 9.1.2.3.

† vers.18.

† vers.5.

† vers.16

a Johan 10. v 30
b Johan 5. v 19
c Johan 10. v 30.

Luc.1.v 5 & segq.

ipsum ad Christum ducit, Mediatorem. Dion.3. m Illi A
sublimiora ipsius dicta & facta quotidie quærunt, qui se domus Israël in Israël: Matheus, n Zacharias tuus vaticinatus, ipsum & salvatorem Zachæus, o Sanctum Dei Petrus, p & alii: 1.Sam.7. P
Satis autem non quidem nostro instituto esse putamus, si hæc illorum promissionum capita veluti obiter attigisse: & præterea est cuilibet, è sacris libris ingentem talium testimoniorum acervum conscribere. Hæc autem locorum B
& historiæ quasi fundamenta sunt: ut pia pectora considerare subeat mirari, à Deo gestum esse, ac rem tam magnam omnibus piis, omnibus seculis notam fuisse.

DE ÆTERNA CHRISTI *filiatione.*

ANtequàm carnem humanam in matre Mariæ virginis assumeret; imò priusquàm creaturæ fierent, exstitit Christus: fuitque æterni Patris verus & æternus filius, coëssentialis, coæternus, coæqualis; persona verò distincta; sicut *Johan.1.* † exponitur. *In principio*, inquit, *erat Verbum:* (quo quidem vocabulo, persona, ipse nimirum Filius Dei, designatur) *& Verbum erat apud Deum;* C
& Deus erat Verbum: hoc erat initio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil, quod factum est. Cæterùm, quomodo ex solo Patre cœlesti, absque omni principio, ingeneratus hic Filius; omnem omnium Hominum & Angelorum captum exsuperat: ac fide solùm hæc sententiæ; quòd sit Filius generatus ex Patre, eiq; coæternus existat; apprehendendæ sunt. Cùm etiam tam sublimia non sint à Christo, Prophetis, aut Apostolis, perspicuè indicata & tradita: pietatis certè est, metas patefactionis nō transilire irreligiosius. Si qui autem comparationes à rebus creatis sumunt: modestiæ & timoris Dei ut vel in primis meminerint, necesse est.

Unigenitus vocatur *Filius* à Johanne, *qui sit in sinu patris.* Johan.1. † Profitetur etiam Christus; *se habuisse claritatem apud Patrem, antequam fundamenta Mundi jacerentur.* Johan.17. †

Quomodo autē Patriarchæ, Prophetæ, ac reliqui ante Christi exhibiti tempora, hunc Dei Filium cognorint; vel ex his Christi verbis manifestum est; quòd inquit, *Abraham diem suum vidisse, & lætatū esse.* Joh.8. † Offenduntur Judæi, E
amissâ jam luce de verâ Dei cognitione: sed subindè inculcat Christus, a *se & Patrem unum esse;* b *idem operari quod Pater;* c *seseq; esse filium Dei.* Excellētissima autem hoc loco persona describenda venit: cujus nullū initium juxta divinitatem dari potest; neque exstat in rebus creatis similis generatio. A solo enim Patre solus Filius, & quidem ab æterno, gignitur. Sed non persequemur ista prolixiùs: cùm suprà quædam eâ de re commemorata sint.

DE NATIVITATE CHRISTI *ex virgine Mariâ.*

INstante tempore, quod ipse Deus suo Filio præfinierat, ut Homo nasceretur; nō omnino clàm, aut sinè miraculis, res illa omnium maxima, & ad totū genus mortalium pertinens, suscipitur aut geritur. Sicut enim, mirando Dei cōsilio, non tantum populus erat electus, in quo Filius Dei carnem humanam assumturus esset; sed & templi locus destinatus erat, in quo sub ipsum tempus quoq; Messiæ exhibendi, posteaq; exhibiti, testimonia suspenda essent: ità jam omnium primò, per Angelum, prænuntiatur Messiæ, jussu Dei, exoriturus, non homini plebeio aut impio; G
sed sacerdoti Zachariæ, pietate, doctrinâ, cæterisque virtutibus clarissimo. Is enim, dum sacra in templo facit, suffitui conspicit Angelum adstare consistentem: qui tum [illegible] Messiæ instaurandæ, Zachariam, [illegible] accepturum) cum futuri præcursoris Messiæ [illegible] prophetias; tum temporis monstrationem [illegible] Angeli apparitionem, & [illegible] ac provectæ ætati conceptionem; [illegible] ab incunabulis sanctum, venerandus ille [illegible] H
[illegible] eo collige potuit quòd [illegible] impetrando discrepans [illegible] quo modo [illegible] Messiæ [illegible] Cæterùm fuerā sacerdos ignarus; utpote Sacerdos, [illegible] Filii

in legem primum nō, tamq; maximā attentionem [illegible] volvere & revolvere, edisserēque aliis tradere: sciens, enarrandam Dei pactionem, conjugi, cæteris quæ ad Messiam exspectandum, declaravit. sicut etiam postea, in circumcisione, pugillarem seu tabulam, ad assignandum nomen, quod Johanni erat dandum, poscit.

Exactis sex mensibus à conceptione Elisabethæ, quæ quidē mox prædictionem evangelii comitata est; sit major ipsius Messiæ cōceptio, miraculis Dei amplissimis omnino referta. Mittitur enim Angelus Gabriel à Deo, in civitatem Galilææ Nazareth, ad virginem Mariam: desponsatā quidē viro; sed non nuptam. Viro nomen erat Joseph; ex domo & familiâ David. Pater igitur, & Mariam ex eadem familiâ ortū habuisse. Erat aūt promissio hoc modo facta; quòd è domo David Messias venturus esset: *Sam.7.* † Cæterùm, quòd Nazarethæ habitaret; facilè potuit accidere, ut propter crebras vastationes, quæ circa Hierosolymam factæ sunt, in Galilææ oppidulum, tanquam loco tutiorē, se receperit ad cognatos suos. *Matthæus* † meminit; divinitùs hæc ità accidisse: quòd à Deo sit prædictū, Christum vocatum iri *Nazarenum.* Præterea, propemodū extincta erat familia David, & ad inopiā redacta: ut erat prædictum *Esaiæ 11.* † *Egredietur virga de radice Jesse; & flos de radice ejus ascendet. Nicephorus* † dicit; *Mariam ac Josephum & Nazarethæ, & Bethlehemi, interdum, pro commoditate rerum, habitasse: ac ejusmodi esse, quòd aliquos agros, aliosque reditus habuerint.* Verùm unde eā habeat opinionē certū non est: & pugnare videtur, quòd postea Bethlehem profecti indicto censu, nō inveniunt in diversorio locum. *Luc.2.* † Angelus, ingressus in domum, ubi Virgo vivebat, blandâ eam salutatione affatur: simul indicans, se non esse vilē nuncium. *Ave*, inquit, † *gratiâ plena; Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus.* Maria, cùm insolitâ visione ac salutatione obstupefacta; quid hoc rei sit, & quare tā magnificè, imò etiam mirificè, saluretur, secum perpēdit. Sed turbatam videns Angelus, pergit: *Ne timeas*, inquit, *Maria, invenisti gratiam apud Deum. Ecce, concipies in utero; & paries filium: & vocabis nomē ejus JESUM. Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur. & dabit illi Dominus Deus sedē Davidis patris sui: & regnabit in domo Jacob in æternum; & regni ejus nō erit finis.* hoc est: paries Messiam. Alludit aūt Angelus formâ orationis, ad promissionem luculentam, quæ *Esaiæ 7.* † exstat: *Ecce, virgo concipiet, &c.* Maria, ista audiens, & res tantas ratione suâ non capiens, statim objicit; † *Quomodo hoc fiet futurum, cùm virum nō cognoscam?* quasi diceret, neminem abhiq; viro unquam peperisse. Angelus igitur modum ei singulare patefacit: † *Spiritus*, inquit, *sanctus superveniet in te; & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; quod ex te nascetur sanctum, vocabitur filius Dei.* Mulcet maximè moneti his verbis cōplectitur Angelus: nēpe, Filium Dei ex Mariâ nasciturum: fore conceptionem in utero Mariæ, ex ipsius sanguine, abhiq; ullius carnalis viri cōmixtione, supervenitu Spiritūs sancti, & obumbratione Altissimi: fore sanctū, hoc est, non fœdatum labe peccati originalis: Deū ipsum obumbratione suâ protecturum, ne in tantâ majestatis divinæ propinquitate examinetur. Pulcrè aūt, juxta morem Dei, in Patrum historiis observatum, signum quoddā evidens & arduum adjicitur; ut verbis Dei major adhibeatur fides. *Et ecce*, inquit, † *Elisabetha cognata tua*, (unde patet, & ex tribu sacerdotali, aliquâ ex parte, esse Mariam: permixta enim erat sacerdotalis tribus & regia: sicut *Aaron* uxorem habuit de Judâ, Elisabeth, † sororem Naasson) *& ipsa concepit filium in senectute suâ; jamq; hic mensis sextus est ei.* Additque elegans epiphonema: † *Nam non erit impossibile apud Deum omne verbum.* Erat autem arcanas Dei operationes non perspicere poterat, ac nisi inesset, Maria: tamen videns, hanc esse divinam ac mirabilem Dei voluntatem; verbis hujus nuntii acquiescit; pulcerrimâ subjectione, reverentiâ & timore Dei, ac fiducia. † *Ecce ancilla Domini; fiat mihi secundùm verbum tuum.* Hæc ubi Angelus audivit, discessit. Ubi autē Maria, Angelo hanc vocem reddita Deo proferre, simul adest ista ejus conceptio & fides; an verò post digressum Angeli, nuncium illi inquirit: aliquod ex responsione Angeli, & posteriori Elisabethæ Mariæ, patuit:

Luc.1.v.26. 27.
† vers.28.
† Luc.1.v.30
† vers.35
† vers.36.
† Vocat.c. vers.37.
† vers.37.
† Luc.1.v.28. & segq
† vers.38.

post hoc colloquium, non longo intervallo interposito, factam esse. Est autem opinio vulgaris, octavo Calend. Aprilis, hoc est, 25. Martii, hâc conceptionem esse factam. *Protevangelium* ait; decimosexto ætatis anno Mariam concepisse. Ineptum est; (ut hoc obiter atteramus) quod *Augustinus* & alii hoc loco affirmant; Mariam castitatis voto obstrictam fuisse: atq; ideò dixisse, *Virum non cognosco*. Sed testatur *Lucas*, † *eam desponsatam fuisse viro*: quæ res nequaquam per jocum, aut simulatè, fieri potuit.

† cap. 1. v. 27

Luc. 1. v. 39 & seqq.

His ita gestis, Maria, ipsâ re Angeli nuntium experta, ac sentiens se Messiam concepisse, iter ad domum Zachariæ instituit; excita voce Angeli: quâ non obscurè justa fuerat; ut stupenda Dei facta, in effœtâ ac sterili anu, coràm inspiceret. Deinde nôrat, Messiam ad omnes homines pertinere: nôrat, Zachariæ familiam ingenti desiderio ejus adventûs teneri: ac naturales quoque σπργὰς urgent, ut quisq; res lætas suis amicis atque cognatis referre gestiat. Imò & in fide suâ cupiebat magis erudiri, & confirmari. Proinde *cum festinatione proficiscitur per montana* erat enim circa Hierosolymam valdè môtosa regio. Abit autem *ad quandam civitatem Judæ*. Quod verò ejus nomen fuerit, non legitur. *Comestor* ait; *quosdam dicere, Zachariam tum quarto militario Hierosolymâ habitâsse*. Solam autẽ virginem nubilem tam longinquo, & latronibus infesto, itineri se cõmisisse, non est verisimile: licèt non exprimantur comites, ac, vulgari orationis formâ, ex aliquo cœtu unus tantùm nominatur, præ cæteris celebrior, ac de quo præcipuè agitur.

Ubi autem Maria ad locum, quò tendebat, venisset; virúq; pedem in hospitium tulisset; suamq; cognatam more solito salutâsset: ecce, statim mirandæ revelationes, de jam cõcepto Messiâ, eduntur. Nam ad salutationẽ Mariæ, tuíque domini adventum ac præsentiam, arcanâ quâdam Spiritûs sancti operatione & instillatione, infantulus Johannes, nondum partui maturus, præ gaudio exsilit. Id quod Elisabetha statim patefacit: ac peculiariter à Spiritu sancto illustrata fide, in Mariâ perspicit; quod acie oculorũ penetrare non poterat. Nondum turgebat Mariæ uterus; ut quæ recèns conceperat: attamen luculenter & certò vidit Elisabeth, Mariam esse matrem Domini; Messiam in eâ conceptum, præsentemq; adesse. Gaudio igitur ardenti, exclamat altâ voce: † *Benedicta tu in mulieribus; & benedictus fructus ventris tui! Et unde mihi hoc, quòd mater Domini mei veniat ad me? Beata, quæ credidisti! perficientur enim in te omnia, quæ tibi à Domino dicta sunt.*

† verſ. 42. 43. 45.

Cognoverat fortè Elisabetha, ex suo marito muto, per quasdam scriptiones, aliasq; notas; Messiæ tempus jam adventâsse. Sed personam certè hactenus ignoraverat. Nunc verò, priusquàm hæc puella exponit, quid sibi acciderit; aut quale nuntium à Deo habuerit: Elisabetha subitò tantâ luce donatur; ut rem omnem nôrit, ac testetur, quòd Dominus sibi indicârit, hanc esse matrem Domini.

Hisce mirandis revelationibus & testimoniis, quæ statim in limine cognatæ audit, planè & egregiè cum suis rebus congruentia, tantâ etiam lætitiâ accenditur Maria; ut in ardẽtem confessionem ac celebrationem beneficiorum Dei erumpat, ac dicat: † *Ego quoq; totâ animâ ac spiritu lætor, ac gratias ago Deo*. Ratio *prima* est: Quòd tã humilem ac vilem puellã tantis donis jam Deus ornat; quę nihil talis erat promerita. *Secunda*: Hæc jam innotescent toti Mundo, quòd sim mater Domini; & hoc beneficium celebrabunt. *Tertia*: Multò maxima sunt, quæ jam in me Deus operari cœpit, secundùm omnipotẽtiam suam; quæ naturę alîs erant impossibilia: & sanctus sanctum fœtum in me creavit. *Quarta*: Nemo hoc meritus est; sed mera & ingenuabilis est misericordia Dei: quæ quidem communis est toti posteritati, usq; ad finem Mundi. *Quinta*: Præclara res efficiet per suum brachium; (ut *Esajas* † prædixit) ac potenter hostes omnes vincet: peccatum nempe, Diabolum, mortem, ac infernum. *Sexta*: Talis erit ratio ipsius doctrinæ, ac dispensationis suorum bonorum: *Humiles exaltabit; esurientes implebit bonis*: (hoc est, remissionem peccatorum, justitiam, & vitam æternam, quæ sunt omnium amplissima bona, gratis distribuet peccatoribus, egentibus nomẽ suum, ac fide hujus Dominium amplectentibus) *at superbos*, (mente cordis sui) *dispergit: deponit potentes de sede; divites dimittit inanes*. (hoc est, hypocritas, justiciarios, & tumidos Phariseos, persuasione propriæ justitiæ, quam operibus se consecutos esse autumant, turgentes, aversabitur ac puniet.) Simul autẽ prophetat Maria, de clade Judæorum, & receptione Gentium. *Septima*: Israël primùm suscipietur, idq; ex misericordiâ, juxta promissionem; non ex merito aliquo, aut sanguinis prærogativâ. *Octava*: Hæc omnia jam geruntur, & fient, juxta promissiones Abrahæ factas: ad cujus familiam omnium primò, promissio, de Semine benedicto, alligata erat. Tam luculento encomio, & tàm præstanti doctrinâ, Maria cognatæ ædes ingreditur. nec dubium est, postea Zachariæ, totiq; domui eadem sæpiùs ac prolixiùs exposita, & summâ cum gratulatione accepta & celebrata esse.

† cap. 53.

† verſ. 46 & ſeqq.

Mansit aút in hac piâ scholâ seu Ecclesiâ Dei, integrum anni quadrantem, Maria; menses nimirũ tres: ac spectavit partum anûs effœtæ; inspexit & audivit coràm miracula. Nam exactis novem mensibus, formationi hominis naturaliter à Deo destinatis, Johannes in lucem ab Elisabethâ editur; summa cum omnium vicinorum & cognatorum admiratione & congratulatione. Die octavâ, cùm circumcidẽdus esset puer juxta Legem Dei, eiq; nomen imponendũ; oritur de nomine disceptatio. Mater, vel ex scriptione mariti, vel peculiari instinctu Spiritûs sancti, vult puerulũ vocari Johannem. Mulieres, quæ aderant, contrà pugnant; dictitantes, neminem in ipsorum cognatione hoc nominis habere. Puerperâ in suâ sententiâ immobiliter persistente; res ad parentem defertur: nutuq; ac gestibus ei significatur, quomodo vellet filiolum nominari. At is, postulatâ tabulâ, admotâq; manu, simul scribit & loquitur; *Johannes est nomen ejus*. Omnes aút obstupescunt, tàm repentinâ linguæ solutione. Postea (quod nõ minus mirandum est, quàm ipsa sermonis restitutio) lætissimo pectore & ardẽti fide, gratiarum-actionem ad Deum, cunctis audientibus, instituens; non priori loco de suo filio dicit, licèt ardentissimis storgis filiolum complecteretur: sed summis encomiis velut præsentem Messiam celebrat; prophetãs ac docens, jam factam esse diu desideratam & exoptatam visitationem, & redemtionem Israëlitici populi: hoc est, præsentem esse Messiam. Indicat autem, quale regnum Messiæ jam sit auspicaturus: nempe salutis; & quidem in populo Judaico. Non temerè ista geri: sed per Prophetas singula esse prædicta. Opera Messiæ fore: eripere & vindicare homines ab hostibus immanissimis, quorum tyrannide oppressi eramus; à peccato, morte, diabolo, & inferno. Fieri aût ex misericordiâ, ut prędictiones omnes, Abrahæ datæ, jam implendæ sint. Fructum, quem ex operibus Messiæ finius accepturi, fore primùm, liberationem ex inimicis nostris; hoc est, imputationẽ gratuitam justitiæ, ac remissionem peccatorũ, gratis per Messiam fide acceptam: deinde, renovationem seu cultũ veri Dei. Ità primùm de Messiâ, ejusq; regno ac factis, præconem agit Zacharias. postea de filio prophetat: eum fore præcursorem Messiæ; doctorum de remissione peccatorum, ex misericordiâ, per Messiam accipiendâ. Maria, his peractis, Nazaretham revertitur.

Luc. 1. v. 56 & ſeqq.

Hæc omnia, cùm eò fine acciderint, ut miraculis & testimoniis tummorum hominum inclarescceret Messias, jam conceptus in utero Mariæ; rectè hoc loco commorari debuerunt.

Apparet autem, adhuc non multis civibus Nazarethæ notam fuisse Messiæ conceptionem: sed postquam Mariæ, tribus elapsis mensibus, uterus cœpit intumescere; res non potuit latère diutiùs sponsum Joseph. Ignarus aût rerum omnium, haud dubiè magno dolore initiò affectus est; tacitusq; versavit in animo cogitationes varias. Prohibebatur enim Lege, ne gravidam ex alio duceret in uxorem. Tradere autẽ ad publicam pœnam, ob crimium, quod videbatur erat, pietatem, abhorrebat: ut exstat apud Dorotheum. † Tandem statuit, occultè eam dimittere. Dum autem anxius animi fluctuat cogitationibus; ipse Deus remedium invenit. Nam in somnis Angelus Domini Josepho monstrat, dicens: *Joseph, fili David, noli timere; accipere Mariam, conjugem tuam. Quod enim in ea natum est, de Spiritu*

Matth. 1. v. 18. & ſeqq.

† ver. 23 & 24

Digitized by Google

Joseph non est mendax [illegible] Christum, [illegible] Mariam tantam [illegible] bonitatem: Josephum voluisse eam [illegible] † cum Maria est mater Domini, qui ex ipsius [illegible] habebatur. † Et habebat eum sortem ex Spiritu sancto, [illegible] & mirandâ operatione. Monet etiam *Matthæus*; † ista omnia facta esse juxta Domini prophetiam, *Isaiæ cap. 7.* † *Ecce virgo concipiet, & pariet filium: & vocabitur nomen ejus Emanuel; quod est interpretatum, Nobiscum Deus.* Et Evangelistæ jacebat latebat; *etsi Sacerdotes compererint Mariam esse gravidam: &, juxta Legem Numeri 5.* † [illegible], quibus Josepho, aquis redargutionis probandæ, [illegible], *verè virginem, vidisse mundum.* Verùm, cùm ista non-pauca videantur valde suspecta, & ab aliis Evangelistis aliena; non piacuimus hùc copiosiùs inferenda esse.

Nunc, ubi & quomodo Jesus Christus ex matre Maria natus sit, videndum est. Cuncta enim miraculis Dei omnium maximis ornantur; & accuratè narrantur: ut hoc arduum Dei opus, in gratiam totius humani generis factum, nempe quòd Filius Dei verè factus sit homo, magis illustretur. Novem mensibus jam ferè præteritis, ac tempore, quo maturus foetus parto edendus esset, valde propinquo; commodùm per totum orbem, gratâ pace fruentem, edicto Augusti, Imperatoris Romani, census agitur. Habet igitur & Cyrenius, Syriæ præses, in mandatis, ut per Palæstinam rem exequeretur. Notabantur autem & capita hominum, & facultates. Utque expeditiùs id fieret, ac meliori ordine quilibet jubebatur ad suam se civitatem conferre; quò videlicet cujusque familia pertineret. Erat autem illa descriptio prima, à Cyrenio facta: nam alterius infrà mentio incidet. Testatur autem & sacra historia, Romanis jam in Judæos imperium habentibus, sceptrum Juda corruisse. Hac igitur necessitate excitati, Joseph quoq; unà cùm desponsata sibi uxore Mariâ, proficiscuntur ex Nazarethâ in civitatem David, quæ vocatur Bethlehem: quæ quidem duæ civitates, circiter viginti milliaria Germanica, inter se distabant. Eò autem venientes, non habent in diversorio locum: quòd frequentes confluxerant homines; & commodas habitationes occuparant. Itaq; in stabulum pecorum, tanquam pauperculi ac viles homines, deducuntur. Dum autem ibi agunt; implentur dies parturitionis Mariæ, in stabulo, primogenitum. Infantulus recens natus, pannisq; involutus, in præsepe vicinum ponitur. Nec attendit quisquam, ibi Messiam & Salvatorem totius Mundi ex Virgine natum esse. O stupendam, & ô indignam rem! Mundi dominus & creator propter Mundum nascitur; & nemo curat. imò nec locum habet in domo mediocrem: in fœno quiescit; inter brута reponitur; tenuibus pannis implicatur. At Herodio aut [illegible] fœtus magnifice tractatus; teneriimè fovetur; pretiosis vestibus plures ad ministerium sunt parati. Sed humilitatis & obedientiæ oriebar in hunc Mundi ingredi; qui [illegible] Legis [illegible] subjecerat; omnijaq; implere constituerat. Sunt qui quòd in Bethlehem Christus nascitur, [illegible] divinâ [illegible]ione. Nam *Mich. 5.* † [illegible] civitati ejus prænuntiatur.

Cum hac Luca [illegible] convenit [illegible] Jacobi: quod referipsa [illegible] Nazareth [illegible] Bethlehem. *Mariam ad* [illegible] peperisse filium [illegible] adventante: & [illegible]

Notandum [illegible] † quod [illegible] secundò Augustum [illegible] & Annum & Cai[illegible] Augustus [illegible] compertum, [illegible] *veritatem, quæ Sanctis Scripturis [illegible] interpretibus, [illegible] Abraha nascitur, ann. 2. a Roma [illegible] Ægypto, cui [illegible] vocationis, [illegible] conditione, ann. Olympiadis 194. anno 3. Lectione; sic: Nascitur anno Mundi 3961. Herodis 37. Olymp. 194. anno 4.*

DE GENEALOGIA JESU Christi.

VOluit Deus, cùm Judæis, tum Gentibus, quam notissimum ac exploratissimum esse, Jesum, ex Mariâ natum, Davidi & Abrahæ filium esse: hoc est, eum, de quo facta erant magnifica promissiones, quique benedictionem toti humano generi, ablatâ maledictione divinâ, esset allaturus. Habebam enim alias progenitores duo viri: sed unicus tantum hujus amplissimi muneris destinatus erat. Jam, ut iste articulus in novo testamento asseratur; recitantur à *Matthæo* [a] & *Lucâ* [b] genealogiæ Jesu: quæ quidem ad eum ipsum scopum tantum modò tendunt, ad quod prorsus extra omnem est controversiam. Sed in eo jam nascuntur disceptationum semina: quòd neuter eorum, palàm quidè & manifestè, Mariæ genealogiam texat; sed Josephi potius, cùm quidem expressè affingatur, non ex Josepho; verùm ex solâ Mariâ, progenitum esse Jesum Christum: & Josephum patrem ejus dicendi patrio jure prohiberi. Est autem manifesta & comprobata sententia, eò Evangelistas Josephi genealogiam recensuisse; quòd non fuerit usitatum, mulierum familias enumerare, præsertim scriptis: deinde, quòd simul, & quidè omnium præcipuè, comprehendatur Mariæ; ac demonstretur, eam ex familiâ David natam. Nam, Lege Dei, extrà tribum cognatione [illegible] matrimonia: id quod Joseph, justitiâ & pietate clarus, cui Maria erat desponsata, vel præcipuè observavit. Ex hoc quidem ex Evangelistâ *Matthæo* patet elucet. proponit enim, priusquam recitet genealogiam, † *JESUM Christum esse filium David.* Deinde [illegible] his verbis: † *Josephum fuisse Mariæ [illegible] qui natus est Christus.* Quibus rebus Matthæus [illegible] nem: nempe, quòd hoc habeat propositi, ut ostendat, Mariam & filiū ejus ex familiâ David, ex quâ & sponsus erat, fuisse. Narrat etiam *Lucas*, † Angelum nuntiâsse Mariæ; *quòd ei Dominus Deus sedem David patris sui esset daturus.* Si igitur David est pater Jesu Christi: necesse est Mariam ex eâdem familiâ ortam esse. & eò Lucas procul dubio suam genealogiam direxit. Priùs aût genealogias utrasq; [illegible] Evangelistis exstât, verùm conjunctim, referentur [illegible] de rebus quibusdam huc pertinentibus, cōmodè [illegible]

Lucas certo consilio prolixior est Matthæo: & nōn ab Adam usq; genealogiam Christi repetit. Recenset igitur solas hasce personas: *Adam, Seth, Enos, Cainan, Maleleel, Jared, Henoch, Mathusala, Lamech, Noe, Sem, Arphaxad, Cainan, Sale, Heber, Phaleg, Ragau, Sarug, Nachor, Thare.* Quæ personæ *Matthæus & Lucas* simul exprimunt: *Abrahām, Isaac, Jacob, Judas, Phares, Efram, Aram, Aminadab, Naasson, Salmon, Booz, Obed, Jesse, David.* Hic jam [illegible] Evangelistæ variare: quare *Matthæus* [illegible]; *Lucas* verò Nathanis, persecit. Personæ [illegible] hæc sunt: *Salomon, Roboā, Abias, Asa, Josaphat, [illegible], Joram, Ozias, Joatham, Achaz, Ezechias, Manasses, Amon, [illegible]* hactenus [illegible] personas à David: [illegible], Natham, Mathat, Eliezer, Jose, Joseph, Juda [illegible], Levi, Melchi, Jannæ, Eliezer, Jose, Er, Elmodā, Cosam, Addi, Jechoniā, Mari, Lamechi, Mat-

[illegible] coëunt

Digitized by Google

[illegible] Abraham & Isaac [illegible] Abraham [illegible] Mariam [illegible] Iesus, [illegible] Christus.

Nunc de genealogiis proponendis agendum; [illegible] ordine [illegible] Primum quòd clarè proponi debeant personæ; [illegible] esse Abrahæ & Davidis filium. Abrahamum non egredimur, cùm propositum [illegible] Matthæi ad hæc duo tantùm erat alligare, ut certò constaret, unde expectandus esset Salvator; nec poterat hoc fieri sine fide. *Genes.* 12.[a] 18.[b] 21.[c] 22.[d] *Lucæ* 1.[e] 7.[f] *Psalm.* 131.[g] *Deinde*, ostendere debebat tres enumerari: primo, ad Patrum: secundo, Regum: tertio Ducum: non tantùm memoriæ ea in re serviens, quæ rectè & prudenter distributa, ac insignibus notis proposita, faciliùs amplectitur ac retinet; sed quia res maximè, in capitibus horum ordinum, acciderant. Hinc *Abrahæ* posteritas fuit à Deo (ut dictum) expressis notis definita, ex quâ certò Salvator Mundi esset exspectandus: & ad ejus rei cõfirmationem ornatur miraculis, seu divinis testimoniis multis. Nascitur ei ex sterili conjuge filius: datur ei circumcisionis sacramentum: accenduntur ei victimæ cœlitùs: fundit exiguâ manu hostes, ac liberat fratrem Lothi; deinde etiam è flammis Sodomiticis, precibus suis, eum eripit: defenditur contra gentes: locupletatur in agro Gerar. Hæc Moses copiosè exponit. *Davidi* quoque eadem curanda accidunt. Rursus enim ejus familia Messiæ [illegible] ac singulari consilio Dei à gregibus [illegible] constituitur: defenditur adversùs Saulem: [illegible] victoriis adversùs potentissimos hostes: [illegible] ejus regnum: plurima ei revelantur, quæ secundis omnibus debebant evenire. Vehementer quoq; fratus [illegible] Dei imminebant, *post transmigrationem Babylonicam*. Quia enim majestas regnata propemodum erat; exigua [illegible] regiæ umbra relicta. Necesse enim erat, paulatim inclinare regnum, [illegible] inquâte Siloh erat Jacob prædixerat.[f] Iam hoc breve [illegible] prudenter studens, quosdam penitùs [illegible] scienter amputavit: & de reliquo tempore majis differens, scivit, eam rem sibi crimini dare non posse. Hinc etiã est, quòd tres proximè Joram sequentes omiserit; ut Ochoziam, Joam, Amasiam: tum, quia propositæ distributioni servire voluit; ut dictum: tũ, quia (ut putant nonnulli) in Ochoziã stirps Salomonis defecit. *Quarto* ex eadem istiusmodi quarundam tantùm mulierum facit mentionem; ut Thamar, Rahab, Ruth, Bathsheba. quâ de re ita [illegible] *Hieronymus: Notandum*, (inquit) *in genealogiã Salvatoris, nullas sanctarum assumi mulierum fœtus, quæ ex adulterio [illegible] reprehendit: ut, qui propter peccatores venerat, de peccatricibus nasceretur, omnium peccata deleret.* Fuit autem Ruth [illegible] gentilis mulier, ex Moab: id quod monet, genealogiam Christi aliquâ ex parte ex gentibus trahi; qui & ipsi beneficia Christi pertineant.

Cæterùm, quòd Joas dicitur Ochoziæ filius; ideò fit, [illegible] Iudæ esset proximus, & jure censeretur regni hæres. Porrò, quòd in tertiâ Tesseradecade tantùm tredecim repe- [illegible] deinde est: quòd alter Jechonias, sive Joa- [illegible] Scripturarum est omissus. Duo enim fuêre, [illegible] alter filius exstitit. 4 *Reg.* 23. 24.[h] 1 *Par.* 3.[i] Exemplaria quidam, in vetustissimis quibus- [illegible] legit: *Josias genuit Joacim; Joacim au-* [illegible] Idem confirmat *Epiphanius*, † sic scri- [illegible] *altero Jechoniã reperiebãt, nu-* [illegible] *Non erat autem duplica-* [illegible] *enim patris filius nomine* [illegible] indè probat, Christum [illegible] non potuisse esse Rex sedis [illegible] Davidis [illegible] filius fuisse. dictum enim [illegible] Jechoniæ: [illegible] Josiæ: [illegible] *qui vir, qui fœtabit semen suum &c.*

[illegible] Matthæus [illegible] Lucas [illegible] Matthæus [illegible] Lucas [illegible] Matthæus [illegible] Lucas [

...nibus, aut persona attributis, narratur. & ostendit, 4 Reg. 23. & 24. Joachas esse Joachimi fratrem; addi verò esse patrem Melchi. Secundùm Lucam. Itèm: *si Simeon filius est Ochosiæ; quomodo est filius Judæ? Legalis esse non potest; cum non fuerint germani.*

Jam & hoc additur in hac parte: Lucam, Mariæ genealogiam texere; Matthæum Josephi. Ea verò res plurimas quæstiones videretur abrumpere. Occasionem ei rei præbuit: quòd *Lucas* † non ait, Josephum filium fuisse Heli; sed simpliciter, *Qui fuit Heli.* Verùm ista non satis liquent: ideò, quòd solenne fuit, virorum familias exponere. deinde, quòd verba sic habent: *JESUS putabatur filius Joseph, qui fuit Heli.* Promtissimum autem fuisset Lucæ, dicere; Qui fuit gener Heli: aut Mariam pro fundamento collocare; & indè per majores ascendere.

† cap. 3. v. 23.

Hinc natæ sunt de patre Josephi disputationes. Verùm nos *Africani, de Concordiâ genealogiæ*, fragmentum, quod *Eusebius* † refert, adscribemus; Lectori judiciũ relinquentes. *Nomina*, inquit, *generum in Israële, aut naturâ sunt, aut lege recensita. Natura, per successionem germani seminis: Lege, per vicem ejus, qui in defuncti sterilis fratris nomen prolem excitabat. Etenim, quia nondum data erat perspicua resurrectionis spes; futuram promissionem mortalis resurrectione imitabantur: nec defuncti nomen intercideret. Quamobrem igitur eorum, qui generationi isti inserti sunt, alii, tanquam germani filii, patribus suis successerunt; alii verò, per alios quidem generati, alius autem nuncupati sunt: facta est utrorumq; mentio, & eorum qui verè, & eorum qui nominetenus generati sunt. Et ad hunc modum, neutrum Evangeliorum falsum est: sive quod secundùm naturam, sive quod pro legis consuetudine numerat. Sunt enim genera hæc, cum Salomonis, tùm Nathanis, resuscitationibus eorum, qui sine liberis discesserũt, secundúmq; nuptias, & seminum excitatione, ita inter se connexa: ut meritò idem alius atq; alius, hic tanquam putativus, ipse tanquam verus patribus, sint deputati: atq; ità utraq; narrationes propriæ verè, in Josephum variè quidem; attamen exactè determinatæ sint. Ut autem perspicuum fit, quod dico: generum consequentiam exponam; facta generationum recensione, à Davide per Salomonem. Tertium à fine reperitur Matthan; qui genuit Jacobum, Josephi patrem. A Nathan verò filio Davidis, secũdum Lucam descendendo, tertium à fine est Melchi; cujus filius est Heli, Josephi pater. Joseph enim filius est Heli, filii Melchi. Josepho itaq; nobis scopi vice posito: ostendendum est, quomodo uterq; illinc Jacob, à Salomone; hinc Heli, a Nathan, generatione deductâ, pater ipsius fuisse scribatur: qui primùm, quomodo Jacob & Heli duo fratres fuerint: deinde, patres horum Matthan & Melchi, cùm diversis sint ortis generibus, avi Josephi fuisse probentur. Matthan itaque & Melchi, eâdem ductâ uxore, fratres genuerunt ex eâdem matre; Lege non prohibẽte, mulierem viduam, sive à marito dimissam, sive post obitum mariti, alteri conjungi marito. Primus igitur Matthan, ex Esthâ, (id enim nomini ei mulieri fuisse, traditum est) genere à Salomone ducto, Jacobum genuit: post obitum verò Matthan, Melchi, cujus genus à Nathan refertur, cùm ex eâdem quidẽ tribu, alio tamen genere (sicut prædiximus) esset, viduâ in uxorem ductâ, filium Heli genuit. Ad hunc modum reperiemus, Jacobum & Heli ex diverso genere, eâdem tamen matre, fuisse fratres: ex quibus Jacob, cùm Heli frater sine liberis decessisset, uxore illius acceptâ, tertium ex eâ Josephum genuit: secundùm naturam quidem, & generationis narrationem, sibiipsi; (unde & scriptum est; Jacob verò genuit Joseph) secundùm legem verò, Heli, fratri defuncto, cujus filius fuit Joseph. Illi siquidem Jacob, cum frater esset, semen suscitavit. Quapropter neque ea generatio, quæ ipsum concernit, abrogabitur: quam Matthæus evangelista recensens, Jacob autem, inquit, genuit Joseph. Lucas verò, Qui erat filius, inquit, ficuti putabatur (nam ex hoc addit) Josephi, qui fuit Heli, qui fuit Melchi. Generationem enim, quæ secundùm legem erat, non licebat significantiùs exprimere. Et generandi verbum, in hujusmodi susceptione liberorum, ad finem usque silentio præsit, relatione ad Adamum usque, qui Dei fuit, retexendo facta.* Eadem succinctiùs, in fine quidem epistolæ, exprimuntur. *Matthan*, inquit, *qui à Salomone descendit, genuit Jacob. Mortuo Matthan, Melchi, qui a Nathan originem ducit, ex eâdem muliere genuit Heli. Fuerunt igitur, ex eâdem matre, fratres, Heli & Jacob. Heli sine liberis mortuo, Jacobus semen excitavit, nato Josepho: ipse quidem secundùm naturam, secundùm legem verò Heli. Hoc pacto tertius, filius erat Joseph.* Hæc Africanus.

† Eus. l. 1. c. 7.

Lucidus, de Emendationibus temporum, ait: *Lucæ generationes prosequi juxta naturam procedentes, directè secundùm lineam Nathan: & cœpisse à patre Mariæ, qui dictus est Heli seu Joachim. idq; ex traditionibus Judæorum asserit, qui dixerunt, patrem Messiæ oportere esse hominem; nempe Heli & Joachim.* Itèm, *Josephum* ait *fuisse ejusdem Joachim generis; & ob eam causam filium legalem, ex affinitate.*

Sed difficile admodum est, nimis scrupulosè genealogiam rimari & exercere; posteaquam jam genealogiæ interierunt: & non omninò exploratum est nobis, qualis earum tùm fuerit ratio. Nec ignotum est, quòd Paulus modestiæ nos omnes in hoc negotio commonefaciat. † Non tamen dubitandum est; Apostolos, suo tempore exploratissima, & certissima, literis mandâsse. ac contenti fimus principali istarum genealogiarum intentione, quæ manifesta & indubitata est; licèt in aliquibus partibus, quæ parvi sunt momenti, aliqui adhærescant & maneant scrupulosis scrupuli: nempe, quòd liquidò demõstretur, tum in hac personarum serie, tũ extra eam in aliis concionibus Evangelicis, Angelorum, Christi, Apostolorum, & aliorũ credentium; Christum, ex Mariâ natum, esse filium Davidis: idq; fuerit adeò notum eâ ætate omnibus; ut neq; Christi neq; Apostolorum tempore, quisquam in dubium vocare ausus sit. Quòd autem posterioribus tẽporibus Hæretici, in scirpo (quod dici solet) nodũ quæsierint, & in genealogiis hisce quædã in ignominiam Christi carpierint: id diabolico furori potiùs, quàm veræ sententiæ, imputandũ est.

† Tit. 3. v. 9.

Nato jã Christo, patefactiones passim eximiæ incipiunt fieri. Debebat enim beneficium Dei inclarescere. Sterrentibus igitur Pontificibus, totoq; ordine Sacerdotali, Levitis, Scribis, Legis doctoribus, Archisynagogis, imò universo Populo Israëlitico; Deus nihilominùs rem tãtam testimoniis mirandis ornat. Nam illâ ipsâ nocte, quâ natus est Christus, admiranda res accidit. Erant in eâ regione, haud procul à Bethlehem, pastores, noctu vigilantes; & custodientes suũ, quem habebant, gregem. Apparet autem, fuisse homines pietati deditos; nec levitatibus, sceleribus, convitiis, aut blasphemiis, cùm tempus suum trivisse: sed fortè de Messiâ sermones pios contulisse; expendisse prophetias; miscuisse & vota; considerâsse miserabilem jam & calamitosum in religione statum: quòd caligo tristis, securitas, superstitio, & epicureismus, jam horribiliter regnarent; & sceptrum quoque corruisset; & omnia ab Herode, crudeli & impio, pro libidine fierent; passimq; sæviretur contra bonos & pios viros. Ecce, ibi ex improviso Angelus Domini penes eos constitit; & claritas Domini circumfulget ipsos. Hisce rebus visis, magno timore corripiuntur. Sed Angelus mox amanter eos affatur: *Nolite*, inquit, *timere. Ecce enim, evangelizo vobis gaudium magnum, quod futurum est toti populo; quia natus est vobis hodie salvator, qui est Christus Dominus, in civitate David. Et hoc vobis signum: invenietis infantem fascijs involutum, positum in præsepi. Et subitò facta est cum Angelo multitudo militiæ cœlestis, laudantium Deum, & dicentium: Gloria in excelsis Deo; ac in terrâ pax; Hominibus bona voluntas. Et factum est, ut discesserunt ab eis Angeli in cœlum; & homines pastores loquebantur inter sese: Transeamus in Bethlehem usque; & videamus hoc, quod audivimus accidisse; quod Dominus aperuit nobis. Et venerunt festinantes, & invenerunt Mariam & Joseph, & infantem positum in præsepi. Cum vidissent autem, divulgaverunt de verbo, quod dictum erat ipsis de puero hoc. Et omnes, qui audierunt, mirati sunt de his, quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos.*

Luc. 2. v. 8. & seq.

Mox autem iste rumor, sparsus in Bethlehem, rursus conticuit. Regnabant enim passim densissimæ tenebræ: tamque vilis nativitas, & infimorum hominum concio, pro logis & fabulis (quod dicitur) habebantur; præsertim cùm ex collegio Sacerdotum Hierosolymitanorum nihil tale audiretur.

Elapsis octo diebus; infantulus, more Israëlitici populi, cir-

Luc. 2. v. 21.

li, circumciditur, ac Ecclesiæ isti inseritur. Appellatur autem JESUS sicuti Angelus, ex mandato Dei, priùs jusserat. Debebat enim fatidicum, quod vocant, nomen esse; ac monere de hujus infantis officio omnium maximo: nempe, quod Salvator Mundi esset futurus. Non indigebat autem pro se circumcisione JESUS: erat enim præter communem naturæ legem conceptus; carebat omni labe originis. sed Legem nolebat detrectare, qui ad eam subeundam venerat. Deinde, innocenti profusione sanguinis, volebat modum, quo redemturus erat genus humanum, ostendere: nempe, quòd patiendo cuncta esset præstiturus. Præterea, cupiebat novam istam publicam recipere; quòd verè esset filius Abraham. Hæc omnia procul dubio diligenter perpendit Maria; cumque suo marito contulit.

Luc. 2. v. 22 Observat & Maria communes populi Israëlitici leges: idq; propter filiolum. Etsi enim non genuerat ex naturali viro; neq; immundum ediderat fœtum, sicuti reliqui homines nascuntur: tamen non recusat, constitutum purgationis tempus, ut reliquæ puerperæ, domi se continere. † Lev. 12. † Tandem, exactis diebus purgationis, primogenitum defert Hierosolymam in templum, eumq; sistit Domino: offerens simul hostias, ut erat à Domino præceptũ. Lev. 12. † Causæ erant: quòd Christus Legi se deberet subjicere: quòd esset futurus Deo consecratus, ac verus Sacerdos in æternum. Ac videtur tota lex, de oblatione primogenitorũ, tantùm propter hunc JESUM lata esse. Debebat enim in hoc tẽplo Messias concionari, seseq; exhibere.

† vers. 2. & seqq.

† vers. 6. & seqq.

Accidunt autem ibi rursus, divinâ gubernatione, illustres quædam patefactiones: ne tam excellẽs munus, nempe Messiæ exhibitio, tãquam in obscuro latèret. nec offenditur Deus: licèt surdi ac ingrati maneant Pontifices, Sacerdotes, & rẽliquum vulgus. Nam, dum ritus purgationis, ac oblationis primogeniti, in publico isto loco, peragitur: Simeon, vir justus, summo desiderio Messiam exspectans, sicut antea promissionem a Deo acceperat; eum non moriturum, priusquàm Christum Dominũ conspexisset: ità nunc, peculiari instinctu Spiritûs sancti, venit in tẽplum; ejusq; luce accensus, mox filiolo Mariæ conspecto, non sat habet, oculis sese recreare; sed protinus accipit infantulum in suas ulnas, ac cygneam planè cantionem sonat, plenam præclarâ luce & fide in hunc Messiam. Non reformidat alios aliter judicantes: non rejicit cognitionem rei ad Pontifices & Sacerdotes; sed latâ voce determinat, hũc infantem esse Christum. *Nunc*, inquit, *dimittis servum tuum, Domine, secundùm verbum tuum, in pace. Nam viderũt oculi mei salutare tuum; quod parasti ante faciem omnium populorum: Lumen ad revelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israël.* Isto tam præclaro testimonio, tantoperè afficiuntur parentes JESU: ut tanquam attoniti assisterent. Dum autem ità hærent, pergit bonus Simeon, benedicens, ac bene eis precans. ac conversus ad Mariam, tãquam veram veri Messiæ genitricem, prophetat ei de rebus futuris: ne sit ignara, qualis hic sit Messias; quomodo salvaturus sit omnes gentes, nempe passione: ac monet, ut ipsa sese ad mœrores, firmis consolationibus sustinendos, paret. *Ecce*, inquit, *hic positus est in ruinam, & resurrectionem multorum in Israël; & in signum, cui contradicetur. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius: ut revelentur ex multis cordibus cogitationes.*

Luc. 2. v. 36. & seqq. Interest etiã Hanna prophetissa, ardenter Christum exspectans, intervenit: quæ quidem citra ullam tergiversationem, & ipsa istum infantulum pronũtiat esse Messiam; ac egregias ibi confessiones ad alios facit. ut non injurià, hunc in templo Dei congressum, pro concilio publico, & maximè authentico, habeas. Sunt enim hic: Spiritus sanctus; Christus Deus & Homo; Maria & Joseph, qui fortè è suis cognatis aliquos secum adduxerant; Simeon; Hanna; & aliquot alii, recte de Messiâ sentientes, & à Pharisaico fermento abhorrentes. Decidit autem hæc controversiæ nemo unquam; sed Spiritus sancto dictatore & magistro: ac ejus ipsius postea testatus, non fuisse vana, quæcunq; ibi prodita sunt. His ita gestis, *Lucas* † inquit, parentes cum filio † vers. 39. reversos esse in Galilæam, in civitatem suam Nazareth.

Postea & alia patefactio, sanè mirãda & præclara, accidit. nam in Oriente, nova & mirabilis stella exorta fuerat: quã, haud dubiè singulari revelatione divinitùs accepta, Magis quibusdã innotuerat, natũ esse Regem Judæorum; eosq; jam evocari, ut scirent, quantis possent itineribus, ad eum contendant, & reverenter eum excipiant. Dicti autem sunt *Magi*; Persis & Chaldæis, philosophi seu doctores; qui simul de temporibus anni homines commonefecerunt: quam ob causam astrorum notitiam eos necesse fuit habere. Unde etiam ex Persiâ eos fuisse, cõsentaneum est. neq; inepta est conjectatio, eos fuisse reliquias scholæ Danielis: qui inter captivos in ea loca abductus, & ad maximos honores & dignitates evectus, doctrinã de Messiâ, summâ fide & dexteritate tradidit; additis etiam quibusdam præsagiis, quo tempore exspectandus esset Messias. Solet citari ex prophetiâ Bileam, *Numer. 24.* † *Orietur stella ex Jacob.* Sed, ut-ut se-se ea res habeat; palàm est, hosce viros Deo in-primis charos, & singulari luce præditos fuisse. Non igitur moras nectunt; stellâ, cujus voluntatem certò perspexerant, exortâ: sed dedunt se itineri. ac, cùm non ignorarent, Hierosolymis religionem Dei vel in-primis vigere; atq; ibi Messiam se-se patefacturum, sicut Prophetarum oracula docebant: ideò ad eum locum primùm deflectunt. Ingressi urbem, præcones Messiæ agunt, & gratam de eo famam spargunt; quærentes, ubi nam sit Rex Judæorum jam natus? Se enim jam longum iter emensos esse; ut eum adorarent: nec temerè advenisse; sed in Oriente ejus stellam conspexisse; & divinitùs jussos, ut Messiam exciperent. Procul dubio autem, nõ tantùm imperitum vulgus; sed etiam ipsos Sacerdotes adierunt, serio investigantes Messiam. Tetra autem & alta nox hoc tempore Hierosolymis regnabat: ac metus tyrannidis Herodis omnes pervaserat. Apparet igitur, Sacerdotes Magorum inquisitionem nihil juvisse; fortè etiam, tanquam ægrorum somnia, aut fanaticorum deliria, irrisisse. Sed quia de Rege novo rumor divulgabatur; res ad Herodis aulam defertur: & vehementer, tam Herodes, suo regno ægrè timẽs, non ignarus prophetiarum in populo Judaico vulgatissimarum; quàm cives Hierosolymitani, novos motus formidantes, turbantur. Nihilominùs Herodes, non prorsùs famam sibi contemnendam esse ratus, cõvocat Sacerdotum & Scribarum concilium; propositâ in medium quæstione: Ubi Christus nasciturus esset? At ipsi, ex Micheâ Prophetâ † † cap 5. v. 2. indicant; in Bethlehem Judææ. Sic enim scriptum est: *Et tu Bethlehem terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda. Ex te enim exibit mihi dux, qui reget populũ meum Israël.* Hoc accepto responso; Herodes, clam ad se vocatis Magis, diligẽter scitatur, quo tempore ipsis stella illuxisset? Quo indagato; religionem & clementiam simulans, ablegat eos in Bethlehem: mandans, ut fideliter de puero quærant; & eo invento, revertantur, sibiq; rem omnem referant: ut & ipse eum adoraret.

Commonstrato autem sibi loco, Magi, licèt crassissimâ caligine, quæ tum regnabat Hierosolymis, non parùm moverentur; iter instituunt: freti divinâ revelatione, quam in Oriente acceperant. Egressis autem portâ, ecce ea ipsa stella, quam in Oriente viderant, rursus sclarâ luce conspiciendam præbet; ac recto itinere, Bethlehem usq;, eos comitatur. Eo cum veniunt, supra domum, in qua erat puer, fixa manet stella, seu flammula in aëre fulgens: radiisq; suis ita luculenter eum locum commonstrat; ut Magi ingressi gaudio & fiduciâ ingrediantur. moxq; inveniunt puerum, cum Mariâ, ejus matre: nec absterriti tam cõtemtâ specie, statim procidentes, Christum adorant supplices. Postea apertis thesauris, quos è suis terris attulerant, offerunt aurum, thus, & myrrham. In eâ verò Academiâ sacrâ finè dubio aliquandiu substiterunt Magi; ac studiosè didicerunt, quæ ante conceptionem, quæ in partu acciderant: conferunt itèm sententias de prophetiis. Satis deniq; rebus necessariis imbuti, cogitant redire domum, Evangelium de Messiâ suis auditoribus allaturi; priùs tamen, ut convenerat, Herodem adituri. Sed in somnis Deus eis præcipit, ne ad Herodem revertantur: quâ de causâ, per aliam viam, in regionem suam proficiscuntur.

Jam, qualis res ea stella fuerit, & quando Magi ad Christum venerint; præcipuæ ambiebat. Fabulosas & frivolas

[a] Libro ad-versus Judæos.

[b] Calleg. cum Typhone Judæo. [b] in Eleg. cap. 19.

inceptus, in tenebris regni & meretricii cunas, nullâ coronatione putamus indigere. Quòd fuerint Reges, & quidem numero tres; & nominati, Balthasar, Caspar, Melchior: (quamvis *Tertullianus* [a] dicat; *Magos Reges sæpè habuisse Orientem*) quòd diversis temporibus venerint; & antè portam Hierosolymitanam eam coincidérint. Carent enim omni testimonio, in sacrisanctis profanis literis; & omni solido argumento. Fuilius verò est; quòd fuerint professione incantatores: quos Deum fuisse operè execrari, eôsdem. Licèt *Justinus* [b] scribat: *Magi, quos illorum sibi vindicârat ad omnia maleficia, postquam venerunt ut adorarent Christum, videntes eò se defecisse; redacto in hujus potestatem. & Hieronymus* [c] eòdem alludat. Neq; ea opinio fusiùs confutanda est; quòd quidam dicunt, Magos ignorâsse doctrinam de Messiâ penitùs, antequàm eam lucem ad cunas Christi, & in schola Mariæ, hauirent: ac tantùm quasi ad civilem ac mundanum Regem advenisse; ut, ejus favorem maturè captarent, pacem cum eo colerent. Sed nimis gentiles ac profanæ sunt istæ cogitationes. Nam, si ità tè res habuisset: cur non potiùs exspectassent, donec adolevisset, & regni gubernationem accepisset: præsertim cùm scire potuerint, Herodem ejus terræ regnum possidere? Sed, quòd stellâ excitati, norunt, Judæorum Regem non vulgarem natum, sed Messiam; sicut etiam Sacerdotes de eo locum Michææ citant: nec absterriti tènebris ejus populi, aut metu Herodis, desistunt ab inquisitione; & alacri pectori Bethlehem proficiscuntur: ea certè omnia satis illustria testimonia præbent, eos excellenti luce ac notitiâ Messiæ præditos fuisse; ac firmiter stantisse, eum Messiam sibi quoq; contra Serpentis imperium opem laturum esse.

Qualis autem res fuerit hæc stella; in dubio est. Non enim fuit una ex iis, quæ in firmamento fixæ sunt; aut aliàs suas, in superiori Mundi parte, certas periodos habent. Oportuisset enim antea quoq; eâ conspici, tot seculis jam à Mundi initio elapsis. Deinde, differt proprietatibus ab aliis stellis: nimirum loco *primum*. nam in aëre, & quidem regione ejus inferiori seu propinquâ, apparet homini. Cognoscunt enim Magi, sibi etiam iter ab hac stellâ demonstrari: & testatur textus, quod supra eam domum constiterit, ac indicii certissimi vice fuerit, ubi Jesus tùm egit. Aliæ stellæ naturales, propter ingentem à terris distantiam, non possunt aliquam domum ità exactè ostendere. *Deinde* motu. Nam errantes stellæ suum habent motum; à quo non aberrant. Cometæ quoque sequuntur illud fidus, à quò maximè excitari & accensi sunt; & plerunque tandem ad Septentrionem feruntur. Sed hæc stella accommodat sè Magis iter facientibus: non celeriùs properat; non tardiùs subsequitur: non declinat à certâ viâ; sed, quasi fax quædam ratione prædita, Magis præluceat, ac deducit ad eum ipsum locum, quò tendunt: monstrat eum, quem toto pectore videre optant. *Tertiò*: reliquæ stellæ noctu fulgent; interdiu radiis Solis oppressæ latitant, lumine cassæ. At hæc stella, Magorum comes, nihil obfuscatur Solis radiis; sed interdiu lucem clarissimam fundit. *Quartò*: significatione. Nam nulla alia stella, præter hanc, significavit unquam, Messiam promissum esse natum.

Eædem causæ planum faciunt; nõ fuisse quoddam meteoron, in aëre temere generatum. Nam ea citò dilabuntur; aut alios habent motus ac significationes. Non temerè [d] fingitur à *Chrysostomo* [d] affirmatur; *consentaneum esse, quandam invisibilem virtutem, in specie sideris figuratam, seu* (ut paulò pòst planiùs loquitur) *virtutem quandam plenam ratione esse*. Talia enim sunt hujus flammulæ opera: ut non sine causa, exsistimare; Angelum, stellæ specie, jussu divino Magos præluisse. Testantur enim historiæ sacræ, aliàs quoq; Angelos, flammarum specie, cõspectos fuisse. Non tamen fuit impossibile omnipotenti Deo, & authoritatis machinæ Mundi, in hominem Jesu Christi novam stellam condere; eiq; peculiare hoc officium demandare, ut tali ratione Magos ad Messiam deducat: eosq; perducto, tum postea rursùs subvehere: quum prius facta prædictio probabiliter videtur.

Dein[illegible], quando primùm hæc stella sit exorta, & Magi Bethlehem advenerint; variè sunt opiniones: nec sanè multum refert, ignorare: cùm Evangelistæ, ut rem parvi momenti, adsignandam non putarint. Locus quidem clarè exprimitur: nam in Bethlehem infantem Jesum inveniunt, & adorant. An tempore puerperii, vel quoto tempore pòst, advenerint; dubium est. Item, an, transactâ purificatione Hierosolymis, Maria cum infante redierit Bethlehem; incertum est. Sicut neq; hoc expressum clarè est; ubi postea Joseph mandatum, de fugâ in Ægyptum faciendâ, acceperit.

Usitata opinio est; decimo-tertio die, post nativitatem Christi, Magos adfuisse. *Epiphanium* [e] asserit; secundo nativitatis anno, Magos Christum visitâsse: idq; ex Herodis facto, qui bimulos interfecit. Verùm ea res in medio, absq; fidei jacturâ, relinqui potest. Haud dubiè autem, hoc insigni & memorabili facto, Deus evidèter ostendere voluit; etiam Gentes ad societatem Messiæ pertinere.

[e] hæs. 1. c. 20. & lib 2. cap. 51.

Dona attulerunt Magi talia; qualia Oriens produxit. & usitatissima erat apud omnes Gentes; Regibus novis, honoris & reverentiæ ergò, offerre munera. In primis verò huic Regi regum, aliquid exhibendum pro facultatibus suis, putaverunt: præsertim, cum in eâ schola te nõ mediocriter profecturos crederent; ideò & *δίδαγμα* pendere voluerunt. Allegoriæ donorum, etsi fundamento carent; tamen piæ sunt: nempe, quòd aurum, tanquam Regi; thus, tanquam Sacerdoti; myrrham, tanquam passuro mortem, sed non corrumpendo in eâ, attulerunt. Et eleganter versit complexus est allegoriam non-inèptam *Juvencus*:

Thus aurum, myrrham; Regi, Hominiq;, Deoq;.

Alii aurum, pro doctrinæ sinceritate; thus, pro verâ invocatione; myrrham, pro cruce Ecclesiæ Christi, interpretati sunt. Fortè Deus voluit exsilio Jesu consulere his donariis: ut haberent pauperes Parentes, unde te & hunc Infantem inter peregrinos alerent.

DE PRIMA EXTERNA PERSECUTIONE Jesu Christi.

PRædictum erat in primâ promissione de Messiâ, [f] inimicitias fore inter serpentem, & semen mulieris. Id verò etsi ad omnes ætates referri debeat: tamen præcipuè de eo tempore, quo in terras veniebat, intelligendum est. Statim itaque nato Christo, Serpens, per sua organa, odium & rabiem suam contra ipsum exseruit. Nam Herodes, ab eo tempore, quo famam à Magis acceperat, natum esse Judæorum Regem, semper occultè de eo necando cogitationes in animo suo agitabat; & in occasiones intentus erat. Verùm insignis virulentæ & cruenti animi in ipso trepidatio cõspicitur: quòd neminem adjunxit Magis, qui una proficisceretur; quiq; rem probè exploratam ei referret, nec vel clàm explicatorem, & observatorem rerum omnium, substituit: cum tamen aliàs, ad proditores sub ordinandos, in suâ domo, totoq; regno, versutissimus esset. Non igitur dubitandum est, divinitùs ejus rationes fuisse perturbatas; ne quid tam subitò contra recèns-editum infantulum, & puerperam, auderet: ut eâ ratione, quasi halcyonia quædam, matri cũ filio concederentur. Elapso aliquo tempore, animadvertes, Magos nõ ad se reverti; & ex communi rumore alia quædam de eo Rege percipiens, (ut de pastorũ concionibus, de testimonio Simeonis, Hannæ, & aliorum) prorsùs animum, ad sæviendum contra innocentem Christum, adjicit. Sed, priusquã stringeret gladios; Deus, arcanorum cognitor, & modum ac terminum certum tyrannis grassandi statuens, rem Josepho patefacit: misso cœlitùs Angelo, qui in somnis Josephum doceret, Herodem machinari exitiũ infantulo Jesu; & moneret, ut cum matre & filio fugam in Ægyptum quamprimùm capesseret: se postea rursùs indicaturũ, quando tempus opportunum sit revertendi. Quã quidem re Deus clarè ostendit; se hujus Infantis, ac Parentum curam esse acturum. Joseph, accepto nuntio, illicò Dei voluntati paret; ac, nocte etiam fugam arripiẽs, in Ægyptum proficiscitur. Accommodat sibi *Matthæus* [g] dictum prophetæ: *Ex Ægypto vocavi filium meum*. Est autem hæc [illegible] quædam Scripturæ, per similitudinem aut comparationem intelligẽda. nam Prophera de Israëlitarum [illegible] ex Ægypto

[f] Genesis. v. 15.

Matth. 2. v. 18.

Ibid. ver. 13

ver. 14.

[g] ver. 15. ex Osee cap. 11. v. 1.

differit. Est autem ea historia, typus historiæ Christi. Sicut igitur tum Filius Dei, hoc est, ut ælíticus populus, à Deo adoptatus, ingenti Dei miseric ordiâ, ex Ægypto, domo servitutis, & tyrannorum captivitate liberabatur: ita nunc quoque Filius Dei, homo factus, exilium suum in Ægypto habens, quasi denuò indè rursus extrahitur, & in Judæam reducitur.

Jesu jam in tutum locum recepto, cùm quidem Herodes nihil tale opinaretur; infandum facinus audet. Conductis enim lictoribus, haud dubiè magnâ pecuniâ, & paratis ad quævis facinora, in gratiâ cruentissimi Regis, perpetranda, dat in mandatis: ut omnes infantulos Bethlehemiticos, & in vicino agro, bimulos, & intra eam ætatem, ab uberibus & complexu Parentum abreptos, immaniter trucidarent; nullius prorsus respectu habito. Nec pavit hoc tetrum & ἐφηβῶν Diaboli portentum, suo ipsius sanguini. Ait autem *Matthæus* * impletam esse *Jeremiæ* concionem, quæ extat *cap. 31.* * *Vox*, inquit, *in Ramâ audita est; luctus, ploratus, & ululatus multus: Rachel plorans filios suos, & noluit consolari; quia non sunt.* Manifestum autem est, Jeremiam de captivitate Babylonicâ eo in loco docere: idq; quasi per parabolam aut similitudinem, exponens luctum ejus loci. Nam Rachel, uxor Jacobi, fuit doloribus partûs extincta, & tumulata, prope Bethlehem. Ab hoc autem monumento Rachelis, locus ille etiam *Rachel* interdum nominatus est. Et quia planctus ob puerperam, quę quidem mater fuit præfinitis patriarchæ Josephi, mortuam, fuit: Propheta luctum quoq; accersam, eo quod cives terræ Judæ in captivitate Babylonica detinerentur, vocavit ejulatum Rachel & filiorum ejus. Eadem figurâ seu similitudine, Matthæus in gentem dolorem, quem percipiebant Parentes, in Bethlehem & finitimis locis habitantes, ob interemptos charissimos liberos, appellat planctum Rachel & liberorum.

Porrò, Herodis crudelitatem, plus-quam diabolicam, mox ultio divina comitatur. Decoatem enim, tyrannum fœvo mortis genere interire. Patri defuncto Archelaus in Judæâ succedit: dêtâ tamen regiâ dignitate. Sublato igitur immanissimo portento Herode: Angelus Domini mox Josepho eam rem denuntiat; jubens eum in terram Israël revérti. Cognoscès autem, Archelaum patri successisse, & nuper crudelitatis specimen edidisse, anxius animi, quid sibi faciendum esset, hæsitat. Rursus igitur revelationem accipit, ut in partes Galilææ commigret. & hac ratione Nazaretham proficiscitur. In hac quoq; re prophetiam esse cõpletam, scribit *Matthæus*; * quæ sic sonet: *Nazaræus vocabitur.* arbitrantur autẽ quidam; Christum Nazarænum dici, allusione quâdam ad nomen civitatis, in quâ educabatur, factâ. nam *Nazir* significat separatum, sanctum. Alii opinantur, Nazaræos, * præcipuè verò Simsonem, [b] hoc nomine celebrem, fuisse typum Christi.

De loco, ubi initiò jussus sit Joseph fugam arripere; certò affirmari non potest. Probabile est, Hierosolymis nonnihil fuisse retentos Parentes Christi, apud Simeonem & alios pios, propter Jesum Messiam: & indè, mox increbrescẽte rumore de Messiâ, monitos esse, ut in Ægyptum descenderent. Si quis Nazaretham, mox factâ purgatione, revertos esse putet, textu *Lucæ* * motus: ei no magnopere refragabimur; præsertim cùm hac in parte non agatur de articulo fidei. Verùm commonefecimus; Evangelistas sæpe ejusmodi sententiis, multa silentio prætereũtes, talium facere. De tempore persecutionis, ac reditu Christi ex Ægypto, supra, * dictum est. Numerus occisorum Infantium non est expressus: nisi quòd recentes & obscuri quidam scriptores, crescente superstitione, ausi sunt etiam indicare numerum: nempe centum-quadraginta-quatuor millia: [illegible] * *Josephus* hoc Herodis facinus omisit [illegible] est: cum & alterum, de Judicum ordi- [illegible] in historias non retulerit.

Matth. 2. v. 19. & sqq.

* vers. 17.

* vers. 13.

* vers. 23.

* Num. 6. 2. & Judg. 13. v. 7.

b Judic. 13. v. 7.

* ca. 2. v. 39.

* ca. de Persecutione.

* vers. 4.

DE OBITIS INFANTIÆ, PUERITIÆ, & adolescentiæ Christi.

Principia [illegible] articuli de Christo, quos referebat [illegible] salutem [illegible] ad, & ad posteri-

A transmissi sunt; quales sint, de Conceptione & Nativitate Christi; de Patefactionibus, quæ ibi divinitùs acciderunt; de ejus Humilitate, Exilio, & Divinâ liberatione. Nec enim est, omnes homines istos articulos fidei exactè noscere: quòd Filius Dei sit Homo factus: quòd hic infans Maria sit verus Messias: quòd venerit, ut humilitate & afflictionibus expiaret totius Mundi peccata: quòd Deus habeat Ecclesiolam, cui sese manifestet; quæq; verbũ & patefactiones Dei non rideat, non fastidiat; sed magnificat & celebrat: quòd Deus, Ecclesia, Verbũ, non sint ad prærogativas carnales, ordinariam successionem, potentiâ, & dignitates, alligata: quòd tamen in hoc Mundo, plerunq; aspernẽtur & persequantur Christum, ejus verbũ & assectas: quòd Gentes ad beneficia Christi pertineant. Hęc hactenus in historiâ, quantũ Spiritui sancto visum fuit tatis esse, sunt recitata. Reliqua verò curiosâ & vana, nihilq; huc facientia, data operâ alto silentio prætereunt Evangelistæ: nobisq; quasi legem statuunt, ne in illis scrupulosè investigãdis occupemur; sed potissima & principalissima toto pectore amplectamur, & in iis discendis ac perpendendis operam studiumq; omne collocemus: nihil dubitãtes, fructus indè ad nos ingentes & quàm-plurimos redire. Hinc igitur factũ est, ut Evãgelistæ de infantiâ Christi nihil memoriæ tradiderint. &, cùm præfinita tempora rerũ gerendarũ Christus observarit: credibile est, eũ, in tam tenerâ ætate quoq;, suas divinas vires nõ admodũ exseruisse; sed cæteris infantibus fuisse parem: fuisse ubera; pulmenta auxilio matris comeditse; crevisse; flevisse, si quid adversi accidit; arrisisse; morbos verò, prout dubio, cùm abiq; peccato fuerit natus, nullos sentisse: & propter eam causam quoq;, probiorẽ & tractabiliorem cæteris infantibus, peccato infectis, fuisse. Verùm ea omnia fuerunt eâ ratione cõtecta; ut videretur aliquid miraculosũ, præ cæteris infantib*, in eo exsistere.

Pueritiæ tamẽ unum exemplũ, quod ætatẽ eam excedit, recitat *Lucas* * Fuerunt Parentes Christi omnis pietatis studiosissimi: ideò publicos congressus, præsertim Lege Dei præceptos, summâ animi alacritate frequẽtabant. Ardebãt enim cupiditate discẽdi, quæ a Deo in sacrâ Scriptura erãt proposita: idq; nunc omniũ maxime; quando tecũ habebant verũ Messiam. Nec dubiũ est, quin ipsorũ fides, hac ipsâ in re, variis quasi procellis tentationũ agitata, & cõcussa fuerit. Cõmemorat igitur Lucas, ipsos quotannis ad solẽnitatem Paschæ accẽdisse: quæ qdẽ vel præcipu* erat typ* Christi. Idẽ tacitarunt anno Christi duodecimo. Cõmendatur aũt ipsorum pietas: quòd unicũ filiolum, q paulatim ad iter faciendũ idoneus fiebat, unà Hierosolymã, ad tã celebre festũ, adduxerint. Fortè & priùs id fecerant: sed non est in historiam relatũ. Fungebantur isto piorũ Parentum officio, non tantùm, quòd filiolum ad sacros cœtus a teneris annis assuefacere volebant: sed, quâ erant prędit. fide, & expendebant animo, hunc filiolum esse Messiam signi ficatum ritu Paschatis: ideò paulatim eum suo loco sistere cogitabant; utq; ibi quoq; doctrinam de suis rebus expediẽdis audiret. Fortè etiã hoc eos movit: quòd familia Zachariæ, Simeonis, & aliorum credentiũ, id flagitabant; q bus summæ erat voluptati, coram contemplari Messiam paulatim succrescentem. Crescebat quoq; ex illis collationibus, quæ privatim, maxime hisce qdẽ annis, fiebant, numerus credẽtium.

Rebus aũt in eo festo ritè peractis; Parẽtes Christi [illegible] sodalitio noto, rursus sẽ dedũt itineri, domum versus, proficiscẽtes. Nazarethæ enim (ut dictũ est) habitabant. Hic res nova eis accidit. Iter diei ab Hierosolymis digressi, non reperiunt filiolũ Jesum inter cognatos & notos. Putarant eum in comitatu cognatorũ & amicorum semper subsequi: & ideò minùs de eo fuerunt soliciti. Fortè adfuerant plures pueri; quorũ sodalitio credebãt eũ delectari. Ex apparet, antea Jesum quoq; solitũ eâ ratione sequi. [illegible] verò dolore parentes, & in-primis Maria, (in [illegible] matre naturali, στοργὴ erga filiũ fuerit [illegible] affecta sit, amisso ulio; de q tã miranda [illegible] ceperat, & quẽ nõ nesciebat [illegible] non potest. Præterea, non [illegible] rel. Manè igitur [illegible] riam: nec [illegible]

B

C

D

E

F

G

H

[illegible] ingressi templum, [illegible] convenire, [illegible] inter [illegible] [illegible] Deum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] commodo [illegible] Scripturarum [illegible] [illegible] verum etiam puerili, [illegible] [illegible] interrogantes eos de rebus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

eos [a] *genimina viperarum*, &, [b] *Nolite* (inquit) *dicere; Patrem habemus Abrahæ*. Taxat etiam [c] peccata Herodis constanter. Ordiebatur quoque novam ceremoniam, [d] baptisandi extra templum Hierosolymitanum, in præsentem Messiam; & quidem in remissionem peccatorum. Locus erat prope Jordanem. Cætera, in vitâ Johannis, inferiùs.

Johãne verò famam, de Messiâ exhibito, tantâ autoritate divulgante; non debuit Christus diu in occulto manere. Adest jam igitur exoptatissima hora, quâ Christus ad publicum ministerium accederet; & novit exactè tempus, sibi à Patre cœlesti præfinitum. Sed celebri testimonio amplissimam functionem debebat ordiri; & quasi publicè inaugi, & (sicut nunc loquimur) ordinari. Id verò quâ fit ratione & magnificentiâ factum, operæ precium est cognoscere. Venit Jesus, ex consilio Patris sui, è Nazareth, ubi diu habitaverat, ad Johãnem, circa Jordanem versantem; baptisari sese postulans. Johannes verò optimè Jesum noscens, ignarus divini propositi, negat hoc sibi esse conveniens: ie potiùs à Christo baptisandum esse. Sed docet Christus, esse rem non-temerariam: & suam quemq; justitiam, h.e. obediẽtiam Deo debitam, eâ in re præstare debere. Quo cognito, Johãnes non diutiùs reluctatur; Christumq; baptisat. Ascendente autem Christo ex aquis, & orãte; ecce cœli desuper patefiunt: & Spiritus sanctus, corporali specie columbæ, descendens, in Christum resident. & vox clara de cœlo sonat: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene placitũ est.* Tali pacto inũgitur & initiatur Jesus Christus: neq; unquã in Mundo illustrior trium personarum facta est patefactio, q̃ in hoc Baptismo. Voluit enim Deus, hac ipsâ re, Filii sui dilecti officium ornare. Acceperat quoq; Johãnes revelationem à Deo; ejusmodi præclaram unctionẽ, quæ visibili specie Spiritus S. fieret, Messiam habiturum esse.

Etsi autem Christus non indigebat Baptismo, in remissionem peccatorum; sicut cæteri homines peccatis sordidi: tamen plures causæ fuere, quare eum voluerit suscipere: nimirũ, 1. ut eâ ceremoniâ à Deo & hominib. ad suam functionem initiaretur. 2. ut ferret testimoniũ Baptismo, totiq; Ministerio Johãnis. 3. ut declararet, se esse eũ q effectum Baptismo daret, & in eo quasi concluderetur: nempe, qui sanguine suo peccata toti[e] generis humani esset absterturus ac mundaturus; sicut aquâ corporis sordes abluuntur. 4. voluit docere, totam Trinitatem, hominis Baptismo, seu regenerationi mirãdæ, quæ mediãte Verbo & Baptismo fiebat, adesse. 5. ut honore perpetuo Baptismum consecraret. 6. ut significaret, se ad Baptismum (ut aliàs [e] loquitur) hoc est, ad passiones, jam accedere.

Sic igitur Christus ministerium suum aggreditur; cùm inciperet esse annorum quasi 30. ut *Lucas* [f] refert. Id quod *Irenæus* [g] sic intelligit: quòd nondum 30 annos tùm impleverit; sed in trigesimum suæ ætatis annum jam currentem ingressus esset. *Epiphanius* [h] ità scribit: *Erat revera annorũ 29, & mensium 10. quando ad Baptismum venit. Tricesima quidem annorum; sed non plene. Quapropter dicit; Incipiens esse annorum fere 30.* Ibidem & sic tempus Baptismi Christi describit: *Baptizatus est Christus in Jordane fluvio, 30 anno nativitatis in carne. hoc est: secundum Ægyptios, Athyr mensis duodecimâ, ante 8. Id. Novemb. Juxta Græcos, Dii mensis octavâ. Juxta Salaminios, qui & Constantiæ, sertii Choiæ sextâ. Juxta Paphios, Apogonicis 16. Juxta Arabas, Angathalbaith 22. Juxta Macedonas, Apellæi 16. Juxta Cappadoces, Aratata 15. Juxta Athenienses, Metagetnionis 7. Juxta Hebræos, Marsevam, &c.*

Variant hîc, ut in re obscurâ, sententiæ; quanto tempore, post inchoationem ministerii Johannis, iste Baptismus Christi factus sit. Qui Tubarum festo Johannem ministerium sumsisse exordium summant; Baptismum Christi in decimum, proximè sequentem diem, seu festum expiationis, referunt. Videmus etiam aliàs, in festis Judæorum, quæ à Deo originem habebant, plerunq; eximias res ibi gestas. Est probabile hoc, ut sicut ante semestri Johannes Christum annunciabat; ita eodem etiam tempore, aut circiter, publicus præcurreret. Verisimile quoq; est, initio Johannis primum fuisse, ne quis ejus arbitraretur, ut olim & paulo ante incrementa fecisse: donec longè lateq; fama de eo divulgaretur, & omnes Judæi ad eum legatos mitterent, ut ex ipso audirent, quis esset, & quare baptizaret. Interea tempore tùm erat Johannis ministerium. Negat se esse Christum, vel Eliam, vel Prophetam; sed vocem esse clamantem, ab *Esaiâ* † prædictam: hortatur ad pœnitentiam, ut ad signum, præcursorem decet, Christum

[a] *Matt. 3. v. 7.* [b] *ibid. v. 9.* [c] *Matth. 14 v. 4.* [d] *Luc. 3 v. 3.*

Matth. 3. v. 13 & segq. Marc. 1. v. 9. & segq.

Joh. 1. v. 33

[e] *Luc. 12. v. 50.*

[f] *cap. 3. v. 23* [g] *lib. 2. c. 39* [h] *num. 1. lib. 2. cap. 21.*

Jesaiæ 61. †

† *Luc. 4. v. 18.*

† *Genes. 3. v. 15.*

† *Joh. 12. v. 31 & 16. v. 11.*

Deinde

Joh. 1. v. 32.

Joh. 1. v. 35.

Joh. 1. v. 38. & 39.

Joh. 1. v. 41. & 42.

Joh. 2. v. 1.

† cap. 2. v. 1.

† Ibid. v. 6.

Ibid. v. 11.

Joh. 2. v. 13.

Joh. 2. v. 22. & 23.

Joh. 4. v. 1. & 2.

Mark. 1. Matt. 4. Luc. 4.

Luc. 9.

Joh. 2. v. 13.

A

B

C

D

E

F

G

H

Joh. 1. v. 35. & 39.

Hæc vidit & Christi nos duos discipulos Johannis, ex cujus schola Jesum jam deducit domum; jàc procul dubio ex voluntate Dei factum. Andreas, è Christi scholâ profectus, fratri suo Simoni Petro statim nunciat, se invenisse Messiam eumque ad Christum adducit.

Joh. 1. v. 43. & 44.

Postridie, redeuntem in Galilæam instituit Jesus: in eo cum itinere incipit subindè magis magisq; concionari. Vocatur igitur Philippus hac voce; *Sequere me.* Philippus porrò narrat Nathanaëli; *Jesum esse Messiam.* & is, audientis, Christum longius posse prospicere, quàm humani oculi ullibi possunt, (sicut dicebat; *se Nathanaëlem sub ficu vidisse, antequam Philippus ipsum vocasset*) egregiam confessionem præstat: *Tu magister, es Filius Dei; tu es rex Israëlis*: Christus autem promittit, *eum majora miracula visurum.*

Joh. 2. v. 2.

Quo autem Nuptiis interfuit unà Discipuli Christi; videntur in hoc reditu plures vocati.

Hoc comitatu reversus Nazarethã, unà cũ Discipulis, venit *ad nuptias in Canâ Galilææ*: haud procul à Nazarethâ distãte oppido, *numero* dictâ; ob alteram, quæ intra Tyrum & Sidonẽ sita est, major nũcupata. Tertio die id factũ esse, *Johannes* † scribit. Sed unde cõputationis initium sumendum sit; incertũ est. Alii, à discessu à Johanne numerant: alii, ab eo tẽpore, quo in patriã redierat. id quod videtur verisimilius. Adfuerunt sũt & fratres, & mater ejus: ut videantur aliqui ex cognatis Mariæ fuisse, cujus nuptias voluerint ornare. Non abundãsse facultatibus sponsum ac sponsam; ex defectu vini animadverti potest. Accidit autẽ ibi memorabile quiddam. Nã in his nuptiis primum miraculũ Christ⁹ edit; mutatâ aquæ naturâ, arcanâ & omnipotenti virtute, in generosum vinum: jubens tantũ hydrias, adstãtes more Judæorũ, propter crebras ipsorũ lotiones, impleri aquâ; & postea Architriclino degustandâ portari: qui, ignarus rerũ omniũ, fatetur esse melius vinum, q̃ priùs appositũ fuerat.

Multa in eâ historiâ cõcurrunt, digna cõsideratione: sed, omissis alijs, singulari haud dubiè cõsilio, Deus conjugiũ, omniũ primùm Filii sui miraculo cõprobare & honorare voluit; quod sciebat Antichristum magnâ ignominiâ affecturum. Donum fuit mediocre. nam singulæ hydriæ, ut inquit *Johannes*, † capiebãt metretas binas, aut ternas. Continet autem metreta, congios 10. h. e. circiter 30 cãtharos, ut nos usitatè vocamus: eâq; ratione, quælibet hydria circiter urnam continuit. Est autẽ satis honestũ nuptiale munus, in tàm pauperecõvivio: & fortè etiã post nuptias manserat aliquid residuum, unde se novi cõjuges sustentarunt. Fines hujus miraculi commemorantur: patefactio gloriæ Christi; & excitatio ad, confirmatio fidei in Apostolis.

Ibid. v. 12.

Peractis nuptiis, Capernaum descendit; ducens jam secum comites discipulos quosdam, fratres, & matrem. verum ibi non diu subsistunt, ob propinquitatem festi. Dominus autem ibi procul dubio, ac miraculis magis magisque inclaruisse.

PRIMO PASCHATE, FACTISQUE consectaria quæ ad alterum.

Cui nemine, de eradicandi temporis cõputatione, quõ quidem ego ista fiant, commodimus: sed utcunque res se habeat, quibusdam videtur accidisse. Primum Pascha annotavit, quibus Christus Hierosolymis fuit, quantum ex historiâ colligere potuimus. Deinde, quantum eâdem ratione

Joh. 2. v. 13.

Johannes igitur Paschate [illegible] Christum ad Deo constitutum [illegible] Messiam declarare.

Hisce rebus motus Nicodemus, Judæorum princeps, venit ad Jesum veniens testificans de sua fide. Sed ibi non audit Christum, docentem de Regeneratione; de Præcursore; de Justificatione; de Deo, quòd sint tres distinctæ personæ; de Messiâ; de Fide; de Passione; de Judicio; de Vitâ æternâ; de Bonis operibus: quæ quidem ibi discere longe aliter habere, quàm antea ex Pharisæis didicerat.

Joh. 3. v. 1. & segg.

Ab Hierosolymis in reliquâ Judæam iter facientem, & per Discipulos Baptismum cõferentem quotidie novi ad Baptismum accesserunt miracula divina. Ideò autem primum docere, quia ubiq; volebat, quòd esset Messias, innotescere non, ne ignorantiæ prætextum capere posset. Interea Discipuli Johannis, cum Judæis de Purificatione disputãt: & ad eum referunt, quòd Christus coetus quosdam colligat, & Baptismum per suos administret. Johannes testatur, ista non fieri temerè; sed ordinatione ac dispositione Dei: seq; ipsius præcursorem agere: jamque tempus adesse, quo ipse cõsiscat; se verò oportere minui: præstantiorem manifestandum esse. Docet etiam, tantùm fide in Christum vitam æternam contingere.

Joh. 3. v. 22. & segg.

Famâ jam passim concitatâ de Christo, ejusq; actionibus & mirandis factis; Pharisæis indignantibus, ex Judeâ iterum sẽ in Galilæam recepit. In hoc itinere, per Samariã proficiscitur: ubi memorabilis historia accidit, prope Sichar. Digressis enim Discipulis, ad emendos cibos; Jesus ad fontem Jacob fatigatus consedit. Advenit quædam mulier, haustura aquam; & quidẽ meretricula. Eam Christus cõvertit, arcana ejus patefaciens: nempe, quòd non haberet legitimum virum. Deinde, docet eam de vitâ æternâ per Christum: itèm, se esse eum, qui sit promissus vocatusq; Genti: quòd in spiritu & veritate Deus sit invocandus. Mulier, statim in oppidũ currens, nunciat cæteris, Messiam foris ad fontẽ Jacob sedere. Magna igitur multitudo, illius tam arduæ rei cognoscendi studio, confestim excurrunt, ac rogant, ut secum in oppidũ eat. Non differt ille, & moram gerit Christus: ac totum biduum degit, docens de regno Dei; & miracula adjungens. Imò, præclaram hanc confessionem; *JESUS Mesias &c.*

Joh. 4. v. 1. & segg.

Nazaretham, ubi erat nutritus, cum [illegible] synagogâ; legens locũ *Esaiæ*. c. *Spiritus Domini super me* &c. eumq; explicans, prorsus ad se accõmodat. *Hac*, inquit, *jam facta sunt.* Deinde caussã ipsorum peccata; quòd se contemnant: docet etiam, alios vocari; ipsis rejectis. Hujus audẽ reprehensionis impatientes, eum è synagogâ exturbant: & tractum in sublimem montem, per præcipitium dejecturi erant; nisi miraculosè sẽ ipsorum furoribus subduxisset.

Marc. 1. Matt. 4. Luc. 4.

Circa hoc tempus, Johannes in carcerẽ ab Herode conjectus est: eò quòd Regis incestum coràm & manifestè taxaret. Hactenus igitur unà cum Christo ẽst ministerio functus, ac dedit ea res Christo occasionem, ut in Galilæam regrederetur: ne Herodes in ipsum quoque ante tempus sæviret.

Pulsus Nazarethâ, vicinia ab gravissimâ Evangelii [illegible] & miraculis complet: & gratus fuit omnib⁹ in Galilæâ, qui Hierosolymis ipsius miracula [illegible] Denuò etiam visitat Canaan Galilææ, [illegible] miraculũ edidit. Ibi autem [illegible] Regulus quidã, ut credo nomine, [illegible] venisse, Capernaum accersit, [illegible] rogans, ut Christus [illegible] Christus [illegible] excitat, gravior [illegible] & præsentiâ Christi, fu[illegible] Christus abiens, verbo [illegible]

cit; ut firmiter credas, absentis Christi verbum efficacia esse; quàm si præsens adesset. Postridie occurtit servulorũ de eventu certior fit: & tota ejus familia in Christum credit. Pulcrè autem Christus deducit ad verbum: & vult nos eo inniti; ac non dubitare, quin ipsius verbum sit efficax.

Matth.4.v. 12 & segq. Paulo pòst Capernaum cõmigrat; ibiq; jus civitatis adipiscitur. id quod *Matthæus* ab Esajâ † prædictum esse ait; ubi sic scriptum est: *Terra Zabulon, & terra Nephthalim, viâ maris trans Jordanem, Galilæa gentium, populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: & sedentibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis.*

Matth 4 v. 18. & segq. Transiens enim ripam lacûs Galilææ, piscantes Petrum & Andream fratres vocat. Deinde etiam Jacobum & Johannem, filios Zebedæi, refarciẽtes retia, vocat: qui extemplò, relictis retibus, obtemperantes eum sequuntur.

Matth. 4 v. 23 & segq. Circumit autem passim totam Galilæam, prædicans Evangelium regni; cujus hæc fuit summa: † *Pœnitentiam agite; appropinquat enim regnum cælorum.* Eaq; omnia confirmat & ornat factis miraculosis, non inanibus; sed quib⁹ juvabantur homines in corpore & animâ. Ac colligitur hac ratione Ecclesia nõ mediocris, passim, e Galilæâ, Decapoli, Hierosolymis, Judæâ, & Jordane, confluentibus.

† Matth. 4. vers. 17. Cùm autẽ non moliretur seditiosos tumultus, aut invasionem regni politici, Christus: tantum id unum habet sibi studii; ut rudem, & Pharisaicis fermentis fœcinatam, plebeculam dextrè instituat: de iis potissimùm, quæ ad conversionẽ verarq; pœnitentiam pertinerent, commonefiat.

Matth. 5 v. 1 2. Turbâ itaq; præsente, in monticulum ascendit ac indè, ut ab omnibus vox audiri possit, verba facit. Ac verisimile est, non unâ tantũ horâ; sed sepius interpectis vicibus, Christum hunc cœtum erudiisse, multaq; copiosius explicasse. Capita præcipua sunt: De veris bonis operibus, quæ flagitat Deus; cæremonialibus, quæ sola Sacerdotes exaggerabant, quàm-lõgissimè præponendis ut, de Humilitate seu Timore Dei; de Mansuetudine; de Studio pietatis; de Misericordiâ; de Castitate interiori; de Pacis studio, de Cruce & Tolerãtia; Contextuntur autem hisce paræneſibus magnificæ promissiones, quibus animi piorum ad præstanda bona opera excitantur, de Confessione; de Fine bonorum operum. Hæc in *primam partem* reponi possunt.

vers 17. & segq. ¶ *Altera* pars hujus concionis, habet doctrinã de Lege; quòd nec esse sit eam impleri: de Beneficio Christi; quòd ideò venerit, ut Legem ipse impleat: quâ quidem re haud obscurè declarat; nullum hominẽ potuisse id præstare de Justitiâ Pharisæorum; ut quæ non sit impletio legis de Justitiâ vêrâ; quæ longè excedat Pharisæorum justitiam: ut quæ sit impletio totius Legis, præstita per totum Christũ. sicut inquit: *Non veni solvere Legem; sed adimplere.*

vers 20. ¶ *Tertia* pars, est declaratio Magistri: seu ejus sententiæ; quòd Pharisæi non possint perfectè Legem Dei implere. Legem enim plura requirere; quam ipsi vel opinentur, vel doceant: nempe, non tantùm exteriorem; sed & interiorẽ, & quidem omnib. numeris absolutam obedientiam. Exponit igitur aliquot Decalogi præcepta: ut Legis sententia germana pateat; & Pharisæi, tanquã falsi doctores, confundantur: populus etiam recte de Lege instituatur; & cupidiùs beneficium Christi amplectatur, qui hominũ vice Legem adimplevit. Explicat autem *Sextum præceptum*, quod ait non tantùm homicidia injusta prohibere; sed etiã verba iracunda, & gestus malevolentiam præ se ferentes, & invidiam seu simultates. Et *Septimum*: in quo dicit prohibiti, non solùm adulteria, & manifestas vagas libidines, & contaminationes corporum; sed etiam interiores pravos motus, etsi non in opus externum erumpant; occasiones impudicitiæ; repudia illicita & injusta. *Nonum*: quod ita enarrat; quòd & perjuria, & alia juramenta illicita, prohibeat. Postea & *Octavum* & *Decimum* declarat: quòd præcipiat de Patientiâ in injuriis; Officiis erga alios; Eleemosynis & Liberalitate; Beneficentiâ erga immeritos; Frenatione iræ & ultionis. Et gravissimam proponit rationem, ab exemplo Dei erga omnes; qui Solis hucc patitur & malos & bonos frui: & quòd Manifestudo, erga Inimicos nostros, præmia apud Deum conferatur.

Matth. 6. ¶ *Quarta* pars est, in quâ taxat hypocrisin in operibus: ac docet, quomodo sint facienda bona opera; nempe, ne vana inanis ostentatio eorum hominibus quæratur, aut præmia sæcularia: sed in timore Dei ea præstanda; & Deo compensationem dignam relinquendam esse. Tractat autem de Eleemosynâ; & de Oratione. & quidem integram formam Orationis tradit: in quam includit, & doctrinam de Invocatione; & res petendas.

vers 1. & segq. *Primùm*, quis sit invocandus: nempe *Pater cælestis*; non creatura: & Pater; non tyrannus odiosus ac metuendus: *in cælis*; non qui absit, & nihil curet inferiora: aut uni tantùm loco sit alligatus; sed qui ubique sit: & simul potens sit dare omnis generis bona, sive temporalia, sive æterna.

Deinde res exprimit: & quidem ordine collocat. Priores, & omnium amplissimæ, sunt spirituales: ut videlicet nomen Dei innotescat, ac sanctificetur in cunctis hominibus. Nomen autẽ Dei, in verbo expressum est: ideoq; totũ verbum, ab ipso Deo patefactũ & traditum, complectitur. ac sinè verbo Dei, homo ignorat Deũ; & est quâvis bestiâ furiosior. Petimus igitur verbi illustrationẽ: & simul, ut ea omnia, quæ in nobis & extra nos cõpurcant nomẽ Dei, (ut sunt falsi opiniones & hereses) vel notificẽtur, vel averterẽt.

Cum autem caro nostra reluctetur; & Diaboli præstigiæ sint horrendæ & potentes: ideò petimus, ut Deus regat suũ verbi ministerium; nosq; totos regeneret, & vires subministret, quæ in nobis sinè ipsius numine non exstiterunt. Petimus etiam, ut ea, quæ Dei voluntati resistunt, sive in nobis, sive extra nos, coërceat & immutet.

Inde de effectu verbi, ejusq; regiminis, solicitamus; ut voluntatem Dei exequamur, tum spiritualiter, tum corporaliter: sicut beati Angeli in cœlis. ne simus vasa iræ, aut mancipia Diaboli; sed organa misericordiæ.

Posthæc transcendimus ad corporalia; uno vocabulo *Panis*, omnis generis bona corporalia, ad hanc præsentem vitam necessaria, petentes: qualia sunt, Valetudo; Sensuum rectitudo; Victus; Benedictio frugum omniũ & animantium; Aer salubris; Conservatio conjugiorum, liberorum, familiæ, magistratus; Pax; Amicorum conjunctio. Petimus etiam, ut Deus contraria avertat. Ineptum autem est, Panẽ ad Eucharistiam transferre: licèt id plurimi fecerint.

vers 12. & segq. Mox autem rursus injicitur tractio rerum spiritualium: ut meminerimus, omnia nobis ex gratuitâ Dei misericordiâ contingere; ideoq; etiam in rebus corporalibus debere prælucere fidem in Christum, petentem remissionẽ peccatorum gratis, propter Mediatorem. Attexitur præterea admonitio: ut nos quoq; dilectionis erga Proximum simus memores; non exerceamus inimicitias aut vindictas.

vers 13. & segq. Porrò petimus, ne Deus frena laxet Diabolo, nobis indesinenter insidias & exitium struenti: & alioqui nos gubernet, ne in tetra peccata ruamus, neve in periculis aut afflictionibus succumbamus.

Denique; omnia in unum cumulũ colligentes, petimus, ut a cunctis malis, sive corporalib⁹, sive spiritualibus, nos miseros homines in istâ miseriarũ valle perpetuo infestantibus, clemẽter liberet; & in vitam æternã veraq; beatã collocet.

Hæc confirmantes, cõcludimus: *Tuum enim est regnum, & potentia, & gloria, in secula: Amen.* Hæc in historiâ Christi, non alienum est recitare & discere.

v. 16. &c. Cõmonetacit etiam Christus, hac in parte, de Jejunio.

v. 19. 20. &c. ¶ *Quinta* pars, est gravis adhortatio & doctrina: ut vera bona, nempe spiritualia & æterna, cõparentur potius quam temporalia. Hæc enim caduca esse, & auferre cor, quod toti Deo debeat adhærere: illa verò bona esse æterna. Et monet, res scandalosas vitandas esse. Ait, impossibile esse, duobus dominis simul vacare, aut addictum esse.

vers 22. & segq. *vers 24.*

Deinde, quò magis ostendat, non esse pietatis, tantopere rerum corporalium curâ teneri: proponit consolationum argumẽta. 1. à majori. Animam seu vitã dedit Deus; Ergo & victum ad eam sustentãdam. 2. à providẽtiâ Dei, ejusq; cura erga viliora animalcula, quàm sunt homines; ut volucres: quæ omnes conservantur & alantur, licèt non conveniat victus copiam. 3. quòd inanissima sollicitudine nos excruciemus, à comparatione trahit argumentum. Staturam nos non possumus mutare; sed à Deo petimus, ut nobis det victum, cum quo; victum præbiturus est, &c. eorum

vers 25.

vers 27.

v.28.29.31
vers.30.31

vers.32.

vers.33.

Matth 7.
vers 1. 2.
vers. 3 4 5.

vers 6.

vers 7.

vers 8.

vers.9.10. 11.

vers.12.

vers.13.14.

vers.15.

vers.16. & seqq.

v.21 22 23.

vers.24 & seqq.

vers.28 &c.

Matth.8.1. & seqq.

A Jesum latere nempe, in omnium fere animis vehementem corruptionem tenere. Inerat tamen, ut in re ex voluntate Christi fabricit paratus, eam cancellare; si non videantur Christo, fibi operæ ferre. Delectatus hominem Christus tam præstanti fide, promptissimè respondet: *Fiat tibi sicut credidisti.* Dictum ac factum: homo mundatus sanus exsistit, eumq; ad Sacerdotes ablegat non tantum more Judæorum; sed ut hæc miracula Christi experirentur. Doctrinas in hac historiâ propositas excitare; non quidem hujus instituti est: sed tamen dignis Christi præconibus, ad ferendum auxilium rectè invocantibus fidem nostram excitare debet. Et certè potentia Christi immensa, quâ ostendit se peccati vires destruere, digna est consideratione. Constituitur autem à quibusdam, circa hæc tempora, finis primi anni prædicationis Christi.

Ingressus rursus Capernaum, *Centurionem* quendam habuit obviũ; qui rogat auxilium paralytico *servo* & ei præstanti fide præditus est; ut ostendat, se verbis Christi eam virtutem tribuere: ut quicquid dicat, id certò fieri credat. Quâ quidem cõfessione motus Christus, egregiè ejus fidei celebrat; & præterea eum filiis Israël: docens ità de vocatione aliarum Gentium. Deinde conversus ait: *Sicut credidisti, fiat tibi.* quo dicto, æger servus convaluit.

Matth 8 v. 5. & seqq.

Deinde sabbatis in Synagogam se confert; ibiq; palam docet: tantâ dexteritate & autoritate; ut oẽs in sui admirationem trahat. Accidit autẽ quodam tempore; postquam sabbato in Synagogâ docuisset; (sæpiùs enim id eum fecisse, ex verbis Evangelistarum apparet) ut in Synagogam veniret homo immundo spiritu obsessus. is vociferabatur de Jesu; quòd venisset ad Diabolos perdendos: & asseveraret, se esse sanctus Dei. Sed nolẽs recipere testimonium à Diabolo Jesus; illico præcepit, ut caco-dæmon taceret, & ab hoste exiret: id quod factum est. Omnes autem eùm magis admirabantur: & fama ejus per totam Galilæam divulgabatur.

Luc 4 v 31. & seqq.

Synagogam egressus Jesus, socrum Petri vitiat, febri conflictantem. quam simulac tetigit, pristinæ sanitati reddidit.

Marc. 1 v. 30 2. & 3 v 38. 39.

Sub vesperam, plurimi ægroti, & dæmonibus obsessi, ad Christum perducti sunt: quos quidem omnes verbo, impositâ manu, curavit. Et huc applicat *Matthæus* Esaiæ dictum: * *Ipse infirmitates nostras accepit, & morbos portavit.*

Matt 8 v 16 Mar 1 v 32 Luc. 4 v 40

* c. 49 53 v 4.

Altero die, summo manè, in locum deserti secessit, preces suas ad Deum quàm ardentissimè fundens. Et apparet, eum sæpiùs id facititâsse; ut oraturus, ab hominũ frequentiâ, se-se parumper avelleret. Sequũntur autem eum Simon & cæteri sodales, hominumque caterva non-parva, miraculis ejus excitata. Verùm Christus ibi in vicinas regiones excurrit: in synagogis Galilææ palam doctrinâ cœlestem spargens, & dæmonia potenter ejiciens.

Mar 1 v 35 Luc 4 v 42

In hac peregrinatione, ait *Marcus*, Leprosum venisse ad Christi sanatum esse. Admodum autem similis est hæc historia ei, quam *Matthæus* * ante Centurionem commemorat. Sed non dubium est, similes historias plurimas accidisse. Hæc autem facta, per omnia loca jam celebrata, tantam acciverunt hominum multitudinem; ut civitatem ingredi nõ posset: fortè veritus, ne à magistratibus politicis alicujus seditionis insimulari posset. Ideò foris se aliquandiu continet, in locis minùs frequentibus degens.

* cap 1 v. 40

* cap 8. v. 2.

Mar 1 v 45

Accidit aũt quodam tempore; ut, turbis & multitudine cõcionum defatigatus, juberet Discipulos trajicere. Priusquàm autẽ navim cõscendunt; Scriba, deferens suam operam, ait: *Magister, sequar te, quocunq; ieris.* At ille ei prædicit: Se esse pauperẽ; nec posse illũ apud se magnas divitias venari. Alii rursus roganti, ut sibi dem Dominus ei concedat mortuũ parentẽ terræ mãdare; dicit, ut se sequatur, & mortuos sinat suos sepelire mortuos. nõ phibens quidẽ humanos affectus humaniores erga suos; sed ostendẽs, hanc vocationem cæteris rebus anteponendã esse. Post hæc Jesus, sumptis Discipulis, navim ingreditur, atque mari committitur.

Matth 8. v. 18 & seqq.

Vers 23

Fit autem, ut exorto vento turbulento, navibus propemodum fluctibus obruatur. Jesus verò, cæteris omnibus salvis & tranquillis, [illegible] periculũ adesse cernens, [illegible] *salva nos, perimus.* Jesus [illegible] increpat: &

consilium fingens, metuit ne vanis imperet, ut fidentem. Neque irrita vox ejus fuit: terrenus immundus efficitur tranquillus. Cum appulisset navis ad regionem Gergesenorum, duos Dæmoniacos, in monumentis habitantes & rabiem in prætereuntes immanem exercentes, à Diabolis liberat ac permittit Diabolis, ut ro-gabant, ut in porcorum gregem (erant autem circiter bis mille) impetum faciu, ad unum omnes in mare precipitarent. Hoc re nuntiatâ per pastores in civitatem, egressi cives rogant Jesum, ut ab ipsorum finibus discederet: metuentes forte & reliquis suis porcis, ne præsente Christo contingerent. Malunt igitur Christi, quàm suorum porcorum jacturam facere. Prohibitum erat Judæis, ne suillâ vescerentur: nihilominùs hic porcos alunt, procul dubio lucri gratiâ, ut vicinis gentibus venderent. Ideò Christus eos hic perire videtur.

Luc. 5. v. 1. & seq.

Hinc rursus transfretat, & cùm aliquando ad mare Genesareth staret, & turba undiq; non exigua colligeretur, ad audiendum verbum Dei: naviculam Simonis ascendit; ac turbâ in littore stante, docet. Quo peracto, præmiû locati suggesti nauclerus, jubet Simonem explicare retia in alto mari. Simon, etsi sentiebat illa cum piscatoriâ arte minimè quadrare; tamen verbo Jesu se pariturum ait. Quid fit? mox immissis retibus, tantus piscium numerus concluditur: ut rete rumperetur; & advocatis sociis, duæ naviculæ piscibus implerentur. Hoc miraculo Petrus motus, ad genua Jesu provolvitur. Sed Christus ait; eum posthac piscatorem hominum fore. Spectatores hujus rei sunt Jacobus & Johannes: qui & ipsi postea Dominum sequuntur.

Luc. 5. v. 12.

In hoc itinere, priusquàm Capernaûm ingreditur, rursus Leprosum sanat. Etsi autem, ppemodû videtur cõvenire cum ea historiâ, quæ *Matth.* descripta est: tamè nõ est dubiû, eadem sæpiùs accidisse. Fortè tamen & *Lucæ*, non tàm accuratè tempus historiarum, ab aliis cognoscere potuit.

Matth. 9 vers. Marci 2. v. 1. Luc. 5. v. 17.

Ingressus civitatè Capernaum, latère diu haud potuit. Mox igitur, famâ de ejus præsentiâ divulgatâ, catervatim adeum accurrunt: partim ut docentem audirent; partim ut curationes morborum ab ipso impetrarent. Accidit autem, ut quatuor Paralyticum apportarent: quem cùm ad Christum ferre non possent; tectum ædium patefaciunt, indè hominem demittentes. Prædicat autem fidem eorum Evangelista. Jesus verò, ostendens palàm, qualis esset salvator, aut auxiliator, aut medicus; initiò ei remissionẽ peccatorum claris verbis annuntiat, quâ quidem re monebat, morbos ex peccatis scaturire; quæ omnes homines jam pervâsissent: seq; eum fontem morborum, hoc est, peccata, ablaturum. Scribæ ac Pharisæi, audientes, tam manifestè remissionem peccatorũ annuntiari; blasphemiam judicãt esse: verum effari non audẽt. Hic Christus, ipsorum etiam cogitationibus, tanquã verus Deus, perspectis, sinè pavore eos objurgat: & mox jubet Paralyticum surgere, lectumq; proprium levare; absolutionẽ hanc suam illustri miraculo confirmans, vocationemque suam egregiè ornans.

Egressus rursus ad mare, docet multitudinem. Deinde præteriens, cõspicit *Matthæum* (quem *Levi Alphæi* Marcus nominat; Lucas tantùm *Levi*) ad telonium sedentem. eum mox vocat, jubens se sequi: idque ille protinus facit. Matthæus, Jesum convivio excipiens, alios quoq; suæ professionis homines, nempe publicanos, invitârat: quos cæteri Judæi, ob quæstum & exactiones, pro peccatoribus habebant. Id Pharisæi & Scribæ videntes, criminantur: quasi cum peccatoribus cibũ capere. At Jesus palàm docuit, se Pharisæorum justitiam aversari; & peccatores pœnitentiam agentes promtissimè recipere.

Matth. 9 vers. Marci 2. v. 18. Luc. 5. v. 33.

Forsan olim discipuli Johannis murmurant: quare ipsi & Pharisæi jejunent; Jesu autem discipuli non jejunent, eâ-que [illegible] aliis esse [illegible]. Sed Christus respon-[illegible] incumbere: at jejuna-[illegible] Christo [illegible] Ideo quidem respon-[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Deum; & mandato Patris. Cùm autẽ isti magis offenderentur: incipit eos gravissimâ cõcione erudire; quòd missus sit à Patre, ut voluntatem Patris exsequatur: quòd sit æqualis Patri: quòd sint sua opera; nẽpe vivificare, omnia judicare, vitam æternam dare, resuscitare mortuos: quòd fide in Christum contingat remissio peccatorum, & vita: quòd habeat testimonia Patris cœlestis, & Johannis Baptistæ, & ppria opera. Taxat ipsorum cæcitatẽ & obstinationem. Deducit eos ad Scripturam; & ait, eã de se testificari.

Matth. 9. v. 9. Luc. 5. v. 27.

Sabbato, quod *Lucas δευτερόπρωτον* nominat, per sata transeunte Jesu; Discipuli ejus, avulsis spicis, comederũt. Quòd conspicati Pharisæi, mox exclamant; Sabbatum esse violatum. Sed Christus eos defendit: 1. ab exemplo Davidis; qui coactus necessitate, sacros panes, qui Propositionis panes appellabantur, comederit. 2. à fine Sabbati: quòd propter homines esset institutum. 3. à sui autoritate: quòd esset Sabbati dominus.

Matth. 9. v. 9. Marci 2. v. 23. Luc. 6. v. 1.

Alio sabbato ingressus synagogam Jesus, docendi gratiâ; contra Pharisæorum reliquorum suffragia, [illegible] aridam habentem manum, sinè morâ sanat: docens, non esse prohibitũ, sabbato benefacere. Erant [illegible] laboriosæ & repentinæ sanationes, ipsissimæ & [illegible] Sabbati observationes: quibus Messias [illegible] præfaciebat; & ornabatur ejus doctrina. Pharisæi [illegible] eã occasione converrebantur: nec impediebant illatum sabbato [illegible], ullas actiones Sabbati.

Matth. 9. v. 9. Marci 2. v. 23. Luc. 6. v. 6.

Pharisæi, impatienter reprehensionem Christi [illegible] debit ejus factis; quibus subinde [illegible] gratiã conciliabat; quæ res Pharisæis [illegible] derogabat. Inde cum Herodianis [illegible] ac de [illegible]

[illegible] Apostolorum hæc sunt: Petrus, & Andreas frater ejus, Jacobus Zebedæi, & Johannes ejus frater, Philippus, & Bartholomæus, Thomas, & Matthæus publicanus, & Jacobus Alphæi, & Lebbæus, cognomento Thaddæus; (Lucæ nominat eum Judam Jacobi) Simon Cananæus, & Judas Iscariotes, post factus proditor.

Observandum autem est; hic tantùm peculiarem vocationem Apostolorum describi: nempe ut solummodò in Judæâ Christum, in plantandâ & propagandâ Ecclesiâ, juvarent, à resurrectione demùm universales præcones constituuntur. Ideò expressè mandatur; ne in vias & civitates Gentium abeant. Debebat enim omnium primò Israël vocari. Ipse tantùm Christus Gentes adit, ac recipit; & beneficiis afficit. Duodecim legunntur; fortè ad Patriarcharum, seu duodecim tribuum populi Israël, numerum. Sed hæc incerta sunt. Etsi autem rudes homines initiò vocaverat: tamen, in suâ scholâ, cœlesti doctrinâ imbuerat; & deinceps quoque instituit. nec finit eos articulos fidei pro arbitrio fingere: sed accepta & tradita tantùm, ex ore Christi, & aliis fideliter proponere jubet. Formam etiâ doctrinæ præscribit: ut annuntient, regnum Dei jam appropinquare. Aliquantò autem prolixiùs eos ad munus tàm arduum instruit: Ne cauponentur verbum Dei, & ejus dona: non avaritiæ studeãt; ipsos enim habituros esse corporalem sustentationem ex hac functione: Ne temerè contemtoribus Evangelium prædicent: salutem precentur, ubi essent concionaturi: fastidientes verbum Dei, relinquant: Norint, te in odio, propter ministeriũ verbi, futuros etiam deinceps; & persecutionem laturos, tum à doctoribus falsis, tum à potentibus hujus sæculi: ne tamen propterea abjiciant veræ doctrinæ professionem; sed sciant, Spiritum sanctũ ipsis affuturum in confessionibus: item aliàs quoq; impios erga pios esse sævituros, etiam cognatos in cognatos: Monet igitur ut perseverent. Dat eis potestatem, fugiendi in alias civitates. Accipiebant enim Apostoli peculiare mandatum postea: ut ubivis gentium docerẽt; nec in unâ civitate perpetuò immorarentur. Prædicit Christus, persecutiones nõ cessaturas erga omnes credentes, usq; ad extremum diem. Proponit tium exemplum: ne tãtopere abhorreãt à cruce; sed palàm Evangelium prædicent. Deinde etiã docet, ipsos sibi curæ fore; & habituros præmia in alterâ vitâ. Contrà, hostes verbi, & abnegatores, consecuturas etiam suas pœnas. Hæc aliquantò prolixiùs inculcat; ut omnes externam sui regni formam agnoscãt: deinde, ne discipuli, aut quilquam alius, sibi perpetuam ac quietem securitatem in eo fingat. Denique docet, se remuneraturum beneficia, quæ in suos doctores fuerint collata.

Cùm iterum à monte descendisset; turbæ maximæ ad eum colliguntur: & ægroti, vel saltèm eum attingentes, valetudinem recuperant. Deinde ipsos docet: de Cruce: quòd [illegible] futura perpetua, & quòd amplissima præmia de[illegible] sperare. De Vita æternâ. De Pœnis impiorum [illegible] De Tolerantiâ afflictionibus: & ne vitam [illegible] nimiùm expetamus. De Electionis [illegible] de [illegible] de ordine docendi illos. De Bonis operibus, quæ possint ea præstare: nemo [illegible] ejus exitus [illegible] Non [illegible] de Domo, quæ [illegible] Non

enim potest [illegible] cum Deo & [illegible] Et [illegible]

Pharisæus quidam, Capernaum morans; ubi [illegible] eum Jesum [illegible] animam agens, Servum [illegible] filio gravem morbo, orat, ut hunc servum à morte liberet. Sed cum hic domui propinquaret; iterum amicos ad ipsum Dominum ablegat; qui indicant, eum esse dignum, ut Jesus ad tectum suum veniret: cui cum verbo abunde posse ita rem curare. Hanc [illegible] fidem Christus admiratus, e vestigio servo illi sanitatem restituit. Testantur autem circumstantiæ; hunc aliunde fuisse ab eo, qui jam 4. * descriptus est.

Alio tempore, civitatem Naim, non ità procul à Capernaõ distantem, ingressurus erat Jesus; stipatus suis discipulis suis, tum aliis quoque hominibus. Ibi Viduæ unicum filium, qui modò cum maximo luctu efferebatur mortuus, suo loco humandus, potentiâ sua in vitam revocat. Quæ res longè sparsa fuit; & maximam de Jesu famam concitavit.

Dum ista gerunntur, Johannes in carcere ab Herode tenebatur: quæ tamen captivitas est ejusmodi, ut discipuli ejus, fortè etiam alii homines, liberum ad eum haberent accessum; ac posset indè quoq; docere. Miraculorum inque magnitudine & copiâ moti, qui à Johanne adhuc, tam eximio doctore, pendebant; ad eum deferit, quæ jam Jesus passim efficiat. Johannes, non ignarus Messiæ ejusq; operum; neque etiam sui finis nescius; discipulos suos ad ipsum Jesum ablegat: ut ex ipso discerent, quòd esset Messias verus. Sciebat etiam; quòd discipuli à se divelli possent. Contentaneum certè non est, quod aliqui opinantur; Johannem ipsum dubitâsse. Non potuit enim tuarum rerum & demonstrationum; item miranda patefactionis, quæ in Jordane accidêre; tam citò oblivisci. Discipuli Johannis, ad Christum venientes, & exponentes quæstionem, sicut à suo Præceptore acceperant, deducuntur ad præsentia miracula: ut quæ prorsus eo modo, quo jam fiebant, erant prædicta, *Esa. 35.* * & alibi.

Digressis rursus discipulis, Jesus Johannem commendat; quòd sit verus & constans doctor: quòd præstiterit à Malachiâ: * quòd inter natos mulierum non fuerit major; officio nimirum, præsentem Messiam voce & digito cõmonstrans: Legem & prophetas in eo terminari: esse Eliam alterum. Miscet tantùm tristes gemitus, quòd ista summa beneficia, quæ jam Deus conferat, nihilo curentur: minatur etiam pœnas.

Alio autem tempore, consideratis beneficiis, quæ, misso jam Salvatore, toti mundo contingerent; precatur Deo Patri suo: & significat, apud Parvulos tantùm [illegible] cum habere. Docet, omnia sibi tradita: [illegible] nõsse, nisi Filium; & cui ipse velit revelare. Docet, à peccatoribus adferre & largiri refectionem, hoc est, remissionem peccatorum, & justificam. Addit & commonefactionem de cruce.

Interea, invitatus à Pharisæo, à quâdam muliere ad mensam ungitur: quæ & lacrymis ejus pedes rigans, capillis exsiccat; eosq; exosculatur. Pharisæis offensis hoc facto; eò quòd peccatricem norant hanc mulierem esse; ex effectu declarat, eam verè egisse pœnitentiam, ac hinc consecutam remissionem. Annuntiat etiam publicè Christus ei remissionem peccatorum. Neque enim dilectioni, tanquam merito, remissio peccatorum hîc tribuitur; sed Christus testatur, dilectionem ejus indicium esse, quòd peccata ei plurima sint remissa. Quæ autem fuerit hæc mulier, incertum est.

Alio tempore, transit rursus per [illegible]: ubi, Apostolis fricantibus spicas, Pharisæi criminantur eos, quasi commune Sabbatum fecissent. Sed Christus docet, eos non peccâsse. Ac [illegible] allegat exemplum [illegible] * [illegible] Sacerdotum; qui [illegible] non peccent. [illegible] Sabbati, non peccent. [illegible] Sabbati. [illegible] memorat vim [illegible]

Indè, cùm in quadam [illegible]

dam manum curat. ac probat, se, licèt sabbatum esset, rectè fecisse: idque à minori ad majus. Brutum animal, illapsum in puteum, licèt indè extrahere: ergo & hominem sanare. Hanc quoque diversam à superiore credimus: nam certis temporũ intervallis, plurima similima inter se acciderunt.

Pharisæi, accensâ odio erga Christum, tum propter doctrinam & necessaria facta; tum quia subindè audiebant se perstringi & damnari: consilia clàm inter se conferunt, quomodo eum de medio tollere possent. Ob hasce insidias, Jesus paulisper secedit; non intermittens ea, quæ ad suum ministerium pertinebant: subindè docens, ac miracula præstans. Allegat autem Evangelista *Esaiæ* locum:* *Ecce puer meus, &c.*

Defatigatus Christus assiduis concionibus, nonnihil secedit. Sui verò eum sequuti, retinere conantur; ac si mente perturbatus esset.

Dæmoniacum autem quendam liberat: quod Pharisæi mox criminantur, dicentes; hunc per Beelzebul, Diabolorũ principem, fieri. Sed eam calumniam gravissimis causis retundit Christus. 1. quòd impossibile sit ità esse: cùm invitum ac reluctantèm Diabolum ejiciat; nec colludat cum eo. 2. ab exemplo reliquorum Judæorum; quos non ita criminentur Pharisæi. 3. se spiritu Dei ejicere. 4. se, tanquam victorem, diabolum expellere. Deinde, peccata ipsorum exaggerat; quòd peccent in Spiritum sanctum: & æternas eis prædicit pœnas. Docet etiam, otiosa verba Deum severiter puniturum esse. Quærentibus signum de cœlo, respondet; se passurum, & tertiâ die resurrecturum: sicut in typo Jonæ esset expressum. Comminatur æternum exitium. Præterea & hanc pœnam eis indicat; quòd sint futuri mancipia Diaboli: estque gravissima comminatio de spiritu, adhuc malis aliis septem, revertente in domum.

Intervenientibus matre suâ & fratribus, palam docet, omnes esse matres suas & fratres, qui verbum suum audiãt, & faciant.

Non diu in uno loco subsistit Jesus: sed adit varia loca, spargens doctrinam suam salvificam; & miraculis comprobans. Habebat autem in comitatu Discipulos duodecim. Sequebantur eum & mulieres quædam: ut Maria Magdalena, de quâ septem cacodæmones expulerat; Johanna, uxor Chusæ, procuratoris Herodis; Susanna, & aliæ; Jesu de suis facultatibus ministrantes.

Cùm autem aliquando esset ad mare egressus; naviculâ ascensâ, indè turbam docuit: ubi parabolam de Seminante & Semine proponit: quam postea discipulis edisserit. & causas reddit, quare parabolis utatur: allegatâ prophetiâ *Esaiæ*,* & *Psalm.* 78.* Docet de confessione, comparatione à lucerna sumta. Addit & alias parabolas; de Zizaniis, Sinapi, Fermento: & ait, similem eis esse Ecclesiam, seu Regnum cœlorum. Ubi domum venisset, parabolam de zizaniis Discipulis interpretatur: adjunctis similitudinibus, de Thesauro, de Margaritâ, de Sagenâ piscium. Hic rursus mater & fratres ejus ad ipsum véniunt: ac denuò docet, omnes credentes se pro cognatis habere.

Vesperi ascendens navim, vult transfretare: & erant unà plures naves. Exortâ autem tempestate, ipse dormit. sed excitatus, mare & ventos verbo suo compescit.

Venit in regionẽ Gadarenorum. ibi Dæmoniacũ, legione diabolorũ obsessum, verbo liberat: qui emissi in porcos, eos suffocarunt in stagno. Quâ de re certiores facti Gadareni; meticulosi, Jesum, ut indè discederet, rogant.

Jairus archisynagogus, ubi Jesus rursus mare navigio transisset, rogat Christum, ut filiolam unicam, jam luctantem cum morte, juvaret. Inter eundum, quædam mulier, profluvio sanguinis laborans, contactâ ipsius veste, sanatur. Mortuam deinde puellam verbo suo resuscitat. Etsi [illegible] miraculis recitatæ sunt: tamen (quod [illegible]) non est absimile vero, sæpiùs ta[illegible] ad eadem paucæ circumstantiæ [illegible] meminerit, [illegible] de articulo fidei; & ipsum, cum [illegible] potiùs delectari.

[illegible] in Synagogâ libros [illegible]

sanarit; quòd tum à remotis patronibus originem haberet. Pauca ibi miracula Christus fecit, propter incredulitatem ipsorum.

Hîc quidam secundi anni prædicationis Christi Eorum fluxum.

Ex hoc tempore, è duodecim numero, quos in Apostolos cooptavit, cœpit binos mittere, ad prædicandum regnum Dei, seu pœnitentiam; & miracula faciendo. Hactenus enim, licèt delecti essent, nondum inchoverant prædicationem. Præcepit autem, ut sine expediri non gravent se vel vestibus, vel pecuniâ. Rectè homines eruditi: nec ab eis discedant; donec fundamenta perceperint; à cœmentoribus discedant. Hoc mandatum summâ fide & diligentiâ exsecuti sunt Apostoli: docentes homines; & oleo seu balsamo ægrotos ungentes, ac sanantes.

Circa hæc tempora, Johannẽ Baptistam, Herodes, crudelis tyrannus, ob reprehensum incestum, nefariè jussit in carcere, in quo eum circiter sesquiannum tenuerat, interfici. Paulò pòst ex suis comperit, Jesum stupendis miraculis sese parefacere; & incredibilem hominum ad eum concursum fieri. ideoq; varias suspiciones concipit; & occasiones eum videndi solicitè quærit. Sed Christus, nõ ignarus insidiarũ, acceptâ per Apostolos talium rerum famâ; assumtis illis, in desertũ civitatis Bethsaidæ, seorsim etiam quietis gratiâ concedit. Sed eo cognito, turbæ agminatim sequuntur. Videns autem hominũ multitudinem, eorumq; misertus, docuit eos; curavitq; infirmos. Et facto vespere, cùm inediâ pleriq; laborare inciperẽt; eò quòd procul advenissent: quinque hordeaceis panibus, & duobus piscibus, millia hominum quinque ità miraculosè pavit ac exsaturavit; ut fragmentorũ duodecim cophini superessent.

Postea, cùm populus, illectus his miraculosis epulis, meditaretur Christũ regem declarare: Christus, eâ re cognitâ, ocyùs jussit Discipulos naviculâ trans fretum ire: ipse verò, dimissis à se turbis, abiit in montem ad orandum. Interea Discipuli medio mari, ingenti tempestate, ob ventũ, quem habebant contrarium, jactantur. Circa quartam autem noctis vigiliam, Jesus mari incedens, tanquam in planâ & solidâ terrâ, navi paulatim fit propinquior. Discipuli, id conspicati, vehementer consternantur; putantes, phantasma quoddam apparère. Sed affatur eos Christus; ac jubet animum recipere. Petrus autem petit; ut & ipse posit super undas ambulare. Quod ubi impetravit: initiò præclarè, & (ut ità dicamus) superbè super aquas graditur. sed haud procul processerat: ubi venti violentiam experitur, ac spumas procellasque maris, quasi hostes videt, in se irruere; ibi cadit ejus animus ac fides, & mox in aquâ incipit subsidere, & simul clamare: *Domine, salva me.* Extractus igitur, de fidei pusillanimitate accusatur: & uterq; navim conscendunt. quo facto, tempestas illicò cessat. *Johannes** ait: cùm vellent Jesum in navim recipere; jam hæc appulerat in eum, quem petebant, locum. Unde contentur, eum verè Filium Dei esse.

Venit autem in terram Genesareth: ubi facto concursu, docet; & sanos facit infirmos: &, tangẽtes etiam fimbriam vestimenti ejus, liberamur morbis.

Postridie quæsitus, invenitur trans mare. & ingressus Capernaum in synagogam, monet eos, ne miraculis præcipuè inhæreant; sed quærant vitam æternam, & quomodo eam debeant cõsequi: nempe, per fidem in [illegible]. Cùm autem, occasione miraculosæ cibationis, per quinque panes factæ, figuratè, se-ipsum ac meritum suum, vocaret Panem fide apprehendendum: auditores, parum dextrè ista intelligentes, mentionem Mannæ injiciunt. Christus igitur, in eâdem metaphorâ manẽs, ait; se esse panem Dei, ac dare vitam Mundo. Docet præterea, quomodo velit hæc intelligi: nempe, quòd credens in Christum, habeat vitam æternam. Item, se resuscitaturum mortuos. Deinde etiã omnes, qui non sint in se crediturus, [illegible] ipsum de cœlo venisse, indignantes, [illegible] eum esse dicentes. At Christus [illegible] Panem habere in cœlis, [illegible] operetur, quæ [illegible] dicit enim; [illegible] resuscitaturum esse. [illegible] Panem

* Matth. 12. v. 9. & segg.
* Matth. 12. v. 14. & segg.
* cap. 42. v. 1.
* Marc. 3. v. 20. 21.
* Matth. 12. v. 22. 24.
* vers. 25. 26.
* vers. 27.
* vers. 28
* vers. 29.
* v. 30. 32. 33
* vers. 34. 35
* vers. 36. 37
* vers. 38. 39. 40.
* vers. 41. 42
* vers. 43. 44. 45.
* vers. 46 & segg.
* Luc. 8. v. 4. 8.
* Matth. 9. v. 9. & segg.
* v. 13. & 34
* Hosp. 6. v. 6. b vers. 8.
* Matth. 13. v. 24 & 31. 33
* vers. 36. & segg.
* Luc. 8. v. 19. 20. 21.
* Marc. 4. v. 35. & segg.
* Luc. 8. v. 22 & segg.
* Marc. 5. v. 1. & segg.
* Luc. 8. v. 26 & segg.
* Matth. 9. v. 18. & segg.
* Matth. 9. v. 40. & segg.
* Matth. 14. Marc. 6. v. 30. Luc. 9. v. 12. Joh. 6. v. 5. & segg.
* Joh. 6. v. 19. Matth. 14. vers. 22. Marc. 6. v. 45. & segg.

cretas cogn[oscat, &] [illorum] profectò nosset. 5. se iam vitã [amis]surum. 6. se carne sua redempturu esse Mundum, Judæi autem, pro sua crassa ratione, contemnunt; crudele & horrendũ æstimantes, quòd non aliter haberet comedi: tantam talem confessionem nonnunquam, qualis ipsi mentis carnis esse aut alere. Christus verò tuam sententiam clariùs asseverat: suam carnem cibum edendam, & suum sanguinem bibendum esse: addit insuper & insigniter addit: quod vitam æternam illic cibus operetur; & quod Christus in eis, qui carnem suam manducent, velit manere. Postea, rursus eos compellat: & omnibus ratione humana mentientes & monet, verbis suis credendum esse; licèt ratio humana capere ea nõ possit. Confirmat aliã sententiã: nempe, quòd Filius hominis esset in cœlum ascensurus. Id quòd etiam ratio humana consequi non posset; sed fide tantùm esset percipiendum: nam verba Dei certa atq; efficacissima esse. Præterea, hæc credere, dicit peculiare donũ Dei esse. Nam carnales semper offenduntur, carnalia tantùm sapientes. Fit igitur discessio ab ipso magna. Sed Discipuli profitentur, eum esse Filium Dei. Ipse autem monet de suo proditore.

PASCHA TERTIUM A BAPTISMATE Christi.

INcidit interea tertium à Baptismo Christi Pascha: ad quod non videtur Christus Hierosolymam profectus. Metuebat enim Judæorum invidias: qui molebantur eum interficere; tanquam qui religionem ipsorum turbaret.

Non potuit tamen à Judæis immunis esse. Sed ab Hierosolymis veniunt Scribæ & Pharisæi: qui, videntes, quòd Apostoli illotis manibus, contra morem Judæorum, cibum caperent; mox Christum adoriuntur, traditiones Seniorum violari affirmantes. Christus contra, ipsorum majora delicta initiò revelat: & dicit, ipsos Dei mandata violare, ob Seniorum decreta. Deinde *Esaiam* * de ipsis prophetasse; & taxare hypocriticos cultus.

Deinde, convocatis turbis, palàm doctrinam de Cæremoniis humanis tradit: quòd illæ externales, (quales sunt ablutiones lotionum, aut similes) non coinquinent hominem; hoc est, non sint peccata. Gravior autem esse peccata, quæ è corde scaturiant. Concionatur etiam de cæcitate Pharisæorum; & ipsorum exitio.

Profectus in fines Tyri & Sidonis, hic Cananæa, aut (ut *Marcus* habet) Syrophœnissa, filiã dæmonio vexatam, abiens verbo liberat: probatâ priùs & auctâ matris fide, quæ tantam præstat in fide & oratione perseverantiam; omnibus impedimentis retractis: ut Christus ipse, cupiditissimè se vinci passus, dicat; magnam esse ejus fidem.

Regressus ad mare Galilææ, in finibus Decapoleos, surdum ac mutum juvat, restitutis sensibus. Confidet in montes; ibiq; plurimos alios ægrotos sanat.

Cùm triduum apud se hominum turbam habuisset; ac verbo satiari pavisset: tandem etiam de ipsorum ventre solicitus est; ne ieiunã dimissi conficiantur. Itaq; septem panibus, quatuor millia hominum mirabiliter pascit: supermanentibus reliquiis, quibus septem sportæ replentur. testificans hoc exemplo; se suis auditoribus mediocrem etiam corporis sustentationem daturum esse. Acciderunt illorum ista haud procul à Capernaum.

Dimissa turbã, navigio trajiciens, in fines Magdala & Dalmanutha pervenit. Ibi Pharisæi & Sadducæi, eum tentantes, orant, ut signum de cœlo ostenderet. Sed Jesus eos vocat hypocritas. Deinde [illegible] admonet: de suâ passione & resurrectione typum proponit. Rursus navi trajectans, docet Discipulos: monens, [illegible] & Pharisæorum & Sadducæorum. & [illegible]

Venit [illegible] Bethsaidam, Cæco educto extra vicum, exspuens in ejus oculos, & manibus impositis, visum restituit integrum.

Inde ascendens venit Cæsaream Philippi: & in ea itinere cum solus oraret, & pene se haberet cum discipulis: interrogat eos, quo fama ferret suum nomen. Et illi, sententias varias; alius pro Johanne Baptistâ; alius pro Eliâ; alios pro Jeremiâ, aut [illegible] Deinde addit: *Vos autem* [illegible] ait? Ibi, cùm simul respondere non esset decorum: Petrus, non suo tantum, sed reliquorum, hoc est, communi omnium nomine, (sicut etiam non solus erat interrogatus) respondet: *Tu es Christus, Filius Dei vivi.* Hac confessione in Dei luce, Christus delectatus, inquit: Petrum, & alios hæc ex revelatione divinâ habere; non ex propriâ ratione. Deinde, ad nomen Petri alludens, petram vocat hanc ipsam confessionem, communi nomine editam: de inquit, se super eam ædificaturũ esse Ecclesiam; & portas inferorum contra eam non prævalituras. Toto cœlo aberrant; qui supra personam Petri, ejusq; successores, Ecclesiam ædificatam esse, crassissimè & insulsissimè somniant: præsertim cùm, post hanc historiã, aliquoties fudè & horribiliter Petrus sit lapsus. Declarant & reliqua sacræ Scripturæ testimonia; doctrinam de Christo, quòd ad essentiam ac voluntatem ejus attinet, esse Ecclesiæ Dei basin, & fundamẽtum immotum: ac Christum solum esse caput ejus: non ullam ullius hominis personam. Sed hæc testimonia alibi locum habebunt.

Deinde & claves regni cœlorum, solvendi atq; ligandi peccata; cum promissione, quòd in cœlis ea rata sint futura; non tantùm Petro, sed & cæteris omnibus, adeoq; toti Ecclesiæ suæ, confert. Nam non solus Petrus credebat Jesum esse Christum, Filiũ Dei vivi: nec pro se solus respondebat. Ideò aũt Petrũ affatur Jesus: quia ipse os reliquorum atq; adeò totius Ecclesiæ, fuerat. Certè *Matth.* 18. ea potestas omnibus Apostolis ex æquo conferitur.

Præcepit aũt, ne hæc cuiquam dicant. Id quod fortè, ne in eo loco facerent, prohibuit. nam aliàs certè debebas innotescere. Movet verò adjicit concionem, de suâ acerbâ passione: quod moriturus, & tertiâ die resurrecturus esset, idq; propterea indicat: ne felicitatem perpetuam somnient; ac tetè ad hoc scandalum munirent. Sed hic insignis Petri lapsus accidit; procul dubio divino consilio: ut toti posteritati notum fieret, Petri personã minimè columnã [illegible] basin Ecclesiæ esse. nam verisimile est, nullum Apostolorum concionem, de passione Christi, atsecutum esse. Sed Petrus etiã hic erumpit; increpans Christum, & dissuadet passionem. Fam rem nunc Christus indignè fert: nisi enim pateretur, non se posse redimere genus humanum, juxta decretum Dei. Graviter igitur eũ objurgat: *Vade*, inquit, *post me Satana*; scandalum es mihi: quoniam non sapis ea, quæ Dei sunt; sed quæ hominũ. Ubi tùm erat fides Petri? Hic à diabolo esse gubernatũ & perversum Petrum, Christus inte testatur: q postea ex misericordiâ tantùm recipitur.

Post hæc, etiam de afflictionibus totius Ecclesiæ, Christum sequentibus vaticinatur: ne quis sibi securitatem fin[gat] [illegible] præmia in diecrâ vitâ: & confert commoda hujus & æternæ vitæ. Concionatur denique de suo adventu in extremo judicio.

Post dies circiter octo, (ut *Lucas* scribit, dum *Matthæus* & *Marcus* intermedios sex tantùm computant. id quod nullam differentiam gignit) memorabilis accidit historia. Nam è reliquo Apostolorum cœtu, Christus deligit, suo quodam consilio, Petrum, Jacobum, & Johannem fratrem ejus: quos, in montem excelsum traductos, suæ gloriæ facit spectatores. Nam, dum oraret, (subitò) coram ipsis transfiguratus est: ità ut facies ejus veluti sol resplenderet; & vestimenta ejus candescerent, sicut nix. Accesserunt & visibiliter Helias & Moses; cum Christo loquentes de iis, quæ Hierosolymis cõpleturus esset. Nostu hæc accidisse, consentaneum est. nam initiò dormiunt Apostoli: postea expergefactis & conspicientibus tantam gloriam, Petrus Christum alloquitur; hoc in loco tria tabernacula, in memoriam tãtæ rei, exstruenda esse. Rursus autem hic lapsus Petri describitur; *qui nesciens, quid diceret*: cultum nimirum extra verbum Dei volens stabilire. Dum verò ille profert: ecce, nubes lucida eos tanquam pedibus obumbrat; & vox de nube clarissima promulgatur: *Hic est filius meus dilectus; hunc audite.* Hic etiã Discipuli cadunt in faciem, magis etiam timentes. Verum [illegible] à Christo erigentur & metu posito; nemine, præter [illegible] conspecto. Hoc autem hunc opinantur quidam [illegible] *Thabor* dictus est, haud procul à Capernao. To[illegible] hoc in facta est

ut & Christus in suo amplissimo munere cõfirmaretur; & hòmines etiam nossent, Christum verum esse Dei Filium ac Messiam: nec mansurum in morte; sed recuperaturum suam gloriam; & esse aliam vitam post hanc præsentem.

vers 9. Descendentibus ait à monte, prohibet, ne cui hæc patefaciant; nisi post resurrectionem. Non enim erat ignarus; quòd Judæi ita fuissent ingẽti fastu, quasi fabulas, ludificaturi. Discipuli quærunt: quid sit sentiendũ de Eliâ, quẽ Scribæ & Pharisæi affirment ante Messiam venturum? Ipse respondens Johannem Baptistam eum ipsum fuisse.

vers. 10. v. 11. 12. 13.

Luc. 9. v. 37. Matth. 17. v. 14. Marc. 9. v. 14. & seqq. Matth. 9. v. 28. & 32. Posteà die, Lunaticum curat; quem discipuli, ob incredulitatem suam, à dæmonio liberare non poterant. quâ de causâ Christus etiam severiter eos objurgat: ac docet de fidei potentiâ ac virtute.

Indè profectus, & transiens Galilæam, Discipulos instituit de suâ passione & resurrectione: sed ipsi non intelligebant.

Matth. 17. v. 24. & seqq. Venientes Capernaum, ab exactoribus appellantur de didrachmâ. nam in eâ civitate cum suis habitabat. Primùm autem docet suos Christus; se quidem esse liberum, tanquam terræ Dominum: sed tamen, ne cuiquam scandalum daret, solvit staterem, seu tetradrachmam, pro se & Petro; idque miraculo. Nam pecuniâ destitutus, jubet Petrum piscari: ac præpicit, primum, quem capturus esset piscem, staterem in ore ei ad hunc usum allaturum esse. id quòd etiam ità evenit.

Marc. 9. v. 33. Matth. 18. v. 1. & seqq. Domi cùm essent, quærit Christus; quales inter se disceptationes in viâ habuerint. Nam inter se contulerant, quis inter ipsos maximus futurus esset. Ipsis verò præ pudore silentibus: Christus omnes ipsorum cogitationes explorata habens, nodum hunc eis sponte solvit. Apprehẽsum infantulum, in medium statuit; & clarè pronuntiat: Omnes oportere effici, sicut esset iste puer; nec de principatu contendendum: recipiendos autem esse hujusce modi pueros: & recipientibus præmium promittit. Johanni, indicanti, quòd quidam dæmonia in nomine Christi ejiceret, cùm tamen non esset ex Apostolorum numero; respondet Christus: non esse ei hoc prohibendum. Docet de Scandalis; & eorũ pœnis: de Præsidio Angelorum, quòd parvos custodiant: de suo Officio; & quales salventur: de Castigatione fraternâ, & Excommunicatione: de Clavibus: de Oratione: de Remissione offensorum.

Matth. 18. v. 7. vers. 10. vers. 11. v. 15. 16. 17 vers. 18. vers. 19. vers. 21. & seqq.

* Joh. 7. v. 2 & seqq. Circa hæc tempora, * Scenopegia, seu Tabernaculorum festum, incidit. Compellatus itaque a suis, qui nondum omnes in ipsum credebant, ait; suum tempus nondum advenisse: deinde, Mundum se odisse. Moratus autem in Galilæâ nonnihil; in ipso festo nihilominùs Hierosolymam proficiscitur: licèt Judæi insidias ei struerent. In medio autem festi templum ingressus, palàm docet, tantâ authoritate & dexteritate: ut omnes, unde literarum peritiam haberet tantam, mirarentur. Docet autem; suam doctrinam non esse: ipsos Legem non implere; innocentem velle trucidare. Turba, nihil pensi habens, vociferatur, eum dæmonium habere. Respondet: se injustè traduci, quòd sabbato hominem curârit. nam & Circumcisionem licere sabbato administrari. Cum autem quidam in ejus personâ offenderentur, quasi non posset esse Messias; quia ex tenuibus parentibus esset ortus: in templo manifestè asseverat, se esse Messiam. Ibi Pharisæi, & Principes, & Sacerdotes, mittunt, qui eum comprehenderẽt. Sed Christus, in ipsorum conspectu, docet de suâ passione. Et iterum, novissimo die festi, de se ac suis beneficiis apertè docet: ità, ut etiam ministri eum capturi mirarentur, & manus cõtinerent; ac reversi ad suos, testarentur, nunquam se talem concionatorem audivisse. Principes opponunt: nemines in suo ordine in Christum credere; haud omissurum, si verus ille esset Messias, deinde, turbam hanc ignaram esse Scripturarum; ac temerè applaudere. Nicodemus tamen consiliarius ait esse eum damnandum, nisi causâ prius cognitâ: id esse contra Legem. Sed duriter excipitur; & concilium dimittitur.

Joh. 8. Finito festo, [illegible] Christus in montem Oliveti [illegible]

A docet. Adulteram absolvit: postquam ipsi Judæi pudore suffusi, ei parcerent. Non tamen ipsorum Legem, de corporis pœnâ, abrogat. Docet, se esse lucem Mundi: venisse à Patre: habere testimonia sufficientia. Tollit ipsorum peccata; & pœnas denuntiat. Concionatur de suâ passione & ministerio: de efficaciâ verbi: de verâ libertate: de veris Abrahæ filiis. Rursus ipsorum cæcitatem revelat: ait, ex diabolo ipsos esse; quia se & verbum suum aspernentur. ac simul de Diabolo, & ejus proprietatibus, B verbà facit. Judæi convicia in ipsum evomunt; ac objiciunt, eum esse Samaritanum, & Diabolo agitari. Christus negat: quia honoret Patrem, & ejus gloriam quærat; non propriam: suo item verbo mors æterna adimatur. Rursus obgãrientibus respondet; se gloriam habere à Patre. deinde, Abraham sui habuisse notitiam; adeò, ut ex se lætitiam acceperit. Hac absurditate, ut judicabãt, tantopere inflammantur Judæi: ut, lapidibus sublatis, manibus certaturi essent. Sed Christus ipsorum furori cedit.

Joan. 9. In eo discessu ex templo, hominem cæcum à nativitate, in quem fortè ante fores templi, aut in plateâ civitatis C incidit, luto ipsius sputo madefacto, & oculis impositio, ablegatum, ut in natatoriâ Siloam lavaret, visu integro donat: ac finem ejus operis docet esse; ut opera Dei manifestarentur. Pharisæi indignantur: & Sabbatum violatum esse, & Christum esse impostorem, clamitant: & conantur homini persuadere; ne hoc beneficium Christo imputet. Sed fortiter is perseverat. Significat autem Johannes; nuper Judæos decretum fecisse, ac promulgâsse: quòd omnes assectæ Christi deberent è synagogâ excludi, seu excõmunicari. Redit autem Christus ad eum hominem, D cui visum donârat; ac fidem ejus illustriorem facit: ut jam firmiter statueret, Jesum esse Christum. Postea, rursus de cæcitate Judæorum conqueritur.

Joh. 10. v. 1. & seqq. Discernit Pastores: seq; bonum pastorem esse docet, ac beneficia sua commemorat erga oves, hoc est, Ecclesiam; quæ ibi sub typo describitur: quod verbo suo pascat & regat oves: quòd largiatur salutem & vitam: quòd animam suam pro ovibus ponat: quòd Gentes etiam sit vocaturus. Oviculas, id est, Ecclesiã, describit: quòd sit cœtus audientium suam vocem; se sequentium; fugientiũ falsos doctores, & impia dogmata: quòd det eis omnis generis bona. E Reliquos vocat fures & latrones; qui non adferant sanam doctrinam, & sint perniciosi & mercenarios; qui tempore persecutionis ab ovibus aufugiant, suæq; tranquillitati consulant: licèt oves præda fiant lupis. Eâ quoq; occasione plurimi offensi, calumniantur, cũ Diabolo obsessum esse: non desunt tamen quidam rectiùs judicantes.

Circa hoc tempus, quidam tertii anni terminum ponit: eò quòd Renovalia Judæorum ad 25. Decembris peragebantur; quod tempus nativitati Christi est vicinum. F

Joh. 10. v. 22. & seqq. Quòd autem nunc, peracto festo Tabernaculorum, secesserit Jesus; annotatum non est. Advenit deinde festum Judæorum, quod *Encænia* nominat Johannes, quasi diceret *Renovationes*: eò quòd templum à Judâ Maccabæo rursus consecratum erat; cujus rei memoria quotannis peragebatur. Ascendit autem & Christus: & hominum frequentiâ in porticu Salomonis stipatus, diserte fatetur, se esse Messiam; & opera sua testimonium sibi perhibere. docet, ipsos nõ esse suas oves: describit, quales habeat oves; G quæq; eis beneficia conferat: quòd sit eas defensurus: quòd ipse cum Patre sit unum. Judæi, judicantes eum blasphemare, lapidationem ei minitantur. Sed cùm rursus doceret; ex operibus suis faciendum esse judicium, quis nam esset: ità eos exacerbavit; ut, nisi declinâsset ab eis, impetum in eum fuissent facturi. Proficiscitur igitur trans Jordanem; ubi Johannes initiò baptizabat: ibique aliquamdiu commoratur; plurimos ad se venientes salutari doctrinâ imbuens, & beneficiis afficiens.

ITER CHRISTI POSTREMUM versùs Hierosolymam.

H Joan. 11. Appropinquante autem nunc tempore, quo se passurum esse, juxta decretum [illegible] animam, ac [illegible] Matth.

[illegible] Venerunt [illegible] Necessitas [illegible] contentum.

Luc. 8. v. 17 & seq. [illegible] Christum [illegible] Verum [illegible] Vocat [illegible] aliam quandam; quæsi, [illegible] mortuo, jam se juberi [illegible] Similes [illegible] Matth. 8. * etiam recitantur.

Per hæc, tanquam nubes designat; præter duodecim, quos [illegible] Apostolos: eosq; binos ante se mittit, quocunque erat venturus. Aderat enim jam tempus opportunus; quo in claro ire & innotescere omnium maximè debebat. Tradit autem eis quædam propemodi similia; quæ duodecim illis dederat. Primum docet, vocationes à Deo fieri: & cum rogandi, ut salutares doctores mittat. Deinde monet de peculiaris ministerii: ne patiantur se in viâ diu detineri; sed festinent. Ideò non prohibet salutationē: sed eâ formulâ maturationē mandat. Ut prudēter dispēsent ministerii bona: vescantur rebus appositis: doceant de regno Dei: à cōmentitiis discedant. * Comminatur pœnas contemptoribus præcipuè tamen civitatib. Chorazin, Bethsaidæ, Capernao. Ratio additur: quia ministerium sit ipsius.

Septuaginta reversi, prædicant successum læti. Christus monet ipsos, de insidiis Satanæ: ac docet, suo ipsos patrocinio fuisse tutos; à se esse miraculorum virtutes: & quod præcipuè gaudere debeant, ob certam vitæ æternæ ipsē & expectationem. Christus tamen, ipse quoq; spiritu exsultans, gratias agit Deo: & docet, omnia sibi tradita; se Patrem revelare. Simili gratiarum-actione antè quoq; usus fuit (* ut suo loco dictum est. Jubet Discipulos, suam felicitatem, & præsentia bona, grato pectore considerare.

Accedit autem non longè pòst Legisperitus quispiam, persuasione propriæ justitiæ inflatus. Is, tentandi gratiâ, quærit a Christo; quid faciendo vitam æternā consequatur? Christus, de faciendis interrogantem, ad Legem deducit; & integræ obedientiæ ait vitam esse promissam. jam ipsum hæc debere præstare. Legisperitus, indignè ferens, nihil suis operibus tribui; sed, ut incipiat, primùm juberi: fastu & indignatione plenus; *Ecquis*, inquit, *est meus proximus?* Christus typum viatoris, à latronibus vulnerati, proponit: qui à prætereuntibus Sacerdote & Levitâ relictus, animā erat efflaturus; nisi Samaritanus, misericordiâ erga fanciū motus, vulnera obligasset, & imposituū jumento in diversorium deduxisset. Volebat enim homini statum omnium moralium depingere. Extuti enim donis, & fauciati sumus à Diabolo, latrone immanissimo; mortiq; destinati. Nullâ autē erga nos misericordiâ Lex afficitur: quæ in prætereuntibus ita, qui ad Legis ministeriū deputati erāt, describitur. Sed alius quispiā, nempe ipse Christus, gratis nos à faucibus mortis liberat; suo ministerio nos recreās, & in Ecclesiam traducens. Jubet autem Legisperitū similiter facere. quā re non obscurè significat, eum longissimè ab integrâ Legis impletione abesse. Siquidem neq; dū dilectionem erga homines præstiterit: nedum ergà Deum.

Venit autem Bethaniam: ubi Martha eum hospitio exci[illegible]. Ea verò sororem habebat Mariam; quæ Christi cō[illegible] intentè audiebat, idque præfert Christus officio [illegible] ac quæ præparabat ad cibum necessaria.

[illegible] apparet, iterum in alia vicina loca excurrit. [illegible] Lazarum servat, & sorores ejus, de quibus modò facta est mentio. [illegible] Christum, ob contractam familiaritatem, mittunt, qui [illegible] quem alias singulari amore cōplecterentur. [illegible] accepto, Christus tri-

[illegible] Verùm ad Discipulos [illegible] venit [illegible] Bethaniam, cum [illegible] dam. Unde [illegible] aut longiori [illegible]

Joh. 11. [illegible]

Luc. 10. v. 19 & seq. [illegible]

* Matt. 11 vers. 23.

Luc. 10. v. 23 & seq.

Luc. 10. v. [illegible] & seq.

Joh. 11. [illegible]

Alio [illegible] Lazarum [illegible] differit. [illegible] v. 25. 26

[illegible] Lazari convenerant, ad [illegible] ex eorum [illegible] concipiunt. Alii autem, ex Pharisæorum secta, rem ad Pontifices deferunt. Hac fama moti Pontifices & Patres conveniunt frequentes: ac decernunt, Jesum Christum esse de medio tollendum. Rationes fuere, ne omnes seducat. 2. ne Romani veniant, & tollant locum & gentem. Quia, cùm se Jesus pro Messiâ vendicaret; & prædicatum esset eum fore Regem: metuunt, ne, regnum politicè affectans, attrahat Romanorū exercitus; quorū tyrannidis nimis experti erant. Caiphas etiā sententiā fert: Expedire, ut unus pro populo moriatur. Hisce dolis cognitis, Christus secedit in civitatem Ephraim: ibiq; aliquandiu cōmoratus.

Accidit autem, ut quodam tempore oraret Jesus. quo perfecto, Discipulis rogantibus Orationis formam tradit. Forè autem initiò illi nondum omnia verba perceperant: aut plures jam accesserant, quam antea audierant. * cùm eadem ipsis verba dictaret. Facilior autem hæc precationis studium, dulcissimis promissionibus exemplis: simulq; monet, instandum esse.

Luc. 11. v. 1. & seq.

* Matt. 6. vers. 9.

Paulò pòst, dæmonium mutum expellit. & quibusdam criminantibus, quasi per Beelzebul ista faceret, respondet & utitur iisdem planè argumentis, sicut suprà, ex *Matthæo* & *Marco* 3. expolita sunt: (nam sæpè ei ad ejusmodi calumnias respondendū fuit) ut: 1. quod Satanas non sit contra Satanam. 2. ab exemplo Judæorum: quos ipsi judicem peculiari dono ejicere cacodæmones. 3. se Diabolum invitum propulsare. Postea de neutralibus; & de pœnā securorum & contemnentium verbum Dei, docet: quod Diabolus aliis assumtis revertatur. Hæc ipso differente; mulier quædam beatam ipsius genitricem prædicat. sed ipse revocat ad verbum Dei potiùs. Deinde turbam docet, de perversitate Judæorum: quòd ipse plus sit, q̄ Salomon & Jonas; quòdque Deus hunc contemtum sui gravissimè sit ulturus. Monet etiam de Confessione, ac verā Lucæ.

Luc. 11. v. 14. & seq.

Invitatur deinde à quodam Pharisæo. Cùm autem ille cum suis offensus esset; eò quòd non ipsorum consuetudine ante prandium lavisset; ferìò in [illegible] Judæos, tales esse [illegible] hypocritas, & [illegible] immunditie: vacare charitate: esse ambitiosos, superstitiosos, depravatores verbi Dei & clavium. ac Væ in ipsos pronuntiat. Hac severâ concione inflammati Pharisæi; struunt ei insidias.

Luc. 11. v. [illegible]

Non multò pòst, turbam concurrentē monet; ut Pharisæorum fermentum & hypocrisin caveant: jam veritatem cœlestem, ipsis invitis, erumpere in lucem. Docet de Cruce, quam adfert veritatis confessio: & [illegible] non esse [illegible] operè metuendos homines. Ratio 1. quia nō [illegible] jus in animam: Deum igitur potiùs formidandū esse. 2. Deus pios defendere: nihilque ipsis adversi posse accidere, sinè Dei permissione. 3. Confessionem habituram æterna præmia; abnegationem verò pœnas. Et hic de peccato in Spiritum sanctum quædam inspergunt. 4. Spiritum sanctum confessoribus adfuturum esse.

Luc. 12. v. 1. & seq.

Interea quidam rogat Dominum; ut præcipiat [illegible] ri, quò hereditatem [illegible] dividat. Verùm ad detrectat, significans, ad alia [illegible] esse [illegible] stultitiam esse [illegible] confidat in opibus, [illegible] Præsens de quodam [illegible] qui [illegible]

[illegible] Petrus [illegible] mum [illegible] fatur, [illegible]

Luc. 12. [illegible] & seq.

do differuit: & præsertim, cum magna fit infirmitas hominum hac in parte; eadem argumenta subindè ipsis inculcare voluit. Interea monet admonitionem de Cruce; & quòd vitæ æternæ bona sint exspectanda: de Extremo judicio; & præparatione; pœnis ac præmiis, quæ sequentur: de Separatione, quæ efficietur in Ecclesiâ: de Reconciliatione fraternâ.

Nuntiantibus quibusdam, de immanitate Pilati, qui miscuerat sanguinem Galilæorum cum sacrificiis judæorum; applicat doctrinam de pœnitentiâ: quòd hæc exempla ipsos moneant de conversione. Proponit typum de ficu; quòd Deus moram pœnitentibus concedat: quam si non agant; postea, sicut ficus sterilis, pœnâ afficiantur.

Eo tempore & Synagogam quandam intrans, docet; & incurvam erigit, ipso sabbato, quod factum, contra Archisynagogum defendit, ab ipsorummet exemplo; qui bruta sabbato curent: ergo multò magis licitum esse homines juvare. Recitat similitudines de Sinapi; de Fermẽto. Hortatur, ut per angustam portam ingrediantur; ne postea excludantur. Et prophetat de ipsorum æterno exitio; deq; vitâ futurâ: item de vocatione Gentium.

Perferuntur autem & sermones ad Jesum, de insidiis Herodis. Verùm ipse respondet: se habere suum certum terminum; ac se interea ab Herode tutum esse futurum. Rursus deinde cladem Hierosolymorum prædicit: indicatâ causâ; nempe persecutione piorum.

Sabbato quodam, Jesus apud Pharisæum cibum capit; ibiq; Hydropicum verbo curat: factum defendens, à minori; quòd asinus, aut bos, in puteum illapsus, ipso sabbato citra peccatum extrahatur. Taxat autem Pharisæorum arrogantiam: ac docet de Humilitate; de Eleemosynis erga pauperes; severâ Facultatum collocatione.

Postea typum proponit, de Verbo Dei, & Ecclesiâ. Hominem quendam Cœnam instruxisse magnificam; & vocasse convivas: verùm ipsos omnes, propter negotia civilia, excusasse. Postea verò pauperes, mendicos, & ægrotos vocatos; & deniq; extra sepes alios collectos. Prima pars, horrendâ Judaici populi obstinationem & cæcitatem adumbrat: qui prorsus Euangelii concionẽ, de Jesu Christo, fastidierũt. Altera, depingit reliquias ejus populi, Christum amplectentes. Tertia, describit Gentium vocationẽ. Deniq; pœnas cõminatur Jesus contemtorib. verbi, æternas. Pergit autem præmonere de Cruce; quæ maneat omnes pios: ac comparatione de ædificaturo turrim, docet, hæc tempestivè præcogitanda esse; ne qd præter spẽ eveniat: & ut animus rectè muniatur; ne deficiat. Addit etiam de Confessione præceptum: & minatur pœnas negantibus.

Recipiente Christo peccatores & publicanos, agentes pœnitentiam; Scribæ ac Pharisæi murmurant. Sed jucundissimis exemplis, seu comparationib. eos refutat: ac docet, eam Euangelii esse proprietatem; & hoc sum officii, ut peccatoribus adferat remissionem gratuitã. Pastorem qui perditam oviculam quærere; & drachmã amissam lumine accenso recuperari. Ipse autem Christus se omnium maximè, in pastore fido, & errantem oviculam reportante, describere voluit. Egregiè autem de Pœnitentiâ docet; quòd illa & Deo, & Angelis, gratissima sit.

Declarat autem rationem justificationis & acceptationis coram Deo, alio exemplo: nempe de Filio perdito, qui eam absumpsisset omnem hæreditatem; postea tamen gratiæ restituitur à benigno patre, agens pœnitentiam. & taxatur frater, operum justitiâ confidens; & invidens fratri eam felicitatem, quòd in gratiam præter suum meritum restituitur.

Discipulos suos cohortans, ut res spirituales atq; cœlestes studiosè cõparent; proponit exemplũ de iniquo Dispensatore, prudentissimè sibi, ingruente inopiâ, cavente [illegible]. Non autem furtum probatur [illegible], cõmendatur quædam diligentia; ut eâ magis homines excitentur [illegible] bona comparanda. Docet & de Facultatum [illegible] & quòd nemo duobus possit servire dominis.

Pharisæi [illegible] risu omnia excipiebant. Sed [illegible] filium [illegible] de pœnitentia [illegible] Dives [illegible]

A judicat. Deinde docet Lex & Prophetæ esse ad Joannem: & nihilominus manere Legem Dei.

Proponit autem Parabolã, quæ sunt, de Repudiatione uxoris, & de Repudiatarum quarundam [illegible] Sed Christus respondens [illegible] esse [illegible] ac revocat eos ad primam Conjugii institutionem. Deinde tertiam [illegible] *Deus conjunxit, homo non separet.* Objectionem de permissione a Mose factâ, dirimit: quòd ob duritiem cordis illorum illis fuerint concessi. & pronuntiat: *Quicunque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem; & aliam duxerit: mœchatur.* Domi rursus eam quæstionem Discipulis declarat: quòd etiam iis, qui dimissam duxerit, mœchetur. Cùm autem discipuli audirent; eam ob causam difficile esse, uxorem ducere: discernit Christus eunuchos; nempe illegè ferens. Postea rursus Pharisæis imaginem de Divite & Lazaro proponit; in quâ ipsorum factum reprehendit: & monet, etiam tenuiores Deo curæ esse. ac docet de Vitâ æternâ, & de Pœnis inferni.

Rursus monet de Scandalis, & eorum pœnis: de Reconciliatione fraternâ, seu privatâ. Apostoli orant, ut sibi fides augeatur. Consolatur igitur eos de exiguâ fide: ac de potentiâ ejus dicit; quòd etiã arbores jussu suo transplantare possit. Docet insuper, quòd suis operibus, etiam dignissimis, minimè debeant confidere.

Dum ibi peregrinatur Jesus, decem Leprosos verbo sanat: quorum unus tantùm revertitur, gratias agens; cæteri omnes à Sacerdotibus evertuntur. Quæ quidem res insignem hominum ingratitudinem, post accepta beneficia à Deo, depingit.

Interrogatus à Pharisæis; quando regnum Dei veniat? respondet; id non venire cum observatione: jamque in propinquo adesse; ipsos verò jam fastidire. ideoq; hæreses venturas. Addit & concionem, de novissimo judicio; & qualis hominum vita præcessura sit: nempe perfimilis ei, quæ ante diluvium, & conflagrationem Sodomæ, fuit. ac monet, ne securitati indulgeamus; ne vi e ob crucẽ, quæ est veritatis comes, deficiamus.

Alio tempore monet, Orationem urgendam esse; ne deficiamus: proposito simili, de Viduâ, etiam iniquum judicem, instantiâ & perseverantiâ implorationis auxilii, obtundente; ut deniq; opem ei tulerit. Deum autẽ multò magis orantes & instãtes auditurũ. Monet tamen paucos in terris credẽtes futuros; ubi postrema tẽpora advenerint.

Habebat penes se quosdam, confidentes propriâ operum suorum justitiâ; & fastidientes alios. iis parabolam de Pharisæo, eumdè in templo jactante sua opera; & de Publicano peccatore, tantùm misericordiam Dei implorante, proponit: manifestè pronuntians, operum justitiã à Deo damnari; & contrà, justitiam gratuitam tantùm in Messiâ propitiatore fixam esse.

Offerantur hic & Parvuli; quos jubet, contra voluntatem Discipulorum, ad se adduci: ac ostendit, talium esse regnum Dei; & nemini aliter contingere regnum cœlorũ, quàm hisce pueris. denique eos amplexatur, & benedictionem impertit.

Obviam paulo pòst Jesu venit quidã Princeps. is quærit; quid faciendo vitam æternam possit accipere? Jesus, quia de faciendo interrogârat, ad Decalogum eum remittit: & ait, perfectam ejus impletionem habere promissionem vitæ. Ille audacter sibi eam impletionem [illegible] Jesus, in crastinâ parte, q̃ procul absit, admonet [illegible] omnibus venditis, se sequi. His auditis, conscientiâ propriâ tactus; quòd nimiùm bonis temporalibus inhæreret; tristis discedit. Est autem hæc sententia personalis; quã hunc justitiarium retundit Jesus: in eo non universalis [illegible] quòd præcipit, ne simus avari, aut rebus hujus vitæ nimiùm dediti. Conversus autem ad Discipulos, monet [illegible] gnam esse remoram plurimis, ne credant [illegible] Christum: sed tamẽ Deo omnia esse possibilia [illegible] jam, Discipulos refellare præmia [illegible] liquissent. Novissimis autem diebus [illegible] vitæ æternæ: & aperturum [illegible]

Matth. 19. vers. 3. & seq. Marc. 10. vers. 2. & seq. Luc. 16. vers. 18. & seq.

Luc. 17.

Luc. 18. vers. 1. & seq.

Matth. 19. vers. 16. Marc. 10. vers. 17. Luc. 18. vers. 18. & seq.

Digitized by Google

Joh. 11. v 31 55. 57.

In præsentia tamen tunc Paschæ plurimi ejus fuerunt de Hierosolymis conferentes, ut ipsum viderent. Scribæ verò & Pharisæi mandarant, ut si quis scisceret Jesum advenisse, consilium ei indicaret, ut eum prehenderent.

Matth. 20. v. 17. 18. 19. Marc 10. v 32 33 34 Luc 18 v 31 & seqq.

Interea dicit eis Jesus palàm: eumque ob causam, clamat secretiores, palàm Discipulos, omnem, & ad se seorsim ponit, quod ipse esset passurus Hierosolymis, & à principibus, quæ ea oriturus, flagellatus, irrisus, crucianatus, & interfectus esset: sed tertiâ die resurrecturus. Verùm discipuli res eatas non assequuntur.

Matth. 20. v 20 Marc 10. v 35. & seqq.

Accedit autem mater filiorum Zebedæi; adhuc magnificam de civili regno Messiæ opinionem, sicut ex Pharisæis hauserat, fovens & obtinere petens, imò cum suis filiis; ut Jesus suos filios peculiari honore dignaretur: ità ut alter ad dextram; alter ad sinistram illius sederet. Jesus respondet: ipsos nescire, quid peterent. finem regnum esse, pati; non politicè ad imperia hujus Mundi subvehi. Reliqui decem, ita audientes, indignantur sibi dignitates eripi. Eos igitur quoque compescit Christus, discernens suum regnum à mundanis: & differè ipsis prohibens, ne affectent imperia hujus Mundi. Docet, ipsos debere esse servos: ac proponit suum exemplum, quòd sit pro aliis moriturus.

Luc 19 v 35 & seqq

Appropinquans Jericho, Cæco visum aperit. Deinde in civitate ad Zachæum, publicanorum principem, divertit; eique Euangelium annuntiat. Proponit etiam parabolâ, de elocatione talentorum, & præmiis reddè-collocatorum; pœnisque eorum, qui non adferunt fructum.

Marc 10 v & seqq. Matth. 20. v. 30. & seqq

Egrediens Jericho, Bartimæo visum donat. Indeque nonnihil progressus, rursus duobus Cæcis visum restituit.

* Joh. 12 v 1. & seqq

* Sex dies ante Paschа, Jesus est exceptus convivio, in domo Marthæ; accumbente etiam Lazaro, recèns in vitâ revocato. A Mariâ unguèto nardi pistic æ pretiosæ inungitur circa pedes; & exergitur capillis. Judas, avaritiâ ardens, factum improbat; pulcrâ hypocrisi: quasi satius fuisset, id unguentum venditum fuisse, & pauperibus datum. Sed Christus ejus avaritiam coërcet, tantùm indicans, eam unctionem propter suam sepulturam, jam instantem, factam esse: deinde, sese jam visibiliter quidem discedere.

vers. 9. 11.

Præsentiâ Christi cognitâ; plurimi Judæi conveniunt; visuri Lazarum resuscitatum ex morte: & nonnulli in Jesum credebant.

Joan. 12. vers. 12. Matth. 21 vers 1. Marc 11. v. 1 Luc. 19. v. 29 & seqq.

Alterâ die, hoc est, quintâ ante Paschа, à monte Oliveto, asino commodatò sumto, Hierosolymam, circumdatis magnâ hominum multitudine, ingreditur, cum singulari pompâ. Nam vestes alii substernunt; alii frondes spargunt: reliqua turba lato pectore acclamat; *Hosanna filio David! benedictus, qui venit in nomine Domini! Hosanna in excelsis!* idq; ex *Psalm. 118.* * Fatentur igitur apertè & intrepidè; eum esse Messiam, de quo David prædixisset: eique fausta & felicia cuncta precantur. Nec temerè iste ingressus factus est: sed erat à Deo per *Zachariam* * prædictus; ut esset peculiaris & honorifica patefactio Messiæ. Ab oliveto initium sumit; ut ostendat, se postea ibi victoriam obtenturum esse; etiamsi luctaturus sit cum morte. Pharisæi, id indignè ferentes, Jesum alloquuntur: ut populi clamores, tanquam temerarios, coërceat. Sed respondet Christus: lapides clamaturos, si ipsi tacuerint.

* v. 25. 26

* cap 9. v. 9

Luc. 19. v. 41 & seqq

Appropinquans autem civitati, lacrymas fundit, propter horrendam Judæorum cecitatem: quòd tempus visitationis, per Messiam non cognoscerent. & prædicit ipsorum ruinam.

Matth 21 vers 12. Marc 11. v. 15 Luc 19. v 45 & seqq.

Veniens autem Jerosolymam, statim in templum proficiscitur; ibique vendentes [illegible] templo pellit, [illegible] ipsorum mensas: addens [illegible] gravissimâ objectione, quòd è domo Dei fecissent [illegible]. Percussit & [illegible] ibi lanicipem languore. Principes & [illegible] ipsa [illegible] invidentes; & puerorum clamores [illegible] [illegible] [illegible]

namentum, quo Regi regum placeamus; quàm meritum Christi, nobis donatum ex ingenti misericordiâ: ficut *Roman. 8.*[a] *& 2 Cor. 5.*[b] docetur. Qui Fidem asserunt eam esse vestem; ab hac sententiâ nihil discrepant. Qui verò Opera asseverant eam vestem dici; quasi iis homines corã Deo consistere, eumq; placatum habere queant: nimiùm operibus arrogant; ac tale vestimentũ consuere tentãt, quod in hac mortali vitâ nõ habebũt integrũ: ideoq; neq; poterunt hic in regno cœlorũ esse; in alterâ verò vitâ minùs futuri.

[a] vers. 22. [b] vers 24.

Cæterùm, quod manifestâ vi non possunt obtinere; a- B
fu tentãt aggredi. Callido igitur consilio, Pharisæi, quosdam è suis discipulis, adjunctis ministris Herodis, ad Christum ablegant; cum spinosâ & captiosâ quæstione: *An liceret censum dare Cæsari, nec ne?* Quod si negasset: Herodis servi eum, tanquã seditionis autorẽ, invasissent, & suo Regi tradidissent; qui ablq; morâ crudeliter in eum animadvertisset. sin affirmâsset: Pharisæi eum, tanquam suæ libertatis impugnatorẽ, liberiùs voluissent damnare. Sed Christus ipsorum corda perspicit: & intrepidè eorum cogitationes revelat; vocans eos Hypocritas & insidiatores. C
Posteà, postulato denario, & ipsorũ testimonio accepto, tanquam antecedenti, quòd imago & circumscriptio esset Cæsaris, qui jam imperium in Judæos teneret; consequentiam tenet: *Date ergo, quæ sunt Cæsaris, Cæsari; & quæ sunt Dei, Deo.* Hâ ruborc suffusi, discedunt.

Matth. 22 vers 23 Marci 12 vers 18. Luc. 20. v. 27 & segq.

Hinc Sadducæi eum adoriuntur, doctrinam de Resurrectione exsibilantes: adducto exemplouni[a] mulieris, quæ septem habuisset maritos; absurdum fore, si resurrectura essent corpora, & omnium futura illa esset uxor. JESUS respondet: ipsos ignorare Scripturas, & virtutem Dei. in D
resurrectione non fore procreationem liberorum. Deinde, dicto Exodi, * *Ego sum Deus Abraham, Isaac & Jacob*; eos refutat. Nam Deum non esse Deum mortuorum, sed viventium.

[a] cap 3. v 6

Matth 22. vers 35 Marci 12. vers 28. & segq [e] vers 5

Indè Legis quidam peritus JESU quæstionem proponit: *quod sit mandatum omnium maximum?* JESUS eum deducit ad summam, quæ *Deut. 6.* * recitatur; eamq; clariùs exponit. *Diliges*, inquit, *Dominum Deum tuum, toto corde tuo, & totâ animâ tuâ, & totâmente tuâ. Secundum est simile huic: Diliges proximum tuum, sicut teipsum.*

Matth 22 vers 41. Marci 12 vers 35 Luc. 20 v. 41 & seq. [f] vers 8

Ipse autem vicissim eis quæstionem de Christo proponit: ac declarat, ex *Psal. 110.* * eum non tantùm esse filium David; sed habere adhuc aliam superiorem naturam.

[a] Matth 23 vers 1 2 [b] vers 3. [c] vers. 4. [d] v 5 6 7 [e] vers 8 & segq. [f] vers 13. & segq.

[a] Posteà, seriò turbas ac discipulos monet; ut tibi diligẽter à Scribis & Pharisæis caveant. Rationes sunt: 1. [b] quia dicant; & non faciant. 2. [c] quod cumulent humanas traditiones. 3. [d] quòd sint meri hypocritæ, ambitione flagrãtes. [e] Interpergit autem doctrinã: quòd Deus summus magister existat, qui omnium maximè sequendus sit. Et mox, justo zelo accensus, pro suo ministerio, excommunicationis fulmina in Scribas & Pharisæos, tanquam hæreticos & animarum pestes, promulgat; [f] Væ in ipsos clamans, subjectis eorum criminibus: quòd regnum cœlorum ante homines claudant; hoc est, corrumpant doctrinam de remissione peccatorũ, perfidè in Messiam: quia domos viduarum vorent; hoc est, superstitiosis cultibus homines emũgant pecuniâ: quòd seducãt homines specie conversionis: quòd hypocrisin homines in juramentis doceant: q tantũ ceremonialia opera exigant; reliquis neglectis: q externã rectam speciem affectent: q intùs pleni sint iniquitate: q etiam in-posterum sint occisuri veros doctores: quòd sint contemtores Dei. Deniq; prædicit eis vastationem hujus loci: & præmonet, se rediturum ad judicium.

Marci 12. vers 41. Luc 21. v. 1 & segq.

Sedens in templo, Viduam, duo minuta in gazophylacium mittentem, præfert omnibus opulentis, qui exabundantiâ suâ injecerant.

Matth. 24 Marci 13. Luc 21. v. 5. & segq

Egredienti de templo, quidam ex Discipulis admirabundus, jubet JESUM etiam magnificentiam structuræ H
lapidum in templo intueri. Sed JESUS ait; lapidem non mansurum super lapidem. Mox alii accedunt, coram Christo multa de ædificiis templi gloriantes. Sed rursus ait; quòd omnia sint diruenda.

Cùm venisset in montem Oliveti, sibiq; consedisset: Discipuli eorum accedunt, & [illegible] hæc esse futura? & quod signum sit adventus, & consummationis seculi? Recitat igitur conjunctim quædam præcessura prodigia, & indicia, tum exitii Judaici, tum Judicii sui postremi. Conjungit autem utraq;, ob similitudinem.

1. est: Falsos doctores seducturos esse plurimos.
2. Seditiones & bella frequentia.
3. Pestilentiæ.
4. Fames, & sterilitas rerum.
5. Terræmotus.
6. Immanis persecutio ministrorum verbi Dei.
7. Scandalum multorum.
8. Odia, & mutua proditio & traditio.
9. Pseudoprophetæ, falsa prædicentes, plurimos fascinaturi.
10. Fœcunditas & incrementa scelerum.
11. Charitatis extinctio.
12. Defectiones plurimorum à fide.
13. Euangelii sparsio & diffusio per totũ orbẽ terrarũ.
14. Abominatio desolans, stans in loco sancto. quam de idolo Caligulæ, illato in templum Hierosolymitanum, quidam intelligunt. Inserit autem hic admonitionem: ut omnes fugiant; & orent, ut tẽpore opportuno fugere possint. ingentem enim & horrendam vastationem futurã esse; qualis antè nunquam fuerit. Et tempus, propter Electos, fore brevius: nec recuperaturos esse Judæos suam terram & gloriam. sicut in *Lucâ* * refertur: *Hierusalem calcabitur à Gentibus; donec impleantur tempora nationum.* * vers. 24.
15. Doctores falsi: qui homines, Christum quærentes, (hoc est, remissionem peccatorum per Christum) in varia opera ac loca sint deducturi, quasi hic vel illic esset, in deserto, in camerâ: item variis signis & prodigiis homines dementaturi; quòd Christos & Prophetas se venditabunt: hoc est, se vicarios Christi esse in terris; se Prophetarum autoritate instructos, ut & doctrina ipsorum sit irrefragabiliter audienda; & politicam se quoq; habere potestatem; nec posse errare. Sed vetat Christus; ne eis obtẽperent: nam subitò adfuturum judicium.
16. Eclipses Solis & Lunæ; Casus stellarum; Commotio virtutum in cœlo
17. Signum Filii hominis in cœlo. I
18. Planctus omnium tribuum in terra. Tùm, ait, se rediturum in majestate: & Angelos collecturos esse, voce & tubâ, Electos suos. Solatur autem suos: ne contristentur; sed lætentur potiùs. comparatione à ficu, exserente folia, quæ sit Veris nuntia, sumtâ: ità ista prodigia quasi præcones esse adventûs Christi. Deinde vult, ut veri Christiani constanter firmiter: quæ sint rata atq; perpetua. Diem autem & horam, neminem, præter Patrem, scire. hac voce eos prorsùs à scrupulosiori inquisitione avocans.
19. Securitas summa; sicut ante diluvium erat, Noë cõcionante. F

In fine, hortatur ad vigilantiam. horam enim esse incertam: & plurimum referre, quomodo quisq; inveniatur. Declarat autem Christus eam adhortationem a simili: quòd prudens servus cogatur vigilanter observare heri sui reditum: sin minùs; quòd securus aut maleficus posteà daturus sit pœnas.

Matth 25 vers 1. & segq.

Ut autem magistorporem excutiat; præmia ac pœnas proponit. idq; per simile: quòd Virgines quinq; prudentes, instructæ oleo & lampadibus, sponsum commentur; reliq; quinq; fatuæ, dormitantes, & oleo destitutæ, excludant. Quitypus admonet; nõ esse conversionẽ procrastinandã. Proponit & simile, de elocatione Talentorum, ubi ii, qui fructũ adferunt Domino, præmiis ornantur: qui verò talentum suum defoderat, spoliatur, & punitur. Hæ similitudines, extra institutum Christi non debent extendi. Intentio autem Christi est: ut vigilantiam inculcet, singulis momentis præstandam.

Luc 21. v. 34 35. 36.

Monet etiam; ne patiantur, crapulâ, ebrietate, & curis hujus vitæ, gravari corda: & ut ardenter optent, ut de fugere imminentia mala, & ante Filium hominis fiat quæ est.

Matth 25 vers 31 & segq.

Huic gravissimæ cõcioni, adjungit Christus parabolam, de formâ, procedente de loco extremi judicii: quo ipse sumrus in [illegible], [illegible] Angelis quid

omnes

omnes Gentes sit congregaturus ante se: quòd protinus futura sit segregatio; aliquot à dextris, aliquot à sinistris consistentibus: quòd duplicem laturus sit sententiam, unam, in benedictos tui Patris, hoc est, credentes; quorũ etiam opera sit celebraturus, & compensaturus: alteram, in maledictos, hoc est, incredulos; quorum peccata manifestaturus & puniturus sit. Prior cœtus in regnum Dei transferetur: alter in ignem æternum, cum Diabolis, præcipitabitur. Et quòd ibi nulla excutiatio locum sit habitura: quòd, ut Justorum vita & beatitudo erit æterna; ità & Impiorum supplicia æterna.

Matth. 26. vers. 1. 2. Hisce consummatis; clarè prædicit, in eo Paschate, quod post biduum esset futurum, se captum & crucifixum iri.

Matth 26. v 3 4 5. Marc 14. v. 1 2. Luc. 22. v. 2. Interea temporis, Hierosolymis, apud pontificem Caipham, frequentissima synodus reliquorum Pontificum, Scribarum, & Seniorum, cogitur. qui omnes in eam sententiam pedibus (quod dicitur) eunt; JESUM Christum esse interficiendum, doloq; capiendum: idq; maturè, adhuc ante celebrationem festi Paschatos: ne res nova pariat tumultum in populo; si ipso festo eum trucidare vellent. Apparet autem, aliàs ipsos non habituros fuisse istius festi rationem; modò Christum tollerent, tanquam suæ religionis hostem perniciosissimum. Nam, quid ante paucos dies in templo egisset, omnibus notissimum erat.

Matth 26. vers 6. Marci 14. vers. 3. & sqq. Aberat autem tùm JESUS in Bethaniâ, in domo Simonis Leprosi: sic cognominati, quia leprâ priùs infectus, à Christo sanatus erat. Ibi & hoc memorabile accidit: ꝙ mulier, ad JESUM accedens, unguento precioso, fracto etiam alabastro, caput ejus perfundit. Quod Discipuli videntes, ægrè tulerunt; quasi esset inutilis profusio, & minùs grata ipsi Christo: ut qui antea non consueverat tam preciosè ungi. æstimabant enim unguentũ trecentis denariis. Sed Christus probat factũ; & addit interpretationẽ: quòd sepulturam suam denotet jam instantem; nec sit ejus memoria in Ecclesiâ peritura. Est autem hæc tertia Christi inunctio, à cæteris, evidentibus circumstantiis diversa.

Matth 26 vers 14. Marci 14. vers. 10. Luc 22 v. 4. & sqq. Hoc autem tempore, & Judas Iscariotes, unus ex discipulorum numero, clàm discedit: & cum Principibus sacerdotum pacisci tur, de proditione JESU Christi, magistri sui, pro certo stipendio. Ac conveniunt utrinq;, de argenteis triginta. Fortè Judas resciv it decretũ Pontificũ Hierosolymitanorũ: quòd JESUM vellent de medio tollere; nec ei licentiam concionandi, sibiq; insultandi, ampliùs permittere. audiebat etiam, Christum nihil aliud, quàm mortem ignominiosissimam, sibimet præsagire: ac pertæsus jam paupertatis, periculorum, & odiorum; sibi in tempore amicos & opes parare cogitabat: non obscurè augurans, Discipulos Christi in maximis angustiis deinceps futuros. Læti autem jam sunt Pontifices, ac tantùm non triũphant; accepto uno ex Christi schola & collegio, qui ipsorũ jam partibus accederet, & pro pecuniâ ipsis esset addictus, ipsorũq; machinationes omnes strenuè esset adjuturus. Neq; est ignavus Judas: sed opportunum tempus tradendi callidè observat. Testatur autem historia sequens; quòd perfrictâ fronte rursus se adjunxerit Christo familiariter, quasi omnium fraudum expers.

DE QUARTO ET ULTIMO PASCHATE: IN quo JESUS *Christus, agnus Dei, peccata totius generis humani portavit; ac feliciter resurrexit, victor peccati, mortis & Diaboli; partâ justitiâ, quæ omnibus in Christum credentibus communicatur.*

Joh. 12. v. 1. Matth 26. vers. 17. & sqq. Marci 14. vers. 12. & sqq. Luc. 22. v 7 & sqq. ANte diem Paschæ, (ut *Johannes* ait) seu primo azymorũ die, sc. instante, (nã ipso Paschatis festo azymi dies inchoabant. seu die Parasceves; quẽ Latini modò Jovis nominant) JESUS ablegat discipulos, Petrum & Johannẽ, Hierosolymas, ut præpararent Pascha. nec hominẽ nominat: sed eis signum proponit; ut hominem, quẽ conspexerint lagenã aquæ portare, sequantur: & ei exponant mandatũ JESU; qꝰ vellet apud eũ Pascha comedere: ut cõmodam locum ei rei in suâ domo daret. Aberat enim Dis[illegible] erit talis homo: promtè cõcedit locum agnus à Deo patre præparatus, ritu à Deo scripto. *Nicephorus* * asserit, in domo Johannis Evangelistæ, sitã ad montẽ Sion,

* *lib. 1. c. 28*

eã cœnam fuisse peractã. Sed Evangelistę non meminerũt.

Vespere jam facto, & præparato agno, (nam ut à vespere diem ordiebantur Judæi: ità & festum Paschatis ab eo tempore initium habebat) hoc est, vesperâ diem Veneris, (ut vocamus hodie) præcedente; JESUS Christus cũ duodecim (ecce Judas adest) discumbit. Initiò autem habet concionem; exponens, se summo desiderio hoc Pascha cum suis vesci. Causas exponit: 1. quia hoc sit postremum. 2. quia jam sit passurus. Deinde poculum præbet: & dicit, se posthac non ampliùs usurum tali cœnâ & potu: & subinde inserit doctrinam de regno æterno, suoq; adventu in novissimo die.

Joh 13 v. 2 & sqq. Magnâ Cœnæ hujus parte peractâ, surgit: & accinctus linteo, pelviq; acceptâ, incipit Discipulis lavare pedes. Ad Petrum cùm ordo venisset, ille renuit. sed necessitate exponit Christus: quòd non sit secum habiturus partem; nisi lotionẽ à se acceperit. Postea, totus ille lavari cupit. verùm monetur, ut contentus sit lotione pedũ. Lotione absolutâ; rursùs considens, docet, hoc factum esse in exemplũ: ut & ipsi similiter facerent, mutuis charitatis officiis.

Matth. 26 vers. 21. Marci 14 vers 18 Joh. 13 v 21. & sqq. Deinde, inter edendum, clarè monet; unum ex suis Discipulis, hic secum vescentibus, se proditurum. & atrocissimas pœnas prædicit: ut erga hostem etiam suam benignitatem declararet; si fortè ad pœnitentiam revocari posset. Quo audito, contristantur omnes vehementer: ac quilibet solicitè quærit de se. deniq; & Judas ipse erumpit, nullam pudoris significationem præ se ferens; latère Dominum credens, quòd clàm peregerat: *Nunquid ego sum*, inquit, *Rabbi?* JESUS respondet: *Tu dixisti.* Innuit autem Petrus Johanni, in sinu Christi recumbenti; ut ex Domino diserte, quis nam ille proditor esset, quæreret. idq; facit Johannes. Respondet autem Christus: *Is est, cui intinctam panis buccellã porrigo.* Et statim, accepto panis frustulo, Satanas in hominem, quem priùs etiam fascinaverat, prorsus intrat. quod Christus perspiciens, addit: *Quod facis, fac citiùs.* Judas igitur, acceptâ illâ buccellâ, continuò egreditur. Discipuli autem reliqui, nondum omnia assequuntur.

Dum autem ità simul comedissent: JESUS testamentum suum condit, & ceremoniam novam orditur atq; instituit: abrogans priorem illam Agni paschalis comestionem; & novam præcipiens. idq; tali modo. Sumto enim pane, benedicit, & frangit, ac dat Discipulis suis, inquiens: *Accipite, comedite: hoc est corpus meum, quod pro vobis datur. hoc facite in mei commemorationem.* Similiter & calicem accipiens, gratias egit, & dedit eis, dicens: *Bibite ex hoc omnes: hic est sanguis meus novi Testamenti, qui pro vobis effunditur in remissionem peccatorum.* Ac monet, se jam passurum, & regnum æternum inchoaturũ. Ideò autẽ hoc testamentũ constituit: ut Ecclesia, omnib. temporib. evidentem & illustrem applicationem haberet suorum beneficiorum.

Luc 22 v. 21 22. &c. Repetit autem sermonem de Proditore suo, qui sederit in mensâ secum: quo audito, Discipuli iterum inter se quærunt, quis nam ille sit.

Luc. 22. v 24 & sqq Hymno dicto; contentio inter Discipulos exoritur; quis ipsorum maximus futurus esset? animadvertebant enim, rerum maximarũ mutationes jam instare. Sed Christus prorsus eis eximit cogitationes de regno mundano, ac spem præcidit: prohibens ipsis imperia politica; & discernens ab ipsorum officio. Deinde inculcat, ipsos futuros esse ministros: idq; à suo exemplo. Tertiò, ipsorum regnum & gloriam in alterâ vitâ secuturã; ac in novissimo die primùm revelandam esse. Rursus verò mentionem injicit de suo transitu: & ipsos discernit à suâ actione, quòd jam se non possint ei socios præbere. Monet, ut se mutuò diligãt: idq; etiam professionem ipsorum postulare.

Joh 13 v 31 & sqq Postea dicit, omnes in se scandalum passuros: idq; juxta prophetiam *Zachariæ* * *Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis.* Consolatur tamẽ: quòd resurrecturus sit; & placidè ipsos velit recipere, seq; ipsis manifestare. Postea* etiam peculiariter affatur Petrum, dicit: Satanam expetiviss[illegible], ut eos cribraret. verùm se in ipsius fide obtinuisse, ne Petri fides deficeret: & ipsum aliquando conversum, debere fratres suos confirmare. Sed Petrus confidenter respondet: * Se non defecturum esse à Christo; vel si reliqui

*Matth 26 v 31. 32. Marci 14 v. 27 28 * cap 13 v 7 * Luc. 22 v. 31. 32. Matt 26 v. 33. 34. 35. Marci 14 v 29. 30 31*

Luc. 22. v. 33. 34. Iohann. 13. v. 37. 38.

omnes scandalisentur: imò se paratũ esse, pro Christo vitam profundere. Christus respondet: eum aliquando id facturum: sed eum in hac nocte, priusquàm Gallus bis cecinerit, ter se abnegaturum esse. Petrus cõstanter pernegat, se id facturum cui adstipulantur cæteri omnes.

Luc. 22. v. 35. & seqq. * vers. 12.

Post hæc, rursus monet Christus, certaminibus nunc opus esse; & jam oportere Scripturã impleri, *Esaiæ 53.* * *Cum iniquis deputatus est.* Discipuli id, quod de gladio proverbialiter Christus dixerat, non intelligentes; duos gladios ajunt in paratõ esse. Sed Christus respondet: Satis est. subindicans, tes illas quas nunc moliatur, non esse corporalibus armis gerendas.

Iohann. 14. v. 1.

Cùm jam Discipuli mœstitiam aliquam præ se ferrent; Christus eos erigere atq; solari incipit. 1. Ne propterea turbentur nimiùm; sed credant in se, ut in verũ Deũ. 2. Quòd eis paraturus sit, hæc suâ passione, locum in cœlo. 3. Quòd eos sit recepturus aliquando prorsus ad se, in vitam æternam. Thomas, communi nomine, ipsorum inscitiã & imbecillitatem prodit: libereq; profitetur; se nescire, quò sit abiturus. Christus docet; ad Patrem se iturum: ac non patêre cuiquam ad Patrem accessum, nisi per se: imò ipse Patrem cognosci. Mox Philippus, coram Patrem intueri gestiens, rogat, ut Patrem sibi cæterisq; commonstret. Sed Christus docet: ipsos debere esse contentos, q̃ se videant; propterea quòd ipse in Patre, & Pater in ipso sit: nec alia magis arcana inv estigent. Deinde, verba sua, ait, se ex voluntate Patris proferre, deniq;, opera de se testimonium perhibere, q̃ sit verus Deus. Et prophetat de operib. Ecclesiæ: docet, de oratione in suo nomine faciendâ; de suâ intercessione apud Patrem: de donatione Spiritûs sancti; & q̃ Mundus non sit ejus capax: de perpetuâ defensione tuorũ: de fine mundi: de vitâ æternâ, & plena cognitione Dei: de verbo Euangelii, eiusq; fructu. Interpellat autem & Judas, concionem Christi non satis intelligens; quomodo se esset manifestaturus? Christus respondet; verbo se id facturum: de prædicat verbi sui efficaciam, dignitatem, & autoritatem. Pollicetur peculiarem Spiritûs sancti missionem: cujus auxilio omnia rectiùs sint intellecturi, quæ a Christo audivissent. Rursus autem monet de passione suâ, & ejus fructibus: quòd pacem cordium suis esset impetraturus. Quapropter ipsos non debere nimiùm mœrere. Se enim, juxta Patris cœlestis consilium, & propter amorem suorum, subiturum ista omnia; ac Principem hujus mundi superaturum, nec illi succubiturum esse.

Hac concione absolutâ, nocteq; ingruente; monet, ut jam fugant, & excedant civitate; recta ad montem Olivarum iturã. Cæterùm, quoto die hoc Pascha celebraverit; infrà latiùs attingemus: ubi simul de tempore passionis disserendum erit.

Iohann. 15.

Interea porrò, salutari doctrinâ Discipulos imbuit Christus docens, de Bonis operibus in genere; qui ea præstandi possint, quomodo fieri debeant, & quo fine: de Dilectione in specie, juxta præcepta primæ & secundæ tabulæ. Causæ recipiantur: 1. suum exemplũ. 2. ipsorum vocatio. Item de Oratione: de Persecutione tolerandâ. Rationes item: à suo exemplo. 2. à causâ: quòd non sint de Mundo: deinceps nomen Christi sonêt. 3. quòd persecutores cæci sint, quòdq; contra ipsum Deum sæviant. De Spiritu sancto, ejusq; officio: de ministerio deniq; Apostolorum.

Iohann. 16.

Admonet enim, quantæ tempestates sint excepturæ Apostolos: quòd excommunicandi sint; & interficiendi singulorum triumpho, quasi blasphemi homines. idq; tamen futurum esse illos, qui Deũ non rectè norint. Docet eos de suâ passione, & merito; quòd Spiritum sanctum in suis immissurus. De ministerio Spiritûs sancti: quod [illegible] in Mundum; de peccato, justitiâ, & judicio: [illegible] in percipiendâ doctrinâ, [illegible] plenè illuminentur, sit adjuturus. Iterum [illegible] quod eum non intelligerẽ; [illegible] formatione [illegible]; à [illegible]

Matth. 26. vers. 36 Marci 14. vers. 32. * Psal. 22. v. 20 Psal. 18. v. 5 & 1499.

Atque Sic peracta, & tantorum virorum & animarum salute alluturum esse? Cum eo more & traditione religionis ingressionis ipsorum consuetudinem & consuetudinem. Patris esse fuit in ipso amorem & hanc electionem quam quidem per fidem in Christum consequuntur. Secundò autem rursus commonefactionem; quòd Discipuli sint ipsum deserturi. & mox addit; quòd in toto curriculo vitæ suæ ad veritates sint habituri: quib. non debeant frangi; sed in Christo confidere, qui Mundum vicerit.

His finitis, ad orationem ardentissimam se convertit, sublatis in cœlum oculis. Petit autem, ut nunc clarificetur, ac docet simul de vitâ æternâ: de verâ Dei cognitione: de suo officio: de suâ æternâ gloriâ, quam ante Mundi conditionem apud patrem habuerit: de verbo suo. Applicet suum meritum cunctis credentib.; & discernit ab illis Mundum non-credentem. Orat pro Ecclesiâ, ut nomen Dei in eâ sanctificetur: & ut Deus in credentibus habitet, atq; ad vitam æternam eos transferat. Non autem magis seria hactenus oratio à Christo recitata est, quàm hæc. & ita grator debet cunctis esse: quia applicationem universalem meritorum Christi continet, ad omnes verè-credentes.

Iohann. 17.

PASSIO DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI pro peccatis totius mundi.

Acta in horto.

Luc. 22. v. 43. 44.

VEniunt tandem Christus & Discipuli, trans torrẽtem Cedron, in villam Gethsemane, in hortum; quem simul ingrediuntur. Frequenter autem antea quoq; in eo loco fuerat Christus; non ignarus, ibi se initium passionis suæ facturum esse. Jubet autem Discipulos considere: & peculiariter assumtum Petrum, Jacobum & Johannem, paulò longius à cæteris abduxit: fortè ut, qa priùs suam gloriam in monte conspexerant; nunc etiam ingentem ejus humilitatem coràm intuerent. Ac cœpit ibi cohorrescere, ac mœstus esse: idq; clarè significat; animâ suâ dicens esse perturbatam, usque ad mortem. Hortaturq;, ut secum vigilent, & preces ad Deum faciant: ne in tentationem incidant. Mox ab ipsis ad jactũ lapidis progressus, ac segregatus, in faciem suam se prosternẽs, oransq; clarâ voce. *Pater*, inquit, *si est possibile, transeat a me calix iste: verumtamen non sicut ego volo; sed sicut tu vis.* Ex istis angustiis surgens, venit ad Discipulos: quos offendit dormitantes. Simonem autem alloquitur, blande increpans; quòd ne unâ quidem horâ secum posset vigilare. & omnes cohortatur, ut jam orent; ne intentationem cadant: spiritum quidem in se promtum esse; sed carnem infirmam. Abit autem iterum ad orandum, & eadem precatur. postea rursus ad Discipulos redit. sed ipsi alium dormiunt. &, ut tam solenti, non habent quod Christo respondeant. Tertiò inde ad locum orationis revertitur, eadem petens.

Luc. 22. v. 43. 44.

Dum autem ità luctatur; ecce Angelus è cœlo apparet, eum confortans. Pergens autem in ità acerrima luctâ, prolixiùs & ardentiùs invocat: ita etiam, ut jam sanguinis guttæ ex ejus corpore erumperent, & in terram decurrerent. id quod de nullo unquam homine compertum est. Testãtur autem isti sudores, luctæ cũ morte, & cruenti tuiores; immensum esse pondus peccatorũ totius humani generis, propter quæ tantos cruciatus Jesus Christus sustinuerit. quanta sit ira Dei; ac quantæ pœnæ nobis omnibus imminerent, nisi is Mediator venisset. Declarat etiam immensum amorem Filii Dei erga genus humanum: qui, ut nostræ saluti consuleret, tàm acerbos & crudelem crucem non abhorruit. Probant, Christum verum esse hominem; & patiendo nostram salutem parâsse ac operatum esse.

Esi autem nulla creatura, angustias, quas hoc in loco Christus perpessus est, explicare possit: tamen consideri eas necesse est, quantum in hac imbecillitate [illegible] fieri potest. Exsistunt verò Doctores [illegible] horroribus & consternationibus, [illegible] tollere ista velint; in Christo verum [illegible] ad eos recensendos, [illegible]

Luc. 22. v. 45. Joan.

Joan. 18. v. 4. & segg.

Matt. 26. v. 48. 49. 50. Mar. 14. v. 44. 45. 46. Luc. 22. v. 48.

Matth. 26. v. 51. Marc. 14. v. 47. Luc. 22. v. 49. Joh. 18. v. 10. & segg.

[illegible] Pontifices, magistratibus [illegible] Apostolos & convictoribus Christi quæ, ut dictum est, gesserat cum Christo docuisse gratam Euangelii vocem, & amorem illius edidisse.

Jesus Christus ut vidit, non contumelijs sibi fugâ verum omnia cruciatûs genera ferendi, quæ sibi erant eventura, ipsorum obviam ire progressus, placidè affatur: quem quæritis? Ille confestim, is est Jesus, (statim omnes ea voce, veluti fulmine, percellit ac prosternit: adeò ut in terram cum Judâ corruant, dictorum minarum & armorum oblivi. Voluit autem Christus hoc miraculo, eos monere de pœnitentiâ: item, ut manifestum fieret, se sponte sese dare passioni; nec invitum ad eam, hostium (solummodò) vi ac furoribus, pertractû esse: præterea, ut constaret, quid inanis verbis ac manu posset; qui blandâ rei pōlione & confessione tàm iratos hostes prosterneret.

Cùm jam rursus humo se erexissent; nondum in eum impetum facere possunt. Denuò igitur Christus quærit, quem velint? At ipsi Jesum se dicunt quærere. Ibi iterum respondet, se esse: ac præcipit eis, ut se solum capiant; & Discipulos suos liberè dimittant. Mira autem res est, quòd nec ea vitiosissimi hîc coguntur ad inermem virum confiteri, nec ipse ejus tanto pere teneretur: ut, quasi efficminati, ibi armorum & manuum suarum usum nescirent.

Matt. 26. v. 48. 49. 50. Mar. 14. v. 44. 45. 46. Luc. 22. v. 48.

Tandem, Judas etiam, hîc miraculis nihil motus, impudentissimâ fronte accedit, ac confestim Jesum salutat: *Ave*, inquiens, *Rabbi*. Hoc enim signum eis dederat: ut eum, cui oculum fixisset, quemq; Rabbi appellâsset, comprehenderent, & cautè ducerent. Cogitent verò omnium piorum pectora; quàm tetra res sit, organum heri Diaboli, sive ambitione, sive avaritiâ. Jesus placidè Judam alloquitur: *Amice, ad quid venisti? num osculo trado Filium hominis?* Tunc demùm catervatim in Jesum irruunt, ac vinculainjiciunt.

Matth. 26. v. 51. Marc. 14. v. 47. Luc. 22. v. 49. Joh. 18. v. 10. & segg.

Discipuli, ita videntes, quærunt; an gladio vim illam propulare debeant? Petrus verò, non exspectato responso, Malchio, Pontificis ministro, dextram auriculam gladio extracto amputat. At Christus non probat factum; ac jubet eum gladium in vaginam recondere: gravissimas adjiciens rationes. 1. quòd omnes, gladium præter vocationem usurpantes, gladio debeant perire. 2. quòd non indigeat patrocinio hominum: nam, si auxilium vellet, posse se aliquot legiones Angelorum impetrare à Patre cœlesti. 3. oportere se jam pati sentit a Patre sit præfinitum. 4. a ratione, nisi propinquo sanguinis tui, Scripturas impleri non posse. Hæc ita expolitis; in monumento auriculam restituit, etiam hostibus benefaciens: ne quis dicere audenter in ultionem ruere; sed tanquam ovis ad mactationem jam accedere.

[illegible] Joh. 18. v. 10. & segg.

[illegible] oculis, in hariolarium ipsos [illegible] collos suos [illegible] compellit; exponit [illegible] ad progressum aliquam [illegible] tronè publico [illegible] rem-

[illegible] ritis [illegible] ad-

ACTA CORAM PONTIFICE

[illegible] Magistratu explicata.

Ingressi [illegible] Petrum [illegible] Principem [illegible] reverentes, [illegible] Caipham, [illegible] Pontificem [illegible] famulantem, permittit eum [illegible] & Seniores convenerant.

Sequebatur autem Jesum Petrus [illegible] quidam discipulus; qui eum notus [illegible] missus est. Verùm [illegible] di liceret, in interiorem [illegible] censis primis, propter nocturnum [illegible] Ad eos Petrus rerum finem exspectans [illegible] lefaciendi sui gratiâ. Eum conspicata ancilla [illegible] ignotum, procaciter alloquitur: *Ne tu Jesu [illegible] palus?* Petrus negat: & se neque noscitare [illegible] bere ait; nec scire, quid dicat. Paululumque in [illegible] cedens, ibi gallum cantum audit. Sed ille verò, prudenter silence in sua conscientiâ.

Interea, coram eo coram Principe adducitur [illegible] sionem doctrinæ Christianæ [illegible] sa dogmata; sed jubens eum [illegible] rit? Jesus, de iniquo eum processu [illegible] vinctum judicio sisterent; nec haberent [illegible] ait: se palàm in templo, in synagogis, ac coetibus [illegible] rum, semper docuisse; nihil verò in angulis egisse: & provocat ad ipsos auditores; à quibus, quid docuerit, [illegible] dicendum: cùm manifesta ejus doctrina. Hoc responso dato; minister assistens, & audiens, negligentiam [illegible] dotum & iniquum processum carpit, atque [illegible] dominorum, Jesu impingit; dicens: [illegible] *Pontifici respondere?* At Jesus, quia [illegible] indicat; testimoniis se convincendum esse, si [illegible] derit: sin bene, debere eum continere manus.

Nihil autem absterriti Sacerdotes, & [illegible] causas investigant; ob quas eum morti tradere [illegible] sed ejusmodi nihil testes ullas queunt. Antiùs autem [illegible] nia imponunt: eius tamen profunditatem [illegible] plasmet non facile clare. Denique [illegible] medium; qui affirmans, Christum [illegible] le se templum hoc manu factum [illegible] restaurare sine manibus [illegible]

[illegible] get Jesus. verum ipse tam crafti [illegible] non dignatur ullâ responsione. Tum Princeps [illegible] terio rem aggreditur: *Adjuro*, inquit, *te per Deum vivum, ut dicas nobis, an tu sis Christus, Filius Dei benedicti.* Jesus clarè & diserte respondet: *Testimonii; ego sum.* & addit testimonium: *Verumtamen*, inquit, *dico vobis; [illegible] debitis Filium hominis, sedentem à dextris virtutis [illegible] nientem in nubibus cœli.* Hæc cernò nulli [illegible] convenire possunt. Sed Princeps facen [illegible] est ut longius ista cum Jesu disseret; [illegible] mentem dirumpens exclamet: *Blasphemavit [illegible] plius testibus esse opus; vel solam hanc [illegible] dignam.* Consultuntur & reliqui, [illegible] nunt, eum mortis reum esse. O [illegible] nimum judicium! Fatetur hic Christ [illegible] se Filium Dei. Inde rem infernam, [illegible] Annondet [illegible] nem de [illegible]

tractantes; nullis non probris vexantes; & diabolicis ſarcaſmis exagitantes.

Dum iſta peraguntur; alia ancilla Petrum videt: & dicit, cum eum Jesu Nazareno fuiſſe. Idem & alii ei objiciunt. ſed Petrus iterum negat, ſe eſſe; neque hominem illum noviſſe: addito etiam juramento. Poſt horæ intervallum, alii de eâdem re inſimulant: idq; ex ſermone manifeſtum eſſe. Cognatus etiam Malchi aſſeverat, ſe ipſum in horto conſpexiſſe. Tunc etiam ſe deteſtari, & jurare incipit, ſe non eſſe ejus diſcipulum, neq; eum noviſſe. Et continuò gallus ſecundò cecinit. Et converſus Jesus, Petrum eſt hortatus. Tùm primùm cœpit agnoſcere lapſum ſuum horrendum: nec potuit ampliùs hominum conſpectum ſuſtinere; ſed foràs ſe cõferens, amarè flevit. Sic, quæ Chriſtus prædixerat, omnia complebantur. Et in aulâ Pontificis Petrus abnegat: id quod myſterio non caret. ſicut etiam Judas, in aulâ Sacerdotum, triginta argenteis Chriſtum vendit ac prodit.

Matt 27. v.1. Luc.22. v.66 & ſqq

Sub diluculum, rurſus coëunt Pontifices, Seniores, & Scribæ: & rurſus ſiſtitur Chriſtus concilio: nam interea inter impios miniſtros variè exagitatus fuerat. Denuò autem interrogatur; an ſit Meſſias? Jeſus reſpondet: *Nihil apud vos proficio: ſive confitear vobis; non creditis: ſive interrogem; non reſpondetis, nec me dimittetis.* Ac repetit; quòd eum poſthac viſuri ſint, ſedentem à dextris virtutis Dei. Inferunt igitur: *Num tu ergo es Filius Dei?* Reſpondet: *Vos dicitis; ego ſum.* Abrumpitur igitur actio: omnesq; judicant, ſe nullo ampliùs teſtimonio indigere.

ACTIO CORAM PILATO, ſive Magiſtratu politico.

Lata jam ſententiâ in Jesum, quòd ſupplicio capitali affici[illegible] eſſet: è domo Caiphæ, ad prætorium, in quo Pilatus, ex urbe Româ miſſus, jus dicebat, tanquam politicus magiſtratus, illũ ducebant, ut confeſtim occideretur.

Matt. 27. v.2. Mar. 15. v. 1 Luc. 23. v.1. Joh. 18. v.28. Matt. 27. v 3 & ſqq.

Judas, cibiem Pontificum videns, & audiens, Jesum nullius criminis eſſe reũ; incipit, judicio Dei, peccatũ ſuum conſiderare: & repentè adeò augeſcit, ut agnoſcat, ſe Meſſiam ſceleratè tradidiſſe; nec potuiſſe ullũ majus peccatum committere. E veſtigio igitur triginta argenteos ad Sacerdotes reportat; clarè teſtificãs, ſe peccâſſe, quòd injuſtum ſanguinem tradidiſſet. Sed ipſi detrectant eam pecuniam recipere; & occinunt, ea ſe ejus conſcientiæ relinquere. Judas igitur properè intemplũ currit; eò abjiciens proditionis argenteos: & peccatorũ pondere, terroribuſq; Diaboli victus, vitam ſuâ fordè laqueo finit; crepansq; medius, interna effundit. Sacerdotes hypocritæ nolunt pecuniam in corbonam mittere; eò quòd eſſet pretium ſanguinis: ac communi conſilio poſtea agrum figuli, in ſepulturam peregrinorũ, emunt. Idq; juxta prophetiam *Zachariæ* * factũ eſt: *Et accepi, inquit, triginta argenteos, pretium æſtimati, quem æſtimatum emerunt à filiis Iſrael; & dederunt eos in agrum figuli: ſicut conſtituit mihi Dominus.* Ejuſmodi nunc pœnas luit, qui ob pecuniam cum impiis ſacrificulis colluſerat; nec veniam à Chriſto precabatur. Quales verò pœnas dabunt, qui poſterioribus temporibus, longè majori pretio, Jesum impiis ſacrificulis produnt atq; proſtituunt.

* cap. 11. v. 12.

Joh. 18 v.28. & ſqq.

Vide autem rurſus inſignem perſecutorum hypocriſin. Judæi enim in prætorium nolebant ingredi; ne aliquid impuritatis contraherent: ob feſtum Paſchatis, quod ſub vesperam celebrandum erat. Pilatus igitur egreſſus, quærit; qualia crimina hunc captivum crimina proterrent? Pontifices & eorum ſocii, ſuperbè reſpondent: *Niſi eſſet malefactor, non tibi hunc addixiſſemus.* Apparet igitur, Judæos [illegible] nullam cauſam protuliſſe; ſed tantùm ſuperbè [illegible] ſe; ut ille, què vinculis cõſtrinxiſſent, mortis [illegible]. Pilatus autem eorum impudentiâ coargens [illegible] *Vos eum, inquit.* Sed ipſi mox conſilio [illegible] eſſe id; ſe futurum [illegible] * ſoriosum eſt.

* Prov. 10. 10. 11. v. 2.

Matt 27 v. 11.

Pilatus, audità Galilæâ, eò quòd Chriſtus etiam Galilæus eſſet; mox occaſionem cepit eum dimittendi: & juſſit eum, unà cum totâ turbâ Judæorum, ad Herodem abduci; qui tùm cõmodè Hieroſolymis erat. Is, viſo Jesu, lætabat; ac ſperabat ſe ab eo ſignũ viſurum. Verùm Jesus queſtionibus Herodis, & criminationibus Sacerdotum, ne verbum quidem reſpondet. Herodes igitur, unà cũ ſuis ſatellitibus, Jesum ſpernit; & indutum veſte albâ remittit ad Pilatum. & hac ratione iſti duo reconciliãtur; qui antè inimicitias inter ſe aluerant. Poſtquam rediſſent ad Pilatum: clarè teſtatur coram omnibus; neq; ſe, neq; Herodem, ullum crimen in Jesu deprehendere morte dignũ. Se igitur eum caſtigaturũ, ac dimiſſurum. Idq; etiã dicebat eam ob cauſam: quòd, pro more Judæorũ, (nõ tradito ſibi à Deo; ſed ipſõte inſtituto) ſingulis annis, ad feſtum, quendam maleficum cogeretur dimittere. Debebat autem eſſe recordatio liberationis Ægyptiacæ. verùm maleficos non punire, contra Dei præceptum eſt. Erat tùm in vinculis etiam Barrabas, ob ſeditionem & homicidium carceri traditus. Proponit igitur Pilatus hoſce duos; Jeſum, & Barrabam: datq; optionẽ, utrum debeat dimittere. Sacerdotes ac Seniores populum inſtigant; ut Barrabam poſtulent: quod & faciũt. Inſtat Pilatus: *Quid igitur cum Jeſu Chriſto agam?* At illi omnes uno ore altùm vociferantur: *Crucifige, crucifige eum.* Pilatus reſpondet: Jesum nihil tale commeruiſſe: ideò ſe eum caſtigatum dimiſſurum. Sed ipſi urgent ejus crucifixionem.

Luc. 23. v.6. & ſqq.

Matth 27. v.15 Mar. 15 v 6. Luc 23 v.17 Joh 18. v.39 & ſqq.

Dum iſta peraguntur; conjunx Pilati ad eum mittit: monens maritum, ne quid in hunc juſtum virum crudele ſtatuat: ſe enim in ſomno hodie propter eum plurima perpeſſam.

Matth 29. v 19.

Duxit autem Pilatus Jesum intrò; & juſſit flagellari. Milites verò inſuper coronam, de ſpinis contextã, imponunt ejus capiti; ac genu flexo irridentes, dicentes: *Ave Rex Judæorum.* & alapis in faciem cædunt; ac purpurâ induunt. Hoc tàm miſerabili ornatu, Jesum Pilatus rurſus foràs ad turbam educit; teſtificans, ſe nihil in eo culpæ deprehendere. & commiſeratione motus dicit: *Ecce homo!* Verùm furiati Sacerdotes & eorũ miniſtri non poſſunt; & rurſus clamant: *Crucifige, crucifige eum.* Pilatus dicit: *Vos igitur eum crucifigite.* Ipſi reſpondent: *Habemus legem, juxta quam debet mori. Fecit enim ſe Filium Dei:* hoc eſt, blaſphemus eſt. Rurſus Pilatus ingreditur; ac ſeorſim interrogat Jesum, unde ſit. Verùm Jesus nihil dat reſponſi. quæ res Pilatum malè habet; ut expoſtulans dicat: *quid de contumelia arguis? cùm penes ſe ſit poteſtas, vel dimittendi, vel crucifigendi eum.* Jesus ait: *Non haberes eum poteſtatem, niſi eſſet è cœlo modò permiſſa.* at Judæos tamen graviùs [illegible] teſtatur. Egreſſus Pilatus, iterum tentat Jeſum liberare. Verùm Judæi clamant: *Si hunc dimiſeris, non es amicus Cæſaris, quiſquis regem facit, Cæſari contradicit.* Pilatus, hiſce [illegible] quòd etiam de gratiâ Cæſaris periclitari [illegible] ſin in publicũ locum, qui Lithoſtrotos [illegible] Hebraicè; conſedit, circiter horam [illegible] quæ quidem nox eſt [illegible] crucifer! Sed omnes clamant: [illegible] Clamor augetur; [illegible] ſi, quòd [illegible]

Joh 19 v 1. & ſqq.

Matth 29. v. 24. 25. 26.

[illegible] hil pro-

Ut præficere in consilium omnium manus Dei cupiebat, in innocentem esse à tempore istius pulli viri, judicio recognoscendo debere Deum vindicare. At universa turba, hoc ingens peccatum in se recipiens, clamat: *Sanguis ejus sit super nos, & super filios nostros.* Tunc dimittit eis Barrabam; Jesum verò flagellatum tradit, ut cruci affigatur. Sic, licèt plurima innocentiæ testimonia Jesu ferret impius & injustus judex: tamen crudelium præficatus cruentis & sceleratis Sacerdotibus, adjuvat & perficit Jesu internecionem.

Matth. 27 v. 27 Marc. 15. v. 16 & segg.

Milites autem Jesum, qui in ipsorum potestatem jam prorsus venerat, reductum in prætorium, liberiùs jam & crudelius exagitant. Omnes enim illic lictores & carnifices congregantur: & quilibet in eum aliquod sævitiæ genus exercet. Rursus coccineâ chlamyde eum induunt: spinis coronant: arundinem porrigunt: irrident eum, quasi fictus esset Judæorum rex: exspuunt in eum: percutiunt.

ACTA POST PUBLICAM CONDEmnationem Jesu, in loco supplicii.

Matth. 27 v. 31 Marc. 15 v. 20 Luc. 23. v. 26 Joh. 19 v. 16 & segg.

Denique, cùm jam omnem suam libidinem in eo compleviſſent; indutum suis vestibus, eduxerunt in locum publici supplicii. Propriam autem crucem, in quam suspendi debebat, bajulat Jesus: &, cum penè viribus destitueretur, ob varias injurias & vexationes, quas totâ nocte, ac maximâ jam diei parte, pertulerat, milites Simonem quendam Cyrenæum, Alexandri & Rufi parentem, forte prætereuntem, apprehendunt; eumq; vi cogunt, ut Jesum in portandâ cruce juvet.

In hac viâ Jesum sequitur ingens turba; & mulieres quædam, deplorantes tam immanem hujus viri tractationem. Sed Jesus, sub cruce ad eas conversus, monet; ut sese suosq; liberos defleant: subindicans, sese jam propter peccata generis humani ista perferre. Deinde, prædicit cladem & interitum populi Judaici: & monet de pœnitentiâ. Educebantur autem simul duo latrones, eâdem pœnâ afficiendi.

Ventum est ad supplicii locum, quem Golgotha, hoc est, Calvariæ seu craniorum locum, appellaverunt: ibi milites Jesum, vestibus spoliatum, crudelissimè expansum ad crucem, & clavis perforantes manus illius ac pedes, affigunt. sicut *Psalm. 22.* Foderunt manus meas, ac pedes meos.* Præbent autem Christo vinum myrrhatum, ac felle permixtum, ut biberet: verum eo gustato, noluit bibere. Crucifixerunt autem simul Latrones: & statuerunt alterum à dextris Christi, alterum à sinistris; ac si omnium sceleratissimus foret medius ille. Facta & hæc sunt juxta *Esaiæ** prophetiam. *Cum iniquis deputatus est.*

* vers 17.

* cap. 53. v. 12.

*Marcus** ait crucifixionem horâ tertiâ accidisse. *Johannes** scribit, quòd fuerit circiter horam sextam. Id verò nihil discrepat. Diem enim integrum in duodecim horas distribuerunt: & postea rursus in quadrantes diviserunt, ternas horas complectentes. Primus quadrans erat, à primâ usque ad tertiam: secundus, à tertiâ usque ad sextam: tertius, à sextâ usque ad nonam: ultimus, à nonâ usque ad duodecimam. Jam totum illud tempus cujuslibet quadrantis, ab initio nominarunt. Sic tertiam vocarunt tempus illud, quod erat inter tertiam & sextam: sextam vocarunt, tempus totum usque ad nonam. Sic tertiâ Jesus crucifixus est; hoc est, eo tempore quod vocabatur tertia: eratq; illud (ut Johannes) ferè completum, ut instaret sexta; quæ est tempus meridianum, apud nos duodecima.

* cap. 15. v. 25.

* cap. 19. v. 14.

Scripserat autem Pilatus titulum, qui impositus est cruci Jesu; complectentem mortis causam: idque Hebraicis, Græcis, & Latinis literis.

ישוע הנוצרי מלך יהודים:

ΙΗΣΟΥΣ Ο ΝΑΖΩΡΑΙΟΣ Ο ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΤΩΝ ΙΟΥΔΑΙΩΝ

JESUS NAZARENUS REX JUDÆORUM.

Contendentibus autem Judæis, ne sic inscriberet cruci: Pilatus in sua sententiâ perstitit; & invitis Judæis titulum poni jubet.

Jesu jam in crucem acto; milites ejus vestimenta sibi rapiunt, ac distribuunt. Tunicâ autem, cùm esset inconsutilis, sortiti sunt, quis acciperet. Et hoc sic fuit juxta prophetiam *Psalm. 22.* Diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.* Populus verò ad hæc, [illegible] eventum.

* vers. 19.

Jesus, in cruce suspensus, orat pro suis hostibus, inquit, *Domine illis, qui nesciunt quid faciunt.*

Stabat autem juxta crucem mater ejus, spectatura horrendi supplicii & tormentorum in filio. Ac sanè rationi res est, quòd non præ doloribus maternis exanimata, hæc necesse est, excellentem in eâ fidem flagrâsse; ut flammaret, eum ista omnia superaturum esse. Aderant simul, soror matris Jesu, Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. Adest & Johannes, quem diligebat: cui matrem suam commendabat.

Prætereuntes autem, convitia in Jesum jaciebant, & sarcasmis diabolicis exagitabant, dicentes: *Vah, qualis templi destructor! Si filius Dei es, de cruce jam te libera.* Idem obgannium ei Pontifices, Scribæ, Seniores, & reliqui; ut jam se-ipsum servaret, qui aliis opem tulisset: jam scilicet venturum Deum, & eum liberaturum. Illudebant Jesu acerbis dicteriis & Milites: & oblato aceto eum potant.

Unus autem de facinorosis; qui simul erat crucifixus, & ipsi inter suum supplicium Christum ridet, dicens: *Si tu es Christus; libera te & nos.* Sed alter, pendens ex cruce, increpat eum; quòd non timeat Deum: se quidem juste puniri; sed Christum nihil mali fecisse. Et conversus ad Jesum: *Domine*, inquit, *memento mei, cùm veneris in regnum tuum.* Hæc est præclara fidei lux, flagrans in corde Latronis: quòd agnoscit, hunc Jesum esse Messiam; nec offenditur ejus supplicio, vel judicio Pontificum: imò & credit, Christum etiam post mortem regnaturum esse. Audit autem mox à Christo: *Hodie mecum eris in paradiso.* Estque hoc exemplum veræ conversionis, & fructûs passionis Christi, toti mundo exhibitum.

Et horâ sextâ repentè tenebræ factæ sunt, super universam terram, usque ad horam nonam; & obscuratus est sol. De hac eclipsi, in Loco *de Miraculis*, plura. Et circa horam nonam, quæ apud nos tertia est, Christus in cruce clamat: *Eli Eli, lamma sabachthani: hoc est, Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti?* quasi incipiens *Psalmum 22.* qui totus de ipsius passione scriptus est. Sensit autem procul-dubio horribiles mortis morsus; quos peccata totius generis humani merita erant, quæ jam in ipsum solum erant rejecta. Nequaquam autem desperabat; qui Patrem invocabat, & postea se ei totum commendabat. Cohorrescant autem cuncti mortales; quòd tantos cruciatus ob nostra peccata Christus pertulit: & pondera peccatorum nostrorum, iræ Dei ac mortis, consideremus: hoc etiam beneficium Christi fide amplectamur, magnificemus, & prædicemus.

Quidam autem, his auditis, putarunt eum Heliam exclamare: & eum irrident.

Cùm jam finem suum instare animadverteret Jesus; dicit, se sitire. quo audito, mox quidam spongiam, arundini impositam, aceto ac hyssopo implet; eique porrigit. Gustato aceto, dicit: *Consummatum est.* & iterum voce magnâ clamat: *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum.* Et inclinato capite, tradidit spiritum suum.

Et velum templi per medium est scissum: in testimonium videlicet, jam Pontificem verum in Sanctum sanctorum ingressum esse; & typos istos abrogari, suo accepto termino. Et terra contremiscit: petræ diruumpuntur: &, quod omnium maximum est, ipsa monumenta se aperiunt multaq; Sanctorum corpora reviviscunt; qui egressi de sepulcris, à resurrectione Christi, venerunt in sanctam civitatem, plurimisq; apparuerunt. Hic jam summus dominicæ passionis fructus emicuit; nempe quòd suos à morte liberaret. *In Sermone de Resurrectione Christi*, apud *Cyprianum* (ut hoc obiter inspergamus) narratur, crudi à pio, sanguinem Christi, in cruce suspensi, in calvariam Adæ defluxisse; qui in eo loco fuerit sepultus.

Centurio autem, cum suo satellitio adstans, ac malefactos custodiens, ista cum fiducia confitetur, Jesum fuisse; quòd verè Dei filius, & bonus vir esset; alii autem pectora sua tundebant, idem agnoscentes.

Stabant autem à longè, Noti [illegible] Jesu, & mulieres, quæ ipsum ministeriâ gratiæ fuerant [illegible] quæ erat

Maria

Maria Magdalene; Maria, Jacobi minoris & Joſe mater; & Salome, mater filiorum Zebedæi.

Veſperâ jam appropinquâte; Judæi accedunt Pilatũ rogitantes, ut, quia jam Paſcha deberent comedere, ac ſabbatum adventaret, corpora facinoroſorum de crucibus levari permitteret. idque fiebat juxta legem *Deuteronomii 21.** Miſſis igitur militibus, latronibus quidem crura ſunt confracta; & ipſi malè tractati, donec extinguerẽtur. Ad Chriſtum autem venientes, comperiunt eum prorſus eſſe mortuum. Relinquunt igitur eum integrum. Unus tamen lanceâ latus aperit: ac continuò ſanguis & aqua effluxit. Hæc autem juxta Scripturam facta ſunt, *Exod. 12.* * *Os non comminuetis ex eo.* Et *Zach. 12.** *Videbunt, in quem transfixerunt.*

Declinatâ igitur jam die, & Judæorũ petitione acceptâ; Joſeph de Arimathæâ, fidem in Chriſtum etiã extinctum retinens animosè Pilatum adiit, rogitans, ut ſibi corpus ejus traderetur: eoq; impetrato, cùm priùs à Centurione Pilatus cognoviſſet, Jesum eſſe verè mortuum; abit ad locum ſupplicii. Advenit & Nicodemus, adferens centum libras mixturæ myrrhæ & aloës. Joſeph verò ſindonem mundam erat mercatus. Levatum autem corpus de cruce, involverunt linteis, cum aromatibus; more Judaico: & collocarunt in monumentum novum, in quo nemo jacuerat: quod erat in horto propinquo, in petrâ exciſum; ſibiq; Joſeph fieri curaverat. Et obſtructo monumento ingenti ſaxo, ditcedunt; propter feſtum feſtinantes.

Erant autem ibi, Maria Magdalene, & Maria Joſe, & aliæ mulieres, è regione ſedentes; ac diligenter ſpectantes, ubi & quomodo corpus Chriſti ſepeliretur. quę poſtea domum reverſæ, parant aromata & unguenta. Diem autem ſabbati, ſecundùm legem, quieſcunt.

Poſtero autem die Judæi redeunt ad Pilatum, & impetrant; ut monumentum circumdet forti cuſtodiâ: ne furto corpus abripiatur. Datis ergo militibus, ipſimet ſimul egrediuntur: ac ſignantes lapidem, miniſtris diligenter aſſervationem mandant.

DE TEMPORE PASSIONIS CHRISTI.

NAscitur hic quæſtio: An Chriſtus vero die celebraverit Paſcha, agnum comedens cum Diſcipulis, & tanquam vera victima, in cruce portãs atq; expians peccata Mundi? Conſtat enim, Chriſtum citiùs, quàm Judæos, nempe pridie, eum ritum peregiſſe. Nam clarè affirmat *Johannes*,* fuiſſe *paraſceven*, quãdo Chriſtus in crucẽ actus erat. Et *Marc. 16.* a *Luc. 23.* b dicitur, *in paraſceve, ante ſabbatum*, corpus Chriſti è cruce depoſitum eſſe. Hæc etiam cauſa fuit, quare Judæi nollent prætorium ingredi: ne videlicet polluerẽtur, & Paſcha manducare poſſent. neq; fas fuiſſet, de quoquam ipſo die feſto ſupplicium ſumere. Cauta aũt variationis hæc eſt: quòd Judæi habebant jam antiquã cõſuetudinem, ut Paſchatis celebrationem, quando pridie Sabbati incidiſſet, ipſo die Sabbati obſervarent; ac ſic duo feſta conjungerẽt. idq; propterea: ne duo inſignia feſta tam propè ſe invicem ſequerentur; & populus eorum obſervatione nimiùm defatigaretur. Idem etiam in reliquis feſtis factum eſt. Eam porrò conſuetudinem etiamnum non negant Judæis & affirmant, à Rabbinis ſuis fuiſſe ordinatam, cùm ex Babylonico exilio domum fuiſſent reverſi. Patet autem ex temporum ſupputatione, quàm accuratè *Lucidus* & alii perſecuti ſunt; tùm temporis indiẽ Veneris verum Paſchatis diem incidiſſe: ideoq; à Judæis in poſteriorem eſſe rejectum. At Jesus, tanquã verus Meſsias, exactiſsimè Legem à Deo traditã obſervare atq; implere voluit. Itaq; juxta legem, *Exodi 12.** decimâ quartâ lunâ, primi menſis, qui Niſan Hebræis, nobis Martius dicitur, circa æquinoctium vernale, Paſcha comedit; & ſimul figuram implevit, ſe ipſum in cruce victimam: ſicut Eſajas & Baptiſta prædixerãt.

A reliquo autem vitæ Chriſti iſta contigerunt 33, inchoato per ſexmenſes, & paulò ampliùs; anno Tiberii 18. currente, ut *Euſebius, Hieronymus, Auguſtinus, Eutropius, Beda*, & alii, ſentiunt. Alii affirmant, 34 inchoato factum eſſe. Verùm prior ſententia probabilior videtur. Rejicitur autẽ *Africani* & *Tertulliani* opinio; quòd ſub anno Tiberii hæc facta ſint. Nam *Luc.** perspicuè affirmat, Baptiſtã Chriſti [illegible] quinto anno Tiberii cœpiſſe & [illegible] Paſcha [illegible]

A Ita Johanne annotante colligitur, tribus annis miniſterio ſuo publicè functus eſt, & aliquot inſuper menſibus.

ACTA RESURRECTIONIS JESU Chriſti, & quæ poſtea illi acciderint.

TErtio autem die, Jeſus Chriſtus, divinâ virtute, (ſicut prædictum erat) revivificit in monumento; ac victor mortis evadit: ac ſurgens è monumento, liberrimè diſcedit; perſolutâ nimirũm integrâ Legi obedientiâ. Computatio verò trium dierum eſt talis: ut diei Veneris pars, quâ in cruce extinctus, & in monumentum poſitus eſt, pro die computetur: deinde ſabbato integro, complectente noctem & diem, in monumento fuit: tertiâ die, noctem propemodum integram in ſepulcrò manſit, manè ſurgẽs. Sic tertio die, quam ab hoc opere Dominicam vocamus, reſurrexit, nec habuit rerũ natura ullum tale miraculum, quale hoc eſt. Erat autem hæc res in *Pſalm. 16.** etiam prædicta: *Non derelinques animam meam in inferno: nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem.* Hiſtoria autem taliſ eſt.

Mulieres, cum jam ſabbatum præteriſſet; & propter noctem ſequentis diei, quæ vocatur prima ſabbati, (quia, ordine dierum hebdomadis, prima ſabbatum ſequitur) egredi non poſſent: ſtatim ſummo manè feſtinant adire monumentum Jesu: tum ut ungerent cadaver paulò tempeſtiviùs; tum ut explorarent, quid ageretur de Jeſu Chriſto, quem tanquam Meſsiam fuerant amplexæ. Ac verisimile ſanè eſt, ex diverſis apparitionibus; quòd aliæ citiùs, aliæ paulò tardiùs ſint egreſſæ. Nominantur autem in primo cœtu, Maria Magdalene, & Maria Jacobi. Dum autem in itinere ſunt, varios inter ſe ſermones edũt: ac recordantes lapidis, quo monumentum erat obſtructum, ſolicitæ ſunt; quânam ratione ille amoveri poſſet. Improviſò autẽ ingẽs terræmotus oritur: in quo Angelus Domini, de cœlo deſcendens, adſpectu ſicut fulgur, & veſte candidiſsimâ indutus, & nihil veritus armatos cuſtodes, lapidem de monumento aufert; ſeq; in ipſum collocat. Milites obſtupefacti, propemodum metu exanimantur: & reverſi ad ſe, fugam, quantum poſſunt, capeſſunt. Conſentaneum eſt, paulò antè, Jeſum è ſepulcro abiiſſe. Sed debebat ea res manifeſtari. ideò mox Angelus vacuum monumentum oſtendit, & pellit cuſtodes. Senſerunt tremorem terræ mulieres; & hauddubiè perculſæ, timidiùs proceſſerũt: ignaræ prorſus, quomodo ipſis aditus ad monumentum divinitùs pararetur. nihilominùs tamen in cœpto itinere, Spiritu tanctò impellente, pergunt.

Cùm jam propiùs ad monumentum veniunt; conſpiciunt, lapidem eſſe revulſum. quo viſo, mox Maria Magdalena, priusquam omnia diligentiùs exploret, in pedes ſe conjicit; Simoni & Johanni rei novitatem denuntians: quòd in monumento ampliùs nõ ſit Dominus; neq; ſciat, quò ſit poſitus. Nam ſuſpicabatur, aliò translatum eſſe; ignara adhuc reſurrectionis.

Reliquæ autem mulieres, rem aliquantò certiùs explorare conantur: præſertim cum omnia viderent patère, Ingreſſæ igitur, ſubitò vident ibi Angelum, juvenili ſpecie ſedentem; amictum ſtolâ candidâ: & expaverunt. Angelus aũt ſtatim alloquitur mulieres; Ne timeant: ſe ſcire, quòd Jesum Nazarenum quærant: verùm eum ſurrexiſſe. *Venite*, inquit, *contemplamini locum, ubi jacuit. Ite etiam, & hoc Petro ac Johanni euangelium adferte, quòd Jeſus à mortuis reſurrexerit; & præceſſurus ſit eos in Galilæam, ſicut prædixit.* Mulieres verò perterrefactæ; & ſimul tamen gaudio magno affectæ, ſtatim ſe ex monumento recipiunt, & domum properant, tantam revelationem indicaturæ. Quòd autem mulieribus primùm nuntiatur Chriſti reſurrectio; hauddubiè eò factum eſt; ut, quia initiò lapſus per mulierem contigit, pleniorem haberent conſolationem. Eſt & hoc obſervatione dignum: quòd, ſtertentibus Sacerdotibus Hieroſolymitanis, Diſcipulis quoq; Chriſti conſternatis; Angeli tamen, voluntate Dei, lætam reſurrectionem patefaciunt, & gratiſsimam de Jesu Chriſto, reſuſcitato & regnante, famam ſpargunt.

Paulo poſt, aliæ mulieres, egreſſæ domo, ad ſepulcrum perveniunt: & cùm [illegible] non inveniunt [illegible] non invento [illegible]

* cap. 19. v. 14
a verſ. 42
b verſ. 54
* verſ. 23.
* verſ. 46.
* verſ. 10
* verſ. 6.
* cap. 3. v. 1.
* verſ. 10.
Matth. 28. v. 1. Mar. 16. v. 1. & ſeqq.
Johan. 20. v. 1. 2.
Matth. 28 v. 5. Mar. 16 v. 5. & ſeqq.

Matth. 28. v. 9. Joh. 20. v. 17. & seq.

Marc. 16. v. 9. Joh. 20. v. 17. & seq.

Luc. 24. v. 13.

Matth. 28. v. 9 10.

Marc. 16. v. 9.

Joh. 20. v. 17. & seq.

Sabbatum autem erat prima Maria Magdalene, cum Hierosolymis digressa, vasa odorifera comparavit, sequenti die, Sepulchrum ejus, Dominum aliò transtulisse se conjicabatur enim, Dominum aliò transtulisse se conjicabatur enim, Dominum aliò transtulisse se conjicabatur enim

Zebedæi, & aliis duobus discipulis. Abeunt omnes Petrus & cæteri piscatum; neq; potuerunt eâ nocte quicquam capere. Mane facto, Jesus in littore stetit: nec fuit à Discipulis agnitus. Interrogavit eos, numquid haberent ad edendum. Cumq; dixissent se non habere, præcepit ut rete mitterent in dextram: quo facto, tantam piscium multitudinem traxerunt, ut præ multitudine non valerent rete trahere. Quam cum vidisset Joannes, ait ille Dominus: ac Petrus, audito quòd Dominus esset, (non prius enim à littore aberant) ad Dominum properat. Reliqui ad litus navem & pisces trahunt. Venientes in terram, vident prunas & piscem impositum, adduntur tamen illi etiam de suis afferre. Postea jubet eos Christus ad prandendum discumbere: eisq; distribuit panem & piscem: nec audebat quisquam eorum interrogare, quis esset.

A prandio, ter Petrum interrogat; num se diligat: & ter præcipit ut suas oves pascat. Fertè etiam Dominus voluit innuere eos, qui posterioribus seculis jactaturi essent se Petri successores, admodùm perfidè tractaturos oves suas. Deinde de persecutionibus monet, quas erat toleraturus. Postremò, rursus dicit ad Petrũ, ut se loquatur. Petrus quoque, respiciens ad eum, quem Jesus diligebat, quærit; quid ipso deberet fieri? Sed Jesus respondet: *Si velo eum manere, donec veniam; quid ad te?* quâ de re Discipuli postea multa disputant.

*1 Cor. 15 v. 7.

Paulus* narrat, etiam Jacobo peculiariter Dominum visum esse. Verùm quando id factum sit, non exprimitur in historiâ.

Matth. 28 v. 16. Marc. 16 v. 14. & fqq.

Evocatos denique undecim Apostolos, in montem quendam Galilææ, peculariter adhuc instruit; & Ministerium eis evangelizandi injungit, inquiens: *Data est mihi omnis potestas in cielo & in terra: ite igitur in mundum universum, & prædicate evangelium omni creaturæ; baptizantes eos in nomine Patris, & Filii & Spiritus sancti. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur.* Et mandat, ut doceant ea, quæ Christus ipsis præcepit, omnia. Pollicet etiam, se eis affuturum semper, usq; ad seculi cõsummationem. Monet præterea, miracula eam doctrinam secutura esse. Post hæc Hierosolymam sunt reversi.

Luc. 24 v. 50.

Tum ante 40 dies ità apparuit Dominus; docens suos de regno Dei. Act.* Noluit enim tàm subitò ascendere: ut prius Apostoli, qui erat mittendi in universum orbem terrarum, in omnibus articulis fidei, præcipuè verò de resurrectione Jesu Christi, satis eruditi & confirmati essent.

* cap. 1.

DE VISIBILI AC GLORIOSA *Ascensione Jesu Christi in cælum.*

EXactis 40. diebus à resurrectione suâ, visibiliter in cœlum ascendit Christus: idque, ut confirmaret magis articulum de suâ resurrectione, vitâ, & regno: nec dubitaret cœtus credentium, Jesum Christum redemtionem generis humani perfecisse; ac patère ei omnes cœli portas; & ut crederent eum simul secum humanam naturam, tantum Dei consilium: ut omnes credentes starent, se quoque in regno Dei subjectum os esse. Educit autem ipse suos Christus credendum cœtum in Bethaniam, in montem Olivæi; qui aberat Hierosolymis itinere sabbati, hoc est, sicuti dimidii miliare Germanicum: ut in eo loco, quo circa monte luctans, & à Judæis captus fuerat, gloriosa suæ victoria magis cõspicerentur: ibi verò priùs, de regno Dei sunt copiosè docti. Memorabile autem est, quòd adhuc de corporale regnum Messiæ somniarent, &, quando, quo tempore illud venturi sapienti in Israël? Verùm Jesus docet de æterno regno, ac de novissimo die: inde eos, quo tempore inquirendum; quod ipse Deus [illegible] potiùs jam alias debere cogitationes [illegible] spiritus sancti [illegible] Hierosolymis, in Samaria [illegible]

Luc. 24 v. 50. Act. 1 v. 3. Matth. 28 v. 16.

Dum [illegible] cernentibus, cœpit in [illegible] quod [illegible] sedet ad dexteram [illegible]

Psal. 68 v. 19. Ephes. 4 v. 8. Psal. 24 v. 7. & 9. Psal. 110 v. 1.

Psalm. 68. v. 18.

Psal. 24. v. 7. & 9.

Psal. 110. v. 1.

Dan. 9 v. 24. & 25. & 26. & 27.

Dan. 9. v. 24.

Dan. 9. v. 25.

Dan. 9. v. 26.

Dan. 9. v. 27.

Dan. 9. v. 24.

Dan. 9. v. 21. & fqq.

Dan. 9. v. 24.

Dan. 9. v. 25.

Dan. 9. v. 26.

Dan. 9. v. 27.

Luc. 24 v. 49. Act. 1 v. 4. & 5. Joan. 14 v. 16. & 26. & 15 v. 26. & 16 v. 7. & 13. & 14. & 20 v. 22.

Luc. 24 v. 49. Act. 1 v. 4. & 5.

Joan. 14 v. 16. & 26. & 15 v. 26. & 16 v. 7. & 13. & 14. & 20 v. 22.

Act. 2 v. 1. & fqq.

Act. 2 v. 1. & fqq.

Dan. 9 v. 24. & 25. & 26. & 27.

Dan. 9. v. 24.

Dan. 9. v. 25.

Dan. 9. v. 26.

Dan. 9. v. 27.

Dan. 9. v. 24.

Dan. 9. v. 21. & fqq.

Dan. 9. v. 24.

Dan. 9. v. 25.

Dan. 9. v. 26.

Dan. 9. v. 27.

Luc. 24 v. 49. Act. 1 v. 4. & 5. Joan. 14 v. 16. & 26. & 15 v. 26. & 16 v. 7. & 13. & 14. & 20 v. 22.

Luc. 24 v. 49. Act. 1 v. 4. & 5.

Joan. 14 v. 16. & 26. & 15 v. 26. & 16 v. 7. & 13. & 14. & 20 v. 22.

Act. 2 v. 1. & fqq.

Act. 2 v. 1. & fqq.

eorum constituit, quòd in ultimâ hebdomadâ Christus sit interficiendus.

Commoda videtur eorum opinio, qui exitum mundi, à septimo Darij Artaxerxis Longimani anno, initium computationis faciendum esse. Nam tùm Esdras à Rege edictū accepit publicum, ut rempub. Hierosolymitanam restauraret. Sicut verba ejus regij mandati, *Esd. 7.** exstant: *Tu aût Esdra, secundùm sapientiam Dei tui, quæ est in manu tuâ, constitue judices & præsides: ut judicent omni populo, qui est trans flumen; his videlicet, qui noverunt legem Dei tui, sed & imperitos docete liberè. Et omnis, qui non fecerit Legem Dei tui, & legem Regis diligenter, judicium erit de eo.* Antea quidē de Tēplo facta erat aliqua permissio: nunc verò publica totius Reip. restauratio conceditur. Eodem tempore *Haggai & Zacharia* concionati sunt, de restauratione Hierosolymorum.

* v. 25 26.

Distribuit aût Angelus hebdomadas in tres partes: idq; nō temerè. Prima, septem hebdomades cōtinet, hoc est, annos 49. in quibus civitas rursus est cōstituta. In quantis aût tum angustiis fuerit, ex *Esdrâ & Nehemiâ* videre est. Altera, sexaginta duas habet, hoc est, años 434. quib⁹ urbs habitari debeat. Tertia, unâ hebdomadâ cōstituit; in quâ Christus debeat necari, suúq; opus peragere. Sic aût & hanc partitur: quòd multis sit pactum suum cōfirmaturus; & in dimidio hebdomadis, oblatio & sacrificium cessatura. Patet igitur, Angelum tempus, ad prædicantē Christum, & ipsam adeò passionem usq; deducere. Jam, si annorum facta ēsset diligens annotatio; haud dubiè exactissimè omnia quadrarēt. Suppuratio aût patet ex probatis & emēdatis Chronologiis.

Alii, à secundo Longimani, cōputationem ordiuntur: quia tùm processerunt opera, quæ antea fuerāt interrupta. & continuam hebdomadarum seriem, usq; ad Christi Baptismū & prædicationē, texūt. Exstat in *Ptolemæo*,* tempus annorum, à morte Alexādri, usq; ad primū annū regni Augusti, post Antonii mortē: videlicet anni 294. Detrahendi aût sunt 12 anni; ut Augusti principium, post interfectū Cęsarem, habeas. Hac ratione, à morte Alexādri, ad interfectū Cæsarem, erūt 282. His addantur 42 Augusti: & emergent anni 324. à morte Alexādri, usq; ad natū Christum. quibus si 30 anni Christi ad Baptismū suū adjicient: fient 354. Istis porrò adscribantur, juxta Græcā supputationem, anni 136, usq; ad secundū Longimani. q omnes simul juncti, efficiēt annos 490. quibus respondent 70 Danielis hebdomades.

* in fine libri 3.

Si à Cyri monarchiâ initium peti debet: tum ad nativitatem Christi tolummodò se extendunt hebdomades.

Visum aût est, succinctam enarrationem *Lutheri* adscribere: qui in præfatione in Danielem sic scribit. *Hæ 70 hebdomades, quas Angelus præfinit, communi & unanimi omnium veterum Doctorū consensu, non sunt dierū septimanæ; sed annorum: ità ut una hebdomas hic faciat & contineat septem annos; non septem dies. Et experientia, ipséq; rei eventus cogit, annorū hebdomadas nos intelligere. Nam 70 hebdomades, ex dieb. constantes, nondum duos faciunt annos. Hi duo anni, non essent satis longū aliquod tempus, ad tantam tamq; insignē visionem & revelationē. Non est itaque dubium, quin annua sint hebdomades. Faciunt autem hæ septuaginta annua hebdomades, annos 490. Tot anni tùm ad Christi adventum, & ad regnum, quod Christus inchoaturus erat, restabant. Hic nunc inquirendum nobis, quo tempore ordienda sit supputatio harum hebdomadarum. Angelus, interpretans eas, orditur ab eo anno: quo verbum exit, ut readificetur Hierusalem. Sic enim ait: Ab exitu verbi, aut ab eo tempore, quo exierit verbum, ut iterum ædificetur Hierusalem, &c. Hæc verba alii aliter, quidam etiam coactiùs, sunt interpretati. Nostra autē sententia de his verbis est: Initium harum septuaginta septimanarū, capiendum ésse à secundo anno Darii Regis, qui dictus est Longimanus. Nam eo anno factum est verbum Domini ad Prophetam Haggæum & Zachariam; jussúq; Zorobabel ædificare templū: ut invenies in cap. 1. utriusq; Prophetæ. Idem jubebat ipse Darius: ejusq; edictum eâ de re exiit. Esd 6. Nam à primo anno Cyri, qui captivos Judæos, libertate donatos, passus est in Judæam redire, usque ad hunc secundum Darii annum, sunt anni 46. In quibus illud peterant, hi cædebant ædificare, propter edictum Cambysis. Illi Cyri: isti Darii. Sunt de readificatione templi, spem pene omnem posuisse Judæi, verba Haggai cap. 1. Nondum venit tempus, dicunt Dominus*

ns ædificandæ. Et hi anni possunt etiam intelligi de 46 illis annis, de quibus Judæi dicunt, Joan. cap. 2: Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc; & tu in tribus diebus excitabis illud? Hoc est: annos 46 summo studio in hoc laboratum est; & nihil non tentatum, ut readificaretur templum: & vix tamen tandem, post annos 46, cœptum est ædificari. Tantæ difficultates, tot remora, tot impedimenta inciderunt. nam postea, intra annos quatuor, magnâ celeritate atque fervore ædificatum est. Esd. 6. Partitur autem Angelus septuaginta illas septimanas, in tres partes. In primis septem hebdomadibus, hoc est, ab anno 2. Darii, usq; in 46 annum, restaurandi erant muri & plateæ; sed in angustia temporis. nam magnâ difficultate, & cum periculo, id fecerunt: quòd circumjacentes & affines populi, vehementer illorum labores impedire conarentur: veluti Neh. cap. 1. scribitur. qui anno 20 Darii, hoc est, anno 18, ab exitu verbi Haggæi, illis fuerunt; & auxilio fuit è Persiâ à Dario missus; aut potiùs, singulari clementiâ & gratiâ Regis, facultatem in Judæam redeundi impetravit. Nam & Daniel. cap. 10. quæritur, quòd princeps in Persia ipsi restiterit in aulâ dies 21. significans fortassis angelicos dies, hoc est, annos 21. Hinc, post hebdomadas 62, occidetur Christus. Hæ 62 hebdomades, cū 7 illis superioribus, faciunt 69 hebdomadas; hoc est, annos 483. Superest igitur una & ultima illa hebdomas, hoc est, 7 anni, de 70 illis hebdomadibus. Nam disertè dicit Angelus, Christum passurum esse. non in medio ultimæ hebdomadis (in quâ sententiâ ego aliquando fui) sed post 62 hebdomadas; hoc est, anno primo ultimæ hebdomadis, aut initio ultimæ hebdomadis. In hac, dicit, ipsum multis etiam cōfirmaturum esse pactum. Nam in ultimâ illâ hebdomade, aut 7 illis annis, Euangelium inclaruit, & propagatum est potenter & feliciter, miraculis & signis, per Sanctum: multæq; millia Judæorum & Gentium ad Christum conversa sunt; sicut testatur Lucas in Actis: ut verè dici possit vera & ipsissima paschalis hebdomas: quæ cœpit à die Paschæ, hoc est, a resurrectione Christi. In mediâ autem illâ hebdomade, cæsurum & cessaturum erat sacrificium & hostia. Nam, post tres fermè annos à resurrectione Christi, habitum est Apostolorum concilium, Act. 15. & Lex Mosis palam abrogata; omnesq; Gentes, imò & Judæi, inde liberati sunt: decretumq;, non esse necessariam Legis observationem; nec eam ad salutem prodesse; nec eam portari aut impleri à quoquam posse: ut in eo loco Paulus concionatur. Ita vitē 70 illa hebdomades finem habent in eo anno, qui post Christi resurrectionem septimus fuit. Ibi desperatur de deploratis & induratis Judæis, & præfractis Hierosolymitanis: ità ut Apostoli ad Gentes coacti sint sese convertere; veluti D. Paulus aut Act. 13.

Sed nos hic non instituimus, neque omnium opinionum recitationem; neque exactissimam hujus prophetiæ explicationem: ac contenti fumus hoc genere; quod luce meridianâ omnium confessionibus clarissimum sit, ipso tempore, quo Jesus Christus sunm officium exsecutus est Hierosolymis, hebdomades Danielis terminum suū consecutas esse: nec posse ulteriùs extendi; licèt rumpantur obcæcati Judęi. Estq; inexpugnabile argumētum: Oportuit, juxta hanc divinam propheciam, Christum venire, exactis 70 hebdomadibus; & stante atque durante adhuc templo, sacrificiis & politiâ Mosaicâ: Sed nunc illæ hebdomades elapsæ sunt; civitas ac templū delata sunt: jamq; hoc anno 1558, quo ista scribimus, integris 1483 annis, post deletionem ultimam per Titum factam, nihil aliud, quàm ruderā, ibi conspecta sunt.

In fine, *Africani* narrationem adjicere libuit: de quâ penes Lectorem judicium esto. Exstat aût apud *Hieronymum, super cap. 9. Danielis*; ubi sic scribit: *Africanus, in quinto Temporum volumine, de 70 hebdomadibus hæc locutus ad verbum est. Capitulum, quod in Daniele de 70 hebdomadibus legimus, multa & mirabilia continet; quæ nunc longum est dicere: ea, quod ad præsens opus pertinet, de temporibus disserendum est. Nullúq; dubium, quando de adventu Christi prædicatio sit: qui post 70 hebdomades Mundi apparuit: post quem consummata sunt delicta, & finem accepit peccatum, & deletā est iniquitas; & annuntiata justitia sempiterna, quæ Legis justitiam vinceret. & impletæ sunt visio & prophetia, quia Lex & Prophetæ usq; ad Baptismum Johannem: & nullus est Sanctus fuisse dicendus. Quæ omnia, priusquàm Christus humanum corpus assumeret, sperabātur magis, quàm tenebantur. Dixit autem ipse Angelus,*

70 annorum hebdomada ad eſt, annos 490. ab exitu ſermonis, ut reſtauretur & ædificetur Hieruſalem, viceſimum Artaxerxis Regis Perſarum annum habere principium. Nehemias quippe, hujus pincerna, ſicut in Eſdræ libro legimus, rogavit Regem: acceptiq; reſponſum, ut ædificaretur Hieruſalem. Et iſte egreſſus eſt ſermo, qui exſtruenda urbi, & circundando muro, daret licentiam: quæ, uſque ad illud tempus, vicinarum gentium patebat incurſibus. Siquidem ad Cyri Regis imperium, qui volentibus reverti Hieroſolymam dederat poteſtatem, Jeſus Pontifex, & Zorobabel, & poſtea Eſdras Sacerdos, & cæteri, qui cum eo proficiſci voluerant, templum, & urbem, & muros ejus, ædificare conati ſunt: prohibentibus in circuitu nationibus, ne impleretur opus; quaſi hoc Rex non juſſiſſet. Manſit itaq; imperfectum opus, uſque ad Nehemiam, & viceſimum annum regis Artaxerxis: quo tempore, regni Perſarum 115 anni fuerant evoluti: captivitatis autem Hieruſalem 185 annus erat. & tunc primum Artaxerxes juſſit muros exſtrui Hieruſalem; cui operi præfuit Neemias: & ædificata eſt platea, & muri circundati. Et ex illo tempore, ſi numerare velis, 70 annorum hebdomadas uſque ad Chriſtum poteris invenire. Quòd ſi harum principium ab alio tempore volueritis ſumere: & tempora non concurrent; & multa reperietis contraria. Nam ſi à Cyro, & primâ ejus indulgentiâ, quâ Judæorum laxata eſt captivitas, 70 numerentur hebdomadæ: centum, & eo amplius, invenietis annos; qui ſtatutum ſeptuaginta hebdomadarum excedant numerum: & multo plus; ſi ex quâ die locutus eſt Danieli Angelus. additurq; amplior numerus; ſi captivitatis exordium voluerit hebdomadarum habere principium. Permanſit enim regnum Perſarum, uſque ad initium Macedonum, annis 230. & ipſi Macedones regnaverunt annis 300. atque exinde, uſque ad annum 15 Tiberii Cæſaris, quando paſſus eſt Chriſtus, numerantur anni 60 qui ſimul faciunt annos 590. ità ut 100 ſuperſint anni. A viceſimo autem anno Artaxerxis Regis, uſque ad Chriſtum, complentur hebdomadæ 70, juxta lunarem Hebræorum ſupputationem: qui menſes, non juxta Solis; ſed juxta Lunæ curſum, numerant. Nam anno regni Perſarum, quando Artaxerxes, Rex ejuſdem imperii, vigeſimum regni ſui habebat annum, (& erat 83 Olympiadis annus quartus) uſq; ad 202 Olympiadem, & ſecundum ejuſdem Olympiadis annum, Tiberii Cæſaris annum 15. colliguntur anni 475. qui faciunt annos Hebraicos 490, juxta lunares (ut diximus) menſes. Qui, ſecundùm illorum ſupputationem, poſſunt facere per ſingulos menſes, dies 29 & ſemis: ità ut Solis circulus, per annos 400, plus habeat dies 365, & quartam diei partem: & per 12 menſes ſingulorum annorum, 11 dies, & quarta diei pars, amplius repertatur. Unde Græci & Judæi, per octo annos, trium menſium ἐμβολισμὸν faciunt. Si enim octies undecim, & quartam partem, volueris ſupputare: 90 dies, hoc eſt, tres menſes efficies. & in 475 annis, ſi collegeris reperientur anni 59. & menſes tres: qui ſimul faciunt plus minúsve annos 15. quos ſi quadringentis-ſeptuaginta-quinque annis volueris addere; ſeptuaginta annorum facies hebdomadas, hoc eſt, ſimul annos 490. Hæc Africanus iiſdem verbis, quibus expreſſimus, locutus eſt.

¶ Poſtremò, quædam alia ſubjicienda nobis viſa ſunt, quæ ab Autoribus illuſtribus annotata ſunt. Ac primùm Euſebius* commemorat; in grammatophylacio urbis Edeſſæ, hæc Epiſtolas aſſervari: quarũ exẽpla adſcribimus.

* lib. 1. cap 13.

EXEMPLAR EPISTOLÆ ABGARI, ad Servatorem noſtrum.

Abgarus, Toparches Edeſſenus, Jeſu Servatori bono, in regione Hieroſolymitanâ comparenti, χαίρειν. Relatum eſt ad me, quomodo tu, una cum tuis, ſanitatem, abſque pharmacis & herbis mortalibus conferas. Etenim, ſicut fama refert, cæcis, ut reſpiciant; claudis, ut ambulent, præſtas: leproſos etiam mundãs; ſpiritus impuros ac dæmoniacos ejicis: eos qui diutinis ac prolixi temporis morbis torquentur, curas; ac mortuos excitas. Et ubi hæc omnia de te audivi; alterutrum ex his, duobus eſſe cogitavi: videlicet, quòd aut Deus ſis, cœlitúsq; delapſus iſta facias; aut, Filius Dei exiſtens, hæc operaris. Quapropter hîs ad te literis ſcriptis precor: ut moleſtiam hanc venendi ad me ſuſcipias; paſſionemq;, quâ premor, cures. Nam & hoc percepi; quòd Judæi adversum te murmurent, teq; adfligere conentur. Eſt autem mihi civitas admodum exigua, & honeſta: quæ tamen utrique ſufficiet. Hæc ille ad hunc modum, paruper adhuc divinâ luce illuſtratus, ſcripſit. Dignum autem fuerit, & literas Jeſu audire, quas Abgaro per eũdem tabellionem reſcripſit.

EXEMPLAR LITERARUM, QUAS Servator Abgaro reſcripſerit.

Abgare, beatus es, quòd in me credidiſti; cùm non videris me. Scriptum enim eſt de me: Non credituros in me, qui viderint me; ut, qui non viderint, credant, & vivant. De quo verò ad me ſcripſiſti, ut ad te veniam; ſcias, mihi cuncta, quorum gratiâ miſſus ſum, hoc loco eſſe adimplenda: &, poſtquàm ea compleverò, mox ad eum redeundum, qui me miſit. Ubi autem aſſumtus fuero, mittam tibi aliquem ex diſcipulis meis, qui paſſionis tuæ medeatur; vitamq; & tibi, & iis qui tecum ſunt, præſtet.

JOSEPHI TESTIMONIUM DE Chriſto: Antiq. Jud. lib. 18. cap. 4.

Eodem tempore fuit Jeſus, vir ſapiens: ſi tamen virum eum fas eſt dicere. Erat enim mirabilium operum patrator; & doctor eorum, qui libenter vera ſuſcipiunt: plurimosq; tam de Judæis, quam de Gentibus, ſectatores habuit. Chriſtus hic erat: quẽ, accuſatum à noſtræ gentis Principibus, Pilatus cùm addixiſſet cruci; nihilominus non deſiterunt eum diligere, qui ab initio cœperant. Apparuit enim eis tertiâ die vivus; ità ut divinitùs de eo Vates hoc, & alia multa mirabilia, prædixerunt: & uſq; in hodiernum Chriſtianorum genus, ab hoc denominatum, non defecit.

PONTII PILATI EPISTOLA, ad Imperatorem Tiberium: ex Anacephalæoſi Egeſippi.

Nuper accidit, & quod ipſe probavi; Judæos, per invidiam, ſe ſuosq; poſteros crudeli condemnatione puniſſe. Denique, cùm promiſſum haberent patres eorum; quod illis Deus eorum mitteret de cœlo Sanctum ſuum, qui eorum Rex merito diceretur; & hunc ſe per Virginem promiſerit miſſurum ad terras: iſtum itaque me præſide, in Judæam Deus Hebræorum cùm miſiſſet; & vidiſſent, eum cæcos illuminaſſe, leproſos mundaſſe, paralyticos curaſſe, dæmones ab hominibus fugaſſe, mortuos etiam ſuſcitaſſe, imperaſſe ventis, ambulaſſe ſiccis pedibus ſuper undas maris, & multa alia feciſſe: cùm omnis populus Judæorum, eum Dei filium eſſe, diceret; invidiam contra eum paſti ſunt Principes Judæorum: & tenuerunt eum, mihiq; tradiderunt; & alia pro aliis mihi de eo mentientes dixerunt, aſſerentes illum Magum eſſe, & contra legem eorum agere. Ego autem credidi ità eſſe; & flagellatum tradidi illum arbitrio eorum. Illi autem crucifixerunt eum; & ſepulto cuſtodes adhibuerunt. Ille autem, militibus meis cuſtodientibus, die tertio reſurrexit. In tantum autem exarſit nequitia Judæorum; ut darent pecuniam cuſtodibus, & dicerent: Dicite, quia diſcipuli ejus corpus ipſius rapuerunt. Sed, cùm acceſſiſſent pecuniam; quod factum fuerat, facere non potuerunt. nam, & illum ſurrexiſſe, teſtati ſunt ſe vidiſſe; & ſe à Judæis pecuniam acceſſiſſe.

LENTULI EPISTOLA, AD IMPEratorem Tiberium: quæ apud Eutropium, in Annalibus Senatorum Romanorum, exſtat.

Apparuit his temporibus, & adhuc eſt, homo magnæ virtutis; nominatus Chriſtus JESUS: *qui dicitur à Gentibus Prophetæ; quem ejus diſcipuli vocant Filium Dei: ſuſcitans mortuos, & ſanans omnes languores: homo ſtaturæ proceræ, mediocris, & ſpectabilis: vultum habens venerabilem, quem intuentes poſſunt formidare & diligere. Capillos habet coloris nucis avellanæ pramaturæ; & planos ferè uſque ad aures. Ab auribus cuntanos criſpos aliquãto, cæruleores & ſubgemiores, ab humeris ventilantes: diſcrimen habens in medio capitis, juxta morem Nazaræorum; frontem planam & ſerenißimam, cum facie ſine rugâ aut maculâ aliquâ; quam rubor moderatus venuſtat. Naſi & oris nulla reprehenſio. Barbam habet copioſam & impuberem, capillum concolorem; non longam, ſed in medio biſurcatam. Aſpectum habet ſimplicem & maturum, oculis clarũ exiſtentibus. In increpatione terribilis: in admonitione blandus & amabilis: hilaris, ſervatâ gravitate: qui nunquam visus eſt ridere; flere autem, ſæpe viſus eſt. In ſtaturâ corporis propagatus, re-*

tus: manus habet & brachia viſu delectabilia. In colloquio ratus & modeſtus: ſpecioſus inter filios hominum.

Nicephorus, lib.1. cap.40.

Ut ex antiquis deſcriptionibus accepimus, figura Chriſti talis fuit. Formoſa ſpecies corporis fuit: ſtatura ſeptem integras ſpithamas exceſſit. Capillum habuit nonnihil flaveſcentem; non denſum, & in extremâ parte aliquantulùm criſpum: nigra ſupercilia; non multum curva, nec ſinè intervallo. Oculos fulvos; qui nominantur charopi: non luſcioſos, nullâ deformitate inſignes; non vagabundos. naſo erecto: barbâ flavâ; non prolixâ. Capilli verò capitis prolixi fuerunt: quia nunquam novaculâ, aut ullius hominis manu, tonſi fuerunt. Collum leviter inflexum fuit; ne prorſus erectus incederet. Color faciei ſubfuſcus, triſtico ſimilis: facies non rotunda; ſed qualis fuit matris, aliquantulùm demiſſa, paululùm rubeſcens. & vultus ipſe ſignificabat hominem intelligentem; & mores graves & placidos, & prorſus ab iracundiâ alienos. Prorſus autem ſimilis erat puriſſimæ matri ſuæ.

DE JOHANNE BAPTISTA.

SI quis alius, certè *Johannes Baptiſta*, non tantùm ab aliis; ſed etiam ab ipſo JESU Chriſto, illuſtribus teſtimoniis ornatus & commendatus eſt. neque verò id temerè; ſed propter inſigne miniſterium, quo functus eſt: cujus etiam dignitas & fructus, ad univerſam omnium ſeculorum Eccleſiam Chriſti pertinet. Cùm itaque omnia, quæcunque ad Johannem pertinent, admirandas & ſalutares Dei actiones contineant: hiſtoriam tanti organi Dei nôſſe atque expendere, non tantùm jucundum; ſed etiam utiliſſimum eſt. Etſi autem pro dignitate à nobis tractari minimè poteſt: tamen res præcipuas, maximique momenti, breviter ac verè complectemur.

Luc.1. Natus eſt Johannes, patre Zachariâ, & matre Eliſabeth; non obſcuris parentibus. Nam parens Sacerdos erat in populo Dei, de vice Abia: quæ quidem dignitas ſumma erat. Etſi enim regius ſplendor magis incurrebat in hominum oculos: tamen iſta functio, in quâ cultus à Deo præcepti adminiſtrabantur, & animæ hominum verâ de Deo doctrinâ imbuebantur, longè erat præſtantior. Mater trahebat originem indè ab ipſo Aarone, ſocio ac fratre Moſis: qui & res maximas olim geſſerant; & miraculis atq; teſtimoniis plurimis à Deo decorati fuerant. Vetuſtas igitur generis, in iſtis parentibus emicuit: quæ non poſtremum in vitâ humanâ decus eſt. Cumque virtutes parentum ad liberos quoque aliquâ ratione pertineant; & credantur earum ſemina quædam, præſertim Deo peculiariter benedicente, in eos propagari: magnam ſanè iſti Johannis parentes laudem, ac ſingulare teſtimonium habuerunt: quòd juſti ante Deum, hoc eſt, verâ notitiâ Dei, ac luce fidei in Meſſiam, prædîti fuerint; nec aluerint falſas perſuaſiones de operum juſtitiâ, quales tum in Phariſæis & reliquo vulgo graſſatæ ſunt: quòd ſtudioſè ritus à Deo præſcriptos obſervarint: quòd morum & vitæ honeſtate aliis præfulſerint.

Solet autem Deus, quoties præſtantes heroas, in ſuâ præſertim Eccleſiâ, excitare vult, miracula quædâ addere; quibus moneâtur de rebus ſecuturis. Sic Johannes, ex ſenibus parentibus, & quidem ex effetâ & ſterili matre, natus eſt: idq; inſigni revelatione Dei. Ad Zachariam enim, ſacra in tẽplo Hieroſolymitano faciẽtem, Angelus Gabriel à Deo mittit: qui à dextris altaris, cui impoſitũ erat incẽſum, ſubitò apparet; & obſtupefactum blandis verbis alloquitur: Ne quid trepidet: ſe jam ei hoc euangelium ex mandato Dei annuntiare; quòd preces ejus ſint exauditæ, ac ſuſcepturus ſit filium ex Eliſabethâ: nomen quoq; divinitùs ei imponi, ut *Johannes* vocetur. Poſtea exponit; hunc filium, etiam in utero exiſtentem, Spiritu ſancto repletum iri; & fore organon ſalutare, & præſtantem atq; felicem doctorem: qui quidem coràm ſit monſtraturus Meſſiam, ſpiritu & virtute Eliæ: & repurgaturus doctrinâ cœleſtem, & collecturus Deo Eccleſiam veram. Vitæ genus fore, nõ ad delicias cõparatum; ſed ſobrium, & ad tale miniſterii aptum. Hæc cùm Zacharias, ratione humanâ metiens divina opera, (eò quòd ipſe ejuſque conjux ſenes provectæque ætatis eſſent) A crederet non fatis poſſet: additur & hoc ſignum, quòd Angelus prædicit eum mutum fore; donec viderit hæc omnia compleri. & mox eventus eſt ſubſecutus. Prodiens enim Zacharias ad populum, verbum non potuit ullum facere: ſed geſtu ſignificavit, ſibi magnum quiddam accidiſſe. Hæc hiſtoria plena eſt miraculis divinis: quæ teſtantur, Deum Eccleſiæ ſuæ curam agere; & piis doctrinam de Meſſiâ revelare; atque ad miniſterium verbi ſui pias perſonas excitare.

B Celebratur Aſtyagis ſomnium: cui dormienti talis ſpecies oblata eſt; ac ſi è corpore filiæ naſceretur vitis, totam Aſiam obumbrans. ex quâ re conjectarunt ſapientes, ejus filium potentiâ & virtutibus celebrem futurum eſſe. Sed longè potiores ſunt iſtæ divinæ revelationes de Johanne Baptiſtâ: qui præcurſor fuit Meſſiæ; deſtructor religionis Moſaicæ, quo-ad eam partem, quæ ritibus & umbris rerum futurarum conſtabat; & inchoator novi Teſtamenti.

In alvo autem maternâ adhuc exiſtens infantulus, admirandũ ſpecimen ſuæ ſanctitatis & officii oſtendit. Nam C poſt ſex menſes, Maria, geſtans in utero Meſſiam, recens conceptum, ad Eliſabetham cognatam venit: idq; Angeli juſſu; qui ei nuntiârat de cognatæ fœtu. Ibi ſtatim, factâ ſalutatione, Johannes, in matris ventre, præ gaudio ſubſilit; honorem atq; reverentiam tàm propinquo Salvatori exhibens. ac Eliſabetha, Spiritu ſancto accenſa, ibi fidei luce mox cognoſcit; quod neq; ex Mariâ audierat, neq; oculis comprehendere adhuc poterat: Meſſiam nimirũ eſſe præſentem; ac in Mariâ eum jam naſci. cõfirmatq; eã; ne dubitet, Deum omnia in eâ perfecturum eſſe, quæ prædixiſſet.

D Tempus poſtea advenit, quo Eliſabetha filium enititur: ubi rurſus alia miracula fiunt. Nam cùm, ut moris erat, in circumciſione nomen infanti eſſet imponendum; ac mulieres ſuaderent, patris nomen ei dandum eſſe: puerpera contendit vehementer, eum Johannem vocandum eſſe. id quod ipſa quoque ex revelatione ſinè dubio habebat. Sed, dum utrinque diſceptant; mulieres patri nutibus & geſtibus rem deferunt. is, pugillari accepto, ſimul dicit & ſcribit, non alio eum nomine, quàm Johannis, oportere inſigniri. & poſtea ſtatim in laudes Dei ſolvitur. Procul dubio & etymologiam nominis expoſuit: quod, ut erat à Deo indicatum; ità etiam totum officiũ hujus perſonæ cõprehenderet. Nam יוחנן *gratioſum* ſignificat: quem Græci *Eucharium*; Germani *Huldrych*, appellant. Erat autẽ officium Johannis; gratiam Dei per Chriſtum annuntiare, hoc eſt, doctrinam tradere de remiſſione peccatorũ gratuitâ, per fidem in Chriſtum: quâ quidem doctrina nihil eſt gratioſius, nihil jucundius. Parens, recuperato ſermonis uſu, luculenter de præſenti Meſſiâ, ejuſq; operibus prophetat: & teſtatur, hunc ſuum filiolum, fore Meſſiæ præconem; & in toto miniſterio ſalutarem. Præbuerunt iſtæ patefactiones multis piis occaſiones, aliquantò accuratiùs de promiſſionibus divinis cogitandi. & procul dubio præclaras de hoc puero ſpes conceperunt; & bene ei precati ſunt.

Natus autem eſt Johannes, ſemeſtri ante JESUM Chriſtum; Herode in Judæos regnum obtinente. quæ ipſa res, juxta vaticinium Jacobi, rerum mutationem omniũ maximam portendebat.

Adoleſcentiæ & Juventutis ſtudia, non ſunt literis tradita. commemorat tantùm *Lucas*; **puerum in deſerto, uſq; ad tempus ſuæ oſtenſionis, permanſiſſe.* Id quod nequaquam de aliquo antro, omninò ab hominum cõverſatione remoto, accipiendum eſt; quaſi ibi veluti urſus & [illegible] deſtituiſſet, ab omni humanitate alienus: ſicut poſterioribus temporibus Eremitæ, & id genus homines, ſuperſtitioſos ſibi finxerunt cultus. ſed in œconomiâ ſuorum parentum eſt educatus: qui habitarunt in loco, ad regionẽ montoſam ſito; quæ vulgò *Deſertum* vocabatur. ſicut etiã nunc vulgò loquimur: *ad ſylvã Hercyniã habitare*, am Hartze wohnen; hoc eſt, in oppidis prope montes habitationem ſuam habere. Ità poſtea in deſerto baptiſat; hoc eſt, in locis prope Jordanẽs ubi non procul montes aberant; ac paſſim tamen oppida ac pagi erant. Præterea addit Euangeliſta; *eum creviſſe, ac confortatũ eſſe ſpiritu.* quibus verbis, veluti punctis, indicat; eum in primis annis fideliter in ſacrâ doctrinâ im- * ca. 1. v. 80.

butum, & feliciter in eâ progreſſum eſſe; ità ut egregium pietatis ſpecimen de ſe præberet.

Habuit autem domeſticam ſcholam ſanè præſtantem. Nam parentes rectè & dextrè intelligebant articulos fidei; & ardebant amore erga præſentem Meſsiam, paulatim ſuccreſcentem. Non ignorabant, in quantâ functione filiolus Johannes futurus eſſet. Quapropter ſummâ pietate, & diligentiâ, tenellum etiam puerum erudierunt & exercuerunt: neque mediocriter ejus ingenio & profectu delectati ſunt. Poſtea, paulatim, ad intelligenda vaticinia Prophetarum, eum inſtruxerunt. Etſi autem non ſcimus, an parentes eum aliis quoq; præceptoribus inſtituendum præbuerint: præſertim cum publicè multæ pravæ opiniones, quæ ſummos articulos fidei obſcurabant, dominarentur: tamen veriſimile eſt, Johannem, in bonorum virorum ſcholis, literarũ ſemina percepiſſe. Facilè autem tantum ingenium, gubernatorem habens Spiritum ſanctũ, omnes alios coætaneos in ſtudiis ſuperavit, & admirationem ſui peperit. In moribus quoq;, ab ineũte ætate, gravitatem & ſanctitatem præſtitit. Ritus Moſaicos amavit: atque doctiores enarratores Sacrarum literarum procul dubio, añis atq; judicio cõfirmatus, attentè audivit: ac geminam verbi divini ſententiã ſcrutatus eſt. Fortè & alios poſtea, propemodum ad maturam ætatem accedens, privatim & modeſtè docuit. Nequaquam enim otioſus & ignavus tot annos vitæ ſuæ fuit: præſertim cũ non ſit ignotus Hieroſolymitanis Sacerdotibus, functionem ſuam exordiens. Si de rebus non-præſcriptis aliquid affirmare liceret: fortè non eſſet à vero abſonũ; eum in parentis ſui, ſenio confecti & demortui, locũ, ubi ad ſolidiorẽ ætatem perveniſſet; & ob inſignẽ pietatẽ, induſtriã, vitæq; ſanctitatẽ, celebris, cunctisq; grat* fact* eſſet; ſucceſsiſſe: in eôq; functione, uſq; ad tempus, quo religio Moſaica publicè abrogãda eſſet, ſummâ cum laude vixiſſe. Nec dubium eſt, Mariam crebrò ad Eliſabetham excurriſſe: & Jeſum etiã, in pueritiâ, ſanctam atque pulcerrimam, cum Johanne adhuc puero, ac poſtea etiam in reliquis ætatum gradibus, amicitiã coluiſſe. Proficit tamen uterq; paulatim: & cum ætate accrevit quoque ſapientia, & cæteræ virtutes. Sed, quia hæc non ſunt literis prodita; ſatis ſit, parcè attigiſſe. Nam vocationẽ, ad quam præcipuè à Deo conditus & excitatus erat, Euangeliſtæ inprimis deſcribendam ſibi putarunt.

Didicerat Johannes ex piis Parentibus, ex Mariâ, aliiſq; pietati ſinceriori deditis; ſeſe præconem ac præcurſorem fore Meſsiæ. Cùm enim revelationes, quæ acciderunt Zachariæ & Eliſabethę, & Parentis concio, etiam ab aliis obſervatæ & annotatæ ſint: non dubitemus, quin ipſe quoq; hæc, ex ore parentum, ſæpiſsimè audierit. Deinde, ubi in Prophetarum libris vertari ipſemet potuit; ſeduló plura eſt ſcrutatus: ac, Spiritu ſancto lucem præbente, res maximas ſolerti ingenio conſideravit. Fortè & quædam peculiares revelationes acceſſerunt. Sed tamen nihil ſibi publicè eſſe audendum ratus eſt: niſi etiam momenta rerum agendarum, ab ipſo Deo, manifeſtè indicarentur.

Luc. 3. v. 1. 2. Agebat jam 29 annum Johannes, atq; virilem ætatem attingebat; anno 15. Tiberii Cæſaris: procurante Pontio Pilato Judæam; Tetrarchâ autem Galilææ Herode; Philippo, ejus fratre, Tetrarcha Iturææ & Trachonitidis; & Lyſaniâ Abilenæ Tetrarchâ: ſub Principibus ſacerdotum Hannâ & Caipha. ibi vocationi omnium ampliſsimę præficitur. Vocatur autem immediatè ab ipſo Deo: qui mandata certa tradit, quæ debeat proponere & exequi. *Johan. 1.** ait, *ſe à Deo miſſum eſſe.* Pontifices & Sacerdotes Hieroſolymitani, otio atque avaritiæ ſtudebant; prorſus abjectâ curâ veræ doctrinæ. ideò ipſe Deus hunc excellentẽ miniſtrum eligit; atq; ſuâ autoritate ordinat.

* vers. 33.

Luc. 1. v. 16. 17. item v. 76. Summam miniſterii ejus, Gabriel & Zacharias complexi ſunt: nimirum, quòd præcurſor, ac præco ſeu tubicen præſentis Meſsiæ, debeat eſſe; & hortari omnes, ut eum agnoſcant & complectantur. Quâ de causâ Parens eum vocat *Prophetam Altiſſimi*: verùm talem, qui ante faciem Domini ſeu Meſsiæ ſit præceſſurus, & vias ejus paraturus; hoc eſt, voce totoq; miniſterio eum declaraturus. Cõmendat hujus miniſterii & perſonæ majeſtatem; quòd etiam in Prophetis omnia prædicta fuêre. Nam in *Eſajâ** de Johanne dictum eſt: *Vox clamans in deſerto; Parate viam Domini; rectas facite ſemitas ejus.* Et *Mal. 3.** *Ecce, mitto angelum meum ante faciem tuam; qui præparabit viam tuam ante te.* Quæ quidem teſtimonia, non tantùm Euangeliſtæ; ſed & Chriſtus, ei applicat: & Johannes ipſe indubitanter ad ſe accommodat. *Matth. 3.* a v. 11.* b *Mar. 1.* c *Luc. 3.* d *Joh. 1.* e

* vers. 3.

a v. 3. b v. 10. c v. 2. 3 d v. 4. 5. 6. e v. 23.

In tribus autem rebus ejus functio conſiſtebat potiſsimùm: in doctrinâ, in Baptiſmi adminiſtratione, in factis neceſſariis. Primùm igitur articulos doctrinæ ordine colligemus. Eſt enim piis pectoribus ſuave, tanti viri doctrinam cognoſcere; ſuamq; ex eâ fidem confirmare.

De Deo perſpicuè docuit: tres eſſe perſonas divinitatis: ſicut, in Baptiſmo Chriſti, revelationem omniũ pulcerrimã & illuſtriſsimã acceperat. ac monet, per Filiũ eſſe patrẽ cognoſcendũ: *Joh. 1.** *Deum nemo vidit unquã: unigenitus, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarravit.* Hoc dicto perſonas etiam diſtinguit: alteram *Patrem* appellans; alteram, *unigenitum à Patre.* Paulò pòſt* etiã diſtinctè *de Spiritu ſancto* loquitur.

Matth. 3. v. 16. 17.

* vers. 18.

* vers. 33.

JESUM diſertè docuit eſſe *Filium Dei*; a & quidem *unigenitum:* & b *priùs ſe exſtitiſſe:* c *Patrem dare ei ſpiritum non ad menſuram.* deinde, etiam *hominem:* d quia eſſet vir paſſioni deſtinatus. Et in-primis voce ac digito, omnibusque actionibus, monſtravit ac declaravit; hãc ipſam perſonam eſſe Chriſtum, ſeu promiſſum Meſsiam. Rectè docuit de Officio Chriſti; quòd eſſet *agn** *Dei, qui tolleret peccata Mũdi:* hoc eſt, hoſtiam mactationi deputatam; ſanguineq; proprio recõciliaturam, non unam tantùm gentem; ſed totum Mundum, cum Deo. Eſtq; hæc concio ex *Eſajâ** ſumta; ubi de hoc agno ejusq; ſacrificio præclara patefacta ſunt: quæ quidem omnia Johannes indubitanter applicat. Et hic articulus omnium erat præcipuus. Cupiebat enim Deus, priuſquàm JESUS redemtionem generis humani aggrederetur, rem tantam nonnihil innotefcere. Ideò tubam hanc præmittit; præſertim cùm hoc tempore vera de Meſsiâ doctrina, falſiſsimis & craſsiſsimis opinionib. Phariſæorum, veluti altis tenebris, ſepulta eſſet; ac nemo patientem Chriſtum exſpectaret: nemo putaret, peccata generis humani per eum expianda eſſe; ſed glorioſum omnes ſomniarent, qui facultates, & ſplendorem atque potentiam gentis Judaicæ, eſſet auctũrus. Addidit præterea; Meſsiam fore doctorem veracem; & gratiam, hoc eſt, gratuitam remiſsionem peccatorum, donaturum eſſe; effuſurum Spiritum ſanctum in Apoſtolos & credentes.

a Joh. 1. v. 1. 2. b v. 15. c 1. Joh. 4. v. 9. d Joh. 1. v. 29.

Joh. 1. v. 17. 33. Matt. 3. v. 11. Marc. 1. v. 8. Luc. 3. v. 16.

De Spiritu ſancto, docuit; eſſe perſonam à Patre & Filio diſtinctam. * *Vidi*, inquit, *Spiritum ſanctum, deſcendentem quaſi columbam de cœlo, & manentem ſuper eum.*

* Joh. 1. v. 33.

De Viribus humanis, docuit: quòd *nemo poſſit ſibi ſumere quicquam; niſi fuerit ei datum de cœlo.* Loquitur autem præcipuè de vocatione Chriſti Johannes: & id, quod priùs diximus, ſimul includit.

Joh. 3. v. 27.

De Peccato, docuit; totum Mundum peccato obnoxium: adeò ut, cùm nemo potuerit ſuis viribus reluctari; neceſſe fuerit Filium Dei fieri pro eis hoſtiam. *Qui de terra eſt*, inquit, *terrena loquitur.*

Joh. 1. v. 29. Joh. 3. v. 31.

De diſcrimine Legis & Euangelii, præclaram ſententiam profert. *Lex*, inquit, *per Moſen data eſt: gratia autem & veritas per* JESUM *Chriſtum facta eſt.* Et conſtat præterea ex hoc dicto, eum Legem ſeriò urſiſſe: ſicut etiam Phariſæos & Sadducæos de ſuis peccatis graviſsimè admonet.

Joh. 1. v. 17. Matth. 3. v. 7. & 16. 6.

De cauſis Juſtificationis, dextrè & luculenter docuit. *Ex plenitudine ejus nos omnes accepimus, gratiam pro gratiâ. Ecce agnus Dei, qui tollit peccata Mundi.* Ubi ſingula verba emphaſin habẽt. Juſtificatio noſtra tantùm eſt gratia; hoc eſt, gratuita acceptatio, & donatio remiſsionis peccatorum. Qui eam parit & conficit, non eſt Angelus vel Homo; ſed JESUS Chriſtus ſolus. Modus parandi eſt; quod fit victima omnibus omnium creaturarum meritis & adjumentis explosis. Oportet autem nos à Chriſto accipere: & id quidem fide. Deniq;, pertinet hoc beneficium ad totum Mundum: nec debet le quiſquam excludere; niſi qui detrectat accipere. & ex hoc ſalutari fonte gratis haurire. Idé in hac pulcerrima ſententia docuit: *Qui credit in Filiũ, habet vitã æternam: qui autem incredulus eſt Filio, non videbit vitam; ſed ira Dei*

Joh. 1. v. 29. vers. 29. Joh. 3. v. 36.

Matth. v. 10. Luc. 3. v. 9. & 19. 11.

Matth. 3. v. 7. Luc. 3. v. 7.

Matth. 3. v. 2.

Matth. 3. v. 8.

Mat. 3. 10. v. 13. verſ. 10.

Mat. 3. 10.

verſ. 9.

Joh. 1. v. 28. Luc. 1. v. 8.

Luc. 11. v. 1.

Luc. 11. v. 7. 8.

Matt. 3. v. 11. Joh. 1. v. 27

Ibid. v. 20.

Matt. 3. v. 7. 8.

Joh. 1. v. 25

Mat. 11. v. 18.

Joh. 7. 38. v. 23.

v. 24. v. 25.

v. 24. v. 26.

Luc. 1. v. 15. v. 3.

Matth. 3. v. 1. 2. Marc. 1. v. 4. 5.

Luc. 3. v. 1. 2.

Joh. 1. v. 28.

Joh. 3. v. 23.

Luc. 3. v. 1. 2.

verſ. 19 verſ. 23.

Mat. 3. v. 11.

Luc. 3. v. 3.

Joh. 1. v. 28.

M 3

Digitized by Google

ræ (anni 2044. A' Dilvio 2042. ante Abraham, 2142.

Opinio est non inconcussa, Johannem, ipso Tabernaculorum festo, circumcisionem publicam fuisse instituisse, mandato Dei, imperatum esse, primâ die mensis septimi. Eo tempore (sicut *Levit. 25.* describitur) quædam celebris ac læta Jubilæi, hoc est, quinquagesimi anni, quo facultates redibant ad veros ac proprios possessores, promulgatio ac denuntiatio. Erat ergo Johannes, insignis Jubilæi præco, & vox clamans; ut Prophetæ prædixerant: indicens, jam redemptionem totius generis humani futuram esse.

Fuit is quoq; Johannes erat insignis. Primùm, erat egregius doctrinæ repurgator; quæ à doctoribus Hierosolymitanis horribiliter obscurabatur & corrumpebatur. Deinde, à Templo Hierosolymitano, & Synagogis Judæorum, palàm & publicè discedebat: & intregionibus, prope Jordanem sitis, novos congressus, non quidem alligatos loco, faciebat; re-ipsâ abrogans totum religionis statum à Mose institutũ: finiens umbras omnes in Lege propositas; & inchoans novam religionis formam, tempori Messiæ congruentem. Indè est, quòd assèverat: *hunc Jesum esse agnũ Dei, tollentem peccata Mundi:* haud obscurè docens, jam oportere ritus, de mactãdis agnis pro peccatis, cessare; siquidem hostia, ab aliis significata, jà adesset: neq; diutiùs tàm angustis terminis cultus Dei concludendos esse; sed jam patefieri religionis portas, ut liberè ad omnes gẽtes effluat. Sic Christus pronuntiat, *Matth. 11.* * *Omnes Prophetas & Legem usq; ad Johannem prophetasse.* Terminabat igitur Testamentum vetus, & ordiebatur novum, doctrinâ, cæremoniis, & ipsâ ceremonione. Propter hoc officium, insigni insuper encomio ab ipso Christo ornatur.

Baptizavit ipsum Messiam in Jordane; & quasi consecravit & ordinavit ad ministerium suum. Non enim futurus erat Christus rex mundanus; sed spiritualis & æternus. Itaq; non imponit ei auream coronam, gemmis radiantẽ: sed baptismo cæleste undis perfundit; idq; juxta Dei cõsilium, sicut Christus inquit; *eáve quenq; suam præstare justitiam.* Significabat autem ea actio Johannem, tum doctrinâ, tum cæremoniâ hac novâ, Christum ostendere & complecti: hominesq; semper deinceps isti Evangelio & Baptismo adstituros. Christi enim officium hoc esse, ut homines à peccato abstergeret & regeneret: neq; debere quenquam hanc cæremoniã vilem docere; siquidem ipse eam suâ præsentiâ ac majestate ornarit. Volebat etiã Christus monere: se jam subiturum crucem; & hac ipsâ ratione redemptionem & salutem allaturum esse.

Pharisæis & Sadducæis iram Dei apertè denuntiavit; ac peccata ipsorum ligavit: neq; ipsorum indignationem, aut bruta fulmina, quæ vicissim in ipsum conjiciebant, curavit quicquam. *Genimina,* inquit, *viperarum; quis vobis monstravit fugere à ventura ira?*

Herodis incestum taxavit: id quod reliqui Sacerdotes aut Levitæ non audebant facere. neq; absterritus est furore impii Regis, aut mortis; quam non dubitavit vitæ suæ insidiaturam esse.

Hæc facta, etsi nõ tanti fiũt à profanis hominibus, quanti res gestæ Alexandri Magni, aut Julii Cæsaris: tamen coram Deo, ejusq; Ecclesiâ, longè sunt præstantiora. Moses, Dei voluntate, formam religionis composuit, iis temporibus aptam, quæ adventum Messiæ debebant præcurrere. Sed Johannes Mosaicum statum prorsus sustulit; & alium præstat Christo, ejusq; futuro regno, jussu Dei, erexit ac stabilivit; quẽ postea Christus ampliavit atq; confirmavit.

Revelationes divinas plures habuit; quã memoriæ prodidit Joh. * ipsemet narrat, se à Deo missũ esse; & ab eo jam olim accepisse, quòd esset baptisaturus ipsum quoq; Christum; & quòd visurus esset Spiritum, descendentem in eum. Postea etiã distinctã Trinitatis patefactionẽ [illegible] quæ nunquã antea in toto Mundo facta fuerat. [illegible] *Hic est Filius meus dilectus* *, [illegible] Videt & *spiritum* [illegible] columbæ [illegible] descendere, atq; [illegible] se collocare. [illegible] Dei [illegible] Prodit de [illegible]

Familiares [illegible] hominibus [illegible]

A

B

C

D

E

F

G

H

vero cognovit hoc est, veluti jam olim [illegible] vero, etiam patendo, sacramenta [illegible] consecutarius. Quod Christus [illegible] pro peccatis generis humani. Quod Christus Spiritu sancto & igne sit baptisaturus; ad quod in festo Pentecostes visibiliter actum est. Ubi Spiritus sanctus effusus est in Apostolos, & apparuerunt flammæ in linguis. Quod extremus interimus populi Judaici futurus esse.

Porrò, non tantùm promissorem creavit multitudinem; sed scholam quoque, more Prophetarum, penes se habuit, tanquam seminarium Doctorum veræ Ecclesiæ. Nec fuerunt ejus discipuli otiosi: sed propagationem Evangelii & ipsi juverunt; ac disputarunt de variis aliis de rebus maximis, quæ tùm controvertebantur. Sic enim Judæi contulerunt de Purificatione. Deduxit autem Johannes suos discipulos studiosè ad agnitionem Christi: & id quoque lautiùs carceri facit. Neque verò dubitavit Johannes, suos discipulos dimittere, è carcere ablegare ad Christum; quæsitum, an Christus esset? sed maluit hos, quia nimium à sua persona pendebant, coràm potiùs audire Christum; atque ex ore Christi, ac intuitu miraculorũ evidentissimorum convincere: ut hac ratione omnis dubitatio discipulis ex animo eximeretur. Transierunt itaq; postea discipuli Johannis in scholam Christi; ibiq; omnia plenius cognoverunt.

Miracula quidem Johannes edidit nulla, qualia Christus; sicut *Joh. 10.* * scriptum est: sed tamen satis sunt ea facta, quæ hactenus nonnihil perstrinximus, miraculosa. Nam repurgatio doctrinæ, commonstratio Messiæ, abrogatio veteris Testamenti, plurimorum convertio, & alia ejus generis, non sunt vulgaria facta.

Fuit & vestitus, & victûs ratio, peculiaris: quæ sicut in Prophetis interdum res maximas designavit; ità & in hoc Johanne, vestis è pilis cameli fuit contexta. Neque est consentaneum, crudas tantùm pelles sic fuisse connexas; ut quidam opinantur: sed usitato genere vestitûs, quali illi, qui ad montosa loca habitabant, induebantur, vili nempe & agresti, & ipse usus est; ne quis suspicaretur, eũ maximos honores, aut vitæ splendorẽ, affectare. *Camelus,* animal est, ad gestãdos homines, & imposita onera, ipsâ naturâ comparatum: ac viribus valet; neq; unguibus, aut acutis dentibus, ad nocẽdum est instructum: sic Johannes venerat, non ut cuiquam injuriam inferret; sed labores maximos sustineret, ad serviendum hominibus doctrinâ & baptismo. Horridior quidem paulò fuit vestitus, *è pilis camelorũ*; sed tamẽ firmus & durabilis. sic doctrina Johannis, primo adspectu horridiuscula videbat, (nam Pharisæi mollissimã, & maximè blandienti rationi humanæ, proponebant) sed tamen firma atq; perpetua. *Zonam* etiã pelliceam ferebat; nõ, ut alii, preciosam: ut manifestum fieret, jam non regnũ mundanũ, aut vitæ magnificentiam, à se, aut Messiâ, quem monstraret, quæri. Cibus erat, *Mel sylvestre,* quod vicinæ *sylvæ* copiosè gignebant; & *locusta.* Sed quale animal hoc fuerit, inter doctos ambigitur. Alii sentiunt, Cameri genus fuisse, nonnihil formâ locustis simile: quod piscatores Judaici ad Jordanem in ripam conjecerint, tanquam cibum à Deo interdictũ. * Tales sunt etiam quidam cancri, qui in mari generãtur, mediocri magnitudine; habentes crustam, plurimis acutis spiculis munitam; & carentes [illegible] quibus aliquantò longioribus. Id si ità se habet, Johannes jam exemplum liberatis Evangelicæ [illegible] prohibitis piscibus usus fit: ut omnibus [illegible] eam quoque Mosaicam legem nunc abrogari. [illegible] animalium [illegible] *Lev. 11.* * [illegible] *Strabo* * scribit *esse quoddam locustæ genus, quod Asiatici Cameros Omes dicitur*; [illegible] *Plinius* * ait: *Locustæ Parthicæ in eo erant admirationi, quòd reperirentur trium pedum longitudine.* [illegible] hunc denique ut constaret, [illegible] imperia hujus [illegible] & [illegible] commodo Christum [illegible] terna bona [illegible]

* Lev 11. v. 10.

matrem virginem, patrium cœtum Judæi, & ipse Hierosolymitanus. Hæc ubi cognovit, ex templo (sperans melior, & in cœlo consilia) ad eam venit Maria.*

Quæ cùm ita sint, Johannem Christo præcursorem, Matthæus * Matth. 3. & Luc. 1. 17. ait, Quod is verba dicta sermonis, cui interesset, erudiret, & ludæos; non attemperans se ad aulam, volentem se ex eorum ori aliqui eruere, verbum facere. Idem plurimis cum Prophetam, tum ipse coram ostendebat Christum; traditiones de venturo omnes prædixerat, & Johannes Lex & Prophetæ erubuerant: deinde inchoabat novum Testamentum. Juramento etiam affirmat Christus, inter natos mulierum, non surrexisse majorem Johanne Baptista. Id verò totum, propter officium dicit: quod is ante eum præmissus Messiæ, aq; regno ipsius viam sterneret. Se tamen ei præfert: licèt se minorem vocet; propter tam jam humiliatum, quam erga Patrem suum cœlestem præstabat. Clarè pronuntiat Johannem esse Heliam: de quo dictum sit in Malachiâ, eum venturum esse ante Messiam. Sic & Matthæus 17. * idem confirmat. Angelus Gabriel, (ut Lucas. * scriptum est) propemodum eadem jussu Dei exponit, & Evangelistæ, Johannis ministerium diligenter descripserunt.

Fuit & mortem ejus autoritas apud omnes: idq; ob insignes virtutes, ac veritatem in docendo, fidem, severitatem, constantiam, vitæq; sanctitatem; adeò ut cuncti publicè eum pro Propheta haberent.

Postremò, non admodum diu, postquàm Christum baptisâsset; & is jam passim docendo inclarescere, Johannes ab Herode in carcerem conjicitur. Causa erat; quòd Herodes rex fratris sui Philippi uxorem rapuerat; & cum publico scandalo retinebat. Eum verò incestum Johannes liberè reprehendit; sperans, Regem ad pœnitentiam flecti posse: sed Aethiopem (quod dicitur) lavat. vincit Meretrix, & Gnathones aulici: qui Regi persuadent multis calumniis, ut tandem Johannem carceri includerit; tanquam qui crimen lesæ majestatis commisisset, & seditiosa quædã moliri videretur. Habuit autem [illegible], ubi captivus detentus fuit; ad quem discipuli, & [illegible], qui solummodo audire voluerunt, accessus patuit. Tandem bestia Herodias, siti ejus sanguinẽ, Regem expugnat: ut callidè, & cum prætextu quodã, hunc concionatorẽ interficiat. Rex celebrabat natalitia, præsentibus suis Ducibus, splendidissimo apparatu. ibi cùm meretricis filia, aut portentum potiùs, saltando Herodis animum cepisset; statim accipit optionẽ, pro præmio saltationis, ut, quicquid velit, petat: non partem regni dimidiam repulsam, vel si dimidiam regni partem peteret. Puella mox ad matrem accurrit: quæ portentum hoc instituit; ut postulet, in patinâ jam sibi donari refectum Johannis caput: nec mora interponitur: accipit. Rex simulat dolorẽ: verùm tam nefandam cædem non veretur in conspectu omnium convivarũ facere. Discipuli verò ejus veniunt, & cadaver sepelium. Ejusmodi exitum tam præstans vir habuit: sed præmia sua in æternâ vitâ recepturus est. Tyrannus verò paulò post atroces pœnas luit.

Strictiùs ista hic cõmemoramus: quòd etiam superiùs, *de Persecutione*, quædam huc pertinentia sint exposita. Habuit igitur curriculũ breve Johannes, quo ministerio suo functus est; nempe vix biennium: in quo tamen res omniũ amplissimas perfecit; quæ nõ sine magno fructu à piis pectoribus considerantur.

DE MARIA, MATRE JESU CHRISTI.

MAria, mater Domini, ex familiâ Davidis fuit, id quod indè liquet; quòd Josepho fuit desponsata; qui ex eadem originem ducit. Erat enim in eo populo à Deo constitutum; ne in conjugiis ineundis tribus permisceretur, & quide propter Messiam ipsa lex lata fuerat. Deinde expressè Christus, tum ab Angelo, tum Dei; tum ab aliis, vocatur *filius Davidis*. Manifestum igitur est; Mariam ex posteritate Davidis fuisse. Qui fuerint autẽ ejus Parentes; certum non est; quia alibi in Sacris literis expressum non legimus. Quidã tamen, à Luca * genealogiã [illegible] secuti, & juxta eam rationẽ, Eli (quã & Matthan dici [illegible] constituunt patrem Mariæ: & Annam quã conjugem [illegible]. Videmus, *Protevangelion* [illegible] modi hanc omnino aetatem constitutam esse; ut esset Maria nubilis, & fœcunda valeat tantùm: quòmodo Josephum à sacerdotibus, non is, Angelo ejus nuptiarum pactore, quòd Deo consecrata; quòd ex mentem infans Jam & [illegible] poneret; quòd reticentia (non aliter, quam Mariam jubet tacere) intempestiva interpellata, & in contrarium fuerit. Verùm ista non conveniunt cum historia veteris Testamenti: & alioqui, hic liber jure apocryphi erubescit habet; ut suo dicetur loco. *Nicephorus* ejusdem, & hæc, & alia multa, arripuit & conservavit; satis quidem temere.

Fuisse Mariam Josepho desponsatam, Evangelistæ perspicuè testantur. Quanto hoc miraculo factum sit, Jacobi *Protevangelion* exponit: nimirum, quòd è Josephi baculo columba evolarit, & in ejus caput resederit. Nam eâ ratione fiebat sortitio; ut, cujus baculus signũ ederet, ei cederet in uxorem: ità tamen, ut eam inviolatam (sentiam *Nicephorus* asseverat) custodiret. Verùm istas historias de Cõjugio, monacharum relipientes, Evangelistæ ignorant: & certò affirmant, Mariam Josepho in conjugem fuisse desponsatam. unde liquidò constat, ità utrumq; fuisse affectum; ut futuro tempore, more aliorum conjugum, voluerint liberos, dante Deo, procreare. alioqui & Evangelistæ, certissimi talium rerum testes, aliter fuissent locuti.

Factum autem est singulari Dei consilio, ut Maria viro cuidam pio desponsaretur: ut posteà, concepto Salvatore, eoq; edito, haberet quendam defensorem & adjutorem; ne tanquam impudica mulier ab omnibus damnaretur.

Versata autem est Nazarethæ: an verò tanquam hospes, an ibi nata; incertum est. ficuterunt neq; ii inquirantur, apud quos vixerit: neq; ejus conditio, ancillana cujuspiam fuerit, an liberalis habita, exprimitur. Nihil enim in hisce rebus sinum est. Verisimile est, eam Bethlehemiticam fuisse; quandoquidem ibi debebat nasci Mundi Salvator: ob grassantes verò & passim vagantes [illegible], hostiles, Nazaretham ad propinquos, tanquam in tutiorem locũ, profectam. Verùm de incertis nemo facilè statuerit.

Dum autem Nazarethæ vivit inter pios homines, & veram de Messiâ doctrinam rectè percipit; eamq;, una cum reliquâ piorum Ecclesiâ, ardenter petit exhiberi: ecce, res admiranda, ipsiq; & cæteris improvisa, accidit. Venit ecce Angelus Gabriel, visibili specie assumtâ, ipsamq; Mariam placidè compellat: ac, ne quicquam malitimeat, monet, nuntiat, Deum ei propitium esse: atq; hoc eam nunc dignari honore, q̃ debeat (juxta vaticinium *Isaiæ* *) Messiam parere. Mariâ verò, quia ista sinum capere [illegible] hesitante: Angelus docet, rem istam Dominum [illegible] perfecturum esse. Signum additur evidens [illegible]. Elisabetha illius cognata, sterilitate celebris, [illegible] re ipsam tantùm debere verbo suo inesse. Nec diffidit uteriùs Maria; sed promtissimè sese voluntati Dei subjicit: sicut suprà, *in historiâ Christi*, est expressum. Nec intervallum longum interponitur: sed mox eventus verba Angeli comitatur.

Hoc accepto tàm læto nuntio, Maria ad Elisabetham quamprimùm contendit, (quos verò comites habuerit, nõ scribitur) visura coràm signum ab Angelo indicatum; & narratura evangelium de Messiâ; & collatura gratias pias, tanquam cum hominibus, quibus promissiones divinæ cordi essent. Acciderunt autem ista; cùm jam sex intenses gravida fuisset Elisabetha. Vix limen attingit Maria, salutatà tantùm Elisabethâ: veneranda anus, Spiritu sancto plena, dulcissimas effundit voces, priusquam à Mariâ quicquam cognovisset. Exclamat enim præ gaudio; q̃ Maria sit benedicta: quòd fructus etiam ventris ejus sit benedictus. vocat matrem Dominî: & miraculum revelat; quòd ejus infans in utero, præ gaudio, ad Messiam tam propè advenientem exsiliverit: ac jubet eam cõfidere; quòd Deus quicquid prædixisset, indubitanter perfecturus esset. Hanc prophetiã Maria ingenti cordis lætitiâ amplectitur: & mox etiam ipsa Deum, tot tantis beneficiis ardenti spiritu celebrat. Verba ejus [illegible] Domini; & exultavit spiritus meus in Deo salutari meo, quia respexit humilitatẽ ancillæ suæ. ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna, qui potens est, & sanctum

Matth. 14. vers. 5. Matth. 4. vers. 12. Matth. 14 vers. 3. Mar. 6. v. 17 & segq.

Num. 36. vers. 8. Luc. 1. v. 32 Matth. 9. vers. 27.

Luc. 1. v. 26. & segq.

Luc. 1. v. 46 & segq.

nostra ejus: & mostrantia quæ propitius & propitiatus, misericordiæ ejus. Profecit coram eo in bonis suis. Adfert sit superbus, cognationem verbis ejus. Detrahit patentis de justitia & virtute humilis. Ostendit in opere bono, & docendo manifestum. Infirmis & pauperum suum: ut misericordia ejus prævenit. Sicut locutus est ad patres nostros, ipse Abraham & semini ejus, in æternum.

Manebat autem Maria, in domo Elisabethæ & Zachariæ, annos circiter tres, usquam in sanctâ Academiâ, didicit & contemplata vit plusquam promissiones ex Prophetis. Spectavit quoque miracula, quæ nunquam peperit; quidque Zacharias temporarium linguæ. Postea rursus è Nazarethâ cœlit.

Interea verò, dum uterus Mariæ intumescerat; Joseph rem comperit, ac suspicatur, suam sponsam fidē violâsse. Dum verò in maximis doloribus jactatur, & veluti in scopulo quibusdam hæret: (nam neq; ducere audebat, neq; libenter eam volebat infamare, atq; supplicio tradere.) ecce Deus remedium opportunum adfert. Nam Angelo nunciante, Mariam è Spiritu sancto concepisse Messiam, & jubente, eam in fidem suam recipere, id quod citra tergiversationem facit.

In *Protevangelio Jacobi* recitatur; utroq;, juxta Legem aquâ redargutionis potatos; & innocentiæ testimonia accepisse. Id quod non abhimile vero videtur. Sed, quia in Evangelistis non exstat; affirmari non potest.

Venit interea tempus, quo, edicto Imperatoris Romani Augusti, omnes jubentur; in suâ quisq; civitate, è quâ ortum trahebat, aut in quâ facultates habebat, censui se subjicere. Hac lege civili excitati Joseph & Maria, Bethlehem sese conferunt. Ibi, cum omnia hominibus essent occupata; vix in diverbulo locum invenium & appropinquante partu, Messiam ibi Maria in lucem edit, in summâ paupertate; nempe agnoscente, quòd Mundi Salvatorem enixa esset. [Jacobi commenta, tanquam non conveniencia historiæ, quam nobis reliquit, omittimus.] Advenium tamen Pastores, revelationem divinam annuntiantes; & Parentes confirmantes. Sed cæteri hospites omnia fastidium. Observat deinde Maria tempus purgationis; nonquidem ex necessitate: sed ut testaretur, filium suum sese legi subjicere. & exactis sex septimanis, primogenitū Deo in templum sistit: ubi audit Simeonis & Hannæ illustria testimonia.

Paulò post ob sævitiam Herodis, unà cum parvo filio locogiunt in Ægyptum profugere; & in exilio aliquandiu vivere. Postea redit cum Josepho Nazarethum: ubi infantem illi nutriunt, educant, & in pietate informant.

Cùm jam duodecim annorum factus esset JESUS; deducunt eum cum Hierosolymam ad Pascha. Fortè priùs quoq; id factum fuerat. Hic cùm, inconsultis Parentibus, remansisset Hierosolymis Jesus; magno in luctu fuit Maria & Joseph. Verùm post triduum, eum in templo, inter Doctores, invenium. & quum dolorem suum exponeret Maria: Jesus testatur, se alium adhuc habere Patrem; cui jam in hoc facto obtemperandum fuerit.

Nequaquam autem perfectissima fuit Maria: sed habuit & ipsa imbecillitates quasdam. & clarè inquit *Lucas*;* ipsos non assecutos esse, quæ Jesus dicebat.

Postea mater, in nuptiis in Cana Galilææ, à filio impetravit nuptiale munus, egregio miraculo: & concionibus nonnullis filii interfuit. Adstitit & postremò cruci. ac sepulturæ, insignem fidei lucem in Mariâ arsisse: quòd illorum durissimorum cruciatuum, quos dilectissimus ipsius filius sustinuit, potuerit esse spectatrix. cùm non sit dubium, quin de ipsâ præstantissimas fulsisse. Sed postea vidit etiam resurrectionem: affuitq; gloriosæ ascensioni in cœlum. Permansit in Ecclesiâ Apostolicâ: & electioni Matthiæ interfuit. Hæc sunt, quæ sacra pagina nobis de [illegible] Dei genetrice, suppeditat.

Quamquam porrò Maria factum sit; divino fortè consilio prævidit: ne superstitioni ansam daret, [illegible] Joannem Evangelistam, [illegible] Christo [illegible]

Vixit [illegible]

Matt. 2. v. 13. & 1099

Luc. 2. v. 42. & 1099.

Joh. 19. v. 25.

Act. 1. v. 14.

Joh. 19. v. 27.

A [illegible] Messiæ [illegible] cœlestem ei cum mente collata.

Natus [illegible] Maria [illegible] Virtutes & [illegible] Evangelistæ, adnotavit? Consilii, dispositionis, cum prius mundi miserandi, tum [illegible] Cum enim decrevisset Apostolos [illegible] sequelam sui facile; eamq; in Gehennam pertinacium; & postea aliquamdiu in cœlum. Citatur Dionysius Areopagita, & Jacobus Episcopus Hierosolymitanus. Sed Epiphanius* affirmat; *non invenisse se in scripturâ, mortua sit Maria, an non: & sepulta sit, an non.* Et paulò post inquit: *Non etenim dixerim hoc; & non dixerim, quòd immortalis manserit: sed neque affirmo, an mortua sit.* Quod si quid veri est, ejus tempore, in historiis exstitisset, de Mariæ morte & assumtione; haud ille obticuisset. Precum, exsequiæ defunctorum, res est recentior, quàm quòd fuerint ab Apostolis celebratæ: & pleraque ad cultum Mariæ superstitiosum sunt comparata. Quare nos illa prolixiùs huc inferere noluimus.

B

* cap. 2. 3. Hær. 78.

C Libet tamen huc adscribere narrationem, de figurâ corporis Mariæ, quæ apud *Nicephorum** exstat. *Sponsa Maria, & mater, plena gravitatu erant. Pauca & necessaria loquebatur: placidè audiebat alios. Staturâ corporis mediâ erat. Sine risu, sine ira eundâ. & sine ullo impotentiæ gestu, homines intrepide alloquebatur. Facies erat subfusca, corpus simile: capilli flavi: oculi suavi. quæ charos dominabantur [illegible] flexi; nullâ deformitate in [illegible]; non vagabundi: supercilia nigra, intervallo distincta [illegible] nasus: labra rubentia: & ad dulcedinem sermonis motus apposimus. Facies erat, non rotunda, sed longiuscula: manus & digiti longiusculi. Incessus erat sine fastu, & gestu nativo; non arte ficto, nec ad humilitatem simulato; nec levitatem ullam significans.*

* lib. 2. cap. 3.

D Habetur & *Epistola quædam Mariæ ad Ignatium.* sed non fit ab aliis authenticis scriptorib. ejus mentio: estque ejus locutio a Christi & Apostolorum verbis aliena. Dicit enim *de Christianitate* [illegible] *tempores & vitam voto confirmari debere.* Fortè & [illegible] Ignatii recentior est: quàm ut literas ad eum dare potuerit. Consentiunt autores, eum sub Trajano passum. Nè tamen curioso Lectori desimus, formulam apponimus.

E *Ignatio dilecto discipulo, humilis ancilla Christi Jesu. De Jesu, quæ a Johanne audisti, & didicisti, vera sunt. Illa credas: illis inhæreas: & Christianitatis tuæ firmiter teneas; & mores & vitam voto confirmes. Veniam autem mecum Johanne, te, & qui tecum sunt, visura. Sta, & in fide viriliter age: nec te commoveat persecutionis asperitas; sed valeat & exsultet spiritus tuus in Deo salutari tuo. Amen!*

DE JOSEPHO, CUI ERAT desponsata Maria.

F QUæ ad *Josephum* pertinent, pleraque in superioribus locis exposita sunt. itaq; brevem hic summam repetimus. Natus fuit patre Jacob, ex familiâ Davidis: [illegible] *Matth. 1.* genealogia recitatur. Vidimum eum fuisse, ac plures habuisse liberos, antequàm Maria ei desponsaretur; & quædam alia miraculosa, fabulasq; resplentes *Protevangelion Jacobi* narrat: verùm in Evangelistis nihil de re exstat. Vir fuit sinceræ pietati deditus; non compugium, tanquam ordinationem Dei, amans. Fuit autem ei desponsata Maria virgo: &, priusquam convenirent, res mirabilis accidit. Nam comperit certò, sponsam sui pregnantem esse. Cùm autem ipsemet reus non esset; ut qui legitimam copulationem exspectaret: &, juxta Legem Mosis, abhorreret adulteram: varias in animo [illegible] cogitationes. Movebatur enim misericordiâ erga puellã, & nolebat eam infamare, ne ad supplicium raperetur: ac tandò cogitat, eam clàm dimittere. Sed eum scrupulum Deus [illegible] eximit. Misso enim Angelo, in somnis Josepho rem aperit: Mariam nempe ex nullo viro; sed è Spiritu sancto concepisse: & pariturum Messiam; quæ [illegible] pellare *Jesum*: eò quòd salvum faturus [illegible] peccatis ipsius. & jubetur eam accipere. Aquiescit autem Joseph mandatis Dei: & Mariæ [illegible] curam suscipit. Nonnulla Pseudo [illegible] bri Judicæ [illegible]

Matt. 1. v. 18. & 1133.

G

H

Luc. 2. v. 41. & 1099.

Digitized by Google

Luc. 2. v. 41. & seqq. Matth. 2. vers. 13. & seqq.

Tempore, quo conjux agebant, cùm Mariâ [illegible] Bethlehem tetenderet: ubi Christus natus est. Postea accepit revelationem per Angelum, quòd Herodes machinetur necem infanti Jesu: & quòd fugere debeat in Aegyptum. Id quod nec morâ facit: & postea, rursus ab Angelo admonitus, Nazaretham revertitur.

NON dimittit injuriam eandem, quam erga Jacobum fratrem Johannis, Hieroſolymis perpetravit *Herodes Agrippa*. Nam paulò poſt, Cæſaream profectus, horribili morte periit. Hiſtoriam recenſet *Lucas*, certiſſimus teſtis, Actor. 12.* his verbis: *Statuto die, Herodes, veſtitus veſte regiâ, ſedit pro tribunali; & concionabatur ad eos. Populus autem acclamabat: Dei vox; & non hominis. Confeſtim autem percuſſit eum Angelus Domini; eò quòd non dediſſet honorem Deo: & conſumtus à vermibus, exſpiravit.* Prolixior aliquantò narratio in *Joſepho** exſtat: quam, ut Lectori gratificemur, adſcribemus. *Jamq; tertium*, inquit, *Judææ totius regni annum exegerat*, (Herodes) *cùm pervenit in urbem Cæſaream, quæ prius Stratonis turris dicta eſt: ubi ſolennes ludos celebravit, pro ſalute Cæſaris. ad quam feſtivitatem, magna multitudo nobilium ac procerum convenerat, ex totâ provinciâ. Ejus celebritatis die ſecundâ, proceſſit manè in theatrum, amictus veſte totâ ex argento, mirabili opere contextâ; quæ radiis orientis Solis perculſa, & divinum quendam fulgorem emittens, venerationem cum horrore incutiebat ſpectantibus. mox q, adulatores pernicioſi, alius alunde, acclamantes, Deum conſalutant; rogantes, ut faveret propitius. hactenus enim, ut hominem reveritos; nunc agnoſcere & fateri, in eo, quiddam mortali naturâ excellentius. Hanc impiam adulationem, ille nec caſtigavit: nec repulit. paulo q, poſt ſuſpiciens, vidit ſupra caput ſuum bubonem, funi extento inſidentem: mox q, ut ſenſit hunc eſſe calamitatis nuntium, qui olim fœlicitatis fuerat; ex intimis præcordiis indoluit. Secuta ſunt ventris tormina, ſtatim à principio vehementia. Converſis igitur in amicos oculis: En, inquit, ego, ille veſtrâ appellatione Deus, vitam relinquere jubeor; fatali neceſſitate coarguente veſtrum mendacium: &, quem immortalem ſalutaſtis, ad mortem rapior. Sed ferenda eſt voluntas cœleſtis numinis. neque enim malè viximus: imò tantâ fœlicitate, ut omnes me beatum prædicent. Hac locutus, creſcente dolore, diſcruciabatur. Properè igitur relato in regiam; rumor ſparſus eſt, brevi eſſe morſturum. Quamobrem confeſtim totus populus, unà cum uxoribus atque liberis, ſaccum indutus, more patrio, ſupplicabat Deo pro ſalute Regis; omnia miſcens lamentis & ejulatibus. Rex autem, in celſiore decumbens cubiculo, & in faciem ſtratus humi proſpiciens, non temperabat ſibi à lacrymis. Cruciatu deinde, per continuos quinque dies nihil remittente, confectus, vitam finiit; annum natus quartum ſupra quinquageſimum; poſtquam regnaſſet per ſeptennium. Quatuor enim annos ſub Caio Cæſare obtinuit regnum: primum in Philippi tetrarchiâ per triennium; cui quarto demum anno acceſſit & Herodis tetrarchia. tribus deinde annis, ſub Claudio Cæſare, præter jam dictam ditionem, in Judæâ quoque regnavit, & Samariâ, ſimulq; Cæſareâ.* Eadem ex Joſepho commemorat *Euſebius** Facta ſunt hæc, anno Chriſti 45. Claudii tertio.

* Antiquit. lib. 19. ca. 7.

* lib. 2. c. 10.

DE POENIS CAESARUM, QUI Chriſtianos afflixerunt.

FUERUNT procul dubio plurimæ calamitates, tum publicæ in Imperio Romano, tum etiam privatæ, ultiones divinæ: quas Deus, non tantùm propter alia terra facinora, quibus Cæſares præ aliis hominibus fœdum in modum ſe polluerunt; ſed omnium maximè propter afflictiones atroces Chriſtianorum, irrogavit. Præcipuè tamen, hoc in loco, tragicos ipſorum exitus paucis attingemus.

Caius Caligula, ob tyrannidem, & alia diabolica facinora, cunctis honeſtis erat invifus. Tandem autem contra eum conjuratione factâ; in ipſo palatio plurimis vulne-

Ad Decretum. Ad Decretum.

Ad Decretum. Ad Decretum.

& induti thoracem justitiæ; & calceati pedibus, ut parati sitis ad Euangelium pacis: super omnia assumentes scutum fidei, quo possitis omnia jacula mali illius ignita extinguere: galeamq; salutis accipite; & gladium Spiritus, qui est verbum Dei. Et Paulus, † 1 Tim.4. † *cibos, & alias res a Deo conditas, sanctificari sermone Dei, & precatione, docet.* † vers.4.5

Contrà impiis, qui pereunt, sentiunt, Verbum Dei esse *stultitiam.* 1 Corinth.1. † *Nam sermo crucis, iis quidem, qui pereunt, stultitia est: at nobis, qui salutem consequimur, potentia Dei est.* † vers.18.

Scandalum. 1 Cor.1. † *Prædicamus Christum crucifixum: Judæis quidem offendiculum; Græcis verò, stultitiam: sed iis ipsis vocatis, Judæis pariter & Græcis, Christum, Dei potentiam, & Dei sapientiam.* † vers.23.

Item, *afferre mortem.* 2 Cor.2. † *Quoniam Christi bona fragrantia sumus, in his qui salvi fiunt; & in his qui pereunt. his quidem odor mortis ad mortem; illis verò, odor vitæ ad vitam.* † v.15.16.

Et Petrus, 1 Petr.2. † *Vobis igitur pretiosus est, qui creditis: cæterum iis, qui non credunt, lapis, quem reprobaverunt ædificantes, is caput est anguli, & lapis in quem impingitur, & petra ad quam offendant: nempe his, qui impingunt in sermonem, neq; credunt; ad quod instituti sunt.* Idem etiam experientia testata est. nam, ubicunq; prædicatum est verbum Dei ab Apostolis, ibi quidã illud receperũt, & electi sunt; quidam verò indurati & excæcati sunt: ut patet ex *Actis Apostolorum*, capp.3.4.5. Actor.7. † de efficaciâ concionis Stephani dicitur: *Audientes autem hæc, dissecabantur cordibus suis; & stridebant dentibus suis in eum, &c.* Actor.19.* concionante Paulo in Epheso, *quidam indurabantur, nec credebant; malè loquentes de viâ Domini ad multitudinem.* Sed tamen non per se, verùm per accidens, hunc effectum verbo Dei tribunt: dũ docent, indurationis & excæcationis Impiorum causam, esse Diabolum, & repulsionem Spiritus sancti, contemtum verbi, impœnitentiam, & justum Dei judicium. 2 Corint.4.* *Si adhuc velatum est Euangelium nostrum; in his qui pereunt, velatum est: in quibus Deus hujus sæculi excæcavit sensus incredulorum: ne illucesceret illis lumen Euangelii gloriæ Christi, qui est imago Dei.* Actor.7.* *Vos semper Spiritui sancto resistitis: ficuti & patres vestri; ita & vos.* 2 Thessal.2.* *Pro eo, quod dilectionem veritatis non receperunt, ut salvi fierent: propterea mittet Deus illis efficaciam illusionis, ut credant mendacio: ut judicentur omnes, qui non crediderunt veritati; sed approbaverunt injustis.* Huc pertinet disputatio Pauli, *Rom. 9.10. & 11.* de excæcatione & rejectione populi Judaici: cujus causam ostendit esse, incredulitatem Judæorum; & justam Dei reprobationem. Idem Paulus, in concionibus suis ad Judæos, *Actor.13. & 28.* pœnam excæcationis, propter contemtum verbi Dei, ex Prophetis, *Abacuc 1. cap. & Esaja 6.* prædicit. * vers.3.4 * vers.41 * v.10.11.

Unde ad fidem, studium & amorem verbi Dei, sedulò cohortantur omnes. Colos.3.* *Sermo Christi inhabitet in vobis opulenter, cum omni sapientiâ: docetéq; & commonete vos invicem cantionibus & laudibus, & canticis spiritualibus.* 2 Timoth.1.* *Formam habeto sanorum sermonum, quos à me audisti; cum fide & charitate, quæ est in Christo Jesu. Egregium depositum servato, per Spiritum sanctum, qui inhabitat in nobis.* 2 Timoth.2.* *Stude te-ipsum probatum exhibere Deo, operarium non-erubescendum; recte secantem sermonem veritatis.* 1 Timoth.6.* *Præcipio tibi in conspectu Dei, qui vivificat omnia; & JESU Christi, qui testatam fecit sub Pontio Pilato bonam professionem: ut serves præceptum immaculatum, irreprehensibile, usque ad apparitionem Domini nostri JESU Christi.* Philipp.2. *Inter quos lucete, tãquam lumina in Mundo; sermonem vitæ sustinentes.* Hebr.3.* *Quapropter, sicut dicit Spiritus ille sanctus; Hodie, si vocem ejus audieritis, ne obduretis corda vestra: sicut in exacerbatione, in die tentationis, &c.* Item, cap.12.* *Videte, ne aspernemini eum, qui loquitur. nam, si illi non effugerunt, qui aversabantur eum, qui loquebatur in terrâ: multo magis nos, si eum, qui de cœlo est, aversemur.* * vers.14. * vers.25. * v.13.14. * v.15.16. * vers.7.8. * vers.9. * vers.25.

Vetant etiam, extra verbum Dei aliquid de articulis fidei statuere. 1 Petr.4.* *Qui loquitur, loquatur ut eloquia Dei.* 2 Petr.1.* *Habemus firmiorem sermonem propheticum.* 2 Johan.* *Omnis, qui transgreditur, & nõ manet in doctrina Christi,* * vers.11. * vers.19. * vers.9.

sit, Deum non habet. Galat.1.* *Si nos, aut Angelus è cœlo, &c.* 2 Thessal.2.* *State, & tenete traditiones, quas didicistis, sive per sermonem, sive per epistolam nostram.* Ephes.4.* *Ut non amplius simus parvi, qui fluctuamus & circumferamur omni vento doctrinæ, &c. sed veritatem facientes in charitate, adolescamus in illum per omnia, qui est caput, nempe Christus.* Hebr.13.* *Doctrinis variis ac peregrinis ne circumferamini.* * vers.8.

Verbo Dei opponunt Verba hominum; Sermonem adulationis: *1 Thessal.2.* [a] Inania verba: *Ephes.5.* [b] Persuasibilia humanæ sapientiæ verba: *1 Cor.2.* [c] Sublimitatem sermonis: *ibid.* [d] *& Coloss.2.* [e] Dulces sermones: *Rom.16.* [f] Stipulas: *1 Corinth.3.* [g] Quemvis ventum doctrinæ: *Ephes.4.* [h] Doctrinas peregrinas: *Hebr.13.* [i] Doctrinas dæmoniorum: *1 Tim.4.* [k] Pugnas verborum: *1 Tim.6.* [l] Fabulas Judaicas, & præcepta hominum aversantiũ veritatem: *Tit.1.* [m] Fastuosa vanitatis verba: *2 Petr.2.* [n] Fictitios sermones: *2 Petr.2.* [o] Spiritum Antichristi: *1 Johan.4.* [p] & *2 Johan.* [q]

[a] vers.5. [b] vers.6. [c] vers.4. [d] vers.1. [e] vers.23. [f] vers.18. [g] vers.12. [h] vers.14. [i] vers.9. [k] vers.1. [l] vers.5. [m] vers.14. [n] vers.18. [o] vers.3. [p] vers.3. [q] vers.7.

DE SCRIPTURA VETERIS Testamenti.

Testamentum Paulo aliàs significat extremam voluntatem hominis; quâ, legitimè adhibitis testibus, disponit res suas, & distribuit hæredibus suas facultates, quas è vivis excedens relinquit. Galat.3.* *Fratres, secundum hominem dico: hominis licet testamentum, tamen si fit comprobatum, nemo rejicit, aut addit aliquid.* Hebr.9.* *Siquidem ubi testamentum est, mortis intercedat necesse est testatoris. nam testamentum in mortuis ratum est: quandoquidem nondum valet, cùm vivit testator.* * vers.15. * v.16.17.

Aliàs significat promissionem, quam Deus populo suo dedit; de bonis, sive corporalibus, sive æternis, suo tempore, certis rationibus & conditionibus, distribuendis. Galat.3.* *Porrò Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini ejus. Non dicit, Et seminibus; tanquam de multis: sed tanquam de uno, Et in semine tuo; qui est Christus. Hoc autem dico: Testamentum, antè comprobatum a Deo erga Christum, Lex, quæ post annos quadringentos & triginta cœpit, non facit irritum; ut abroget promissionem.* Quia verò duo sunt præcipua genera promissionum, ideoq; testamenta: alterum vetus, alterum novum, appellatur. Vetus, quod Deus fecit populo suo in monte Sinai; cùm legem promulgavit: Novum, quod in Domino nostro JESU Christo factum est. Gal.4.* *Nam hæc sunt duo Testamenta: unum quidem à monte Sina, in servitutem generans, &c. at quæ sursum est Hierusalem, libera est; quæ est mater omnium nostrũm.* * v.16.17. * v.24.26.

Aliàs significat Scripturam sacram à Mose, & Prophetis, & aliis, jussu Dei exaratam: continentem patefactiones & promissiones Dei; & miraculosam populi Israël defensionem, gubernationem, & conservationem; & omnis generis beneficia, in eos à Deo profecta, usq; ad exhibitionem Messiæ. 2 Corinth.3.* *Nam usq; ad hodiernum diem, idem velamen in lectione veteris Testamenti manet; nec tollitur velum, quod per* CHRISTUM *abolebitur.* Et hac quidem significatione hoc loco utitur. * vers.14.

Cæterùm, Scripturam veteris Testamenti, interdum Apostoli simpliciter appellant Scripturam. Galat.3.* *Providens autem Scriptura, &c.* * *Sed conclusit Scriptura omnia sub peccatum, &c.* 1 Corint.15.* *Quòd Christus mortuus sit pro peccatis nostris, secundùm scripturas.* 1 Petr.2.* *Quapropter continet Scriptura; Ecce pono in Sion lapidem, &c.* * vers.8. * vers.22. * vers.3. * vers.6.

Interdum verò addunt aliquod epitheton. Paulus, Roman.1.* *Scripturas sanctas* vocat. & Petrus, *Sermonẽ propheticum, & Scripturam propheticam:* 2 Pet.1.* Nonnunquam periphrasi utuntur. ut Paulus, Roman.3.* Scripturam vocat *oracula Dei.* & 2 Timot.3.* *Sacras literas* appellat. * vers.2. * v.19.20. * vers.2. * vers.15.

Aliquãdo, per synecdochen, sub voce *Legis*, aut *Mosis*, aut *Prophetæ* notatur. Paulus, 1 Cor.14.* citans ex *cap.3. Geneseos*, de obedientiâ mulierum erga maritos; & ex *Esaja 28. Verùm linguis & labiis loquar:* ait,* *In lege sic scriptum esse.* Act.15.* *Moses, ab ætatibus antiquis, in singulis civitatibus habet, qui ipsum prædicent in synagogis, ubi per omne sabbatum legitur.* Et 1 Tim.4.* *Hoc præceptum tibi commendo, juxta prophetias, in quibus antea instructus es.* Et Roman.12.* *Sive prophetiam, juxta analogiam fidei.* Unde 1 Corinth.14.* *prophetare*, pro Scripturam sacram exponere, accipitur. * vers.34. * vers.21. * vers.21. * vers.18. * vers.6. * vers.1. & sqq.

Approbare

g *vers.* 30
h *vers.* 22

in: ſed tanquam de uno, Et in ſemine tuo; qui eſt Chriſtus. Et Petrus, Act.2. g ex promiſsione Davidi factâ, *3 Regum 7.* & repetitâ *Pſalm.132.* & Act.3. h ex *Deuteronomii 18. Propheta ſuſcitabit vobis Dominus Deus veſter, de fratribus veſtris, mei ſimilem, &c.*

Quòd Meſsias Filius Dei ſit futurus; Paulus probat, ex *Pſalm.2. Filius meus es tu, hodie genui te:* Act.13. i

i *v.32.33.*
k *cap.2.v.6 12.13.*

Quòd etiam verus homo ſit; in epiſtolâ ad Hebræos k probat, ex *Pſalm.8. Quid eſt homo? &c.* Et *Pſal.22. Annuntiabo nomen tuum fratribus meis.* Et *Eſaiæ 8. Ecce ego, & pueri, quos mihi dedit Deus.*

Quòd eſſet, nõ pro ſuis, ſed pro noſtris peccatis, in cruce moriturus, & nos redemturus; & ſummam patientiam præſtiturus: Petrus probat, ex *Eſaiæ 53. Qui peccatum non fecerat; nec inventus eſt dolus in ore ejus: qui, quum maledictis inceſſeretur, non regeſſit maledicta: cùm malu afficeretur, non minabatur, &c. Cujus ejuſdem vibice ſanati ſuiſtis. Nam eratis, velut oves errantes: ſed converſi eſtis nunc ad paſtorem, & curatorem animarum veſtrarum.* 1 Petr.2. l Idem Philippus, Act.8. m abſque dubio fecit: cùm, ex eodem Eſaiæ loco, annuntiavit Chriſtum Eunucho Æthiopi. Et Paulus, Roman.15. n ex *Pſal.60. Opprobria opprobrantium tibi inciderunt in me.* Et Galat.3. o ex *Deuteron.21. Exſecrabilis omnis, qui pendet in ligno.* Et Hebr.10. p ex *Pſalm. 40. Sacrificium & oblationem noluiſti; corpus autem aptaſti mihi: holocautomata & pro peccato non comprobaſti. Tunc dixi: Ecce adſum, (in capite libri ſcriptum eſt de me) ut faciam voluntatem tuam, Deus.*

l *ver.22 & ſeqq.*
m *vers.35*
n *vers.3.*
o *vers.13.*
p *v.5.& 7.*

Interfectores Meſsiæ, fore ædificantes, hoc eſt, Sacerdotes & Principes populi Judaici: probat Petrus, ex *Pſal. 118.* Act.4. q *Hic eſt lapis ille, qui rejectus eſt à vobis ædificantibus; qui factus eſt caput anguli: nec eſt in alio quoquam ſalus.*

q *vers.11.12*

Meſsiam non in morte manere; ſed reſurgere debuiſſe à mortuis tertio die: Petrus, Act.2. * ex *Pſal.16.* demonſtrat: *Providebam Dominum coram me ſemper: quoniam a dextris eſt mihi, ne commovear. Propter hoc lætatum eſt cor meum; & exſultavit lingua mea: inſuper & caro mea requieſcet in ſpe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno.* Et Paulus, Act.13. * ex *Eſaja 55. Dabo vobis ſancta David fidelia. Ideò & aliàs dicit: Non permittes, ut Sanctus tuus videat corruptionem.* Et 1 Cor.15. * ait; *Chriſtum reſurrexiſſe à mortuis, die tertio, juxta Scripturas.* intelligens fortè dictum *Oſeæ 6. Vivificabit nos poſt biduum; & tertio die faciet nos reſurgere à mortuis: & coram ipſo vivemus.*

* *vers.25. 26.27.*
* *vers.4.*

Aſſcenſionem Meſsiæ, & effuſionem Spiritûs ſancti, & donorum largitionem ad ædificationẽ Eccleſiæ; Paulus, Epheſ.4. * colligit ex *Pſal.68. Aſcendiſti in altum, & captivam duxiſti captivitatem: & accepiſti dona pro hominibus.* Et Petrus, Act.2. * miſsionem Spiritûs ſancti, ex *Joëlis 2.* demonſtrat. *Sed hoc eſt, quod dictum eſt per Prophetam Joël: Et erit in noviſſimis diebus, dicit Deus, effundam de Spiritu meo ſuper omnem carnem, & prophetabunt filii veſtri, & filiæ veſtræ: juvenes veſtri viſiones videbunt; & ſenſores veſtri ſomnia ſomniabunt. & quidẽ ſuper ſervos meos, & ſuper ancillas meas, in diebus illis, effundam de Spiritu meo: & prophetabunt. &c.*

* *vers.8.*
* *v.16.17.*

De Judæ miſerabili hiſtoriâ, & ſubrogatione alterius in locum ejus, Petrus, Act.1. * allegat *Pſal.69. Fiat habitatio ejus deſerta, & in tabernaculis ejus non ſit qui inhabitet.* & *Pſal.106. Epiſcopatum ejus accipiet alter.*

* *vers.20.*

De ablegatione Apoſtolorum, & aliorum piorum Doctorum, ad prædicandum pœnitentiam, & remiſsionem peccatorum; Paulus, ex *Eſaja 52. Quàm ſpecioſi pedes annuntiantium pacem!* Rom.10. *

* *vers.15.*

Et de propagatione doctrinæ Euangelii in totum orbem terrarum; ex *Pſalm.19. In omnem terram exivit ſonus eorum.* Rom.10. *

* *vers.18*

De dono linguarum; ex *Eſaja 28. Verùs linguis & labiis loquar.* 1 Cor.14. *

* *vers.21.*

Ex Judæis quoſdam doctrinam Euangelii ſuſcepturos, & in Chriſtum credituros; quoſdam verò offendiculi iri. Rom.9. * & 1 Pet.2. * ex *Eſa.28. Ecce, pono in Sion lapidem offendiculi: & qui credit in eum, non pudefiet.* Et * ex *Eſa.10. Si fuerit numerus filiorum Iſrael, ut arena maris; reliquiæ ſalvæ erunt.* Et * ex *Eſa.1. Niſi Dominus Sabaoth nobis reliquiſſet ſi-*

* *vers.33*
* *vers.6.*
* *vers.27*
* *vers.29.*

men: ut Sodoma facti eſſemus; & Gomorrhæ ſimulati fuiſſemus. Rom.10. * *Non omnes obedierunt Euangelio. Eſajas enim inquit: Domine, quis credit ſermonibus noſtris?* Idẽ, Rom. 9. * ex promiſsione, *Geneſis 21. Per Iſaac nominabitur tibi ſemen:* & *Geneſ.25. Major ſerviet minori:* colligit, nõ omnes Judæos converſum iri; ſed eos tantùm, qui promiſsionem Abrahæ dè Chriſto amplexuri eſſent. Et Roman.10. * ex *Eſa.65. Toto die expandi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem.*

* *vers.16.*
* *v.7.& 13.*
* *vers.21.*

De excæcatione & rejectione populi Judaici; allegat Paulus, Act.13. * dictum *Abacuc 1. Videte contemtores, & admiramini; & evaneſcite: quia ego operor opus in diebus veſtris; quod non credetis, ſi quis enarraverit vobis.* Et Act.28. * ex *Eſaja 6. Vade ad populum iſtum, & dic: Auribus audietis; & non intelligetis: & videtes videbitis; & non perſpicietis. incraſſatum eſt enim cor populi hujus; & auribus graviter audierunt; & oculos ſuos compreſſerunt: ne quando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant; & convertantur; & ſanem eos.* Et Rom.11. * ex eodem: *Dedit eis Deus ſpiritum compunctionis: oculos, ut non videant; & aures, ut non audiant.* Et ex *Pſal.69. Vertatur menſa illorum in laqueũ, & in captionem, & in offendiculum, & in retaliationem ipſis. Obtenebrentur oculi eorum ut non videant: & tergum illorum ſemper incurva.*

* *vers.44.*
* *v.26.27.*
* *v.8.9.10.*

De toto Iſraële ſalvando, poſt plenitudinem Gentium; citat. *Eſa.59. Adveniet ex Sion ille, qui liberat; & avertet impietates à Jacob. Et hoc illis à me teſtamentum; cùm abſtulero peccata ipſorum.* Rom.11. *

* *v.26.27.*

Vocationem Gentium Paulus comprobat, ex *Eſaja 49. Poſui te lucem gentium; ut ſis ſalus uſque ad extremum terræ.* Act.13. * Et ex *Oſea 2. Vocabo populum, qui meus nõ erat, populum meũ: & eam, quæ dilecta nõ erat, dilectam. Et erit, in loco, ubi dictum fuerat eis, Non populus meus vos; ibi vocabuntur filii Dei viventis.* Rom.9. * Ad eandem Prophetæ ſententiam Petrus alludit: *Qui quondam non eratis populus, nunc populus Dei.* 1 Petr.2. * Et ex *Deut.32. Primus Moſes dixit: Ad æmulationem provocabo vos, per gentem, quæ non eſt gens: per gentem ſtultam ad iram commovebo vos.* Rom.10. * Et ex *Eſaja: Inventus ſum his, qui me non quærebant: conſpicuus factus ſum his, qui de me non interrogabant.* Rom.10. * Et ex *Pſal.18. Cæterùm & gentes de miſericordiâ glorificãt Deum; ſicut ſcriptum eſt: Propter hoc confitebor tibi in gentibus, & nomini tuo cantabo. Et rurſum dicit: Gaudete gentes cum populo ejus. Et rurſum, Pſal.117. Laudate Dominum omnes gentes; & collaudate eum omnes populi. Et rurſum Eſajas dicit; Erit radix Jeſſe; & qui exſurget ad imperandum gentibus: in eo gentes ſperabunt.* Et ex *Eſa.52. Quibus non eſt annuntiatum de eo, videbunt: & qui non audierunt, intelligent.* Rom.15. * Et Jacobus minor, in Concilio Hieroſolymitano, vocationem Gentium ex *Amos 9.* probat: *Poſthac revertar, ac rurſus ædificabo tabernaculum David, quod collapſum eſt; & diruta ejus inſtaurabo; & erigam illud: ut requirant, qui reliqui ſunt hominum, Dominum; & omnes gentes, ſuper quas invocatum eſt nomen meum: dicit Dominus, qui facit hæc omnia.* Act.15. *

* *v.9.10.11. 12. & 21.*
* *v.16 17.*

Ad perſequutionem, Hieroſolymis ortam cõtra Apoſtolos; referunt *Pſal.2. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania?* Act.4. *

* *vers.25.*

Quod Chriſtum oporteat regnare, uſque ad deſtructionem mortis; Paulus ex *Pſal.110.* colligit: *Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.* 1 Corinth.15. * Et quòd oporteat mortẽ aboleri, & mortuos reſurgere; ex *Oſea 13. Abſorpta eſt mors in victoriam. ubi tuus mors, aculeus? ubi tua, inferne, victoria?* 1 Corinth.15. *

* *vers.25.*
* *v.54.55.*

De ſtatu poſt reſurrectionem mortuorum, 2 Pet.3. * ex *Eſaja 65. Sed cœlos novos, & terram novam, juxta promiſſum illius, exſpectamus.*

* *vers.13.*

Ad Chriſtum, & res novi Teſtamenti, ſacerdotium, oblationes, ceremonias, & pleraſq; hiſtorias, ità referunt: ut oſtendant, typos rerum futurarum fuiſſe ea pleraque omnia; quæ in ſcripturâ veteris Teſtamenti proponuntur. Paulus, *1 Cor.5.* * Paſcha, ſeu Agnum paſchalem, Chriſtum præfiguràſſe, indicat; cùm inquit: *Paſcha noſtrum pro nobis immolatũ eſt, Chriſtus.* Et celebrationẽ Paſchatis in azymis, exponit de novitate & ſinceritate vitæ eorũ, qui in Chriſtũ crediderunt. Et Petrus videtur eũdem ad Agnum paſchalem

* *vers.7.8.*

reſpexiſſe;

Preface to the Reader. 1

Of the Nature of Man. 2

Of the Nature of Man. 3

Of the Nature of Man. 4

Of the Nature of Man. 5

Of the Nature of Man. 6

Of the Nature of Man. 7

Of the Nature of Man. 8

Of the Nature of Man. 9

Of the Nature of Man. 10

Of the Nature of Man. 11

Of the Nature of Man. 12

Of the Nature of Man. 13

Of the Nature of Man. 14

Of the Nature of Man. 15

Of the Nature of Man. 16

Of the Nature of Man. 17

Of the Nature of Man. 18

Of the Nature of Man. 19

Of the Nature of Man. 20

Of the Nature of Man. 21

Of the Nature of Man. 22

Of the Nature of Man. 23

Of the Nature of Man. 24

Of the Nature of Man. 25

Of the Nature of Man. 26

Of the Nature of Man. 27

Of the Nature of Man. 28

Of the Nature of Man. 29

Of the Nature of Man. 30

Of the Nature of Man. 31

Of the Nature of Man. 32

Of the Nature of Man. 33

Of the Nature of Man. 34

Of the Nature of Man. 35

Of the Nature of Man. 36

Of the Nature of Man. 37

Of the Nature of Man. 38

Of the Nature of Man. 39

Of the Nature of Man. 40

Of the Nature of Man. 41

Of the Nature of Man. 42

Of the Nature of Man. 43

Of the Nature of Man. 44

Of the Nature of Man. 45

Of the Nature of Man. 46

Of the Nature of Man. 47

Of the Nature of Man. 48

Of the Nature of Man. 49

Of the Nature of Man. 50

Of the Nature of Man. 51

Of the Nature of Man. 52

Of the Nature of Man. 53

Of the Nature of Man. 54

Of the Nature of Man. 55

Of the Nature of Man. 56

Of the Nature of Man. 57

Of the Nature of Man. 58

Of the Nature of Man. 59

Of the Nature of Man. 60

Of the Nature of Man. 61

Of the Nature of Man. 62

Of the Nature of Man. 63

Of the Nature of Man. 64

Of the Nature of Man. 65

Of the Nature of Man. 66

Of the Nature of Man. 67

Of the Nature of Man. 68

Of the Nature of Man. 69

Of the Nature of Man. 70

Of the Nature of Man. 71

Of the Nature of Man. 72

Of the Nature of Man. 73

Of the Nature of Man. 74

Of the Nature of Man. 75

Of the Nature of Man. 76

Of the Nature of Man. 77

Of the Nature of Man. 78

Of the Nature of Man. 79

Of the Nature of Man. 80

Of the Nature of Man. 81

Of the Nature of Man. 82

Of the Nature of Man. 83

Of the Nature of Man. 84

Of the Nature of Man. 85

Of the Nature of Man. 86

Of the Nature of Man. 87

Of the Nature of Man. 88

Of the Nature of Man. 89

Of the Nature of Man. 90

Of the Nature of Man. 91

Of the Nature of Man. 92

Of the Nature of Man. 93

Of the Nature of Man. 94

Of the Nature of Man. 95

Of the Nature of Man. 96

Of the Nature of Man. 97

Of the Nature of Man. 98

Of the Nature of Man. 99

Of the Nature of Man. 100

Quòd Euangelium sit arcana Dei sapientia, Mundo ignota: ex *Esaja 64. Quæ oculus non vidit, & auris non audivit, & in cor hominis non ascendit.* 1 Corinth.2.* Et ex *Job.5. Qui comprehendit sapientes in sapientiâ suâ.* Item ex *Esaja 40. Quis cognovit mentem Domini? quis consilium dabit illi?* 1 Corinth.2.* & Rom.11.*

Quòd doctrina Euangelii non sit negligenda; sed suscipienda: ex *Psalm.95.* citatur in epistolâ ad Hebr.3.* *Hodie, si vocem ejus audieritis, ne obduretis corda vestra.*

De certitudine & efficaciâ verbi Dei; Petrus, ex *Esa.40. Verbum Domini manet in æternum.* 1 Petr.1.*

Discrimen Legis & Euangelii, exstruitur ex *Deuter.17. Exsecrabilis omnis, qui non manserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro Legis.* Ex *Habacuc 1. Justus autem ex fide vivet suâ.* Galat.3.*

Doctrinam de veteri & novo Testamento; & quòd vetustet novum sit abrogandum: epistola ad Hebræos usurpat locum *Jeremiæ 31. Ecce dies venient, dicit Dominus, & consummabo super domum Israël, & super domum Juda, testamentum novum: non juxta testamentum, quod feci patribus illorum, in die, cùm apprehenderem manum illorum, ut educerem eos ex Ægypto: quoniam ipsi non perstiterunt in testamento meo; & ego neglexi eos, dicit Dominus. Nam hoc est testamentum, quòd disponam domui Israël post dies illos, dicit Dominus: dabo leges meas in mentem illorum, & in corde illorum inscribam illas: & ero illis Deus; ipsi, erunt mihi populus. Et non docebunt quisque proximum suum, & unusquisque fratrem suum, dicentes; Cognosce Dominum: eò quòd omnes cognituri sint me, ab illo qui pusillus fuerit inter eos, usq; ad eum qui magnus est inter illos. quoniam placatus ero super injustitiis illorum, & peccatis eorum; & iniquitatum illorum non recordabor amplius. Per hoc, quòd dicit Novum, antiquavit priùs. Porrò quod antiquatur ac senescit, in propinquo est ut evanescat.* Hebr.8.*

Quòd res veteris Testamenti, umbra & figura fuerint rerum futurarum: ibidem probatur ex dicto *Exodi 25. Quemadmodum oraculo responsum est Mosi, cùm esset absoluturus tabernaculum: Vide, inquit, ut facias omnia secundùm exemplar, quod ostensum est tibi in monte.* Hebr.8.*

Doctrinam de novâ obedientiâ, refert Paulus, 2 Cor. 6.* ex *Esaje 49. In tempore accepto exaudivi te, &c.* Et Petrus, ex *Levit.19. Estote sancti, sicut ego sum.* 1 Petr.1.* & *Psal. 34. Quærunt vitam diligere, & videre dies bonos.* 1 Petr.3.*

De Pœnis malorum operum, allegat historiam *Loth & Noë.* 2 Petr.2.* & dictum *Proverb.11. Si justus vix salvus efficitur; impius ubi comparebit?* 1 Petr.4.* Et Judas,* in eam sententiam, applicat historiam *populi Judaici*, peremti in deserto; & *Sodomæ & Gomorrhæ.*

De Oratione, ejusque effectu; Jacobus exemplum *Eliæ* allegat ex 3.5.* Paulus Hebr.12.* doctrinam de Cruce Piorum, quòd ea cedat in commodum eorum; probat ex *Proverb.3. Fili mi, ne neglexeris correctionem Domini; neque deficias, cùm ab eo arguêris. Quem enim diligit Dominus, corripit: flagellat autem omnem filium, quem recipit.* Jacobus, ad tolerantiam, ab exemplo *Prophetarum, Jobi*, & *Christi*, hortatur: cap.5.*

Quod Mundus, & falsa Ecclesia, propter justitiam persequatur veram; Johannes est historiâ *Geneseos 4.* colligit, 1 Johan.3.* De indifferenti usu ciborum, citatur dictum *Psalm.24. Domini est terra, & plenitudo ejus.* 1 Cor.10.*

De fine Mundi citatur ex *Aggæi 2. Adhuc semel ego concutio, non modò terram; verùm cælum.* Hebr.12.* De extremo judicio, Judas * *ex vaticinio Enoch*, hæc allegat: *Ecce venit Dominus in sanctis millibus suis:* ut faciat judicium adversùs omnes; & redarguat omnes ex eis, qui sunt impii, de factis omnibus, quæ impiè patrarunt; deque omnibus duris, quæ locuti sunt adversùs eum peccatores impii.

¶ Cæterùm, Scripturam veteris Testamêti commendant omnibus piis legendam; & maximè in Ecclesiâ exponendam, & diligenter discendam. Ut enim ipsi, ex Scripturâ, fidei articulos proposuerunt: ità quoq; alios ad eam respicere jusserunt; ne, extra Scripturam sacram & verbũ Dei speculantes, nova dogmata excogitarent. *Habemus firmiorem sermonem propheticũ; cui dum attendit, tanquam lucernæ apparêti in loco obscuriore, benefacitis: donec dies illucescat, & lucifer exoriatur in cordibus vestris.* 2 Petr.1.* *Ut quisque accepit donum; ità alius in alium illud ministrantes, ut boni dispensatores variæ gratiæ Dei. Si quis loquitur; loquatur ut eloquia Dei.* 1 Petr.4.* Paulus *Episcopum vult esse aptum ad docendum.* 1 Timoth.3.* *Et tenacem ejus, qui secundùm doctrinam est, fidelis sermonis; ut potens sit etiam adhortari per doctrinam sanam, & contradicentes convincere.* Tit.1.* Et præcipit Timotheo, *ut attendat lectioni, exhortationi, & doctrinæ.* 1 Timoth.4.* Et 1 Tim.1.* præcipit, ut doctrinam Euangelii ex prophetiis confirmet, seq; in iis exerceat: *Hoc præceptum tibi commendo, juxta prophetias, in quibus antea instructus es; ut milites in eis bonam militiam, retinens fidem & bonam conscientiam.* Et 1 Cor.14.* ostendit Paulus, præceptum Domini esse; ut in publicis congressibus, Ecclesiæ *prophetent*, hoc est, propheticas scripturas legant & exponant, *ad ædificationem, exhortationem, & consolationem.* Et Colos.3.* *Docete & commonete vos invicem cantionibus & laudibus, & cantilenis spiritualibus, cum gratiâ canentes in corde vestro.*

Regulam exponendæ Scripturæ, Paulus docet esse ἀναλογίαν *fidei*: Roman.12.* Et potestatem enarrandi Scripturam, & judicandi de enarratione, non vult penes unum esse; sed penes plures. 1 Corinth.14.* *Propheta verò duo aut tres loquantur; & cæteri dijudicent. Porrò, si alii fuerit revelatum assidenti; prior taceat. Potestis enim singillatim omnes prophetare: ut omnes discant, & omnes consolationem accipiant, & spiritus Prophetarum Prophetis subjiciuntur. Non est enim confusionis author Deus; sed pacis: ut in omnibus congregationibus sanctorum.*

Senserunt etiam, sinè Spiritu sancto, & interprete, Scripturam non posse intelligi. Paulus, 1 Corinth.12.* *Nemo potest dicere Dominum JESUM, nisi per Spiritum sanctum.* & paulò pòst:* *Nam huic quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ: alii verò sermo scientiæ, secundùm eundem Spiritum, &c.* Et 2 Corint.3.* *Sed ad hunc usque diem, cùm Moses legitur, velamen cordibus illorum impositum est: at, ubi conversi fuerint ad Dominum, tolletur velamen.* Unde Eunuchus rectè respondet Philippo, Actor.8.* *Quid enim possim, nisi aliquis dux viæ mihi fuerit?*

¶ Postremò, etsi numerus librorum authenticorum veteris Testamêti, ab Apostolis, ex professo nominatim non est expressus: tamen haud obscurè ex citationibus conjectari potest; quòd eos pro certis & probatis habuerint, de quibus antiquitas Judaica nunquam dubitavit. Citantur enim ab eis testimonia, tum expresso, tum dissimulato nomine; ex Mose, libris Regum, Psalmis, Proverbiis, Esaiâ, Jeremiâ, Ezechiele, Hoseâ, Joële, & aliis.

*Josephus** inquit: *Non sunt nobis innumeri libri, discordes inter se, ac pugnantes; sed duo tantùm & viginti, omnium temporum commentarios continentes: quibus meritò fides adhibetur. Horum quinque Mosis sunt: qui & leges, & hominis conditionem, complectuntur; & ad mortem usque illum extenduntur. Tempus illorum tria annorum millia, paulò minùs, continet. A' morte verò Mosis, ad Artaxerxem, post Xerxem Persarum Regem, Prophetæ, qui post Mosen vixerunt, suorum temporum res gestas, tredecim libris, conscripserunt. Reliqui quatuor, hymnos ad Deum, & admonitiones ad corrigendam hominum vitam, continent. Ab Artaxerxe autem, ad nostra usque tempora, fiunt quidem singula scripta; non tamen ità fide digna, sicuti præcedentia: propterea, quòd non est habita accurata Prophetarum successio. Reipsâ verò patet, quomodo nos Scripturis nostris afficiamur. Cùm enim tantum interea fit temporis elapsum: nemo tamen illi vel adjicere quicquam, vel adimere, vel mutare, ausus fuit. Omnibus autem Judæis, ex primævâ ætate, confestim hoc inseritur: ut arbitrentur, hæc scripta Dei esse dogmata; iniq, illis permanendum; ac pro illis cupidè (si ità necesse sit) moriendum.*

DE SCRIPTURA NOVI TESTAMENTI: hoc est, de Scriptis Euangelistarum & Apostolorum.

UT memoria doctrinæ, & mirandorum operum Domini nostri JESU Christi, conservaretur; & tot vivorum testium autoritate, Ecclesiæ & posteritati commendaretur:

* *Lib.1. Antiquit.*

Dorchester. Ch. Dorchester.

Dorchester. Ch. Dorchester.

Dorchester. Ch. Dorchester.

Ch. 1. The Conference. 47

Ch. 1. The Conference. 47

enarrari cœperit per ipſum Dominum; ab iis, qui audierant, in nos confirmata ſunt.

In Scripturâ veteris Teſtamenti, Prophetæ revelata divinitùs cõmemorant: in novâ verò, Apoſtoli viſa & audita proponunt. 1 Joh.1. * *Quod vidimus & audivimus, annunciamus vobis: ut & vos ſocietatem habeatis nobiſcum; & ſocietas noſtra ſit cum Patre, & Filio ejus Jeſu Chriſto.* 2 Petr.1. * *Non enim arte compoſitas fabulas ſecuti, notam vobis fecimus Domini noſtri JESU Chriſti virtutem & adventum: ſed qui oculis noſtris adſpeximus illius majeſtatem.*

In Scripturâ veteri, pleraq; doctrinæ capita obſcuriùs proponuntur: in novâ verò, omnia clariſsimè explicãtur. Et dictio prophetica plus habet figurarum; quàm ſermo Chriſti & Apoſtolorum, qui planior eſt, & apertior.

In ſcripturâ veteris Teſtamenti, umbræ rerum futurarum propoſitæ ſunt; cùm in ſacerdotio, templo & ceremoniis, tum etiam in hiſtoriis: ut ſuprà oſtenſum eſt. In novâ verò, res ipſæ habentur. Coloſſ.2. * *Ne quis igitur vos judicet, in cibo aut potu, aut in parte diei feſti, aut novilunii, aut ſabbatorum: quæ ſunt umbra rerum futurarum; corpus autem Chriſti.* 1 Cor.10. * *Hæc autem figura noſtri fuerunt; ne nos ſimus concupiſcentes rerum malarum.* Hebr.10. * *Nam Lex, umbram obtinens futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum, hiis hoſtiis, quæ ſingulis annis eædem continenter offerunt, nunquam poteſt accedentes perfectos reddere.* Item: * *Qui offerunt juxta Legem dona: quæ quidem exemplari & umbræ deſerviunt cœleſtium. quemadmodum oraculo reſponſum eſt Moſi, cùm eſſet abſoluturus tabernaculum. nam, Vide (inquit) ut facias omnia ſecundùm exemplar; quod oſtenſum eſt tibi in monte.*

In Scripturâ veteri, externum ſacerdotium, templum, Hieroſolyma, certi cultus, ceremoniæ, oblationes, & certæ leges, ſucceſsio ordinaria Sacerdotum, regnum etiam politicum, & ſimilia deſcribuntur. In novâ autem, ad ſpirituale & æternum Chriſti ſacerdotium, & regnum, & cultus ſpirituales, omnia referuntur; figuris illis antiquatis & abolitis. Paulus Hebr.10. * *Omnis Sacerdos adſiſtit, quotidie ſacra peragens, & eaſdem ſæpiùs offerens hoſtias, quæ nunquam poſſunt auferre peccata. hic verò, unâ pro peccatis oblatâ victimâ perpetuò ſedet ad dextram Dei: id quod ſupereſt, exſpectans; donec reddantur inimici ipſius ſcabellum pedum ejus. unicâ enim oblatione, perfectos effecit in perpetuum, eos qui ſanctificantur.* Item: * *Porrò, ubi peccatorum remiſſio eſt; non eſt amplius oblatio pro peccato.* Idem, Hebr.13. * *Offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo; hoc eſt, fructum labiorum, confitentium nomini ejus. Caterùm beneficentiæ & communicationis ne obliviſcamini: talibus enim victimis res grata præſtatur Deo.* Et Rom.12. * oblationes exponit de novâ obedientiâ: *Obſecro vos fratres, ut præbeatis corpora veſtra hoſtiam viventem, acceptam Deo; rationalem cultum veſtrum.* Et Petrus, 1 Epiſt.2. * *Vos autem eſtis genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus qui in lucrum acceſſit: ut virtutes prædicetis illius, qui è tenebris vos vocavit in admirabilem ſuam lucem.* Et Apocalyp.1. * *Lavit nos à peccatis noſtris, per ſanguinem ſuum: & fecit nos reges & ſacerdotes Deo & Patri ſuo.*

In Scripturâ veteri, numerus annorũ, à condito Mundo uſq; ad Chriſtum Meſsiam exhibitũ, & tribuum Iſraël diſtinctiones ſeu genealogiæ, ſedulò & diligenter annotantur: quod ſingulari Dei conſilio factũ eſt; ut ſciretur, quando Meſsiæ adventus exſpectandus eſſet. In novâ verò Scripturâ, ſucceſsionum ſeries nõ aſsignatur: niſi quòd ſtatus extremorũ temporum, per prophetias quaſdã, deſcribitur.

Sacrificia veteris Teſtamenti, ad tempus ſunt impoſita; & tantùm ſanctificarunt homines ad carnis purificationem: ſed non potuerunt juxta conſcientiam perfectum reddere cultorem: *Hebr.9.* * nec ſanguis taurorum potuit tollere peccata. *Hebr.10.* * Sed unicum ſacrificium Chriſti, abolevit omnia illa ſacrificia vetera; & expiavit omnia noſtra peccata. *Hebr.9.* * *& 10.* [b]

Vetus Teſtamẽtum, per novum, eſt antiquatum & ſublatum: ſed novum Teſtamentum manet uſq; ad finem ſeculi. 2 Corinth.3. * *Etenim ſi id, quod aboletur, fuit in gloriâ: multò magis id, quod manet, eſt in gloriâ.* Hebr.8. * *Per hoc, quòd dicit novum, antiquavit vetus.* & Hebr.10. * *Tollit primum, ut ſtatuat poſterius.* Ubi etiam oſtẽdit; * Spiritum ſanctum, in veteri Teſtamẽto, novum prædixiſſe. Huc pertinet tota hiſtoria Cõcilii Hieroſolymitani: in quo lex Moſis abrogatur, cõmuni Spiritûs ſancti & Apoſtolorum ſententiâ.

In veteri Teſtamento, Judæi pro populo Dei habentur; eſtque Eccleſia quaſi anguſtiis metis terræ Canaan incluſa: in novo verò, fit collectio Eccleſiæ ex Judæis & Gentibus; & propagatur doctrina Euangelii per omnes fines orbis terrarum. Epheſ.2. * *Quapropter mementote, quòd vos quondã Gentes in carne, vocabamini Præputium, ab ea quæ vocatur Circumciſio in carne, quæ fit manibus: quòd, inquam, eratis tempore illo ſine Chriſto; abalienati à republica Iſraëlis; & extranei à Teſtamentis promiſſionis; ſpem non habentes, Deoq; carentes in Mundo. Nunc autem, per Chriſtum Jeſum, vos, qui quondam eratis longinqui, propinqui facti eſtis, per ſanguinem Chriſti. Ipſe enim eſt pax noſtra: qui ex utriſq; fecit unum; & interſtitium maceriæ diruit, &c.* 1 Petr.2. * *Qui quondam eratis non-populus, nunc populus Dei: qui quondam eratis non-conſecuti miſericordiam, nunc eſtis miſericordiam conſecuti.*

Patefactionum claritate, & miraculorum multitudine, novum Teſtamentũ antecellit veteri. Nam præter id, quòd in Baptiſmo Chriſti ſeſe patefecit Trinitas; & Chriſtus verbo ſanat omnia genera morborum, & reſuſcitat mortuos; & ipſe Chriſtus mortuus tertio die reſurgit, & aſcendit ad cœlos; ut dictum eſt libro ſuperiori: etiam poſt aſcenſionem Chriſti ad cœlos, patefactiones illuſtres fiunt. Mittitur enim Spiritus ſanctus de cœlo, ſolenni & ſenſibili modo; quo antea nunquam erat factum. nam vehementi ſoniru & fragore, inſtar turbinis procelloſi, per aërem delabitur in domũ, ubi erant Apoſtoli Hieroſolymis; eamq; implet totam: ibique ſpirat & collocat ſeſe per ſingulos, in diſſectis flammeis linguis ſeſe conſpiciendum præbens: & in momento timidos & rudes Apoſtolos, cœleſtis doctrinæ, omniumq; linguarũ facit peritiſsimos, & ad propagandam doctrinam Euangelii animoſiſsimos: *Actor.2.* * Chriſtus, ad dextram Dei, patefacit ſeſe Stephano: *Actor.7.* * Et Saulum, prope Damaſcum, ex equo deturbat; eumq; in tertium cœlum raptũ, docet doctrinam Euangelii; & ablegat eum ad prædicandum Euangelium Gentibus: *Actor.9.* Edũtur ſigna & miracula plurima, ad confirmandã doctrinã Euangelii, per Apoſtolos. *Actor.3.* * Petrus & Johannes, claudum ex utero matris, in nomine JEſu Chriſti Nazareni, ſanant. *Actor.5.* * voce Petri, arguente Ananiam & Sapphiram, quòd mẽtiti ſint Spiritui ſancto extinguuntur ambo. & umbra Petri infirmos in plateis poſitos curat: & ægri, & vexati à ſpiritibus immundis, ex vicinis civitatibus Hieroſolyma ad Apoſtolos adducti, ſanantur omnes. * Orantibus Apoſtolis, movetur locus: *Actor.4.* * Johanne & Petro imponente manus in Samariâ baptiſatis, datur Spiritus ſanctus: *Actor.8.* * Joppæ, Tabitha mortua, à Petro in vitam reducitur: *Actor.9.* * Petro per viſionem revelatur vocatio Gentium. & concionante eo, Spiritus ſanctus venit ſuper Gentes, in domo Cornelii congregatas. *Act.10.* * Petrus per Angelum Domini educitur ex carcere: *Act.12.* * Paulus Elymam magum ſuâ imprecatione privat oculis: *Actor.13.* * In Lyſtris ſanat claudum: *Actor.14.* * Ejicit ſpiritum Pythonis è puellâ, Philippis: *Actor.16.* * Orante Paulo & Silâ in carcere, fit terræ-motus magnus; & concutitur fundamentum carceris: *Actor.16.* * Deus edebat in Epheſo miracula per manus Pauli: ità ut etiam ſuper infirmos deferrentur à corpore ejus ſudaria & ſemicinctia; & recederent ab eis morbi, & ſpiritus mali: *Actor.19.* * Vipera, adhærens brachio Pauli, nihil ei nocet. *Actor.28.* * Curat patrem Publii febricitantem, in inſulâ Melite: *Act.28.* * Eutychum reſuſcitat ex morte: *Actor.20.* * His ſimilia plurima edita ſunt ſigna & prodigia, ad confirmationem doctrinæ Apoſtolorum: ſed tàm crebra in veteri Teſtamento non ſunt facta.

Sacramentorum quoque in novo Teſtamento evidentior eſt ratio; quàm in veteri. Hæc enim, umbræ erant rerum futurarum: illa verò, iconem rerum ipſarum habent. *Hebr.10.* * & promiſsiones, Sacramentis novi Teſtamenti additæ, ſunt magis perſpicuæ; quàm veteris: ut patet ſuo loco.

* verſ. 3.
* verſ. 16.
* v. 16. 17.
* verſ. 6.
* verſ. 1.
* c. 8. v. 4 5
a verſ. 11. 12 13. 14.
* verſ. 28.
* v. 15 16.
* verſ. 1.
* verſ. 9.
* verſ. 5. 6.
* v. 9. & 13.
* verſ. 4.
a verſ. 14.
b Hebr. 14.
* verſ. 11.
a verſ. 13.
* verſ. 9.
* verſ. 15. Actor. 15.
* verſ. 11. 12. 13. 14.
* verſ. 10.
* verſ. 1. & ſeqq.
* verſ. 56.
* ibid. v. 15. 16.
* verſ. 31.
* verſ. 17.
* verſ. 38. & ſeqq.
* verſ. 10. & 44.
* verſ. 9.
* verſ. 11.
* verſ. 10.
* verſ. 18.
* v. 25. 26.
* verſ. 11. 12.
* verſ. 3.
* verſ. 8.
* verſ. 9. 10.
* verſ. 1. 2. 6
* verſ. 2. & ſeqq.
* verſ. 1.

[illegible] [illegible] [illegible] [

etiam * hæc extant verba: *Ista autem ipsa clavis, quam fidem dicimus, videamus quemadmodum conflet; quemadmodum solida fit. Arbitror illam duodecim artificum operatione conflatam. Duodecim enim Apostolorum Symboli fides sancta concepta est: qui, velut periti artifices, in unum convenientes, clavem suo consilio conflaverunt. clavem enim quandam, ipsum Symbolum dixerim.* Augustinus quoque * de Symbolo ait: *Ista verba, quæ audistis, per divinas Scripturas sparsa sunt: sed inde collecta, & ad unum redacta; ne tardorum hominum memoria laboraret; ut omnis homo possit dicere, & possit tenere. quod credit.* Et alibi: * *Sacramentum symboli, quod accepistis, memoriæq; mandatum pro vestrâ salute retinetis, noveritis hoc esse fidei catholicæ fundamentum; super quod ædificium surrexit Ecclesia, constructum manibus Apostolorum & Prophetarum.*

Apud *Epiphanium*, Marcellus quidam Episcopus, in literis ad Julium Episcopum Romanum, Symboli verba recitat; & addit: *Se hanc fidem ex divinis Scripturis didicisse; & à majoribus secundùm Deum edoctum esse; & eandem se in Ecclesia Dei prædicare.* Et hæc quidem de Symbolo monuisse, sufficiat.

DE DEO.

VOCABULUM *Deus, & Dominus*, aut creatori, aut creaturis attribuitur, in scriptis Apostolorum. Creatorem eo nomine passim denotant omnes. Petrus, Actor.2. * *Hunc Jesum suscitavit Deus: cujus nos omnes sumus testes.* Actor.4. * *Petrus & Johannes, respondentes, dixerunt ad eos: An justum sit in conspectu Dei, vos potiùs audire, quàm Deum, judicate.* Actor.5.* *Respondens autem Petrus, & Apostoli, dixerunt: Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus.* Et Actor.4.* *Domine, tu es Deus, qui fecisti cælum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt.* Et Stephanus, Actor.7.* *Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahæ, cùm esset in Mesopotamiâ; priusquam moraretur in Charran.* * *Stephanus clamavit voce magnâ: Domine, ne statuas illis peccatum hoc.* Paulus, Actor.13. * *Is, quem Deus suscitavit, non vidit corruptionem.* Idem Actor.20.* *Serviens Domino, cum omni humilitate animi.* Roman.1.* *Deus enim illis patefecit: siquidem, quæ sunt invisibilia illius, ex creatione Mundi, dum per opera intelliguntur, pervidentur.* 2.Thess.3. * *Dominus dirigat corda vestra.* Et 1.Tim.6.* *Dominus dominantium.* 1.Pet.5.* *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* 2.Pet.2.* *Deus Angelis non pepercit, qui peccaverant.* 2.Pet.2. * *Novit Dominus pios è tentatione eripere.* 1.Joh.4.* *Deum nemo vidit unquam.* Judas:* *Soli sapienti Deo, servatori nostro, gloria, & magnificentia, & imperii, & potestas, nùc & in omnia sæcula.* Jac.4.* *Subditi ergo, estote Deo: resistite autem Diabolo, & fugiet à vobis.*

Creaturas etiam, *deos & dominos* dici; Paulus 1.Corin.8. * affirmat: *Nam, etsi sunt, qui dicantur dii, sive in cælo, sive in terrâ; quemadmodum sunt dii multi, & domini multi: nobis tamen unus est Deus, &c.* Deos & dominos in terrâ, absque dubio Magistratus putat: in cœlo verò Angelos; quos *thronos, dominationes, principatus, & potestates*, Colost.1.* appellat. Sic illud 2.Thess.2.* *Effertur adversùs omnem, qui dicitur Deus:* quidam non malè accipiunt de Magistratu. Ephes.6. * *Servi, obedite iis, qui domini sunt juxta carnem.* Tit.2.* *Servos hortare, ut suis dominis pareant.* Rom.14.* *Servus suo domino stat, aut cadit.* 1.Pet.3.* *Sara Abrahæ appellâsse dicit dominum.*

Nomen etiã Dei, idolis, & fictitiis Gentium numinibus tribuitur. Act.19.* *Demetrius inquit: Paulus hic persuasit, & avertit multam turbam, dicens; quòd non sint dii, qui manibus fiunt.* Gal.4.* *Sed tùm quidem, cùm ignoraretis Deum, serviebatis iis, qui naturâ non sunt dii.* Act.17.* Paulus Athenienſibus concionans inquit: *Prætereus enim, & contemplans cultura vestras, inveni & aram, in qua inscriptum erat, Ignoto Deo. Quem ergo ignorantes colitis, hunc ego annuntio vobis.* Phil.3. * *Quorum deus venter:* hoc est, summũ bonum in curâ ventris ponunt. Etiam Diabolus, *deus hujus sæculi* appellatur, 2.Corinth.4.*

¶ Porrò, cùm Creatorem notant hæ duæ voces, *Deus, & Dominus*; attribuuntur etiam singulis personis, Patri, Filio, & Spiritui sancto.

In his & similibus, Deus & Dominus, *Patrem* significãt. Petrus & Johannes, in templo cõcionantes, inquiũt, Act.3. * *Vobis primùm Deus, cum suscitasset Filium suum Jesum, misit eum benedicentem vobis.* Act.2.* *Dixit Dominus Domino meo; Sede à dextris meis.* Et Stephanus, Act.7.* *Ecce, video cælos apertos: & Filium hominis stantem à dextris Dei.* Paulus, Phil.2. * *Quapropter Deus illũ in summã extulit sublimitatẽ.* 1.Cor.15. * *Christus tradet regnũ Deo.* 2.Thess.2.* *Deus & pater noster.* 2.Tim.1.* *Det ei Dominus, ut inveniat gratiam apud Dominũ.* Eph.1.* *Deus Domini nostri Jesu Christi, pater gloriæ, det vobis spiritum sapientiæ.* 1.Pet.1.* *Qui per illum creditis in Deum.*

In sequentibus dictis, & similibus, Deus & Dominus, *Christo* tribuuntur. 1.Timoth.1.* *Deus manifestatus est in carne.* Et Tit.2.* *Exspectantes apparitionem gloriæ magni Dei, & servatoris nostri Jesu Christi.* 1.Johan.5.* *Scimus, quòd Filius Dei venit; & dedit nobis mentem, ut cognoscamus illum, qui verus est; & simus in vero, in Filio ejus Jesu Christo. Hic est verus Deus, & vita æterna.* Stephanus, Act.7.* *Domine Jesu, suscipe spiritum meum.* Ananias, Act.9.* *Domine, audivi ex multis de viro hoc, quàm mala fecerit Sanctis tuis Hierosolymis.* Et rursus: * *Abiit Ananias, & introivit in domum; & imponens ei manum, dixit: Saul frater, Dominus misit me, qui apparuit tibi in viâ, quâ venisti, ut visum recipias.* Et Petrus ad Cornelium, Actor.10.* *Jesu Christus est omnium Dominus.* Idem in Concilio, Act.15.* *Per gratiam Domini Jesu Christi credimus nos salvos futuros, quemadmodum & illi.* 2.Pet.2.* *Dominum, qui illos mercatus est, abnegantes:* Johannes Apostolus, voce *Domini*, in Epistolis suis nõ utitur, sed Apoc.11.* *Corpora eorum jacebũt in plateis civitatis magnæ, quæ vocatur spiritualiter Sodoma & Ægyptus, ubi & Dominus noster crucifixus est.* Paulus verò, in Epistolis suis, ferè ubique Christum appellat Dominum; sicut Patrem, Deum. 1.Cor.2.* *Nunquam Dominum gloriæ crucifixissent.* Ibid.8.* Unus Dominus Jesus Christus. Et 11.* *Dominus Jesus, in eâ nocte, quâ traditus est.* Et 12.* *Nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi per Spiritum sanctum.* 2.Thessal.2.* *Quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui.* Sæpè autem *Domini* nomen, absolutè positum, significat Christum. Act.9.* *Dixit autem Dominus: Ego sum Jesus, quem tu persequeris.* Itèm: * *Dominus per visum Ananiæ dixit: Anania, at ille ait: Ecce, Domine.* Itèm:* *Saul frater, Dominus misit me, qui apparuit tibi in viâ.*

Appellatur etiã *Spiritus sanctus*, Deus. Act.5.* *Non hominibus, sed Deo, mentiti es.* Et 1.Cor.12. * appellatur Deus & Dominus. *Divisiones donorum sunt; sed idem Spiritus: & divisiones ministeriorum sunt; sed idem Dominus: & divisiones operationum sunt; sed idem est Deus, efficiens omnia in omnibus.* Nisi quis tamen, per Dominum, intelligi velit Christum: & per Deum, Patrem.

¶ Esse autem Deum, hoc est, essentiam quandam æternam & omnipotentem, opificem omnium rerum; omnes Apostoli præ se ferunt: & probant eo ipso; quòd, quis sit ille verus Deus, dilucidè expediunt. Nec nos esse habuerũt, apud Judæos, an Deus sit, demonstrare: cùm ii, ex tot patefactionibus sibi factis, indè ab Abraham usque, Deũ esse, nossent. Quare Apostoli in suis concionibus, *Act.2.3.4.5.* & Stephanus, 7. Philippus, 8. Paulus, 13. & *epist. ad Hebræos*, Deum esse, præsupponunt; ex Scripturâ, & patefactionibus divinis, per verbũ & miracula. Et hunc Deum, esse patrem Domini nostri Jesu Christi; liquidò ex Scripturâ probant.

Amos 713
Obadiah 721
Jonah 723
Micah 725
Nahum 731
Habakkuk 733
Zephaniah 737
Haggai 741
Zechariah 743
Malachi 753
Matthew 757
Mark 811
Luke 841
John 883
Acts 923
Romans 963
1 Corinthians 991
2 Corinthians 1017
Galatians 1035
Ephesians 1045
Philippians 1055
Colossians 1063
1 Thessalonians 1071
2 Thessalonians 1077
1 Timothy 1081
2 Timothy 1091
Titus 1097
Philemon 1101
Hebrews 1103
James 1127
1 Peter 1135
2 Peter 1145
1 John 1151
2 John 1161
3 John 1163
Jude 1165
Revelation 1169

Introduction

The Clear Word is a paraphrase of the Bible. It is not a translation. Translations are made from the original languages of the Bible. Paraphrases are made from translations. The Clear Word is based on the New King James Version of the Bible.

omnia in omnibus adimplet. 1 Cor.12.[o] *Idem Deus, qui operatur omnia in omnibus.* Judas[p] *Vos dilecti, sanctissimæ vestræ fidei superstruentes vos-ipsos, per Spiritum S. orantes. vos invicem in charitate Dei servate; exspectantes misericordiam Domini nostri Jesu Christi, in vitam æternam.*

Nonnunquam tamen ejusmodi occurrunt sententiæ, quæ viribus hominis ea adscribere videntur: sed ità necdochicè sunt intelligendæ. ut: 1 Johann.3.[q] *Omnis, qui habet hanc spem in eo, purificat se, sicut ille purus est.* 1 Johannis 5.[r] *Qui genitus est ex Deo, custodit se-ipsum.* 2 Petri 1.[s] *Fratres, potiùs operam date, ut in eo vocationem & electionem vestram firmam efficiatis.* 2 Corinth.7.[t] *Has promissiones cùm habeamus, charissimi; mundemus nos-ipsos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctimoniam cum timore Dei.*

In his & similibus, non excluditur Deus aut Spiritus sanctus, verbum item ac fides: nam sinè his nemo se purificare potest, aut vocationem suam firmam efficere. Etiam externa opera, sinè Dei auxilio, fieri non posse; docet Jacobus cap.4.[u] *Age nunc, qui dicitis; Hodie aut cras eamus in hanc civitatem: &c. qui ignoratis, quid futurum sit postero die, &c. Pro eo, quod dicere debueritis; Si Dominus voluerit, & si vixerimus, faciemus hoc vel illud.* Et Paulus, 1 Thess.2.[x] *Voluimus venire ad vos, ego quidem Paulus, semel atque iterum: & obstitit nobis Satanas.* Et 1 Thess.3.[y] orat, *ut Deus dirigat viam suam ad illos.*

¶ Præterea, hominem renatum, etiam à Spiritu sancto ductum, integram Legi divinæ præstare obedientiam, negant; propter depravationem naturæ, & inhærens peccatum. *Rom.7.*[z] *8.*[a] *Gal.5.*[b] *Act.15.*[c] *1.Cor.4.*[d]

Nec hominis renati mentem & voluntatem ità confirmatam docent; ut non possit etiam graviter labi, & contristare Spiritum S. Nam Petrus, 1 epist.2.[e] hortatur Sanctos; *ut caveant sibi à carnalibus concupiscentiis, quæ militant adversùs animam.* Et 2 Pet.3.[f] inquit: *Postquam præmoniti estis, cavete, ne simul cum aliis nefariorum errore abducti, excidatis à propriâ stabilitate.* Et Johannes, 1 epist.1.[g] inquit: *Si dixerimus; Non peccavimus: mendacem facimus eum; & sermo ejus non est in nobis.* Idem etiam renatos hortatur ad novâ obedientiam; & ut caveant sibi, *ne diligant id, quod in Mundo est.* 1 Johan.2.[h] Idem, epist.2.[i] dum monet, *ut caveant sibi ab iis, qui falsam doctrinam spargunt*; subindicat, eos posse à falsis doctoribus circumveniri. Et Paulus, renatos in errorem induci, & labi posse, passim docet; cùm eos monet, ut sibi caveant à peccatis. Quod etiam exemplo Galatarum probat, Gal.3.[†] *O fatui Galatæ! quis vos fascinavit, veritati non obedire? quibus ante oculos Jesus Christus præscriptus est, in vobis crucifixus.* Hebr.2.[k] *Ne quis ex vobis indureatur fallacia peccati.* Et paulò antè:[l] *Videte fratres, ne quando sit in ullo vestrùm cor pravum, obnoxium incredulitati, ut desciscat à Deo vivente: sed exhortemini vos quotidie.*

De agnoscendis & probandis renatis; Johannes, 1 epist. 3.[m] ait: *Qui servat præcepta Dei, in illo manet; & ipse in eo: & per hoc scimus, quod manet in nobis; è Spiritu, quem nobis dedit.* Item:[n] *Qui exercet justitiam, justus est: qui committit peccatum, ex Diabolo est.* Roman.8.[o] *Qui Spiritu Dei ducuntur, filii Dei sunt.* 2 Corinth.13.[p] *Non cognoscitis vosmet-ipsos, quòd Jesus Christus in vobis est? nisi forsitan reprobi estis.*

¶ Homines, etiam renatos, mori oportere; aut, si vixerint, in extremo die ictu oculi immutari: docet Paulus, *Roman.*5.[q] 1 *Cor.*15.[r] 1 *Thess.*4.[s] 2 *Cor.*5.[t] *Philip.*1.[u]

Pugnantia sunt: homo renatus, & non-renatus; seu caro, & spiritus: fideles, & infideles. *Rom.*8.[x] 1 *Cor.*1.[y] 2.[z] *Gal.* 5.[a] *Ephes.*4.[b] 1 *Petri* 1.[c] & 2.[d] 1 *Johan.*3.[e] & alibi passim.

¶ Homines renatos, *sanctos* appellant: tum propter imputatam fide sanctitatem; tum propter inchoatam per Spiritum sanctum obedientiam. 1 Pet.3.[f] *Sancta illæ mulieres, sperantes in Deo.* Et Paulus, in singulis epistolis, ex epitheto renatos notat; *Dilectos Dei, & vocatos Sanctos:* Roman. 1.6 Et Judas,[h] *Filios Dei:* 1 Johan.5.[i] Rom.8.[k] Galat.4.[l] *Filios promissionis & liberæ:* Galat.4.[m] *Filios Abrahæ:* Roman. 4.[n] *Filios lucis:* 1 Thessal.5.[o] *Fideles:* 2 Corinth.6.[p] *Reges & Sacerdotes:* Apocalyp.1.[A] *Gentem sanctam, populum Dei, genus electum, regale sacerdotium:* 1 Petri 2.[r] *Justos:* 1 Timoth.1.[s] *Hæredes gratiæ vitæ:* 1 Petri 3.[t] *Hæredes Dei:* Roman.8.[u] Galat.4.[x] *Cohæredes Christi:* Rom.8.

De Homine post resurrectionem.

Duo genera hominum, in & post resurrectionem, futura; nempe beatos & damnatos: docent Apostoli. 1 *Pet.*4.[g] & 5.[h] 2 *Petri* 1.[i] 2.[k] 3.[l] *Apocal.*1.[m] 1 *Cor.*15.[n] 1 *Thess.*5.[o] 2 *Thess.* 2.[p] & *Judas.*[q] Utriusque generis homines, constabunt ex corpore & animâ. 2 Cor.5.[r] *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi: ut unumquemque reportet in corpore suo, juxta id quod fecit, sive bonum, sive malum.*

Utrosq; tum pios, tum impios, resuscitaturum Deum, & Dominum nostrum Jesum Christum; docent. 2 *Pet.*3.[s] 1 *Thess.*4.[t] 5.[u] 2 *Thess.*2.[x] 1 *Cor.*15.[y]

Porrò, de proprietatibus, & commodis seu incommodis utrorumque, tum beatorum, tum damnatorum; dicemus infrà, in Loco de Resurrectione mortuorum.

De discrimine piorum, in hac & futurâ vitâ; Johannes, 1 epist.3.[z] inquit: *Charissimi, nunc filii Dei sumus: & nondum apparuit, quid futuri sumus. scimus autem, quoniam, si apparuerit, similes ei erimus: quoniam videbimus eum, sicuti est.* Et Petrus, 1 epist.1.[a] *Repertatur* (fides vestra) *in laudem, & gloriam, & honorem, tum, cùm revelabitur Jesus Christus. quem cùm non videatis, diligitis: in quem in præsentiâ, cùm non videritis, credentes, tamen exsultatis gaudio ineffabili & glorificato; reportantes finem fidei vestræ salutem animarum.* Et Paulus, Colos.3.[b] *Itaque, si resurrexistis una cum Christo, superna quærite; ubi Christus est, ad dextram Dei sedens: superna curate; non terrestria. siquidem mortui estis; & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Quandocunque Christus manifestatus fuerit, vita nostra; tunc & vos cum illo manifestabimini in gloria.* Et Philip.3.[c] *Nam nostra conversatio in cœlis est; ex quo & servatorem exspectamus, Dominum Jesum Christum: qui transfigurabit corpus nostrum humile, ut conforme reddat corpori suo glorioso, secundum efficaciam, quâ potest etiam sibi subjicere omnia.* 1 Cor.13.[d] *Cernimus enim nunc per speculum, in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tunc verò cognoscam, quemadmodum & cognitus sum. Nunc autem manet fides, spes, charitas, tria hæc: sed maxima in his charitas.*

DE PECCATO IN GENERE.

CUm de *Peccato* loquuntur; pluribus utuntur Apostoli vocabulis. Nam aut usurpant vocem *ἀδικία, injustitia.* Act.8.[e] *In felle enim amaritudinis, & colligatione injustitiæ, video te esse.* 1 Johan.1.[f] *Fidelis est & justus, ut remittat nobis peccata; & mundet nos ab omni injustitiâ.* 2 Pet. 2.[g] *Recipientes mercedem injustitiæ.* Rom.1.[h] *Revelatur ira Dei de cœlo, super omnem impietatem & injustitiam hominum, qui veritatem in injustitiâ detinent.* Rom.3.[i] *Si injustitia nostra Dei justitiam commendat; quid dicemus?* Rom.6.[k] *Neque prabete membra vestra arma injustitiæ peccato.*

Aut vocem *ἀνομία*, hoc est, *quiddam illegitimum, quod pugnat cum lege.* 1 Johann.3.[l] Tit.2.[m] *Christus dedit semetipsum pro nobis, ut redimeret nos ab omni (ἀνομίᾳ) iniquitate.* Aut vocem *παράβασις, transgressio.* Galat. 3.[n] *Quid igitur Lex? Propter transgressiones posita est.* Rom.5.[o] *Qui non peccarunt ad similitudinem transgressionis Adam.* 1 Timot.2.[p] *Mulier obnoxia facta est transgressioni.* Jacobi 2.[q] *Redarguti à Lege, tanquam transgressores.* Item:[r] *Factus es transgressor Legis.* Et sunt hæc quasi generales Peccati appellationes, à causâ formali desumtæ: est enim de formâ Peccati, esse transgressionem Legis, & quiddam non-congruens cum regulâ justitiæ in Lege expressâ.

Aut *ἁμαρτία*, id est, *peccatum.* estque hæc vox, in Apostolorum scriptis, omnium usitatissima & frequentissima: & non tantùm externa scelera; sed etiam totam malam arborem, cum omnibus fructibus, significat. 1 *Johannis* 1.[s] 2.[t] 3.[u] & 5.[x] 1 *Pet.*2.[y] 3.[z] & 4.[a] *Roman.*2.[b] 5.[c] & 6.[d] & 7.[e] & alibi passim in epistolis Paulinis. Singulare tamen illud est, quòd *peccatum*, pro hostiâ, quâ expiatur peccatum, ponitur. Rom.8.[f] *Per peccatum*, id est, per hostiam, *damnavit* seu expiavit *peccatum in carne.* Et 2 Corinth.5.[g] *Eum, qui non novit peccatum, fecit peccatum*; hoc est, hostiam ad expiandum peccatum. Item, quòd Roman.7.[h] pro re damnatâ seu malâ: *Quid dicemus? num lex peccatum*

---

o verf.6. p v 20.21. q verf.3. r verf.18. s verf.10. t verf.1. u verf.13. 14.15. x verf.18. y verf.11. z verf.14.& ſeqq. a verſ 16 b v.17. c v.10. d v. 4. e verſ.11 f verſ.17. g verſ.10. h verſ.15 i v.7.8.10. † verſ.1. k verſ.13. l verſ.12. m verſ.24 n verſ.7.8 o verſ.14. p verſ.5. ¶ v.12. r v 22 & 51. s v 17 t v 1.2 u verſ.13 x v 5 y v 23 24. z v.14 1 a v. 17. b v 22.24 c v 1 d v 11. e v.10 f verſ.3. g v 7. h v 1 i v 2. k v.14 16 l v 6 m v 28.31. n v. . o v 3. p v.15 q v 6 r v 9 s v.9. t v.7 u verſ 17 x verſ 7 y verſ..7 z verſ. 18 a v.4. b v 11. c verſ 3.17 d v 7. e v 7. f verſ.53 54 g v 9. h v.12. 13. k v.4 & 21. l v.10. m verſ.10. n v 16. o v 2. p v.14. q verſ 21. r verſ 2. s v.7.8.9. t verſ.1.2. 3.4. u v.20.21. x v.12.13. a Verſ.23. b Verſ 9. c Verſ.13. d Verſ.18. e Verſ.5. f Verſ.13. g Verſ.4. h Verſ.14. i verſ.19. k Verſ.14. l Verſ 14. m Verſ.9. n Verſ.11. o verſ 7 8 9. p v.2. q v 4. r 8.9. r v 16. 17. s v 22. v 18 u v. 1 x v.11. y v. 2.13 20 21. z v.1.11 ſeqq a verſ 5 & ſeqq b v 3. c v 21 d v 7.

esse abſit. Et Rom.14.[e] *Quicquid non eſt ex fide, peccatum eſt*; hoc eſt, quiddam Deo non-placens. Æquipollet enim illi dicto Hebr.11.[f] *Impoſſibile eſt Deo placere ſinè fide.*

Aut ἀμαρτήμασι. Roman. 3.[g] *Propter remiſſionem præcedentium delictorum,* (ἁμαρτημάτων) quæ vox apud ſolum Paulum reperitur.

Aut παραπτώματα. Rom. 4.[h] *Traditus eſt propter peccata* (παραπτώματα) *noſtra.* Rom.5.[i] *Sed non ut delictum,* (παράπτωμα) *ità & gratia.* ubi Paulus non tantùm peccatum Adæ; ſed etiam poſterorum ejus, παραπτώματα appellat. Inquit enim paulò pòſt:[k] *Gratia verò ex multis peccatis,* (ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων) *ad juſtificationem.* Idem Epheſ.2.[l] *Et vos eratis mortui* (τοῖς παραπτώμασι καὶ ταῖς ἁμαρτίαις.) *in delictis & peccatis, in quibus aliquando ambulaſtis.* Hæc vox Paulo eſt uſitatiſsima; aliis non item: & præcipuè actualia peccata ſignificat.

Aut ἥττημα 1 Cor. 6.[m] *Omnino delictum* (ſeu defectus) *in vobis eſt, quòd lites habetis inter vos invicem.* & Rom.11.[n] *Si lapſus illorum* (παράπτωμα) *ſunt divitiæ Mundi, &* (ἥττημα) *diminutio illorum* (ſeu detrimentum) *divitiæ Gentium.*

Interdum etiã appellationes ſpeciales peccatorum, generaliter uſurpantur pro peccato: quales ſunt, κακία, *malitia.* 1 Petri 2.[o] *Deponite omnem malitiam.* Itèm:[p] *Non quaſi velamen habentes malitiæ libertatem.* 1 Corinth.14.[q] *Sed malitiâ parvuli eſtote.* Epheſ. 4.[r] *Omnis amaritudo, &c. tollatur à vobis, cum omni malitiâ.* Jac.1.[s] *Abjicientes omnem immunditiam & abundantiam malitiæ.*

Πονηρία. Rom.1.[t] *Pleni malitiâ & verſutiâ.* 1 Cor.5.[u] *Non in fermento κακίας καὶ πονηρίας.*

Ἐπιθυμία. *concupiſcentia.* 1 Johan. 2.[x] *Omne quod eſt in Mundo, veluti concupiſcentia carnis.* 1 Petri 2.[y] *Concupiſcentiæ quæ militant contra animam.* 2 Petri 1.[z] *Si refugeritis à corruptione, quæ eſt in Mundo per concupiſcentiam.* Et Paulus, Tit.2.[a] *Ut, abnegatâ impietate, & mundanis concupiſcentiis, ſobriè & juſtè & piè vivamus.* Roman.7.[b] *Peccatum non agnoviſſem; niſi per legem. Concupiſcentiam etiã non noveram;* icil. eſſe peccatum: *niſi lex dixiſſet; Non concupiſces.* & Jac.1.[c]

Incredulitas. Nam quod Paulus Galat.3.[d] dicit: *Concluſit Scriptura omnia ſub peccatum; ut promiſſio ex fide daretur.* idem Rom. 11.[e] his verbis effert: *Concluſit Deus omnes ſub incredulitatem; ut omnium miſereretur.*

¶ Docent autem in genere, de Peccato: quòd ſit quiddam pugnans cum lege divinâ, diſplicens Deo, & commerens corporales & æternas pœnas, niſi fiat remiſsio. Nam id probant appellationes illæ peccati; ἀδικία, ἀνομία, παράβασις *injuſtitia, iniquitas, tranſgreſſio:* quibus utuntur, ut paulò antè oſtendimus. & maximè inſignes ſunt ſententiæ Johannis, 1 epiſt.3.[f] *Omnis, qui facit peccatum, etiam* ἀνομίαν (quiddam contra normam & regulam legis) *facit: &* ἡ ἁμαρτία *peccatum,* ἡ ἀνομία *eſt quiddam* (ut ſic dicamus) *illegitimum;* ſeu *quiddam contra legem;* ſeu *quòd lex accuſat & damnat.* & 1 Johannis 5.[g] πᾶσα ἀδικία ἁμαρτία ἐστί: *Omnis injuſtitia peccatum eſt.* Patet etiam ex officio Legis; quam peccatum revelare & arguere, docet Paulus, *Rom.*3.[h] & 7.[i] *Gal.*3.[k] ut ſuo loco copioſiùs dicetur.

¶ De cauſis Lapſûs primorum parentum, teſtimonia ſuprà recitata ſunt. De cauſis verò Peccatorum, quibus omnes homines obnoxii ſunt, paulò pòſt dicetur.

Diviſiones Peccatorũ hæ ferè in ſcriptis Apoſtolorum notari poſſunt. Aliud eſt peccatum originale; aliud actuale. Patet hæc diviſio, ex *Roman.*5.[l] & *Epheſ.*2.[m] ubi Paulus inter naturam vitiatam, & fructus indè enaſcẽtes, diſcernit.

Aliud eſt regnans peccatum, ſeu mortale, ut vocant: aliud non-regnans, ſeu veniale. Conſtat hæc diviſio ex *Roman.*6.[n] 7.[o] & 8.[p]

Aliud ex ignorantiâ, eâque aut affectatâ, aut non-affectatâ, proficiſcitur: aliud verò ſcienter perpetratur. Manifeſta eſt hæc diviſio, ex *Actor.*3.[q] *Fratres, ſcio quòd per ignorantiam feciſtis; ſicut & Principes veſtri.* Act. 13.[r] *Qui habitabant Hieroſolymis, & Principes eorum, cùm ignorarent illum, & voces Propheratum, &c. condemnato eo, impleverunt.* 1 Tim.1.[s] *Sed miſericordiam adeptus ſum; quòd ignorans feceram, per incredulitatem.* 2 Pet.3.[t] *Sed volentes neſciunt.*

Aliud eſt peccatum ad mortem; aliud verò non. 1 Johannis 5.[u] & Paulus, *Tit.*3.[x] *Hæreticum hominem, poſt unam aut alteram admonitionem, fuge: ſciens, quòd everſus ſit qui ejuſmodi eſt; & peccet per ſe damnatus.* Idem ex 2 *Petri* 2.[y] *Hebr.*6.[z] & 10.[a] patet.

Aliud peccatum eſt in corpus; aliud extra corpus. 1 *Cor.* 6.[b] *Omne peccatum, quodcunque fecerit homo, extra corpus eſt: ſed qui fornicatur, in proprium corpus peccat.*

Aliud noſtrum; aliud alienum peccatum. 1 *Timoth.* 5.[c] *Manum ne cui citò impoſueris: ne communices peccatis alienis.* Epiſt.2.Johannis:[d] *Quiſquis enim Ave dixerit illi, communicat operibus ejus malis.* Apocal.18.[e] *Exite de illâ, populus meus: ne participes ſitis delictorum ejus; & de plagis ejus ne accipiatis.*

Aliud eſt peccatum commiſſionis; aliud omiſſionis. *Jac.*4.[f] *Qui novit rectè facere, nec facit; peccatum ei eſt.*

Aliud peccatum eſt manifeſtum; aliud verò occultum. 1 *Timot.*5.[g] *Quorundam hominum peccata antè manifeſta ſunt, præcedentia ad judicium: quoſdam verò & ſubſequuntur. Conſimiliter & bona opera antè manifeſta ſunt: & quæ ſecùs habent, occultari non poſſunt.*

¶ Effectus peccati generales, docent eſſe: Amiſsionem originalis juſtitiæ, & depravationem naturæ. Hæc enim mala, Lapſum primorum parentum ſecuta ſunt. Roman. 3.[h] *Non enim eſt diſtinctio: omnes enim peccaverunt, & deſtituuntur gloriâ Dei.* Eam doctrinam Paulus ibidem[i] ex Pſalmis probat: *Non eſt juſtus; ne unus quidem: non eſt qui intelligat, non eſt qui exquirat Deum. omnes deflexerunt ſimul, & inutiles facti ſunt. Non eſt qui exerceat bonitatem; non eſt uſque ad unum.* Et Roman.8.[k] docet; *Carnem per peccatum ita eſſe depravatam, ut non poſſit implere Legem Dei.* Huc cætera teſtimonia pertinent, quæ probant, omnes homines eſſe peccatores.

Malam conſcientiam. 1 Johann. 3.[l] *Si condemnet nos cor noſtrum; major eſt Deus corde noſtro, & novit omnia.* Et Petrus, 1 epiſt. 3.[m] monet Chriſtianos, *ut piam degant vitam; quò bonam poſſint habere conſcientiam.* Itèm:[n] *Baptiſmo ablui peccata, dum bona conſcientia bene reſpondet apud Deum.* Et Paulus, ubicunque conſcientiæ, ſive bonæ, ſive malæ, meminit: docet, hanc eſſe propter peccatum; illam verò, propter bona opera. Act.24.[o] *Studeo ſinè offendiculo conſcientiam habere erga Deum & erga homines ſemper.* Rom.2.[p] *Simul atteſtante illorum conſcientiâ, & cogitationibus inter ſe accuſantibus, aut etiam excuſantibus; in eo die, cùm judicabit Dominus occulta hominum.* 1 Timoth.1.[q] *Militia bonam militiam, habens fidem & bonam conſcientiam.* Tit.1.[r] *Infidelibus inquinata eſt mens & conſcientia.* Hebr.10.[s] *Nullam haberent ultrà conſcientiam peccatorum, qui ſacrificaſſent, ac ſemel purgati eſſent.*

Iram Dei. Cùm enim juſtus ſit Deus, & diligat juſtitiam: peccatis eum offendi neceſſe eſt. Pertinent igitur huc omnia teſtimonia: quibus docent, Deum juſtum eſſe; & de expiatione peccati per Filium Dei, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Indè enim conjici poteſt iræ Dei magnitudo adversùs peccatum: cùm, præter Filium Dei, nemo eam ſedare potuerit. Deinde, apud Paulum teſtimonia manifeſta ſunt. Roman.1.[t] *Palam fit enim ira Dei de cœlo, adversùs omnem impietatem & injuſtitiam hominum.* Epheſ.2.[u] *Eramus naturâ filii iræ, ſicut & cæteri.* Roman.4.[x] *Lex iram operatur:* hoc eſt, oſtendit, Deum iraſci peccatis. Apocalyps. 14.[y] *Si quis adoraverit beſtiam, &c. bibet de vino iræ Dei.*

Societatem & tyrannidem Diaboli. Docent enim, propter peccatum, hominem eſſe Diaboli mancipium. 1 Petri 5.[z] præcipitur, *ut caveant ſibi pii, ne peccantes devorentur à Diabolo.* Et Johannes docet, *Impios eſſe filios Diaboli, & ex eo natos:* 1 epiſt.3.[a] Et Paulus affirmat, *Diabolum regnare in filiis infidelitatis:* Epheſ.2.[b] *& excæcare ſenſus incredulorum:* 2 Cor.4.[c] *& tenere eos laqueis ſuis irretitos, ad ſuam voluntatem:* 2 Tim.2.[d]

Omnis generis calamitates, & pœnas; & mortem denique ipſam, tum hujus, tum futuræ vitæ; & æternam condemnationem. 1 Petri 3.[e] *Oculi Domini ſuper juſtos. &c. adſpectus autem Domini ſuper eos qui faciunt mala.* 1 Pet.4.[f] *Reddituri ſunt rationem ei, qui paratus eſt ad judicandum vivos & mortuos.* Itèm:[g] *Tempus eſt, ut incipiat judicium de domo Dei.*



hominem & victimam pro peccatis factum, genus humanum salvare. 1.Pet.1.[b] *De quâ salute exquisierunt & scrutati sunt Prophetæ, qui de ventura in vos gratiâ vaticinati sunt: scrutantes, ad quem, aut cujusmodi articulum temporis, significaret, qui in illis erat, Spiritus Christi: qui, priusquam accederent, testabatur venturas in Christum afflictiones; &, quæ essent consecutura, glorias, &c.* 2.Pet.1.[i] *A Spiritu sancto impulsi, locuti sunt sanctis Dei homines.* Et Petrus, Act.10.[k] dicit; *Deum Spiritu sancto & virtute unxisse Jesum Nazarenum.* Et Paulus, Roman.1.[l] dicit; *Christum declaratum esse Filium Dei secundùm Spiritum sanctificationis.* Et Heb.9.[m] ait; *Christum, per Spiritum æternum, se-ipsum obtulisse immaculatum Deo.*

¶ Justitiam autem hanc, Christo partam, distribuere, communicare, & applicare, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum; testantur, primùm generalibus testimoniis de Deo: quâ voce omnes tres personas cõplectuntur. 1.Pet.5.[n] *Deus omnis gratiæ, qui vocavit nos ad æternam suam gloriam, per Jesum Christum.* Rom.3.[o] *In hoc, ut ipse sit justus, & justificans eum, qui est ex fide Jesu.* Et paulò pòst: [p] *Unus Deus est, qui justificabit circumcisionem ex fide; & præputium per fidem.* Rom.8.[q] *Deus est, qui justificat: quis ille, qui condemnet?* Act.5.[r] *Hunc principem & servatorẽ Deus exaltavit dextrâ suâ, ad dandam pœnitentiam Israëli, & remissionem peccatorum.*

Deinde ſpecialibus teſtimoniis, de ſingulis perſonis. *De Patre.* 1.Joh.3.[s] *Videte, qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur.* 1.Joh.4.[t] *Filium ſuum unigenitum miſit in Mundum, ut vivamus per eum.* 1.Johan.5.[u] *Vitam æternam nobis dedit Deus; & hæc vita in Filio ejus eſt.* Epheſ.1.[x] *Juxta divitias gratiæ ſuæ, de quâ ubertimè impertivit nobis, in omni ſapientia & prudentia; patefacto nobis arcano voluntatis ſuæ.* Ibidem: [y] *Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali, in Chriſto Jeſu.* Coloſſ.1.[z] *Gratias agentes Patri, qui idoneos nos fecit ad participationem ſortis ſanctorum in lumine: qui eripuit nos a poteſtate tenebrarum; ac tranſtulit in regnum Filii ſui dilecti.* 1.Corint.1.[a] *Fidelis Deus, per quem vocati eſtis in conſortium Filii ipſius Jeſu Chriſti, domini noſtri.*

De Chriſto Jeſu, Filio Dei. 1.Pet.1.[b] *Perfectè ſperate in eam, quæ ad vos defertur, gratiam, dum vobis patefit Jeſus Chriſtus.* 1.Pet.2.[c] *Converſi nunc eſtis ad paſtorem & curatorem animarum veſtrarum.* 2.Pet.1.[d] *His, qui æquè pretioſam nobiſcum ſunt ſortiti fidem, per juſtitiam Dei noſtri, & ſervatoris Jeſu Chriſti.* 1.Johan.1.[e] *Si confiteamur peccata noſtra: fidelis eſt & juſtus, ut remittat nobis peccata noſtra; & emundet nos ab omni iniquitate.* 1.Johan.2.[f] *Scribo vobis, filioli; quod remittuntur vobis peccata, per nomen ejus.* 1.Johannis 5.[g] *Filius Dei venit, & dedit nobis mentem: ut cognoſcamus illum, qui verus eſt; & ſimus in vero, in Filio ejus Jeſu Chriſto.* Rom.5.[h] *Multo magis juſtificati nunc ſanguine ejus, ſervabimur per eum ab irâ: &c. gloriantes in Deo, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum; per quem reconciliationem aſſecuti ſumus.* Item: [i] *Per Chriſtum contigit nobis, ut fide perduceremur in gratiam hanc, in quâ ſtamus; & gloriamur in ſpe gloriæ Dei.* Roman.15.[k] *Chriſtus aſſumſit vos in gloriam.* 1.Cor.15.[l] *Per Chriſtum omnes vivificabuntur.* Sed vivificatio non poteſt fieri; niſi præcedat remiſsio peccatorũ. 2.Cor.5.[m] *Deus erat in Chriſto, Mundum reconcilians ſibi, nõ imputans eis peccata. &c. Itaq, nomine Chriſti legatione ſanguinur, tanquã Deo vos obſecrante per nos, rogamus pro Chriſto; reconciliemini Deo.* 2.Cor.12.[n] *Sufficit tibi gratia mea.* Gal.2.[o] *Et nos in Chriſtum Jeſum credidimus: ut juſtificaremur ex fide Chriſti; & non ex operibus Legis.* Eph.1.[p] *Per quem habemus redemtionem, per ſanguinem ipſius, remiſsionem peccatorum.* Eph.2.[q] *Chriſtus veniens evangelizavit pacem vobis, qui procul aberatis, & iis qui prope: quoniam per illum habemus aditum utrique, in uno Spiritu, ad Patrem.* Eph.3.[r] *Per Chriſtum habemus audaciam & aditũ cum fiducia; quæ eſt per fidem illius.* Eph.4.[s] *Chriſtus eſt caput, in quo totum corpus, ſi coagmentetur & compingatur, per omnem commiſſuram ſubminiſtrationis, juxta actum in menſurâ unuſcujuſq, partis, incrementum corporis facit.* Eph.5.[t] *Chriſtus est caput Eccleſiæ; & idem eſt, qui ſalutem dat corpori.* Phil.3.[u] *Si apprehendam, quatenus & apprehenſus ſum a Chriſto Jeſu.* Col.3.[x] *Condonantes vobis mutuò, ſi quis adversùs aliquẽ habet querelam: quemadmodum & Chriſtus condonavit vobis; ita & vos.* 1.Tim.2.[y] *Unus Deus, & unus cõciliator Dei & hominũ, homo Chriſtus Jeſus: q dedit ſemet-ipſum pretiũ redemtionis pro omnibus.* Tit.2.[z] *Chriſtus dedit ſemet-ipſum pro nobis: ut redimeret nos ab omni iniquitate; & purificaret ſibi-ipſi populum peculiarẽ, ſectatorem bonorũ operum.* Heb.7.[a] *Hic habet perpetuum ſacerdotium: unde & ſalvos facere ad plenum poteſt, qui per ipſum adeunt Deum; ſemper vivens ad hoc, ut interpellet pro illis.* Act.4.[b] *Non eſt in alio quoquã ſalus: neq, eſt aliud nomen datum inter homines, per quod oporteat nos ſalvos fieri.* Act.13.[c] *Per hunc omnis, qui credit, juſtificatur.* Act.16.[d] *Crede in Dominum Jeſum; & ſalvus eris.*

De Spiritu ſancto, quòd is quoq; diſtribuat & communicet nobis juſtitiam Chriſti. 1.Pet.1.[e] *Electis juxta præſcientiam Dei Patris, per ſanctificationem Spiritûs, in obedientiam & aſperſionem ſanguinis Jeſu Chriſti.* Ibidem: [f] *Qui animas veſtras purificaſtis, obediendo veritati per Spiritum.* 1.Johan.5.[g] *Tres ſunt, qui teſtimonium perhibent: Pater, Verbum, Spiritus S.* Roman.5.[h] *Charitas Dei effuſa eſt in cordibus noſtris, per Spiritũ S. qui datus eſt nobis.* Rom.8.[i] *Spiritus Dei habitat in vobis, &c. Spiritus auxiliatur infirmitatibus noſtris.* Item: [k] *Spiritus teſtatur unà cum ſpiritu noſtro, quòd ſimus filii Dei.* Rom.15.[l] *per potentiam Spiritûs Dei* dicit *Gentes converſas eſſe.* 1.Cor.2.[m] *Nobis autem Deus revelavit per Spiritum ſuum.* Et poſtea: [n] *Nos accepimus Spiritum, qui eſt ex Deo: ut ſciamus, quæ a Deo donata ſunt nobis.* 1.Cor.6.[o] *Sed juſtificati eſtis, per nomen Domini Jeſu, & Spiritum Dei noſtri.* 1.Cor.12.[p] *Nemo poteſt dicere Dominum Jeſum; niſi per Spiritũ ſanctum.* Gal.3.[q] *Ut promiſſionẽ Spiritûs acciperemus per fidem.* Act.2.[r] *Et accipietis donum Spiritûs ſancti.* Act.15.[s] *Et qui novit corda, Deus, teſtimonium præbuit illis; dans illis Spiritum ſanctum, ſicut & nobis: nihilq, diſcrevit inter nos & illos; cùm fide purificaret corda illorum.*

Huc etiam alia teſtimonia pertinent: quibus probatur, Spiritum S. adeſſe miniſterio verbi & ſacramentorum; & per id operari converſionem; & pœnitentiam agentibus donare remiſsionem peccatorũ & juſtitiam Chriſti; eamq; obſignare & confirmare. *Eph.1.* [t] *2.Cor.1.* [u]

¶ Occaſionem autem, eo modo comparandæ & applicandæ juſtitiæ, & remiſsionis peccatorum, miſeriam generis humani præbuiſſe, docent: nempe peccatum, mortem, Diabolum, irã Dei, & æternas pœnas; quibus omnes homines jacent obruti, ne poſsint ab iis ſe-ſe ullo modo ſuis viribus vindicare aut liberare. Actor.4.[x] Petrus & Johannes dicunt, *in nullo alio eſſe ſalutem*, quo apertè teſtãtur, ideò hunc veniſſe Salvatorem; quia aliàs nullus hominum potuiſſet ſalvari. Idẽ Petrus Act.10.[y] repetit; cùm *omnes credentes in eum, per nomẽ ejus, remiſsionem peccatorum accipere* dicit. Sed Paulus, Act.13.[z] aliquãtò clariùs docet; *ideò Chriſtum eſſe exhibitũ, ut per eum juſtificentur credentes: quia nemo potuerit per legem Moſis juſtificari.* Quæ ſententia, in ſynodo Hieroſolymitanâ, Act.15.[a] à Petro etiã pronuntiatur: *ideò per gratiam Domini Jeſu Chriſti nos ſalvari; quòd jugum Legis nemo potuerit portare:* hoc eſt, quòd nemo Legi Dei potuerit ſatis-facere, & vitam ſuis operibus promereri. Eandem ſententiã etiã Petrus, in ſuis Epiſtolis, apponit. Nã 1.Pet.1.[b] cũ docet, *nos non argento & auro, ſed ſanguine pretioſo Chriſti, redemtos eſſe*: quid aliud innuit; quàm, ſub dirâ tyrannide & ſervitute nos antea jacuiſſe? Eã aũt ſervitutẽ, 1.Pet.2.[c] & 3.[d] oſtendit fuiſſe peccatũ, & ea quæ peccata conſequuntur; iram Dei, tyrannidẽ Diaboli, & mortẽ. Inquit enim: *Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo.* Item: *Eramus ſicut oves errãtes.* Et: *Chriſtus ſemel pro peccatis paſſus eſt, juſtus pro injuſtis.* De tyrannide Diaboli inquit, 1.Pet.5.[e] *Adverſarius veſter Diabolus circuit, tanquam leo rugiens.* 2.Petr.2.[f] *de ſervitute corruptionis, & inquinamentis Mundi*, loquitur. Johannes etiam affirmat, *peccata noſtra, iniquitatem, & concupiſcentias carnis*, 1.Joh.1.& 2.[g] *& opera Diaboli, quæ ſunt peccatũ & mors*, 1.Joh.3.[h] *& totum Mundi in maligno poſiti miſeriam*, 1.Joh.5.[i] Deo præbuiſſe occaſionem, ut mitteret ſuum Filium, qui opera Diaboli deſtrueret; peccata Mũdi expiaret; & vitam æternam reſtitueret. Paulus etiam, in ſingulis epiſtolis, ſubindè inculcat *peccatũ & mortem, maledictũ Legis, impoſſibilitatẽ implendæ Legis & acquirendæ vitæ, tyrannidẽ Diaboli*, quibus oppreſſum eſt totum genus humanum, Deum ad miſericordiam commoviſſe; ut ipſe per Filium ſuum noſtris

mede-

b verſ.10.13
i verſ.21.
k verſ.38.
l verſ 4.
m verſ 14.
n verſ.10.
o verſ.26
p verſ.30.
q verſ.33
r verſ.31.
s ver 1.
t verſ.9.
u verſ 11.
x verſ 7. 8.9.
y verſ 3.
z verſ 12 13.
a verſ.9.
b verſ.13.
c ver 25.
d verſ 1.
e verſ 9
f verſ 12
g verſ.20
h verſ 9 1
i verſ.2.
k verſ.7.
l ver.22.
m verſ 19. 20.
n verſ 9.
o verſ.16.
p verſ.7.
q verſ.17 18.
r verſ.12.
s verſ.15. 16.
t verſ 23.
u verſ 12.
x verſ.13
y verſ 5 6
z verſ.14.
a verſ.24.
b verſ.12.
c verſ 39.
d verſ.30.
e verſ 2.
f verſ.22.
g verſ.7.
h verſ 5.
i verſ 9. & 26.
k verſ.16.
l verſ 19.
m verſ.10.
n verſ.12.
o verſ.11.
p verſ.3.
q verſ 14.
r verſ 38.
s verſ.8. 9.
t verſ.13. 14.
u verſ.22.
x verſ.12.
y verſ 43.
z verſ.39.
a verſ.10. 11.
b verſ.18. 19.
c verſ.24. 25.
d verſ.28.
e verſ.8.
f verſ.19 20.
g verſ 9.
h verſ 16.
i verſ.8.
k verſ.19.

de imputativâ justitiâ, & de gratiâ, fiunt paulò antè commemorata.

¶ Etiam hoc monent Apostoli: Justitiam, quâ coram Deo justificamur per fidem, gratis, propter Christum, nõ esse visibilem, nec rationi perceptibilem: sed in verbo & ejus fide consistere in hac vitâ; & in futurâ eam, unà cum suis effectis, plene apparituram in piis singulis. 1. Johan. 3. [m] *Nunc filii Dei sumus; & nondum apparuit, quod futuri sumus: scimus autem, quoniam, si apparuerit, similes ei erimus.* Roman. 8. [n] *Spe servati sumus. Porrò spes, si videatur; non est spes. Quod enim quis cernit, cur idem speret? Si verò, quod non videmus, speramus; id per patientiam exspectamus.* Philip. 3. [o] *Nostra conversatio in cœlis est; ex quo servatorem exspectamus Dominum Jesum Christum: qui transfigurabit corpus nostrum humile; ut conforme reddat glorioso suo corpori.* 2. Cor. 4. [p] *Habemus autem hunc thesaurum in testaceis vasculis: ut virtutis eminentia sit Dei; & non ex nobis.* Galat. 5. [q] *Nos enim spiritu, ex fide, spem justitiæ exspectamus.* Col. 3. [r] *Vita nostra abscondita est cum Christo.* Hebr. 11. [s] *Fides est earum rerum, quæ sperantur, fiducia; argumentum eorum, quæ non videntur.*

Sed tamen nihilominùs imputativam justitiam plenam & perfectam esse, quæ Deo placeat; & quâ coram Dei judicio ii, qui fide eam sibi applicant, cõsistere possint; & ob eam nobis donari Spiritum sanctum & vitam æternã: iidê docent. *Primùm* illis testimoniis, quibus ostendunt, Christum integram pro nobis omnib. Legi præstitisse obedientiam, usq; ad mortem crucis. *Rom. 8.* [t] *10.* [u] *Gal. 3.* [x] *4.* [y] *Col. 2.* [z] *Philip. 2.* [a] *Deinde* iis, quib. docent, Christum expiâsse peccata totius Mundi. 1. *Joh. 2.* [b] *4.* [c] 1. *Pet. 2.* [d] *3.* [e] Hebr. 2. [f] *Tertiò*, etiam illis, quibus docent, Deum acceptare obedientiã & mortem Christi; eamq; nobis per fidem gratis imputare. *Rom. 4.* [g] *Quarto*, iis, quibus tradunt, Deum ipsum esse autorem & inventorem hujus justitiæ, unde etiam *Justitia Dei* appellatur. *Rom. 3.* [h] 1. *Cor. 1.* [i] *Christus factus est nobis à Deo justitia, &c.* 2. Cor. 5. [k] *Eum, qui non novit peccatum, fecit peccatũ, ut nos in eo fiamus justitia Dei.* 1. Joh. 3. [l] *Quintò*, iis, quib. fructus imputativæ justitiæ exponunt: quæ paulò pòst allegabimus.

¶ Causas acceptationis, seu justificationis, duas esse docent: gratuitam misericordiam Dei, & meritum Domini nostri Jesu Christi. 1. Pet. 1. [m] *Deus, juxta copiosam suam misericordiam, regenuit nos in spem vivã, per hoc quòd Jesus Christus resurrexit ex mortuis.* 1. Joh. 4. [n] *In hoc apparuit charitas Dei, quod Filium suum unigenitum misit in Mundum, ut vivamus per eum.* Rom. 8. [o] *Si Deus pro nobis; quis contra nos? qui proprio Filio non pepercit; sed pro nobis omnibus tradidit illũ: qui fieri potest, ut non & cum eodem nobis omnia donet?* Plura testimonia suprà recitata sunt, de causis, quibus Deus impulsus Filium suum miserit in Mundum.

¶ Gratis autem, quo-ad nos, Deum peccatores justificare, hoc est, eis imputare justitiam Christi, & propter eam peccata condonare, & vitam æternam: probant testimonia, paulò antè de gratiâ, seu gratuitâ imputatione, & exclusione nostrorũ operũ, allegata. *Rõ. 3.* [p] *4.* [q] *5.* [r] *Gal. 2.* [s] *Tit. 2.* [t] *3.* [u]

Apparet autem, Apostolos gravissimas ob causas usos esse illis particulis exclusivis: nempe, ut Christo suus tribueretur honos, quòd solus sit Mediator; & ut conscientiæ haberent firmam consolationem; *Rom. 4.* [x] & rectè Lex & Euangelium discernerentur; *Gal. 3.* [y] & discrimen exstaret inter doctrinam Christianorum & Philosophorũ, inter Ecclesiam veram & hypocritam, inter orationem veram & falsam.

Non autem acceptari nos gratis, quo-ad Christum mediatorem nostrum, asserunt. cũ enim pro nobis ἀξίως solvisse, & integram obedientiam Legi præstitisse, demonstrant. Petrus, 1. epist. 1. [z] *Cùm sciatis, vos non caducis rebus, velut argento & auro, fuisse redemptos; sed pretioso sanguine, velut agni immaculati & incontaminati Christi.* 1. Pet. 2. [a] *Qui peccata nostra ipse tulit, &c.* 1. Pet. 3. [b] 1. Pet. 4. [c] Et Johannes, 1. epist. 1. [d] *Sanguis Jesu Christi emundat nos ab omni peccato.* 1. Joh. 2. [e] 1. Joh. 4. [f] Et Paulus, Rom. 3. 5. [g] 8. [h] 10. [i] *Christus est impletio Legis, ad justitiam omni credenti.* Rom. 14. [j] *Ne cibo tuo illũ perdas, pro quo Christus mortuus est.* 1. Cor. 6. [m] *Non estis vestri juris: nam empti estis pretio.* 1. Cor. 7. [n] *Pretio empti estis: nolite fieri servi hominum.* 1. Cor. 8. [o] *Et peribit frater, qui infirmus est, in tuâ scientiâ, propter quem Christus mortuus fuit.* Plura testimonia suprà allegavimus.

Inculcant etiam Apostoli universalem: nempe, quòd meritum Christi, sinè personarum respectu, ad omnes pertineat; omnibus ex immensâ misericordiâ Dei offeratur; & quòd omnes id fide amplecti, eoq; frui debeãt, quibus illud offertur. Actor. 10. [p] *Reipsâ comperio, quòd non sit personarum respectus apud Deum, &c.* Item: [q] *Huic testimonium perhibent, &c. quòd remissionem peccatorum accepturus sit, quisquis in eum crediderit.* Act. 13. [r] *Per hunc omnis, qui credit, justificatur.* 2. Pet. 3. [s] *Deus non vult* ULLOS *perire; sed* OMNES *ad pœnitentiam se recipere.* 1. Joh. 5. [t] *Omnis, qui credit Jesum esse Christum, ex Deo natus est.* 1. Joh. 4. [u] *Et nos vidimus, & testamur, quòd Pater misit Filium, servatorem* MUNDI. 1. Joh. 1. [x] *Sanguis Jesu Christi emundat nos ab* OMNI *peccato.* Roman. 2. [y] *Gloria verò, & honor, & pax, omni operanti bonum; Judæo primùm, simul & Græco. Non enim est personarum respectus apud Deum.* Roman. 3. [z] *Justitia Dei, per fidem Jesu Christi, in omnes & super omnes, qui credunt. Non enim est distinctio: omnes enim peccaverunt, ac destituuntur gloriâ Dei.* Ibidem: [a] *An Judæorum Deus tantùm? an' non & Gentium? certè & Gentium.* Rom. 4. [b] Paulus eleganter, ex eo, quòd *Deus Abrahæ dedit promissionem de semine benedicto, ante circumcisionem*, ratiocinatur; *non tantùm Judæos, sed etiam Gentes, ad promissionẽ pertinere:* cùm ea sit data, antequàm discrimen Judæorum & Gentium existeret. Rom. 11. *Ut omnium misereretur.* Rom. 10. [d] *Christus est impletio Legis, ad justitiam omni credenti.* Ibidem: [e] *Omnis, qui fidit illi, non pudefiet. Non enim est distinctio, vel Judæi, vel Græci. nam idem Dominus omnium, dives in omnes invocantes se. Quisquis enim invocaverit nomen Domini, salvus erit.* Galat. 2. [f] *Personam hominis non accipit Deus.* Galat. 3. [g] *Benedicentur in te omnes gentes.* Ibidem: [h] *Non est Judæus, neq; Græcus; non est servus, neq; liber; non est masculus, ac fœmina: omnes enim vos unus estis in Christo Jesu.* Colossen. 3. [i] *Ubi non est Græcus & Judæus; circumcisio & præputium; Barbarus, Scytha; servus, liber: sed omnia in omnibus Christus.* 1. Timoth. 2. [k] *Deus vult cunctos homines salvos fieri; & ad agnitionem veritatis venire.* 1. Timoth. 4. [l] *Deus est servator omnium hominum; maximè fidelium.* Colossen. 2. [m] *Condonans nobis omnia delicta.* Non ergo tantùm originalia, aut leviora peccata, condonat nobis Deus; sed omnia, etiam atrocissima: si modò agamus pœnitentiam, & in Christum credamus. 2. Cor. 5. [n] *Unus pro omnibus mortuus est.* Colos. 1. [o] *Euangelium prædicatum est apud universam creaturam, quæ sub cœlo est.* Et postea: [p] *Christum annuntiamus, admonentes omnem hominem, & docentes omnem hominem, in omni sapientiâ; ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Jesu.* Hebr. 2. [q] *Ut per gratiam Dei gustaret pro omni mortem.* Plura testimonia, in Loco de Vocatione gentium, & de Ministerio, recitabuntur: quæ etiam probant, omnibus credentibus offerri justitiam Domini nostri Jesu Christi.

¶ Cùm autem justificatio, & remissio peccatorũ, sit Dei opus; quo homini impio, & nulla opera habenti, imputat & applicat alienam justitiam, nempe Domini nostri Jesu Christi, quam unus pro omnib. comparavit: Apostoli docent, Deum mediis, divinitùs ad hãc rem ordinatis, uti; ad dispensandum & applicandum credentib. meritũ Christi. Sunt autem; Verbũ, (hoc est, promissiones Euangelicæ) & Sacramenta: quæ quidem aliud nihil sunt, quàm promissiones, certâ atq; præfinitâ externâ ceremoniâ vestitæ.

Quòd autem Deus per verbum, seu doctrinam Euangelii, offerat & applicet justitiam Christi; Petrus docet, Actor. 2. [r] *Vobis enim facta est repromissio, & filiis vestris, & omnibus qui longè sunt; quoscunque advocaverit Dominus Deus noster.* Actor. 3. [s] *Deus misit Filium suum benedicentem vobis; sitã ut unusquisq; vestrũm converteret se ab iniquitatibus suis.* Actorum 11. [t] *Loquetur ad te verba, quibus salvaberis tu, & omnis domus tua.* 1. Pet. 1. [u] *Sperate in gratiam, quæ adfertur, dum vobis patefit Jesus Christus.* Item: [x] *Animas vestras purificastis, obediendo veritati per Spiritum.* Ibidem: [y] *Renati, non ex semine mortali; sed ex immortali, per sermonem viventis Dei, & manentis in æternum. &c. Hoc autem est verbũ, quod*

per



Digitized by Google





| | | |

in precibus meis orans; si quo modo tandem aliquando prosperum iter contingat, Deo volente, ut veniam ad vos. Rom.15. q *ut cum gaudio veniam ad vos, per voluntatem Dei.* 1 Cor.16. r *Spero me aliquantisper mansurum apud vos, si Dominus permiserit.* Jacobus monet [s], ut etiam res externas incepturi dicamus: *Si Dominus voluerit; & si vixerimus, faciemus hoc aut illud.*

Res spirituales & æternas potiori loco habendas, & primò petendas; postea verò res externas: eo monent, quòd illas his longè anteferunt. 1 Pet.1. t *In hereditatem immortalem, &c.* u *Exploratio fidei vestræ, multò pretiosior auro.* Itē: x *Non caducum rebus, veluti argento & auro.* 2 Pet.3. y *Cùm igitur hæc omnia solvantur: quales oportet esse vos? &c.* 1 Joh.2. z *Mundus transit, in concupiscentia ejus: qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum.* 1 Cor.6. a *Esca ventri destinata sunt; & venter escis. Deus autē & hunc & illas abolebit.* 1 Corinth.7. b *Qui utuntur Mundo, sint tanquam qui non utantur: præterit enim habitus hujus Mundi.* 2 Cor.4. c *Dum non spectamus ea quæ videntur; sed quæ non videntur. Nam, quæ videntur, temporaria sunt: at quæ non videntur, æterna.* Phil.3. d *Quorum Deus venter est, & gloria in dedecore ipsorum: qui terrestria curant.* Heb.11. e *Alii distenti sunt, aspernati redemtionem; ut potiorem invenirent resurrectionem.* Jacobus f reprehendit eos, *qui potiori loco habent terrena; eáq; ideo petunt, ut habeant, unde suas expleant voluptates.* Apostoli etiam, in exordiis epistolarum suarum, potiùs spiritualia & æterna, quàm corporalia, Ecclesiis precantur bona.

¶ Nec morā auxilii quemquam frangi debere; sed alacriter petendo instandum esse: eo monent, quòd, indesinenter & semper orandum esse, toties inculcant. 1 Pet.4. g *Sitis vobis, & vigilantes ad orandum.* 1 Thess.1. h *Gratias agimus Deo semper de omnibus vobis, & c. indesinenter memores vestri.* Col.1. i *Gratias agimus Deo semper de vobis, cùm oramus.* 1 Thess.5. k *Indesinenter orate: in omnib. gratias agite.* 1 Thessal.2. l *Et nos gratias agimus Deo indesinenter.* Col.4. m *Obsecrationi insistate, vigilantes in eā, cum gratiarū-actione.* Eph.6. n *Orantes omni tempore in spiritu.* Rom.1. o *Semper in precibus meis orans.* Rom.15. p 1 Tim.5. q *Vidua perseveret in obsecrationibus die noctéq;.*

¶ Horas autem certas canonicas, tanquam observatu necessarias; & quòd Deus iis potiùs exaudiat, quàm aliis; nusquam præscribunt Apostoli: non omissuri eas, si quid in iis momenti esse scivissent. Act.3. r *Johannes & Petrus, ad horam precationis nonam, ascendisse in templum,* dicuntur. & Act.10. s *Cornelius horā diei nonā; & Petrus circa horam sextā, orasse,* commemorantur. Act.16. t *mediā nocte Paulus & Silas in carcere orarūt.* Sed more Judaico ista facta sunt; nec vim legis habent: cùm quovis tēpore orare Christianis liceat; ac etiam Judæis, sub politiā Judaicā, nullum certum tempus præfinitum fuerit, quo tantùm orandum esset.

¶ Senserunt etiam, formulas orandi liberas esse. Nam nusquam quemquam ad certa verba adstrinxisse leguntur. Absq; dubio formulam illam orationis, à Christo traditā, etiam Ecclesiis proposuerunt; & ad eū modum pios orare jusserunt. Sed tamen interim & ipsi aliis formulis in precationibus usi sunt; quales in Actis & Epistolis passim extant. Act.1. u *factā precatione dixerunt: Tu Domine, qui corda nosti omnium, ostende, utrum elegeris ex his duobus; ut accipiat sortem ministerii hujus apostolatūs: unde prævaricatus excidit Judas, ut abiret in locum suum.* Act.4. x *Domine, tu es Deus, qui fecisti cœlum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt: qui per os David pueri tui dixisti; Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? adstiterunt reges terræ; & principes convenerunt in unum, adversus Dominum & adversus Christū ejus. Convenerunt enim verè adversus sanctum filium tuum Jesum, quem unxerat, Herodes simul & Pontius Pilatus, cum gentibus & populis Israēl; adfaciendum, quæcunq; manus tua & cōsilium tuum prius decreverat, ut fierent. Et nunc, Domine, adspice in minas eorū; & da servis tuis, ut cum omni fiduciā loquātur sermonem tuum: manum tuam porrigendo in hoc, ut sanationes & signa & prodigia edantur, per nomen sancti filii tui Jesu.* Stephanus hac utitur formulā, Act.7. y *Domine Jesu, suscipe spiritum meum. Domine, ne statuas illi peccatum hoc.*

Formulæ etiam precationum sunt salutationes illæ, quæ epistolis Apostolorum præfiguntur; aut in fine adjiciuntur. 1 Pet.5. a 2 Pet.1. b *Gratia vobis & pax multiplicetur.* 1 Petri 5. b *Deus omnis gratiæ, qui vocavit vos ad æternam suam gloriam, per Christum Jesum, paramper afflictos, idem instauret vos, fulciat, roboret, stabiliat. Ipsi gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.* 2 Johannis: c *Gratia, misericordia, pax, à Deo Patre, & Domino Jesu Christo, Filio Patris.* Apoc.1. d *Gratia vobis & pax, &c.* Rom.1. e *Gratia vobis & pax, à Deo Patre nostro, & Domino Jesu Christo.* Hæc formula in aliis epistolis omnibus Pauli repetitur.

Formulæ gratiarum-actionis, & orationis conjunctæ, passim in exordiis & epilogis epistolarum Pauli reperiuntur. Rom.1. f *Gratias ago Deo meo, per Jesum Christum, super omnib. vobis; quòd fides vestra annuntiatur in toto Mundo.* Roman.16. g *Et autem, qui potens est vos confirmare, secundùm Evangelium meum, & præconium Jesu Christi, juxta revelationem mysterii temporibus æternis taciti; manifestati verò nunc, & per Scripturas propheticas, juxta delegationem æterni Dei, in obedientiam fidei, in omnes Gentes patefacti: soli sapienti Deo, per Jesum Christum; cui gloria in sæcula. Amen.* 1 Corinth.1. h *Gratias ago Deo meo semper de vobis, de gratiâ Dei, quæ data est vobis per Christum Jesum: quòd in omnibus ditati estis per ipsum, in omni sermone, & omni cognitione. quibus rebus testimonium Jesu Christi confirmatum fuit in vobis: adeò ut non desituamini ullo dono, exspectantes revelationem Domini nostri Jesu Christi. qui & confirmabit vos, usque ad finem, inculpatos, in die Domini nostri Jesu Christi.* 2 Corinthior.1. i *Benedictus Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi, &c. consolans nos in omni afflictione nostrā.* Ephes.1. k *Benedictus Deus & pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos omni benedictione spirituali, in cœlestibus in Christo.* & postea: l *Non desino gratias agere pro vobis, &c.* Philip.1. m *Gratias ago Deo meo, in omni memoriā vestri; semper in omni precatione meā, pro omnibus vobis, cum gaudio precationem faciēs: quòd veneritis in communionem Evangelii, a primo die usq; ad hoc tempus. &c. & illud oro, ut charitas vestra adhuc magis atque magis exuberet, in agnitione, omniq; intelligentiā: ut probetis, quæ sunt præstantia: ut sitis sinceri, ac tales, ut nemini sitis offendiculo in diem Christi; impleti fructibus justitiæ, qui contingunt per Jesum Christum, ad gloriam & laudem Dei.* Philipp.4. n *Deo autem & Patri nostro gloria, in sæcula sæculorum. Amen.* Colos.1. o *Non desinimus orare pro vobis, & poscere, ut impleamini agnitione voluntatis ejus, in omni sapientiā & prudentiā spirituali: ut ambuletis digne Domino; ut per omnia placeatis, in omni bono opere fructificantes, & crescentes in agnitione Dei, &c.* 1 Thessalon. 3. p *Ipse verò Deus & Pater noster, & Dominus noster Jesus Christus, dirigat viam nostram ad vos. Vos autem Dominus abundantes & exuberantes faciat, mutuâ inter vos charitate, & in omnes; quemadmodum & nos in vos: ut confirmet corda vestra irreprehensibilia, in sanctimoniâ coram Deo & Patre nostro, in adventu Domini nostri Jesu Christi, cum omnibus Sanctis ejus.* 1 Thessalon. 5. q *Ipse Deus pacis sanctificet vos totos: & integer vester spiritus & anima & corpus, ità ut in nullo positu culpari, in adventu Domini nostri Jesu Christi servetur.* 2 Thessalon.1. r *Gratias agere debemus Deo semper de vobis, fratres, ut par est; quòd vehementer augescit fides vestra, & exuberat vestra omnium charitas, cujusque in alterum, &c.* 2 Thessalon. 2. s *Nos autem debemus gratias agere Deo semper de vobis, fratres dilecti à Domino; quòd elegerit vos Deus ab initio in salutem, per sanctificationem spiritūs, ac fidem veritatis: ad quod vocavit vos per Evangelium, in acquisitionem gloriæ Domini nostri Jesu Christi.* Et postea t: *Ipse Dominus noster Jesus Christus, & Deus ac Pater noster, qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam, & spem bonam per gratiam, consoletur vestra corda; & stabiliat vos in omni sermone & opere bono.* 2 Thessalon. 3. u *Ipse autem Dominus pacis, det vobis pacem semper omnibus modis: Dominus cum omnibus vobis.* 1 Timoth.1. x *Regi autem sæculorum immortali, invisibili, soli sapienti Deo, honor & gloria in sæcula sæculorum.* & 1 Timoth. 6. y eadem repetuntur. 2 Timoth.1. z *Gratiam habeo Deo, cui servio à majoribus cum puro conscientiā; quòd citra omnem intermissionem faciam de te mentionem, in precationibus meis, nocte dieque.* 2 Timoth.1. a *Det misericordiam Dominus*

q verse. 32 r verse 9. s cap 4. v. 15. t verse 4. u verse 7. x verse 18. y verse 11. z verse 17. a verse 19. b verse 31 c verse 18. d verse 19. e verse 35 f cap. 4. v 1. 2. 3. g verse 7 h verse 2 3 i verse 3. k v. 17. 18 l ver 13 m verse. 2. n verse. 18. o vers. 10. p verse 30 q verse. 5. r verse. 1. s v. 3. & 9. t verse. 25. u v. 24 25 x v. 24. &c. y v 59. 60.

z verse. 2. a verse. 2. b v. 10. 11. c verse 3. d verse. 4. e verse. 7. f verse. 8. g verse 25. 26. 27. h v. 4. &c. i verse. 3. 4. k verse 3. l verse 16. m v. 3. &c. n verse. 20. o v. 9 10. p v 11. 12 13 q verse 23. r verse 3. s v. 13. 14. t v. 16. 17. u verse. 16. x verse. 17. y verse 16. z verse. 3. a v. 16. 18.

fateret, peccatum, per id, quod erat bonum, mihi gignere mortem; ut fieret majorem in modum peccans peccatum, per præceptum. Ibidem exclamat: [n] *Miser ego homo! quis me eripiet ex hoc corpore mortis obnoxio?* 2. Cor. 2. [n] *Ne quo modo fiat, ut immodico dolore absorbeatur hujusmodi.*

Sustinere terrores. 2. Cor. 7. [o] *Intus pugnæ; intus terrores.* 1. Johan. 3. [p] *Si cor nostrum non condemnet nos.*

Compungi corde. *Actor. 2.* [q]

Confiteri peccata sua coram Deo: *1. Joh. 1.* [r] nec ea palliare coram hominibus. *Act. 19.* [s] *Multi credentium veniebant, confitentes & annuntiantes peccata sua.* Paulus crebrò repetit commemorationem peccatorum suorum: quòd blasphemus fuerit, & persecutor Ecclesiæ; & quòd Stephanum lapidantibus adstiterit, eorumq; vestes custodierit, & in necem ejus consenserit. *Act. 22.* [t] *26.* [u] *Gal. 1.* [x] *1. Tim. 1.* [y]

Abjicere propositum in delictis agnitis perseverandi; & damnare scelera priùs perpetrata. Rom. 6. [z] *Quem igitur fructum habebatis in his, de quibus nunc erubescitis?* Eph. 4. [a] *Qui furabatur, non furetur amplius.* Apocal. 9. [b] *Nec resipuerunt ab operibus manuum suarum, ut non adorarent dæmonia.*

Tollere, quæ occasionem ad peccandum præbuerunt. *Act. 19.* [c] *Multi autem ex iis, qui curiosas artes exercuerant, cõportatos libros exusserunt coram omnibus: & supputatis precijs illorum, repererunt pecuniæ quinquaginta millia.*

Ablatum restituere, ut patet etiam ex Judæ exemplo, cujus mentio fit. *Act. 1.* [d]

Reconciliari cum Proximo læso; & cum totâ Ecclesiâ, quæ publicis sceleribus nostris est scandalisata. Jac. 5. [e] *Confitemini invicem alius alii delicta; & orate pro vobis invicem.* Idem exempla probant: Pauli, *Act. 9.* [f] & Corinthii, *2. Cor. 2.* [g] *& 7.* [h] quem tota Ecclesia objurgavit; & ille ab eàdem in gratiam receptus est, postea quam peccatũ agnovit, & veniam precatus est.

Etiam externis gestibus testari suum dolorem, propter peccata. quales sunt: fletus, *2. Cor. 7.* [i] & *Jac. 4.* [k] *Affligimini, & lugete, & plorate: risus vester vertatur in luctum; & gaudium in mœrorem.* Jac. 5. [l] *Agite divites, plorate, ululantes super miserijs vestris, quæ advenient vobis.*

¶ Fines contritionis non docent esse, ut eo opere mereamur salutem: sed ut pareamus voluntati Dei; qui vult nos agnoscere peccata, & debita nostra. *Actor. 2.* [m] *3.* [n] *26.* [o] 2. Pet. 3. [p] *Deus non vult ullos perire; sed ad pœnitentiam omnes se recipere.* Apoc. 2. [q] *Memento unde excideris; & pœnitentiam age.*

Deinde, ut, intellectâ nostrâ indignitate, coram Deo ex animo nos humiliemus; nec fidamus nostris operibus. *Roman. 3.* [r] *Galat. 3.* [s] *Conclusit Scriptura omnia sub peccatum, ut promissio daretur credentibus.* Rom. 11. [t] *Conclusit Deus omnes sub incredulitatem; ut omnium misereatur.* 1. Cor. 1. [u] *ut, qui gloriatur, in Domino glorietur.* Idem exemplum contritionis Paulinæ docet, *Act. 9.* [x] & Corinthii, *2. Cor. 2.* [y]

Tertiò, ut beneficium Christi locũ habeat, & magis dulcescat. Gal. 3. [z] *Lex pædagogus est ad Christum.* Rom. 7. *Miser ego homo! quis me eripiet ex hoc corpore mortis obnoxio? Gratias ago Deo, per Jesum Christum Dominum nostrum.* 1. Tim. 1. [a] *Jesus Christus venit in Mundum, salvare peccatores.* scilicet pœnitentiam agentes. 2. Cor. 7. [b] *Nam qui secundum Deum est dolor, u pœnitentiam ad salutem haud pœnitendam parit.*

DE FIDE.

IN conversione salutari ad Deum, oportere contritionem subsequi Fidem; docent apertis testimoniis. 1. Johan. 2. [c] *Si quis peccaverit; advocatum habemus apud Patrem, Jesum Christum justũ, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantùm, sed etiam pro totius Mundi.* 1. Johannis 3. [d] *Si condemnet nos cor nostrum: major est Deus corde nostro; & novit omnia.* Idem, cap. 4. [e] *Perfecta charitas ejicit timorem:* hoc est, si fide apprehendatur beneficiũ Christi, quem Deus nobis ex charitate donavit, & qui est charitatis paternæ certissimum pignus: tùm pavor & cruciatus cordium nostrorum, ob peccatorum agnitionem, paulatim imminuitur & expellitur; pace in iis regnãte, & gaudio Spiritus sancti. *Rom. 14.* [f] Col. 3. [g] *Pax Dei palmam ferat in cordibus vestris.* Act. 20. [h] *Testificans Judæis simul & Græcis eam, quæ erga Deum est, pœnitentiam; ac fidem, quæ est erga Dominum nostrum Jesum Christum.* Hinc & alia testimonia pertinent, quæ de partibus Pœnitentiæ suprà recitata sunt. Deinde, probant etiam exempla conversorum: Judæorũ, *Act. 2.* [i] Samaritanorum, & Eunuchi, *Act. 8.* [k] & Pauli, *Act. 9.* [l] Cornelii, *Act. 10.* [m] Custodis carceris, *Act. 16.* [n] Lydiæ, *ibid.* [o]

¶ Porrò, fidem excitare debent: Mandatum Dei. 1. Johan. 3. [p] *Hoc est præceptum ejus; ut credamus nomini Filii ejus Jesu Christi.* & 1. Johan. 5. [q] *Qui non credit Deo, mendacem eum fecit: quia non credidit in testimonium, quod testificatus est Deus de Filio suo.*

Meritum Christi: nempe, *quòd peccata totius Mundi expiaverit:* 1. Joh. 2. [r] & 4. [s] *Christus semel pro peccatis passus fuit, justus pro injustis; ut nos adduceret Deo:* 1. Pet. 3. [t] *Traditus est propter peccata nostra; & resurrexit propter justificationem nostri:* Rom. 4. [u] *Deum eum, qui non novit peccatum, fecit peccatum: ut in eo fieremus justitia Dei:* 2. Cor. 5. [x]

Quòd acceptatio sit gratuita. *Ephes. 2.* [y] *Gratiâ salvati estis: idq; non ex vobis. Dei donum est; ne quis glorietur.*

Quòd remissio peccatorum omnibus ultrò à Deo offeratur. Actor. 10. [z] *Huic testimonium perhibent omnes Prophetæ; quòd remissionem peccatorũ accepturus sit, quisquis crediderit in nomen ejus.* Actor. 13. [a] *Per hunc omnis, qui credit, justificatur.*

Quòd omnes vocentur ministerio verbi. 1. Timoth. 2. [b] *Deus cunctos homines vult salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* Rom. 10. [c] *In omnem terram exivit sonus eorum.* Rom. 1. [d] *Evangelium est virtus Dei, ad salutem omni credenti.* 2. Cor. 5. [e] *Posuit in nobis sermonem reconciliationis. ita q, nomine Christi legatione fungimur: tanquam Deo vos obsecrante per nos, rogamus pro Christo; reconciliamini Deo.*

Summa Christi benevolentia, qui venit peccatores salvare: *1. Tim. 1.* [f] Et qui pastorem & curatorem animarum nostrarum agit: *1. Pet. 2.* [g]

Sacramenta; quibus & offertur & obsignatur remissio peccatorum gratuita. *Rom. 6.* [h] *Tit. 3.* [i] *1. Cor. 10.* [k] *11.* [l] *1. Pet. 3.* [m] Cætera de Fide, suo loco tradita sunt.

DE NOVA OBEDIENTIA.

IIs, qui fide gratis acceperunt peccatorum remissionem, Apostoli etiam de novitate vitæ concionantur: & pœnas comminantur, rursus se-se peccatis contra conscientiam polluentibus. Nam Petrus, de novâ obedientiâ, seu fructibus pœnitentiæ, plurima præcepta tradit passim. *Quemadmodum is, qui vos vocavit, sanctus est; ità ipsi quoque sancti in omni conversatione reddamini.* 1. Pet. 1. [n] *Conversationem vestram habete honestam inter Gentes:* 1. Pet. 2. [o] *Omni adhibito studio, subministrate in fide vestrâ virtutem; in virtute verò scientiam; in scientiâ temperantiam; in temperantiâ patientiam. &c.* 2. Pet. 1. [p] Et Johannes de novâ obedientia passim elegantia dicta habet. *Qui dicit se in eo manere; debet, sicut ille ambulavit, & ipse ambulare:* 1. Joh. 2. [q] *Omnis, qui in eo manet, non peccat:* (hoc est, non habet propositum peccandi) *Omnis qui peccat, non vidit eum, nec cognovit eum:* 1. Joh. 3. [r] Item: [s] *Ille animam suam pro nobis posuit: & nos debemus pro fratribus animas nostras ponere.*

Paulus etiam, in omnibus suis epistolis, ad novam obedientiam cohortatur justificatos; & opera, quæ ab ipsis fieri debeant, præscribit. *Rom. 6. 7. 8. 11. 13. 14. 15. 16. Eph. 4. 5. 6. Col. 4. 5.* Sed de novâ obedientiâ suo loco plura dicta sunt: quæ huc etiam referri possunt.

¶ Docent etiam, pios per totam suam vitam pœnitentiam exercere debere: hoc est, agnoscere peccata sua, & propriam imbecillitatem, & propter eam dolere, sedq; coram Deo humiliare; & petere remissionem propter Mediatorem, eamq; fide amplecti; & postea fructus justitiæ afferre, & ea facere, quæ decent eos qui resipuerunt. Nam Paulus, *Act. 26.* [t] testatur, se in suo ministerio hoc egisse. *Annuntiabã, inqt, ut pœnitentiam agerent, & converterentur ad Deum; & facerent opera digna hu, qui resipuissent.* Et Petrus, *1. epist. 5.* [x] *Humiliemini sub potenti manu Dei: ut vos extollat, cùm fuerit opportunum.* 2. Pet. 1. [y] *Fratres, operam date, ut vocationem & electionem vestram firmam faciatis.* 2. Pet. 3. [z] *Hæc exspectãtes, date*

---

[n] v. 23.24 [n] ver. 7. [o] verſ. 5. [p] verſ. 21 [q] verſ. 17. [r] verſ. 8. [s] verſ. 18 [t] verſ. 4. 5. [u] verſ. 9. [x] verſ. 13. [y] verſ. 13. [z] verſ. 21 [a] v. 17 21 [b] verſ. 20 [c] verſ. 19 [d] verſ. 18 [e] verſ. 16 [f] v. 19 20. [g] verſ. 6 [h] verſ. 8. [i] verſ. 7 [k] verſ. 9. [l] verſ. 1. [m] verſ. 38 [n] verſ. 19 [o] verſ. 20 [p] verſ. 9 [q] verſ. 9 [r] verſ. 29. [s] verſ. 22 [t] verſ. 30. [u] verſ. 31 [x] verſ. 6. [y] verſ. 7 [z] verſ. 24 [a] v. 24 25. [b] verſ. 13. [c] verſ. 10. [d] verſ. 1. 2 [e] verſ. 20 [f] verſ. 18. [g] ver. 17 [h] verſ. 15.

[i] verſ. 21. [k] v. 38. 41. [l] verſ. 12. & 37. [m] verſ. 18. [n] verſ. 33. [o] verſ. 34. [p] verſ. 15. [q] verſ. 13. [r] verſ. 10. [s] verſ. 2. [t] verſ. 10. [u] verſ. 18. [x] verſ. 25. [y] verſ. 21. [z] verſ. 8. 9. [a] verſ. 43. [b] verſ. 39 [c] verſ. 4. [d] verſ. 18. [e] verſ. 16. [f] v. 19. 20. [g] verſ. 15. [h] verſ. 25. [i] verſ. 3. 4 [k] verſ. 5. [l] verſ. 16 [m] verſ. 26. [n] verſ. 21. [o] verſ. 15. [p] verſ. 12. [q] verſ. 5. [r] verſ. 6. [s] verſ. 6. [t] verſ. 16. [u] verſ. 20. [x] verſ. 6. [y] verſ. 10. [z] v. 14. 15.

tes, date operam, ut immaculati & incontaminati ab illo reperiamini in pace: Dominiq; nostri patientiam, salutem arbitramini. & postea: [a] *Crescite in gratiâ & cognitione Domini nostri Jesu Christi.* 1.Johan.2. [b] *Si quis peccaverit; advocatum habemus apud Patrem, Jesum Christum justum, &c.* 1. Johan. 3. [c] *Omnis, qui habet hanc spem in eo, purificat se; sicut & ille purus est.* Et Paulus, Philip.2. [d] *Cum timore & tremore vestram ipsorum salutem operamini.* 1.Tim.1. [e] *Milites bonam militiâ, habens fidem & bonam conscientiam.* Hebræor.3. [f] *Videte, ne quando sit in ullo vestrûm cor pravum, obnoxium incredulitati; ut desciscat à Deo vivente.*

Lapsis etiam per carnis infirmitatem, ad pœnitentiam aditum patefaciunt; nec eos à veniâ excludunt. Nam Petrus, 2.epist.3. [g] dicit; *Deum velle omnes ad pœnitentiam se recipere.* Et Johannes, 1.epist.1. [h] asserit, *Deum confitentibus sua peccata remittere.* Et cap.2. [i] inquit: *Si quis peccaverit; advocatum habemus apud Patrem, Jesum Christum justum.* Et 1. Johan.5. [k] *Si quis viderit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem: petet, & dabit ei vitam; peccantibus non ad mortem.* Christus, in epistolâ ad Episcopum Ephelium, inquit: *Habeo adversùm te; quòd charitatem tuam primam reliquisti. Memor esto itaq;, unde excideris; & age pœnitentiam, & prima fac opera.* Apoc.2. [l] Eodem modo etiam Episcopũ Pergamenum ad pœnitentiam cohortatur; & Thyatirensem ecclesiam: *Apoc. 2.* [m] Idem ad Episcopum Laodicensũ scribit: [n] *Scio opera tua; quia neq; frigidus es, neq; fervidus, &c. Æmulare ergo ac respipisce.* Apoc.3. Et Paulus, Galat.6. [o] *lapsos instaurari spiritu mansuetudinis* præcipit. & *Corinthium incestuosum* jubet *consolari & recipi; ne immodico dolore absorbeatur:* 2.Cor.2. [p] Idem *servum fugitivum Onesimum, a se Romæ conversum, Philemoni remittit:* ut patet ex epistolâ ad Philemonem: [q] Jacob.5. [r] *Et, si in peccatis fuerit, remittentur ei.* Ubi etiam *eum, qui errantem in viam reduxerit*, dicit *salvâsse animam ejus.* [s]

¶ Exstant etiam passim, in scriptis Apostolorum, causæ generales; quæ omnes homines ad veram pœnitentiam monere debeant: quarum hæ sunt præcipuæ.

I. Quia omnes homines sunt obnoxii peccato & morti; & indigent remissione peccatorum. [t] *Romanor.3.* [u] 11. [w] *Galat.2.* [x] & 3. [y]

II. Quia Deus seriò præcipit, ut omnes agant pœnitentiam. Actor.2. [z] *Delictorum pœnitentiam agite; & baptizetur unusquisque vestrûm in nomine Jesu, in remissionem peccatorum.* Actor.3. [a] *Pœniteat vos igitur, ut deleantur peccata vestra.* Apoc.2. [b] *Memento unde excideris; & age pœnitentiam, & fac opera priora.*

III. Bonitas & longanimitas Dei. Rom.2. [c] *Aut divitias bonitatis illius, ac tolerantiæ lenitatisq;, contemnis; ignorans, quòd bonitas Dei ad pœnitentiam te invitet?* Tit.2. [d] *Apparuit enim gratia Dei salutifera omnibus hominibus; erudiens nos, ut, abnegatâ impietate & mundanis concupiscentiis, sobriè & justè & piè vivamus in præsenti sæculo: exspectantes beatam illam spem, & apparitionem gloriæ magni Dei, & servatoris nostri Jesu Christi.* 2. Petri 3. [e] *Haud tardat Dominus, qui promisit; &c. sed patiens est erga nos: dum non vult ullos perire; sed omnes ad pœnitentiam se recipere.* Item: [f] *Domini nostri patientiam, salutem arbitremini.*

IV. Varia genera calamitatum & pœnarum, quib. Deus nos castigat: ut, agnito peccato & irâ Dei, ad pœnitentiam revertamur. 1.Cor.11. [g] *Si judicamur; a Domino castigamur: ne cum impio Mundo pereamus.* Hebr.12. [h] *Si castigationem sustinetis; velut filiis se offert vobis Deus.* Sic *Deus Paulo addidit Angelum Satanæ, ut eum colaphizaret: ne efferretur ob excellentiam revelationum:* 2.Cor.12. [i]

Huc etiam pertinent exempla pœnarum, quibus in veteri Testamento Deus impœnitentes afflixit. quales sunt: Pharaonis induratio & pœne, *Rom.9.* [k] Populi Judaici strages in deserto, ob idololatriam, murmurationes, & alia peccata. 1.Corinth.10. [l] *Hæc autem figuræ nostri fuerunt: ne nos simus concupiscentes malorum; sicut & illi concupierunt. Neque idololatræ efficamini; sicut quidam ex ipsis, quemadmodum scriptum est: Sedit populus manducare & bibere; & surrexerunt ludere. Neq; fornicemur; sicut quidam ex ipsis fornicati sunt: & ceciderunt unâ die triginta-tria millia. Neq; tentemus Christum; sicut quidam eorum tentaverunt: & à serpentibus perierunt. Neq; murmuraveritis; sicut quidam eorum murmuraverunt: & perierunt ab exterminatore. Hæc autem omnia in figurâ contingebant illis: scripta sunt autẽ ad correptionem nostram, in quos fines sæculorum devenerunt.* Diluvium & excidium Sodomæ & Gomorrhæ. 2.Pet.2. [m] *Deus prisco Mundo non pepercit; sed octavum Noë justitiæ præconem custodivit, diluvium Mundo impiorum inducẽs. & civitates Sodomorũ & Gomorrhæorum in cinerem redigens, eversione damnavit; exemplum eorũ, qui impiè alturi sunt, ponens. & justum Loth, oppressum à nefandorũ luxuriosâ conversatione, eripuit. Adspectu enim & auditu justus ille, habitans apud eos, de die in diem animam justâ iniqua operibus cruciabat. Novit Deus pios è tentatione eripere; iniquos verò in diem judicii reservare cruciandos.* Objectio angelorum: 2.Pet.2. [n] *& in epistolâ Judæ.* [o]

V. Incertitudo vitæ nostræ. Jac. 4. [p] *Age nunc, qui dicitis: Hodie & cras eamus in hanc civitatem; & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus: qui ignoratis, quid erit in crastinum? Quæ est enim vita vestra? Vapor est enim, ad modicum apparens, & deinceps evanescit.* Hebr.3. [q] *Hodie, si vocem ejus audieritis, ne obduretis corda vestra.*

VI. Subitus extremi judicii adventus. 1.Petri 4. [r] *Prope autem, finis rerum omnium imminet: sitis igitur sobrii & vigilantes ad orandum.* 2. Pet.3. [s] *Veniet autem dies Domini, sicut fur in nocte.* 1.Johan.2. [t] *Manete in eo: ut, cùm apparuerit, habeamus fiduciã; & non pudefiamus ab eo, in adventu ejus.* 1. Thessal.5. [u] *Ipsi plane scitis, quod dies ille Domini, ut fur in nocte, ita venturus sit. Cùm enim dixerint; Pax & tuta omnia: tunc repentinus eis ingruet interitus; sicut dolor partus mulieri prægnanti. &c. Proinde ne dormiamus. &c.*

VII. Pœnæ æternæ impœnitentium. Rom.2. [x] *Juxta duritiem tuam. & cor pœnitere-nescium colligis tibimetipsi iram, in die iræ; quo pateret justum judicium Dei. &c. Ventura est indignatio, & ira, & afflictio, & anxietas, adversùs omnem animam hominis perpetrantis malum; Judæi primùm, & Græci.* Idem 2.Thess.1. [y] & in *epistolâ Judæ,* [z] & *Apoc.21.* [a]

VIII. Omnis generis commoda, quæ pœnitentes sequuntur: quæ in Loco de Effectibus pœnitentiæ recitavimus. ut sunt: remissio peccatorum, mitigatio calamitatum præsentium, declinatio pœnarum æternarum, & salus animarum. 1.Pet.1. [b] *Reportantes finem fidei vestræ, salutem animarum vestrarum.*

IX. Exempla aliorum, qui se-se ad Deum converterunt. qualia sunt: Judæorum, *Actor.2.* [c] Samaritanorum, & Eunuchi, *Act.8.* [d] Sauli, *Act.9.* [e] 22. [f] 26. [g] Gentium habitantium Antiochiæ Pisidiæ, *Act.13.* [h] Lydiæ, & Custodis carceris, *Act.16.* [i] Thessalonicensium, *Act.17.* [k] & 1.*Thessalon.1.* [l] & 2. [m] Petri objurgati à Paulo, *Galat.2.* [n] & aliorum plurimorum.

¶ Veræ conversioni adversatur; Impœnitentia, & Hypocritica pœnitentia. quarum hæ ferè sunt proprietates: esse securum, & non agnoscere peccata sua; nec dolore ob ea affici. Rom.2. [o] *Juxta cor tuum pœnitere-nescium.* Eph.4. [p] *Postea quam pervenerunt eò, ut dolere desierint; semet-ipsos dediderunt lasciviæ, ad patrandam immunditiem omnem cum aviditate.* Rom.7. [q] *Ego aliquando sine lege vivebam.* 1. Johan.1. [r] *Si dixerimus, quòd peccatum non habemus: nos ipsos fallimus; & veritas in nobis non est.*

Esse inflatum persuasione propriæ justitiæ. *Rom. 2.* [s] & 9. [t] & 10. [u] Phil.3. [w] *In justitiâ Legis irreprehensibilis.*

Legẽ tantùm de externâ disciplinâ intelligere. 2.*Cor.3.* [x]

Velle per legem justificari. *Galat.5.* [y]

Aspernari gratiam Christi. *Galat.2.* [z]

Veritatem in injustitiâ detinere. *Rom.1.* [a]

Nolle argui peccata sua: & prohibere concionem Legis & Euangelii. *Act.4.* [b] *Accersitis illis præceperunt, ne omnino loquerentur, neq; docerent in nomine Jesu.* Act.5. [c] *Ecce, replestis Hierosolymam doctrinâ vestrâ: & vultis inducere super nos sanguinem hominis istius.*

Contradicere, blasphemare, odisse & persequi, & occidere eos, qui ad pœnitentiã nos per concionem Legis vocant. ut *Act.5.* [d] Concilium Seniorum & Sacerdotum castigari præcipiunt Apostolos. & *Act.7.* [e] Stephanum, pœnitẽtiam concionantem, furiosè damnãt, & lapidibus obruũt.

Act.13. [f] *Judei, repleti zelo, contradicebant his, quæ à Paulo dicebantur; contradicentes, & loquentes blasphemias.*

Nolle à Deo petere remissionem peccatorum. Exemplum est in Simone mago, *Act.8.* [g] qui objurgatus à Petro ob suam impiam cogitationem, quâ existimabat donum conferendi Spiritum sanctum pecuniâ posse comparari; & jussus à Deo petere istius cogitationis remissionem, inquit: *Precemini vos pro me apud Dominum; ne quid eveniat in me horum, quæ dixistis.*

Desperare. ut exemplum est in Judâ, *Actor.1.* [h]

Auditâ concione Legis, primò quidem nonnihil moveri; sed tamen neglectu, & aliarum rerum curâ, abigere & expellere eum affectum. ut patet exemplo Felicis, *Actorum 24.* [i] & Athenienſium, *Act.17.* [k] *Audiemus te de hoc iterũ.*

Irridere concionem Legis & Euangelii. *Actor. 2.* [l] *17.* [m] *Cùm audissent resurrectionem mortuorum; alii quidem irridebant.* 2.Petri 3. [n] *Erunt irrisores.*

Non abjicere propositum peccandi; sed in delictis cõtra conscientiam perieverare. 2.Cor.12. [o] *ut lugeam multos eorum, qui antea peccaverunt; nec eos pœnituit immunditiæ, libidinisq; & impudicitiæ, quam patraverunt.* 2.Pet.2. [p] *Nam si, posteaquam refugerunt ab inquinamenta Mundi, per agnitionem Domini & Servatoris Jesu Christi; tamen his rursus involuti superantur: facta sunt illis postrema pejora primis. &c. Verùm accidit illud, quod proverbio dici solet: Canis reversus ad suum ipsius vomitum; & sus lota reversa ad volutabrum cœni.* 1.Joh.3. [q] *Qui committit peccatum, ex Diabolo est.* Apoc.2. [r] *Dedi illi tempus, ut resipisceret à fornicatione suâ: nec resipuit.* Apoc.9. [s] *Non egerunt pœnitentiam ab homicidiis suis, neque à veneficiis suis, neq; a fornicatione sua, neq; a furtis suis.*

¶ Caulas impœnitentiæ commemorat: Obstinata corda, pœnitere-nolicia, *Rom.2.* [t] *Eph.4.* [u] 2.Pet.2. [x] Diabolum, 2.*Timoth.2.* [y] 2.*Cor.4.* [z] Traditionem in reprobum sensum, *Rom.1.* [a] 2.*Thes.2.* [b] Hæreles, 2.*Pet.2.* [c] 2.*Tim.4.* [d]

¶ Effectus impœnitentiæ sunt: Ira Dei. *Propter hæc enim venit solet ira Dei in filios inobedientes:* Col.4. [e] Pœnæ corporales & æternę. 1.*Cor.6.* [f] *Gal.5.* [g] *Apoc.21.* [h] *Tit.3.* [i] *Hebr.6.* [k] & 10. [l] Huc pertinent testimonia, de Effectibus peccatorũ, suo loco recitata.

DE BAPTISMO.

PAulus, *Hebr.6.* [m] *& 9.* [n] vocem *Βαπτισμὸν* habet: sed illic non tam ei ceremoniam à Christo institutam; quàm Judaicas ablutiones seu purificationes, significare videtur.

Alibi verò, ut Petrus, 1.*epist.3.* [o] & Paulus, *Rom.6.* [p] *Coloss.2.* [q] & Lucas, *Act.1.* [r] 10. [s] 18. [t] 19. [u] tantùm vocem τὸ βάπτισμα usurpant: & quidem non in aliâ significatione, quàm de ritu baptisandi.

Sunt etiam aliæ appellationes, quibus Baptisma nocant Apostoli. nam Johannes, 1.*epist.5.* [x] id synecdochicè *aquam* appellat: *Tres sunt in terrâ, &c. spiritus, aqua, & sanguis.* Et Paulus, per periphrasin, *Lavacrum aquæ.* Eph. 5. [y] *Lavacrũ regenerationis & renovationis Spiritûs sancti,* Tit. 3. [z] & *Circumcisionem quæ fiat sinè manibus,* Col.2. [a] nuncupat.

Definitio Baptismi, ex 1.*Pet.3.* [a] *Rom.6.* [b] *Eph.5.* [c] *Tit.3.* [d] hujusmodi confici potest: Baptismus est lavacrum aquę in verbo, (hoc est, tale lavacrum, quod certo verbo Dei, additâ promissione gratiæ, est institutum) quo non carnis sordes abjiciuntur; sed abluuntur peccata: & per Spiritum sanctum regenerantur & renovantur, & Christo inseruntur fideles: quo fit, ut bona conscientia bene respondeat apud Deum, per resurrectionem Jesu Christi.

¶ Baptismi autorem esse Deum, & Dominum nostrum Jesum Christum eo monent: quòd in nomine Christi eũ ministrant. *Act.2.* [e] 8. [f] 10. [g] *& alibi passim:* & quòd ei divinas virtutes, ut sũt regeneratio & renovatio Spiritus sancti, *Tit.3.* [h] ablutio peccatorũ. *Act.22.* [i] attribuũt: ut postea dicet

Ministrâsse aũt Baptismum Apostolos ipsos; patet ex historiâ eorũ. nam *Act.2.* [k] Apostoli baptisant cõversos Judæos. & Philippus, *Act.8.* [l] baptizat Samaritanos: & postea Eunuchus à Philippo baptizatur: *ibidem.* [m] Baptisavit etiã Paulus, *Act.16.* [n] *& 1.Cor.1.* [o] Nec tantum Apostolos, sed etiam alios ministros Ecclesiæ, baptisâsse constat. nam Ananias baptizat Paulũ Damasci, *Act.9.* [p] & collegæ Petri, Cornelium, ejusq; familiam, baptisâsse videntur, *Act.10.* [q] *Jussit eos baptizari in nomine Domini.* Unde apparet, jus administrãdi Baptisma penes Ecclesiã, ejusq; ministros, esse.

¶ Materiam seu elementum Baptismi, aquam esse debere; Apostoli monent, 1.*Joh.5.* [r] *&* 1.Pet.3. [s] ubi Baptismi figuram docet esse arcam Noë, in aquâ servatam. *Eph.5.* [t] *Lavacrum aquæ. & Act.8.* [u] ait Eunuchus: *Ecce aqua; quid vetat, quo minùs baptizer?* Item: [x] *Descenderunt ambo in aquam, Philippus & Eunuchus simul; & baptizavit eum.* & *Actor.10.* [y] Petrus inquit: *Quis prohibere potest, quò minùs aquâ baptizentur hi?* Act.11. [z] *Johannes baptizavit aquâ.*

¶ Baptismum ministrandum, & à baptizando accipiendum, in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs sancti; & fide applicandam esse promissionem de effectibus Baptismi, q̃ scilicet afferat ablutionem peccatorum, regenerationẽ & renovationem Spiritûs sancti, &c. Apostoli etiam monẽt. Nam Johannes, 1.*epist.5.* [a] inqt: *Tres sunt in cœlo, qui testimonium perhibent: Pater, Λόγος & Spiritus S.* & postea [b] jubet *testimonium Dei fide accipi.* Non aũt obscurũ est, quin Johannes eo in loco ad Baptismũ respiciat: ubi in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs S. aquâ abluti homines, accipiunt testimoniũ Dei; q̃ Deus p̃ Christum eos acceptet ad vitã ęternã. & Petrus 1.*epist.3.* [c] ita vult excipi Baptismũ, *ut fides respiciat ad resurrectionẽ.* hoc est, apprehendat beneficia Christi; *& habeat bonã conscientiã de placato Deo.* Et Petrus, *Act.2.* [d] pœnitentiam agentes jubet *in nomine Jesu Christi,* h.e. fide, agnoscente Jesum Christũ esse Messiam, à Deo Patre missũ, & applicante sibi ejus beneficia, baptizari. unde & postea dicitur: [e] *Qui libẽter acceperunt sermonem ejus, baptizati sunt.*

Antequam igitur baptizarunt Apostoli, concionati sunt de Deo & beneficiis Christi, de fide in eum, & de Baptismo, ejusq; efficaciâ per fidem accipiendâ. Sic Philippus in Samariâ priùs euangelizat de regno Dei, deque nomine Jesu Christi; & postea baptizat viros & mulieres: *Actor.8.* [f] Idem Eunucho priùs prædicat Jesum; & postea eum credentem & confitentem, quòd Jesus Christus sit filius Dei, baptizat: *Act.8.* [g] Petrus etiam priùs Cornelium, ejusq; familiã, docet de remissione peccatorũ, fide accipiendâ per Christũ; & postea eos jubet in nomine Domini baptizari: *Act.10.* [h] Idem dicit, [i] *Johannẽ prædicâsse baptisma:* quo indicat, eũ priùs indicâsse, quid esset baptisma; cur cõferretur, quomodo vis Baptismi accipienda, &c. Ananias etiã non mutam ceremoniam in baptizando Paulo exercet; sed eleganter de usu baptismatis inqt, *Act.22.* [k] *Deus patrũ nostrorũ præparavit te, ut cognosceres voluntatem suam, &c. Et nunc quid cunctaris? Exsurge, & baptizare, & ablue peccata tua, invocato nomine Domini.* Paulus & Silas custodẽ carceris etiã priùs instruunt de fide in Christum, quàm eũ baptizent: *Act.16.* [l]

Cæterùm, phrasis illa, quâ Lucas utitur, *Act.2.* [m] 10. [n] 19. [o] *Baptizari in nomine Domini,* significat, eos baptizatos esse eo modo, uti Christus instituit; nempe in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs sancti. Nam formam Baptismi à Christo traditam, nimirum ut in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs sancti, baptizent, Apostolos mutâsse; impium est cogitare, aut asserere. Et historia *Act.19.* [p] evidenter probat; eos, qui non essent in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs sancti, baptizati, pro verè baptizatis non esse habitos. Nam Paul[o] discipulos quosdam Ephesinos, qui baptismate Johannis, corruptâ & depravatâ formâ ejus, absque nomine Spiritûs sancti baptizati erant, in nomine Domini Jesu, hoc est, secundùm ritum à Christo institutum, denuò baptizavit.

¶ Pœnitentiam agentes, & credentes in Christũ, tum Judæos, tum Gentes, baptizandos esse; exempla monent, *Actor.2.* [q] 8. [r] 9. [s] 10. [t] 16. [u] 19. [x] Et Paulus inqt, 1.*Cor.12.* [y] *Per unũ Spiritum nos omnes in unum corpus baptizati sumus; sive Judæi, sive Græci; sive servi, sive liberi: & omnes unum Spiritũ bausimus.* Gal.3. [z] *Quicunq; in Christũ baptizati estis, Christũ induistis. Non est Judæus, neq; Græcus: non est servus, neq; liber: nõ est masculus, ac fœmina. omnes enim vos unus estis in Christo Jesu.*

Ut Christus infantes ad se venire jussit: ità nec Apostoli eos excluserunt à Baptismo. Et quidem, dum Baptismũ Circumcitioni æquiparat Paulus, *Coloss.2.* [a] apertè indicat, etiam Infantes per Baptismũ Ecclesiæ Dei esse inferendos: sicut in veteri Testamento Infantes circũcidi oportebat, ut

in Dei fœdere essent. Et Infantes tempore Apostolorum baptisatos esse; *Origenes & Cyprianus* testantur.

¶ De iteratione Baptismi, semel juxta institutionem Christi ritè accepti, Apostoli nusquam præcipiunt: neq; exempla ejus rei exstant. Nam quòd quidam denuò baptisantur, *Act.19.* [b] ideo factum est: quòd non in nomine Spiritûs sancti, & sic depravatâ Baptismi formâ, erant baptisati. Præterea, Paulus dicit, *Ephes. 4.* [c] *Unus Dominus; una fides; unum baptisma.* Deinde eo, quòd Paulus Baptismum Circumcisioni confert, indicat: ut circumcisionem semel accipere sat erat; ità etiam, semel ritè baptisari, sufficere.

¶ Fines seu effectus Baptismo hos ferè tribuunt Apostoli. Inserere nos Christo, & facere participes omniũ beneficiorũ Christi. Rom.6. [d] *Quicũq; baptisati sumus in Christum Jesum, in mortem ejus baptisati sumus. &c. Nam, si insitivi facti sumus illi, per similitudinem mortis ejus: nimirũ & resurrectionis participes erimus*". Gal.3. [e] *Omnes filii Dei estis, qui credidistis Christo Jesu. Nam quicunq; in Christum baptisati estis, Christum induistis.*

Facere nos membra corporis Christi. 1. Cor. 12. [f] *Per unum spiritum nos omnes in unum corpus baptisati sumus; sive Judæi, sive Græci; sive servi, sive liberi.*

Afferre Spiritum sanctum. Tit.3. [g] *Spiritum sanctum effudit super nos opulenter, per Jesum Christum.* Act.2. [h] *Baptisamini: & accipietis donum Spiritûs sancti.* Sensibilis Spiritûs sancti effusio in baptisatos, *Act.2.* [i] *& 8.* [k] *&10.* [l] *& 19.* [m] testimoniũ est; Deum Spiritum sanctum baptisatis impartiri.

Applicare & confirmare remissionem peccatorum, & justitiam Dei. Act.2. [n] *Et baptisetur unusquisq; vestrûm in remissionem peccatorum.* Act.22. [o] *Baptisare, & ablue peccata tua, invocato nomine Domini.* 1. Cor. 6. [p] *Hæc eratis quidam; scilicet fornicatores, idololatræ, &c. sed ablati estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis, per nomen Domini Jesu, & per Spiritum Dei nostri.* Eph.5. [q] *Mundatam lavacro aquæ per verbum: ut adhiberet eam sibi-ipsi gloriosam, Ecclesiam non habẽtem maculã, aut rugam, aut aliquid ejusmodi; sed ut esset sancta & irreprehensibilis.*

Conferre regenerationem & renovationem. Tit. 3. [r] *Salvos nos fecit, per lavacrum regenerationis & renovationis Spiritûs sancti, quem effudit in nos opulenter.*

Afferre salutem. 1. Pet.3. [s] *Cujus figura nunc respondens Baptismus, nos quoq; salvos reddit.*

Afferre bonam conscientiam. 1.Pet.3. [t] *Baptismus non est sordium carnis abjectio; sed bonæ conscientiæ fœdus cum Deo, propter resurrectionem Jesu Christi.* Hebr.10. [u] *Accedamus cũ vero corde, in certitudine fidei, adspersi cordibus, ac depulsâ conscientiâ malâ, & abluti corpore aquâ purâ.* Idem etiam exempla baptisatorum testantur, nam Eunuchus baptisatus, ibat per viam tuam gaudens: *Act.8.* [x] Exsultat etiam custos carceris, ob conversionem & baptismum: *Act.16.* [y]

Significare veteris Adami mortificationem; & vitæ novitatem. Rom.6. [z] *Sepulti sumus unà cum illo, per Baptismũ, in mortem: ut, quemadmodum excitatus est Christus ex mortuis, per gloriam Patris; ità & nos in novitate vitæ ambulemus.* Colos. 2. * *Dum exsuistis corpus peccatorum carnis, per circumcisionem Christi, consepulti simul cum illo per Baptismum; in quo simul etiam cum illo resurrexistis, per fidem operationis Dei, qui excitavit illum ex mortuis.*

¶ Baptismum in veteri Testamento typis quibusdam præfiguratum fuisse; Apostoli monent. nam Petrus, 1. epist.3. [a] indicat, *arcæ Noe in medio aquis conversationem, figuram fuisse Baptismi.* & Paulus, Circumcisionem Baptismi typum facere videtur, *Coloss.2.* [b] Idem 1.Cor.10. [c] dicit, *Judæos, ex Ægypto per mare rubrum transeuntes, omnes in Mosen baptisatos esse in nube & mari.* quo etiam non obscurè innuit, transitum per mare rubrum, typum Baptismi fuisse.

¶ In baptisatis, ablui quidem peccatorum reatum; sed nihilominùs manere adhuc naturam depravatam: multis modis docent.

I. Quòd asserunt, renatos constare ex novo & vetere homine. *Col.3.* [d]

II. Quòd concionantur de luctâ spiritûs adversùs carnem. *Gal.5.* [e] *Rom.7.* [f] *& 8.* [g]

III. Quòd jubent omnes Sanctos se peccatores agnoscere; & non negare, quin adhuc habeant peccatum, *1. Johannis 1.* [h]

IV. Quòd negant, Sanctorum obedientiam esse perfectam. *1.Cor.4.* [i] *Nihil mihi conscius sum; sed in hoc non sum justificatus.*

V. Quòd præcipiunt Sanctis, ne sinant peccatum in suo mortali corpore regnare; *Rom.6.* [k] sed ut illud mortificent spiritu. *Rom.8.* [l]

Testantur etiam exempla Sanctorum baptisatorũ. Paulus enim abluit peccata tua; *Act.22.* [m] & nihilominùs conqueritur, in carne suâ inhabitare malũ & peccatũ. *Rom.7.* [n]

Testantur etiam exempla; hypocritas, & verâ fide carentes, Baptismi fructum non percipere. nam Ananias & Sapphira, *Act.5.* [o] post Baptismũ, mentiuntur Spiritui sancto. Simon magus. *Actor.8.* [p] baptisatus, pecuniâ sibi redimere cupit artem, conferendi Spiritum sanctum impositione manuum. Petrus, *2.epist.2.* [q] multos ab agnitâ veritate defecturos, monet. Idem & Paulus alterius, *1.Tim.4.* [r] *6.* [s] *& 2.Tim.3.* [t] *& 4.* [u] *& alibi passim.*

BAPTISMUS JOHANNIS.

Baptismi Johannis, in epistolis suis, Apostoli non mẽminerunt. Sed in Actis aliquoties ejus fit mentio: quæ testimonia adscribemus. Actor.1. [x] *Exorsus à baptismo Johannis, ad eum usq; diem, quo receptus est a nobis.* Actor.10. [y] *Rumore primùm orto à Galilæâ, post baptisma, quod prædicabat Johannes: ut Jesum Nazarenum unxerit Deus Spiritu sancto, & virtute.* Actor.11. [z] *Veniebat autem in mentem, quod dixerat Dominus: Johannes quidem baptisavit aquâ; cæterùm vos baptisabimini Spiritu sancto.* Actor.13. [a] *Deus ità, ut promiserat, adduxit Israeli salvatorem Jesum: cùm antè prædicasset Johannes, ante faciem introitûs ejus baptismum pœnitentiæ Israëli. Cùm autem impleret Johannes cursum, dixit: Quem me arbitramini esse? Non sum ego: sed ecce venit post me, cujus non sum dignus soleam pedum solvere.* Actor.19. [b] *Dixit autẽ Paulus: Johannes quidem baptisavit baptismo pœnitentiæ, populo loquens de eo, qui venturus esset post ipsum, ut crederent; hoc est, de Christo Jesu.*

DE CLAVIBUS ECCLESIAE.

CHristum Ecclesiæ suæ tradidisse Claves regni cœlorũ; suprà verbis Christi demonstratum est. Idem etiam Apostoli, nõ modò sententiis; sed etiam re-ipsâ comprobant: dum Ecclesias jubent lapsos pœnitentiam-agentes recipere: *2.Cor.2.* [c] *Gal.6.* [d] & hæreticos, aut enormiter peccãtes, excommunicare, *2.Joh.* [e] *1.Cor.5.* [f] *2.Thess.3.* & *Tit.3.* [g]

Esse aũt claves Ecclesiæ, potestatẽ Ecclesiæ concessam, in ædificationem; & non in destructionem: ità quidem, ut pœnitentibus annuntietur remissio peccatorũ; impœnitentib. verò denuntietur ira Dei: Paul [h], *2.Cor.10.* [i] *& 13.* [k] monet.

DE EXCOMMUNICATIONE.

Jus excommunicandi, penes Ecclesiam, ejusq; ministros esse; Johannes docet, 2.epistolâ: [l] *Ne recipiatis eum; neq; Ave ei dixeritis.* & Paulus, *1.Cor.5.* [m] *Vos inflati estis; ac non potiùs luxistis: ut tolleretur de medio vestrûm, qui facinus hoc perpetrâsset. Nam ego quidem, ut absens corpore, præsens autem spiritu, jam decrevi tanquam præsens: ut is, qui sic hoc patravit, in nomine Domini nostri Jesu Christi, congregatis vobis & meo spiritu, unà cum potestate Domini nostri Jesu Christi, tradatur Satanæ, ad interitum carnis; quò spiritus salvus sit in die Domini Jesu.* Ex postea: [n] *Profligate istum, qui malus est, ex vobis-ipsis.* 2.Thess.3. [o] *Præcipimus autem vobis, fratres, per nomen Domini nostri Jesu Christi, ut subducatis vos ab omni fratre, qui inordinatè se gerit. &c. Si quis non obedit sermoni nostro, per epistolam hunc indicate; & ne commercium habeatis cum illo; ut pudore suffundatur.* 1.Tim.5. [p] *Peccantes coram omnibus argue: ut & cæteri timorem habeant.*

¶ Hos autem excommunicandos esse docent: nempe, peccantes peccatum ad mortem; hoc est, blasphemantes agnitam veritatem. *1.Johan.5.* [q]

Non afferentes sanam doctrinam Christi. *2.Joh.* [r]

Antichristum. *1.Johan.2.* [s] *& 4.* [t]

Meretricem Babylonicam. *Apoc.18.* [u]

1	Opening of the session	
2	Resumption of the session	
3	Statements by the President	
4	Approval of the minutes of the previous sitting	
5	Composition of Parliament	
6	Membership of committees and delegations	
7	Membership of political groups	
8	Written declarations (Rule 123)	
9	Documents received	
10	Texts of international agreements forwarded by the Council for consent	
11	Texts of agreements forwarded by the Council for consultation	
12	Forwarding of texts adopted during part-session	
13	Petitions	
14	Action taken on resolutions of Parliament	
15	Agenda for next sitting	
16	Closure of the session	
17	Dates of next part-sessions	
18	Interruption of the session	

PE 532.000/BUR

1. Opening of the session

The sitting was opened at 09:00 by Martin Schulz, President.

2. Resumption of the session

The President declared the session of the European Parliament resumed after the interruption of 4 April 2014.

3. Statements by the President

The President made a statement concerning the recent elections to the European Parliament and the forthcoming constitutive session.

4. Approval of the minutes of the previous sitting

The minutes of the sitting of 3 April 2014 were approved.

5. Composition of Parliament

Parliament noted the composition of its bodies following the elections.

6. Membership of committees and delegations

The following appointments were announced:

- Committee on Foreign Affairs: Ms Anna Kowalska (PPE) appointed member
- Committee on Budgets: Mr Jean-Pierre Dubois (S&D) appointed member
- Delegation for relations with the United States: Mr Hans Müller (ALDE) appointed member

7. Membership of political groups

The following changes were announced:

- Mr Jean-Pierre Dubois joined the S&D Group
- Ms Anna Kowalska joined the PPE Group

8. Written declarations (Rule 123)

No written declarations were submitted.

9. Documents received

The following documents were received:

- Report on the 2013 Annual Report on the Activities of the European Ombudsman (A7-0123/2014)
- Report on the Commission's Work Programme for 2014 (A7-0124/2014)
- Report on the Annual Report on the Activities of the European Data Protection Supervisor (A7-0125/2014)

10. Texts of international agreements forwarded by the Council for consent

The Council forwarded the following texts for consent:

- Agreement between the European Union and the Republic of Korea on the participation of the Republic of Korea in the European Union Rule of Law Mission in Kosovo (EULEX KOSOVO)
- Agreement between the European Union and the Republic of Korea on the participation of the Republic of Korea in the European Union Police Mission in Bosnia and Herzegovina (EUPM BiH)

11. Texts of agreements forwarded by the Council for consultation

The Council forwarded the following texts for consultation:

- Agreement between the European Union and the Republic of Korea on the participation of the Republic of Korea in the European Union Rule of Law Mission in Kosovo (EULEX KOSOVO)
- Agreement between the European Union and the Republic of Korea on the participation of the Republic of Korea in the European Union Police Mission in Bosnia and Herzegovina (EUPM BiH)

12. Forwarding of texts adopted during part-session

The texts adopted during the part-session were forwarded to the addressees.

13. Petitions

The following petitions were announced:

- Petition 0123/2014 by Mr Antonio Rossi (Italian) on behalf of the Committee for the Protection of Coastal Waters, concerning the proposed construction of a new port facility in the Gulf of Salerno
- Petition 0124/2014 by Ms Elena Vasiliou (Greek) on behalf of the Association of Olive Oil Producers, concerning the labelling of olive oil blends
- Petition 0125/2014 by Mr Klaus Weber (German) on behalf of the Association of Independent Bookshops, concerning the application of VAT to digital publications

14. Action taken on resolutions of Parliament

The President reported on the action taken on resolutions of Parliament.

15. Agenda for next sitting

The agenda for the next sitting was adopted.

16. Closure of the session

The President declared the session closed.

17. Dates of next part-sessions

The dates of the next part-sessions were noted.

18. Interruption of the session

The President declared the session interrupted.

Agathe. Ich bin nicht krank, mir fehlt nichts, ich bin nur traurig, weil du mich nicht liebst.

Max. Nicht liebe dich? Agathe, du bist mein Leben, meine Seligkeit, mein Himmel auf Erden! Ich liebe dich mehr als alles in der Welt.

Agathe. Ach, Max, wenn du mich liebst, so quäle mich nicht länger, sage mir, was dich so unglücklich macht.

Max. Ich kann es nicht, ich darf es nicht.

Agathe. Du darfst es nicht? Max, du machst mich bange. Was kannst du vor mir verbergen?

Max. Ich habe nichts verborgen vor dir, Agathe, ich habe dir alles gesagt, was mich quält.

Agathe. Du hast mir nicht alles gesagt, Max, du hast mir nicht gesagt

ra, Apostoli, & multitudo credentium: falsa verò sunt Pontifex, Sacerdotes, Seniores populi, Herodes & Pilatus, & alii omnes cum ipsis sentientes; qui Apostolos oderunt & persequuntur. Sic in aliis locis, ad quæcunque Apostoli venisse dicuntur, semper duo cœtus sibi-invicem contrarii constituuntur.

¶ Ecclesiam veram colligi à Deo Patre, Domino nostro Jesu Christo, & Spiritu sancto; ministerio verbi divinitùs tradicti, & sacramentorum: Apostoli constanter affirmant. 1.Petri.1.[h] *Advenæ dilecti, juxta Dei Patris præfinitionem, per sanctificationem Spiritus, in obedientiam & adspersionem sanguinis Jesu Christi.* Item:[i] *Laudandus Deus, &c. qui regenuit nos in spem vivam.* Item:[k] *Renati, non ex semine mortali; sed immortali, per sermonem viventis Dei, & manentis in æternum.* 1.Petri 2.[l] *Lac illud animæ* (hoc est, doctrinam Evangelii) *appetite; ut per illud suboleſcatis.* Et postea:[m] *Ipsi quoque, velut vivi lapides, ædificemini, domus spiritualis.* & rursus:[n] *Vos genus electum, regale sacerdotium, populus qui in lucrum accessit: ut prædicetis virtutes illius, qui è tenebris vos vocavit in admirabilem suam lucem.* Item:[o] *Eratis velut oves errantes: sed conversi estis ad pastorem & curatorem animarum vestrarum.* Et 1.Petri 3.[p] *Scientes, vos in hoc vocatos esse, ut benedictionem hereditate possideatis.* Ibidem[q] etiam, *per Baptismum Ecclesiæ sordes ablui, ità ut baptizati bonam conscientiam accipiant*; docet. Idem, 1.epist.5.[r] *Christum* appellat *pastorum principem*; *Ecclesiam* verò nominat *gregem Christi.* & postea[s] dicit; *Deum omnis gratiæ nos vocasse ad æternam suam gloriam, per Jesum Christum.* Idem, 2.epist.1.[t] monet, *Ecclesiam per justitiam Dei nostri, & servatoris Jesu Christi, fortitam esse pretiosam fidem.* & postea[u] ex eo declarat, quòd per verbum hæc collectio. ait enim: *Pretiosa & maxima promissa nobis donata sunt; ut per hæc efficeremini divinæ consortes naturæ.* Huc etiam illud facit, quòd, ubi finem capit, sermoni jubet *attendere, donec exoriatur lucifer in cordibus nostris.* Johannes etiam in suis epistolis docet; Deum per verbum colligere sibi Ecclesiam: hoc est, cœtum agnoscentium Deum, credentium in Christum, & habentium vitam æternam. 1.Johan.1.[y] *Quod vidimus & audivimus, annuntiamus vobis: ut & vos societatem habeatis nobiscum; & societas nostra sit cum Patre, & Filio ejus Jesu Christo.* 1.Johan.2.[z] *Vos unctionem habetis à sancto illo; & nostis omnia.* & postea:[a] *Si in vobis permanserit quod audistis ab initio: & vos in Filio & Patre manebitis.* 1.Joh.5.[b] *Omnis qui credit Jesum esse Christum, ex Deo natus est:* & postea:[c] *Scimus, quòd ex Deo sumus, &* [d] *Scimus, quòd Filius Dei venit, & dedit nobis mentem; ut cognoscamus illum, qui verus est, &c.*

Apud Paulum passim plurima exstant testimonia, quibus hanc sententiam confirmat: sed nos aliquot tantùm allegabimus. Rom.8.[d] *Qui juxta propositum ejus vocati sunt. Quoniam, quos præscivit, & præfinivit conformes imaginis Filii sui fieri: ut ipse sit primogenitus inter multos fratres. porrò quos prædefinierat, eosdem & vocavit: & quos vocavit, eos & justificavit.* Roman.10.[e] *Fides ex auditu: auditus autem per verbum Dei.* Roman.15.[f] *ut sim minister Jesu Christi in Gentes, administrans Evangelium Dei: ut fiat oblatio Gentium acceptabilis, sanctificata per Spiritum sanctum. Habeo igitur, quod glorier per Christum Jesum, in his quæ ad Deum pertinent. Non enim ausim loqui quicquam eorum, quæ non effecit Christus per me, in obedientiam Gentium, verbo & factis, per potentiam signorum ac prodigiorum, per potentiam Spiritûs Dei. ut ab Hierusalem & circumjacentibus regionibus, usque ad Illyricum, impleverim Evangelium Christi.* 1.Corinth.1.[g] *Fidelis Deus, per quem vocati estis in consortium Filii ipsius Jesu Christi, Domini nostri.* Et postea de verbo, per quod fit vocatio, inquit:[h] *Visum est Deo, per stultitiam prædicationis salvos facere credentes. Nos autem prædicamus Christum crucifixum. &c.* Idem, 1.Corinth.3.[i] *Dei sumus cooperarii: Dei agricolatio, Dei ædificatio estis, juxta gratiam Dei, quæ data est mihi.* 1.Cor.4.[k] *Sic nos æstimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.* 1.Corinth.15.[l] *Et gratia ejus, quæ fuit profecta in me, non fuit inanis; sed copiosius, quam illi omnes, laboravi: non ego tamen; sed gratia Dei quæ mecum adest.* 1.Corinth.12.[m] *Etenim per unum Spiritum nos omnes in unum corpus baptizati sumus; sive Judæi, sive Græci; sive servi, sive liberi.*

Huc etiam pertinent illa testimonia, de variis generibus donorum, Ecclesiæ ministris à Deo concessorum, ad ædificationem Ecclesiæ. Nam ea quoque testantur, collectionem Ecclesiæ fieri a Deo, per ministerium verbi. *Rom.* [a] *12.* [b] *1.Cor.12.* [c] *13.* [d] *14.* [e] Eph.4.[q] *Idem dedit alios quidem Apostolos; alios verò Prophetas; alios autem Evangelistas; alios autem Pastores ac Doctores: ad instaurationem Sanctorum, in opus administrationis, in ædificationem corporis Christi; donec perveniamus omnes in unitatem fidei, & agnitionis Filii Dei, in virum perfectum; in mensuram ætatis plenæ adultæ Christi. ut non amplius simus pueri; qui fluctuemus & circumferamur quovis vento doctrinæ, per versutiam hominum, per astutiam, quâ nos adoriuntur, ut imponant nobis: sed veritatem sectantes in charitate, adolescamus in illum per omnia, qui est caput, nempe Christus: in quo totum corpus, si coagmentetur & compingatur per omnem commissuram subministrationis, juxta actum mensuræ unius cujusq; partis; incrementum corporis facit, in ædificationem sui ipsius per charitatem.*

Huc etiam pertinent testimonia, de efficaciâ verbi Dei & Scripturæ sacræ: quæ suo loco annotavimus, qualia sunt: Roman.1.[r] *Evangelium est virtus Dei, ad salutem omni credenti.* 2.Corinth.2.[s] *Deo gratia, qui semper triumphat per nos in Christo; & odorem notitiæ suæ manifestat per nos, in omni loco. Quoniam Christi bona fragrantia sumus Deo, in his qui salvi fiunt, & in his qui pereunt: his quidem odor mortis ad mortem; illis verò, odor vitæ ad vitam. Et ad hæc quis idoneus? Non enim sumus, ut plerique, cauponantes sermonem Dei: sed velut ex sinceritate, sed velut ex Deo, in conspectu Dei, per Christum loquimur.* 2.Corinth.5.[t] *Posuit in nobis sermonem reconciliationis. itaque nomine Christi legatione fungimur: tanquam Deo vos obsecrante per nos, rogamus pro Christo; reconciliamini Deo.* 1.Thessalon.2.[u] *Accepistis, non sermonem hominum; sed, sicut verè erat, sermonem Dei: qui & agit in vobis credentibus.*

Huc etiam pertinent testimonia, quæ de inhabitatione Spiritûs sancti loquuntur. Nam ea quoque indicant, Ecclesiam colligi à Deo, per verbum & Spiritum sanctum. Ephes.1.[x] *Audito Evangelio, verbo veritatis, postquam credidistis, obsignati estis Spiritu sancto.* Gal.3.[y] *Utrùm ex operibus Legis accepistis Spiritum sanctum; an ex prædicatione fidei?* 1.Corinth.3.[z] 6.[a] 2.Corinth.6.[b] 2.Corinth.1.[c] Roman.8.[d] Gal.4.[e] 2.Tim.1.[f]

¶ Monent etiam, Christum suo sanguine sibi Ecclesiam ex genere humano redemisse. 1.Pet.1.[g] 1.Joh.1.[h] & 2.[i] & 3.[k] & 4.[l] Apoc.5.[m] *Redemisti nos Deo per sanguinem tuum, ex omni tribu, & populo, & natione.* Ephes.5.[n] *Christus dilexit Ecclesiam; & semet-ipsum exposuit pro ea: ut illam sanctificaret, mundatam lavacro aquæ per verbum: ut adhiberet eam sibi ipsi gloriosam Ecclesiam; non habentem maculam, aut rugam, aut quicquam ejusmodi: sed ut esset sancta & irreprehensibilis.* Actor.20.[o] *Attendite vobis, & cuncto gregi, in quo Spiritus sanctus posuit vos episcopos; ad regendum Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo.*

¶ Deum autem ex Judæis & Gentibus, & omnis generis nationibus, per verbum sibi Ecclesiam colligi velle; tum apertæ sententiæ, tum historia ipsa, docent.

De Judæis hæc loquuntur testimonia. Actor.2.[p] *Vobis facta est promissio, & filiis vestris; & omnibus qui longè sunt, quoscunque advocaverit Dominus Deus noster.* Actor.3.[q] *Vobis primùm Deus, cùm suscitâsset Filium suum Jesum, misit eum benedicentem vobis: ut unusquisq; vestrûm converteret se ab iniquitatibus suis.* Actor.10.[r] *Præcepit nobis, ut prædicaremus populo; ac testificaremur, quòd ipse sit ille constitutus à Deo judex vivorum & mortuorum.* Actor.13.[s] Paulus inquit ad Judæos: *Viri fratres, filii generis Abrahæ, et qui inter vos timent Deum; vobis sermo salutis hujus missus est.* Actor.17.[t] *Paulus introibat in synagogam Judæorum Thessalonicæ; et disserebat eis per tria sabbata è Scripturis: adaperiens et allegans, quòd Christum oportuisset pati, et resurgere à mortuis: et quòd hic esset Christus Jesus, quem ego, inquit, annuntio vobis. et quidam ex eis crediderunt; et adjuncti sunt Paulo.* Actor.28.[u] *Paulo Romæ Judæis prædicante Christum, ex Mose et Prophetis, quidam credunt; quidam non credunt.* Rom.1.[x] *Evangelium est potentia*

Sale
Sale
Sale

& declinetu ab illis. 1 Corint.11. [y] Oportet enim & sectas inter vos esse: quò, qui probati sunt, manifesti fiant inter vos. 2 Corint.15. [z] Ignorationem Dei quidam habent. 2 Thessal.3. [a] Ut eripiamur ab absurdis & perversis hominibus. non enim est omnium fides. Philip.2. [b] dicit, bonos esse in medio nationis pravæ & tortuosæ. 2 Timot.2. [c] In magnâ domo non tantum sunt vasa aurea & argentea, verùm etiam lignea & testacea: & alia quidem in honorem; alia verò in contumeliam. Si quis igitur expurgavit se-ipsum ab his: erit vas in honorem, sanctificatum, accommodum usibus Domini, ad omne opus bonum præparatum. Jacobus cap.2. [d] docet; multos in Ecclesia fore mortuam habentes fidem, id est, hypocritas.

Porrò, exempla probant, Ecclesiam semper fuisse cœtum, quo-ad externâ societatem, ex bonis & malis mixtũ: qualia in scriptis & cõcionibus Apostolorum multa, tum eorum temporum quæ fuerunt ante ipsos, tum sui temporis, reperiuntur, Exempla veteris Testamenti hæc ferè allegantur. Petrus, 2 epistol.2. [e] ex historiâ Noë, & Loth, & Balaam filii Bosor, probat, malos bonis esse immixtos. Johannes exemplum Cain & Abel perstringit, 1 Joh.3. [f] Stephanus, Actor.7. multas perstringit historias veteris Testamenti, de populo Judaico: ex quibus liquet, ei quoq; fuisse admixtos malos. Idem facit Paulus. 1 Corint.10. [g] ubi docet, nõ omnes in cœtu populi Judaici, egredientis ex Ægypto fuisse bonos; sed pleroſque malos. Hebr.3. [h] & 4. [i] etiam docet; multis non profuisse sermonem Dei: qui fuerunt infideles.

Exempla verò suorum temporum multa commemorant. Johannes, in epistolâ suâ tertiâ, [k] Diotrephen quendam primatum in Ecclesiâ affectare, dicit: & non solum non recipere fratres; sed & volentes recipere, prohibere & excõmunicare. Apparet etiam ex epistolis septem, quæ, Christo dictante, ad septem Ecclesias scribuntur, Apoc.2. & 3. in illis Ecclesiis, bonis malos fuisse admixtos. Paulus verò, in Ecclesiâ Romanâ etiam malos ostendit, Roman.16. [l] & in Ecclesiâ Corinthiacâ plurima desiderat. Sunt enim inter eos contentiones: dum alius dicit, Ego sum Pauli: alius verò, Ego Apollo; ego Cephæ; ego Christi. 1 Corinth.1. [m] & 3. [n] & 2 Corint.12. [o] Est inter eos incestuosus, qui duxit novercam suam: sunt scortatores, avari, idololatræ, convitiatores, ebriosi, rapaces: 1 Corint.5. [p] Litigant sub infidelibus; & damno afficiunt fratres: 1 Corint.6. [q] Vescuntur idolothytis: 1 Corinth.8. [r] & 10. [s] Sunt ingrati erga ministros Euangelii: 1 Cor.9. [t] Abutuntur Cœnâ Domini: 1 Cor.11. [u] Sunt inter eos, resurrectionem mortuorum negantes: 1 Corinth.15. [x] Pseudoapostoli: 2 Cor.11. [y] Contemtores Pauli: 2 Cor.10. [z] Impœnitentes; quos non pœnituit immunditiæ & libidinis, quam patrarunt. 2 Cor.12. [a]

Ecclesiam etiam apud Galatas, malorum plenam fuisse; apparet ex epistolâ ad eosdem. in quâ à Paulo accusantur: quòd à doctrinâ Euangelii defecerint: Galat.1. [b] Quòd fascinati non credant veritati: Gal.3. [c] Quòd denuò observẽt dies, & menses, & tempora, & annos: Galat.4. [d] Quòd per observationem legis Mosaicæ velint salvari: quòd fermẽtum sit inter eos: quòd sese mutuò devorent: Galat.5. [e]

Alias etiam Ecclesias monet, ut caveant sibi à falsis doctoribus: Phil.3. [f] Col.2. [g] Inter Thessalonicenses dicit esse quosdam inordinatè-ambulãtes fratres. 2 Thess.3. [h] De suis etiam collegis & synergis passim cõqueritur Paulus, quòd paucos habeat bonos & fideles, utilitatem Ecclesiæ quærentes. Philip.2. [i] Neminem enim habeo pari mecum animo præditum, qui res vestras germanè curaturus sit. nam omnes, quæ sua ipsorum sunt, quærunt; non quæ Christi Jesu. Coloss.3. [k] Salutat vos Aristarchus, concaptivus meus; & Marcus, consobrinus Barnabæ, de quo accepistis mandata; si venerit ad vos, accipite eum: & JESUS, qui vocatur Justus: qui sunt ex circumcisione. hi soli sunt cooperarii ad regnum Dei, qui fuêre mihi solatio. 2 Tim.1. [l] Asiani omnes aversati sunt me: è quorum numero est Phygellus & Hermogenes. 2 Timot.2. [m] Hymenæus & Philetus etiam à Paulo defecerunt; corrumpentes doctrinam de resurrectione mortuorum. & 1 Timot.1. [n] Alexander & Hymenæus à Paulo excommunicantur. & 2 Tim.4. [o] Demas Paulum deseruit, amplexus præsens seculum.

Ex Actis etiam Apostolorũ apparet; bonis malos fuisse immixtos. Nam Actor.5. [p] Ananias & Sapphira mentiuntur Deo & Spiritui sancto. Actor.8. [q] Simon magus est inter Christianos Samaritanos. Actor.15. [r] Pseudoapostoli turbant Ecclesiam Antiochenam suâ doctrinâ, de necessitate circumcisionis ad salutem.

¶ Notatu etiam hoc dignum est; quòd monent Apostoli, extremis temporibus Ecclesiam malis plenissimam & refertissimam fore: tum propter Antichristum in Ecclesiâ sedentem, seque supra eam extollentem, & liberè quidvis agentem contra Deum & Magistratum; tum propter varias hæreses & errores; tum propter corruptissimos hominum mores; tum etiam propter neglectum clavium usum, quibus excludi mali ab Ecclesiâ deberent. Pertinent huc descripciones extremorum temporum, & Antichristi; quales passim exstant: 2 Petr. 2. & 3. capp. 1 Johan.2. [s] & 4. [t] & 2 Johannis: [u] & in Apocal. ab 8. capite, usq; 21. & 2 Thess.2. [x] 1 Tim.4. [y] Spiritus autem certè loquitur; quòd in posterioribus temporibus desciscent quidam à fide: attendentes spiritibus impostoribus, ac doctrinis dæmoniorum, per simulationem falsiloquorum; cauterio notatam habentium conscientiam: prohibentium contrahere matrimonium; jubentium abstinere à cibis, &c. 2 Timot.3. [z] Illud scito; quòd in extremis diebus instabunt tempora periculosissima. erunt enim homines sui-amantes, avari, fastuosi, superbi, maledici, parentibus immorigeri, ingrati, impii, carentes affectu, nescii fœderis, calumniatores, intemperantes, immites, negligentes bonorum, proditores, præcipites, inflati; voluptatum amantes potiùs, quàm amantes Dei; habentes formam pietatis; sed qui vim ejus abnegarint. & istos aversare. Ex his enim sunt, qui subeunt infamilias, & captivas ducunt mulierculas, oneratas peccatis: quæ ducuntur concupiscentiis variis; semper discẽtes, nec unquam ad cognitionem veritatis venire valentes. Quemadmodum autem Jannes & Jambres restitebant Mosi: ita & hi restituunt veritati, homines mente corrupti, reprobi circa fidem. Sed non proficient amplius: siquidem amentia ipsorum evidẽs erit omnibus; quemadmodum & illorum fuit. 2 Timot.4. [a] Nam erit tempus, quum sanam doctrinam non sustinebunt; sed juxta cõcupiscentias suas coacervabunt sibi doctores, ii quibus pruriunt aures: & à veritate quidem aures avertent, ad fabulas verò convertentur.

¶ Cæterùm etiam bonos illos qui sunt in cœtu Ecclesiæ, non esse omnino perfectissimos; sed multas magnasque adhuc habere imbecillitates, quas tamen paulatim corrigere studeant: doctrina Apostolorum monet. Nam Petrus, 1 epist.2. [b] pios infantibus modò-natis cõparat. & 1 epist.3. [c] Diabolum iis insidiari dicit. & 2 epist.3. [d] in gratiâ & cognitione Christi eos crescere jubet. Paulus etiam infirmitates sanctis tribuit: Rom.8. [e] & infirmos in fide prohibet offendere; & præcipit assumi eos, & infirmitates eorum portari: Roman.14. [f] & 1 Cor.8. [g] & 10. & Occupatos aliquo peccato instaurari jubet: Gal.6. [h]

Huc etiam pertinet discrimen, quod facit inter eos, qui sunt in Ecclesiâ: quòd alii adhuc sint carnales & infantes, 1 Cor.3. [i] & pueri: Ephes.4. [k] Alii verò spirituales, 1 Cor.3. [l] & viri, & perfecti, Philip.3. [m] Ephes.4. [n] Huc etiam illud facit; quòd etiam perfectissimam agnitionem Dei, qualem in hac vitâ habeamus, tantùm esse cognitionem ex parte, dicit: 1 Cor.13. [o] Nunc cognosco ex parte: tunc verò cognoscam, quemadmodum & cognitus sum. Paulus etiam de suâ infirmitate passim loquitur. Rom.7. [p] 2 Corint.12. [q] Sufficit tibi gratia mea: nam virtus mea per infirmitatem perficitur. Libentissimè igitur gloriabor potiùs super infirmitatibus meis: ut inhabitet in me virtus Christi. Quamobrem placeo mihi in infirmitatibus, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo. Quum enim infirmus sum; tunc robustus sum.

Conspiciuntur etiam in ipsis Sanctis Apostolis magnæ imbecillitates. Nam doctrinam, de Vocatione Gentium, etiam Petrum ignorâsse; constat ex Act.10. [r] Idem de Apostolis & fratribus in Judæâ, cum Petro eam ob causam disceptantibus, dicitur, Actor.11. [s] Et quidam de factione Pharisæorum, qui crediderãt, dicebant; oportere circumcidi Gentes, eisq; præcipi, ut servarent legem Mosis. Act. 15. [t] Johannes, ministrans Paulo & Barnabæ, ab eis discedit; & revertitur Hierosolymam: Actor.13. [u] Oritur etiam

dissidium inter Paulum & Barnabam, ob Marcum. Barnabas consulebat, ut assumerent eum: Paulus autem nolebat; ut is, qui defecisset ab ipsis ex Pamphyliâ, nec iviſſet cum eis in opus, adjungeretur. Hanc ob causam tam acris erat disceptatio: ut alter ab altero sejungeretur. *Act.15.* [x] Petrus etiam, metuens eos, qui erant ex circumcisione, non recto pede ad veritatem Euangelii incedebat: ideoq; Antiochiæ inter gentes Judaizans, & suo malo exemplo in simulationem cæteros Judæos & Barnabam adducens, objurgatur à Paulo: *Galat.2.* [y] In primâ defensione nemo adfuit Paulo; sed omnes eum deseruerunt: *2 Tim.4.* [z] Imbecillitatis etiâ est indicium; quòd Johannes Apostolus duxit sibi Angelum adorandum esse: *Apoc.19.* [a] *& 22.* [b]

Porrò, infirmos ab obstinatis & excæcatis ità discernit: ut ostendat, illos suas infirmitates agnoscere; & habere desiderium discendi, & in agnitione Dei crescẽdi, & sua vitia emendandi. *Rom.14.* [c] *& 15.* [d] *Eph.4.* [e] *Gal.6.* [f] *Philip.3.* [g]

¶ Notas veræ Ecclesiæ eaſdẽ, quas Christus, attribuunt. cujusmodi sunt:

I. Verbum Dei purum & sincerum. Ut enim ex eo Ecclesia, Dei potentiâ & virtute, quasi generatur & nutritur: ità semper ad id Ecclesiam veram alligatam esse, certum est. Confirmant hoc testimonia, suprà, de causis Ecclesiæ, ex Petro, Johanne, & aliis, allegata. quibus hæc accenseri possunt: 1 Petr.1. [h] *Qui animas vestras purificastis, obediendo veritati per Spiritum.* 1 Petr.4. [i] *Si quis loquitur, loquatur ut eloquia Dei.* 1 Johan.3. [k] *Qui servat præcepta ejus, in illo manet; & ipse in eo.* 1 Johan.4. [l] *Per hoc cognoscite spiritum Dei. Omnis spiritus, qui confitetur Christum in carne venisse, ex Deo est.* & rursus: [m] *Nos ex Deo sumus. qui novit Deum, audit nos: qui non est ex Deo, non audit nos. Per hoc cognoscimus spiritum veritatis, ac spiritum erroris.* Et rursus: [n] *Quisquis confessus fuerit, quòd JESUS sit Filius Dei; Deus in eo manet; & ipse in Deo.* 2 Johan. [o] *Qui manet in doctrinâ Christi, hic & Patrem & Filium habet.* Apocal.2. [p] *Tenes nomen meum; & non negasti fidem meam.* Apocal.3. [q] *Si quis audierit vocem meam, & aperuerit januam: introibo ad illum, &c.* Apocal.12. [r] *Ipsi vicerunt eum, propter sanguinem Agni, & propter sermonem testimonii sui.* Ex Paulo etiam suprà allegavimus testimonia: quibus & hæc addi possunt. *Nos accepimus Spiritum, qui ex Deo est; ut sciamus, quæ à Deo donata sint nobis: quæ & loquimur, &c.* 1 Corinth.2. [s] *Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter hoc quod positum est, quod est JESUS Christus:* 1 Corinth.3. [t] *Notum vobis faciam Euangelium, quod euangelizavi vobis: quod & accepistis, in quo & statis; per quod & salutem consequimini.* 1 Corinth.15. [u] *Posuit in nobis sermonem reconciliationis:* 2 Corinth.5. [x] *Si quis aliud Euangelium prædicaverit vobis, præter id quod nos prædicavimus, anathema sit:* Galat.1. [y] *Quicunque juxta regulam hanc incedunt, pax super eos, & misericordia:* Galat.6. [z] *Superstructi super fundamentum Apostolorum & Prophetarum:* Ephes.2. [a] *Accipite gladium Spiritûs, qui est verbum Dei:* Ephes.6. [b] *Inter quos lucetis, tanquam luminaria in Mundo; sermonem vitæ sustinentes:* Philip.2. [c] *Sermo Christi inhabitet in vobis opulenter:* Coloss.3. [d] *Spiritum ne extinguatis: prophetias ne aspernemini:* 1 Thessal.5. [e] *Ecclesia columna veritatis* dicitur: eò quòd custos est veræ & sinceræ doctrinæ, à Deo patefactæ. 1 Timoth.3. [f] *Egregium depositum servato, per Spiritum sanctum, qui habitat in nobis:* 2 Timoth.1. [g] Huc etiam faciunt testimonia; quibus Paulus docet, eos, qui non retinent puram & sanam doctrinam, non esse vera Ecclesiæ membra. *1 Timoth.1.* [h] *6.* [i] *2 Timoth.1.* [k] *2.* [l] *4.* [m] *Tit.1.* [n] *3.* [o] Etiam ad verbum Dei alligatam esse docet Ecclesiam, Hebr.3. [p] *Hodie, si vocem ejus audieritis, &c.* Hebr.4. [q] *& 12.* [r] *Videte, ne aspernemini eum qui loquitur, &c.* Jac.1. [s] *Recipite insitum sermonem, qui potest salvas facere animas vestras.*

II. Verus & legitimus usus Sacramentorum & Clavium, juxta Christi institutionem. De Baptismo testimonia exstant: *1 Petr.3.* [t] *Rom.6.* [u] *Galat.3.* [x] *1 Corint.6.* [y] *12.* [z] *15.* [a] *Ephes.5.* [b] *Hebr.10.* [c] Exempla verò baptizatorum, *Act.2.* [d] *8.* [e] *9.* [f] *10.* [g] *& alibi passim. & 1 Cor.1.* [h] De Cœnæ legitimo usu, exstat testimonium, *1 Cor.11.* [i] ubi etiam abusum ejus, qui apud Corinthios irrepserat, reprehendit & abrogat. De usu Clavium, 2 Johan. [k] *Ne receperitis eum, nec Ave ei dixeritis. & 1 Cor.5.* [l] *& 2 Corinth.2.* [m] *12.* [n] *Galat.1.* [o] *Galat.6.* [p] *2 Thessal.3.* [q] *1 Timoth.1.* [r] *Tit.3.* [s] *Jac.5.* [t] Integra testimonia suo loco sunt recitata.

III. Confessio, constantia & perseverantia. 1 Petr.3. [u] *Situ parati semper, ad respondendum cuilibet petenti, ut loquamini de eâ, quæ in vobis est, spe, cum mansuetudine & reverentiâ: conscientiâ habentes bonam.* 1 Joh.4. [x] *Quisquis confessus fuerit, quòd Jesus est Filius Dei, Deus in eo manet, & ipse in eo.* Apoc.2. [y] *Esto fidelis usq; ad mortẽ: & dabo tibi coronam vitæ.* Item: [z] *Qui vicerit, & custodierit opera mea; dabo illi potestatẽ super Gentes.* Apocal.3. [a] *Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis: & non delebo nomen ejus de libro vitæ; & confitebor nomen ejus coram Patre meo, & coram Angelis ejus.* Apocal.7. [b] *Amicti albis stolis, hi sunt, qui venerunt ex afflictione magnâ; & dilataverunt stolas suas, & dealbaverunt eas per sanguinẽ Agni.* Rom.10. [c] *Ore fit confessio ad salutem.* 2 Tim.2. [d] *Si sustinemus; & conregnabimus: si negamus; & ille negabit nos.* Colos. [e] *Siquidẽ permanetis in fide fundati & stabiles; nec dimoventini à spe Euangelii, quòd audistis.* Phil.2. [f] *Omnis lingua confiteatur, quòd Dominus sit Jesus Christus, ad gloriam Dei Patris.*

IV. Obedientia erga ministerium, in iis rebus, quę pertinent ad ministerium. Si enim Ecclesia, Dei ministros nõ audit; sed eos spernit & persequitur: Deum ipsum rejicit. quod sanè sponsa Christi non facit; sed sponsa Diaboli. 2 Petr.3. [g] *Memores estis verborum, quæ prædicta sunt a sanctis Prophetis; & mandati nostri, qui sumus Apostoli Domini & Servatoris.* 1 Johan.4. [h] *Qui novit Deum, audit nos: qui non est ex Deo, non audit nos.* 3 Joh. [i] *Nos debemus recipere hujusmodi: ut cooperatores simus veritatis.* Roman.1. [k] *Ut obediatur fidei inter omnes Gentes.* Roman.6. [l] *Obedistis ex animo, in eam, in quam traducti estis, formam doctrinæ.* Rom.10. [m] *Quomodo audient absq; prædicante? &c. At non omnes obedierunt Euangelio.* 2 Corinth.10. [n] *Captivam ducimus omnem cogitationem, ad obediendum Christo: & in promtu habemus vindictam, adversùs omnem obedientiam; cùm impleta fuerit vestra obedientia* Galat.4. [o] *Me velut Angelum Dei suscepistis; velut Christum Jesum.* Philip.2. [p] *Proinde, dilecti mei, quemadmodum semper obedistis, non tanquam in præsentiâ meâ solùm; sed nũc multò magis in absentiâ meâ, &c.* 2 Thess.3. [q] *Quòd-si quis non obedit sermoni nostro; per epistolam hunc indicate.* Pertinent huc testimonia illa; quæ præcipiunt, ut Ecclesiæ obediant suis ministris. *Gal.6.* [r] Philip.2. [s] *Qui sunt ejusmodi, in precio habete. & 1 Tim.5.* [t] Hebr.13. [u] *Obedite præpositis vestris, & cedite eis: ipsi enim vigilant pro animabus vestris*

Huc etiam faciunt testimonia; quæ docent, falsæ Ecclesiæ solenne esse, Ministerio divinitùs ordinato nõ obtemperare; sed refragari. cujusmodi postea recitabuntur.

¶ Caput Ecclesiæ nullum, neq; Angelum, neq; Hominem, faciunt Apostoli; sed solum Dominum nostrum Jesum Christum. Nam 1 Cor.11. [x] Paulus inquit: *Omnis viri caput est Christus: caput autem mulieris, vir: caput verò Christi, Deus.* 1 Corint.3. [y] *Omnia namq; vestra sunt; sive Paulus; sive Apollo, sive Cephas, sive Mundus, sive vita, sive mors, sive præsentia, sive futura: omnia, inquam, vestra sunt: vos autem Christi: Christus verò Dei.* & 1 Corinth.12. [z] *Vos autem estis corpus Christi, & membra ex parte.* 1 Cor.3. [a] *Fundamentum Ecclesiæ Christus est.* & Ephes.2. [b] *Christus* appellatur *angularis lapis, super quo exstructa sit Ecclesia.* Idem *Rom.9.* [c] *& 1 Petr.2.* [d] *& Act.4.* [e] innuitur: *quòd Christus sit ille angularis lapis, reprobatus ab ædificantibus.* Ephes.1. [f] *Eum dedit super omnia caput ipsi Ecclesiæ; quæ est corpus illius, complementum ejus, qui omnia in omnibus adimplet.* Ephes.5. [g] *Christus est caput Ecclesiæ: idem etiam est, qui salutem dat corpori.* Coloss.1. [h] *Et ipse est caput corporis Ecclesiæ; qui est principium, primogenitus ex mortuis: ut sit in omnibus ipse primas tenens.* Col.2. [i] *In illo inhabitat plenitudo deitatis corporaliter: & estis in illo completi, qui est caput omnis principatûs & potestatis.* Et postea: [k] *Nec obtinens caput, ex quo totum corpus, per cõmissuras & compagines subministratum & compactum, augescit augmento Dei.* & Coloss.3. [l] *Sed omnia in omnibus Christus.*

Huc pertinent etiam testimonia, quæ affirmant, Ecclesiam esse corpus Christi. Roman.12. [m] *Quemadmodum corpus unum multa membra habet, &c.* 1 Corinth.6. [n] *Nescitis,*

quòd

[x] verſ.37 38 39
[y] verſ 12. 13 14
[z] verſ 16.
[a] verſ 10.
[b] verſ.8.
[c] v.1.&c.
[d] verſ 1.
[e] verſ 2.
[f] verſ.1.
[g] v.15.16.
[h] verſ.22.
[i] verſ 11
[k] verſ.24
[l] verſ.2.
[m] verſ 6
[n] verſ.15.
[o] verſ 9.
[p] verſ.13.
[q] verſ.20
[r] verſ.11.
[s] v.12. 13.
[t] verſ.11.
[u] verſ.1.
[x] verſ.19.
[y] verſ 9.
[z] verſ 16.
[a] verſ.20.
[b] verſ.17.
[c] verſ.13.
[d] verſ.16.
[e] v.19 20.
[f] verſ.15.
[g] verſ.14.
[h] verſ 19.
[i] v.20.21.
[k] verſ 15.
[l] verſ 17.
[m] verſ.3.4
[n] verſ.10
[o] v.10 11.
[p] verſ.7.8
[q] verſ 12.
[r] verſ.25.
[s] verſ.21.
[t] verſ.21.
[u] verſ.3.4.
[x] verſ 27.
[y] verſ.11.
[z] verſ.13.
[a] verſ.20
[b] verſ 26.
[c] v 22.23
[d] verſ 41.
[e] verſ.12.
[f] verſ 18.
[g] verſ.48.
[h] verſ.18.
[i] v.23 &c.
[k] verſ 10.
[l] verſ.3.
[m] verſ.7.
[n] verſ.21.
[o] verſ.8 9.
[p] verſ.1.
[q] verſ 6.
[r] verſ.20.
[s] verſ.10.
[t] verſ.16.
[u] v.15.16.
[x] verſ 15.
[y] verſ.10.
[z] verſ.26.
[a] verſ.5.
[b] v.13.14.
[c] verſ.10.
[d] verſ.12.
[e] verſ 23.
[f] verſ.11.
[g] verſ.2.
[h] verſ.6.
[i] verſ 8.
[k] verſ.5.
[l] verſ.17.
[m] v.14.16.
[n] verſ.5 6.
[o] verſ.14.
[p] verſ.12.
[q] verſ.14
[x] verſ 3.
[y] verſ 21. 22.23.
[z] verſ.27.
[a] verſ.11.
[b] verſ.20.
[c] verſ 33.
[d] verſ.6.7
[e] verſ 11.
[f] v.21 23.
[g] verſ.23.
[h] verſ.18.
[i] verſ 9.10
[k] verſ.19
[l] verſ.11.
[m] verſ.4.5
[n] verſ.15.

quòd corpora vestra, membra sunt Christi, Ephes.4. [o] *1 Cor.12.* [p]

Item testimonia, in quibus Christi opera, mors, & resurrectio, ità præstita esse dicuntur; ut pro toto genere humano. *Rom.5.* ¶ Et Paulus, *1 Corint.15.* [r] *& 1 Thess.5.* [s] ex resurrectione Christi, tanquam capitis, colligit omnium fidelium resurrectionem.

Testimonia etiã de uno Christo, & mediatore, & summo pontifice perpetuo, monent; Christum esse suę Ecclesiæ caput. qualia sunt: *1 Joh.2.* [t] *1 Tim.2.* [u] *Rom.8.* [x] *Hebr.4.7 & 7.* [y] *& alia ejus epistolæ capitibus.*

Ex his apparet, Apostolos illud dictum; *Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Matth.16.* [*] non intellexisse de Petro, ejusque successoribus; aut de Ecclesiâ Antiochenâ, aut Romanâ, ubi Petrus Euangelium prædicâsse fertur: quòd ille deberet esse caput Ecclesiæ, super quo fundaretur Ecclesia. Nam, si ità Spiritu sancto illuminati eam sententiam Christi intellexissent: utique ut rem valde Ecclesiæ scitu necessariam memoriæ prodidissent. At, quoties de capite Ecclesiæ loquuntur, ejusq; fundamento; neminem, præter solum Christum, proferunt. Nec est existimandum, eos Christum non rectè intellexisse; aut Ecclesiam celare voluisse, quódnam ejus esset caput: cùm Paulus dicat, *Actor.20.* [*] *Non subterfugi, quò-minùs annuntiarem vobis omne consilium Dei.*

¶ Ecclesiam veteris Testamenti, in summis doctrinæ capitibus, cum Ecclesiâ novi Testamenti consensisse: demonstratum est in Loco de Verbo Dei, & Scripturâ; & in Loco de Justificatione. Testimonia verò eã de re exstant: *1 Petr.1.* [a] *2.* [b] *3.* [c] *4.* [d] *& 2 Petr.1.* [e] *2.* [f] *3.* [g] *1 Joh.3.* [h] *Apoc.13.* [i] *Rom.4.* [k] *Gal.3.* [l] *1 Cor.10.* [m] *Hebr.13.* [n] *& Actor.4.* [o] *10.* [p]

¶ Membra vera Ecclesiæ novi Testamenti, ubicunque sint locorum in sanâ doctrinâ Christi, & legitimo usu sacramentorum, congruere debere: constat ex iis testimoniis, quæ de Notis Ecclesiæ paulò antè produximus. quibus etiam illa sunt accensenda, quæ loquuntur de unitate & concordiâ Ecclesiæ. Non enim tantùm de mutuo animorum in aliis rebus; sed etiam, & quidem maximè, de cõsensione in doctrinâ, sunt intelligenda. *1 Petr.3.* ¶ *Omnes sitis unanimes, similiter affecti.* 2 Johan. [r] *Omnis, qui transgreditur, & non manet in doctrinâ Christi, Deum non habet, &c. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert: ne recipiatis eum in domum, nec Ave ei dixeritis.* Eph.4. [s] *Tolerantes vos invicẽ in charitate: studentes servare unitatem spiritûs, per vinculum pacis. Unũ corpus, & unus spiritus: quemadmodum & vocati estis in unâ spe vocationis.* & postea: [t] *Donec perveniamus omnes in unitatẽ fidei, & agnitionis Filii Dei.* Philip.2. [u] *Sitis unanimes, idem sentientes.* Huc etiã pertinent testimonia; quibus Apostoli asserunt: eos, qui à sanâ doctrinâ, & vero usu sacramentorum, aberrant, nõ esse veræ Ecclesiæ membra; sed falsæ. *2 Petr.2.* [x] *& 3.* [y] *1 Joh.2.* [z] *4.* [a] *& 5.* [b] *2 Johan.* [c] *Rom.16.* [d] *2 Corint.11.* [e] *Galat.1.* [f] *5. & Phil.3.* [h] *1 Tim.1.* [i] *2 Timoth.2.* [k] *4.* [l]

¶ Etsi diversa sint verorum Ecclesiæ membrorum dona, & discrimina in hac vitâ: tamen omnes unus esse in Christo]ꝛ ꝛu dicuntur; hoc est, æquales, eadem bona in Christo habentes. Roman.12. [m] *Multi unum corpus sumus in Christo.* 1 Cor.13. [n] *Omnia nanq; vestra sunt; sive Paulus, sive Apollos, sive Cephas, sive Mundus, sive vita, sive mors, sive præsentia, sive futura: omnia, inquam, vestra sunt: vos autem, Christi: Christus verò, Dei.* 1 Corint.10. [o] *Unus panis; unum corpus sumus multi: quoniam omnes ex eodem pane participamus.* 1 Cor.12. [p] *Per unum Spiritum omnes in unum corpus baptizati sumus, sive Judæi, sive Græci, sive servi, sive liberi: & omnes unum spiritum hausimus.* Gal.3. ¶ *Non est Judæus, neq; Græcus: non est servus, neq; liber: non est masculus, neq; fœmina. Omnes enim vos unus estis in Christo Jesu.* & *Ephes.4.* [r] Coloss.3. [s] *ubi non est Græcus, neq; Judæus, circumcisio, & præputium; Barbarus, Scytha, servus, liber: sed omnia & in omnibus Christus.* Item: [t] *Vocati estis in uno corpore.* Et Petrus, 1 epist.3. [u] *etiam mulieres vocat gratiæ coheredes.*

¶ Ecclesiam Christi duraturam in hoc Mundo, usq; ad ejus adventũ; Apostoli etiã monent. nam Petrus, *1 epist.1.* [x] dicit, *Verbum Domini* (hoc est Euangelium) *manere in æternum.* Est autem id seminarium Ecclesiæ. Quare [illegible]

etiam Ecclesiam manere usq; ad finem sæculi. Idem, *1 epistol.5.* [y] hortatur *Presbyteros, ut gregem Dei pascant: donec appareat pastorum princeps, & reddat ut præmia.* Idem, *2 epist.3.* [z] etsi ostendat, *extremis diebus fore multos illusores*: tamen etiã monet, *pios, exspectantes adventum Christi, futuros.* Johannes *1 epist.2.* [*] monet, *ut in Christo maneamus: quò fiduciam possimus habere, cùm apparuerit.* In Apocalypsi verò, multis imaginibus pingit Ecclesiæ, usq; ad adventum Christi, durationem: licèt Diabolus, Antichristus, & scortatores cum meretrice Babylonicâ, miris modis sint eam conquassaturi & desolaturi. *Apocal.11.12.14.18.19.21.* Paulus verò, multis modis asserit durationem Ecclesiæ. *Primùm* enim eo monet: quòd Christum docet ascendisse in altum, & dare dona hominibus; & sibi colligere Ecclesiam usque ad finem Mundi. *Rom.8.* [a] *Eph.4.* [b] *Deinde*, quòd docet, Ministerium verbi exire in omnem orbem terrarum; per quod Deus sit efficax, ad colligendam sibi Ecclesiam. *Rom.1.* [c] *10.* [d] *2 Cor.2.* [e] *10.* [f] *& alibi passim. Tertiò*, quòd, loquens de resurrectione, apertè affirmat; pios quosdam tùm adhuc in vivis futuros, qui immutabuntur in ictu oculi. *1 Corinth.15.* [g] *1 Thessal.4.* [h]

Porrò, admodum rara tamen Ecclesiæ veræ membra sub finem Mundi fore; ob Antichristi regnum, quod est colluvies omnium hæresium & scelerũ Sodomiticorum, & ob varia schismata, offendicula, persequutiones, & Epicureismũ: apertè prædicunt. Petrus quidem, *2 epist.2.* [i] *& 3.* [k] Johannes, *1 epist.2.* [l] *& 4.* [m] *& 2 Joh.* [n] *& per integram Apocal.* Paulus verò, *Actor.20.* [o] *2 Thess.2.* [p] *1 Tim.4.* [q] *2 Tim.3.* [r] *& 4.* [s]

¶ Ecclesiam non esse certo alicui loco, certis personis, aut alicui ordinariæ successioni, ità alligatam; ut alibi esse nequeat, aut ibi eam esse semper oporteat: sed in quovis loco, & apud quoslibet homines, si modò ibi sonet vox Euangelii incorrupta, & rectè administrentur Sacramenta. Ecclesiam colligi; ac ibi esse posse vera Ecclesiæ membra: docent Apostoli. nam Petrus, *Act.2.* [t] inquit: *Vobis facta est repromissio, & filiis vestris, & omnibus qui longe sunt; quoscunq; advocaverit Dominus Deus noster.* Idem, *Actor.10.* [u] *Re-ipsâ comperio, quòd non sit personarum respectus apud Deum: sed in quâvis gente, qui timet ipsum, acceptus est illi.* Idem, *Act.15.* [x] in Concilio Hierosolymitano testatur: *Deum inter Judæos & Gentes nihil discrevisse; cùm fide purificaverit corda illorũ.* Et Petrus 1 epist.1. [y] scribit *advenas, sparsim incolentibus Ponticam, Galaticam, Cappadociã, Asiam, Bithyniam.* & dicit, [z] *eos invocare Patrem, citra personarum respectum judicantem, juxta cujusq; opus.* Et 2 epist.2. [a] monet: *eos, qui aliquando membra Ecclesiæ visi fuerunt, posse ab agnitâ veritate deficere, & conversi à sancto præcepto; stà ut fiant in postrema pejora primis.* Johannes etiam, *1 epist.2.* [b] docet; *eos, qui aliquandiu in cœtu externo Ecclesiæ fuerunt, tandẽ evasuros membra Antichristi.* Quod fieri non posset: si Ecclesia esset alligata ad certas personas. Idem, *Apocal.2. & 3.* ostendit; Christum septem illis Ecclesiis, earumq; Episcopis; nisi manserint in sincerâ doctrinâ, & constanti confessione; minari abjectionem. Item, *Apoc.17.* digito monstrat urbem Romam, olim Ecclesiæ sedem, tandem in Antichristi, seu meretricis Babylonicæ, domicilium, & dæmoniorum cloacam & colluviem, degeneraturam. Quod Spiritus sanctus non indicaret: si sciret, ad urbem Romam alligatam esse Ecclesiam; & ad ejus impurissimum hominum genus, Papas, Cardinales, Episcopos & Clericos.

Hanc doctrinam etiam Paulus confirmat: *primùm* illis generalibus sententiis; quòd Deus non sit [illegible], acceptor personarum. Rom.2. [c] *Non enim est personarum respectus apud Deum.* Gal.2. [d] *Personam hominis non accipit Deus.* Eph.6. [e] *Scientes, quòd & vester ipsorum Dominus est in cœlis; nec personæ respectus apud illum.* Coloss.3. [f] *Qui peccavit, repetabit peccatum suum: & nõ est personarum respectus apud Deum.* Rom.10. [g] *Nõ est distinctio Judæi, vel Græci: nam idem Dominus omnium.* 2 Corint.10. [h] *Non enim, qui seipsum commendat, ille probatus est: sed is, quem Dominus commendat.* Deinde etiam illis dictis, quæ agunt de Vocatione gẽtium: quæ suprà retulimus. *Tertiò*, illis etiam, quibus docet, in omni loco Deum coli & invocari debere. *1 Cor.1.* [i] *1 Tim.2.* [k]

Postremò, hanc sententiam etiam comprobat historia

ipia. Constat enim ex Actis, passim in multis locis collectas esse Ecclesias. *& epistola ad Galatas* missis est; Ecclesias, in aliquo loco bene infundatas, facilè per falsos doctores subverti posse. quod non fieret: si ad certa loca alligata esset Ecclesia. Inquit enim Paulus, Galat.4.[l] *Metuo de vobis, ne frustra laboraverim erga vos.* Idem 1 Thessal.3.[m] inquit: *ut cognoscerem fidem vestrã: ne quo pacto tentâsset vos ille qui tentat; & inanis factus esset labor noster.* & 2 Timoth.2.[n] dicit; *Hymenæum & Philetum quorundam subvertisse fidem.* Quibus autem rebus alligata sit Ecclesia; suprà de notis Ecclesiæ veræ indicavimus.

¶ Nec illud silentio prætereunt Apostoli: quòd Ecclesia utplurimùm sit cœtus hominum plebeiorum, & fortunæ tenuioris. Ditiores enim & sapientiores hujus seculi, aut Ecclesiæ se non adjungere; aut frigidiùs rebus Dei afficiantur. Nam Petrus, *in suâ priori epistolâ*, ità loquitur de veris Ecclesiæ membris: ut manifestè ostendat, eos esse afflictos, humiles, viros, mulieres, servos, presbyteros. Johannes etiam *in Apocalypsi*,[o] cùm depingit Ecclesiam; utitur imagine mulieris parientis & afflictæ. Reges & Principes terræ, & mercatores, & nobiles, dicit scortari cum meretrice Babylonicâ; ejusque adorare imaginem; & unà cum illâ persequi Ecclesiam: *Apocal.14.17.18.19.20.*

Paulus verò etiam apertis dictis hanc sententiam confirmat. 1 Corint.1.[p] *Videtis enim vocationem vestram, fratres: quod non multi sapientes secundùm carnem, non multi potentes, non multi claro genere nati. verùm, quæ stulta erant secundùm mundum, delegit Deus, ut pudefaceret sapientes: & quæ erant imbecillia in mundo, delegit Deus; ut pudefaceret ea, quæ sunt robusta: & quæ ignobilia erant in Mundo contemptaq;, delegit Deus, & ea quæ non erant; ut ea, quæ sunt, obliteraret. ut ne glorietur ulla caro coram ipso.* 1 Corinth.2.[q] *Sapientiam autem non seculi hujus, neq; principum seculi hujus, qui abolentur: sed loquimur sapientiam Dei in mysterio, quæ est recondita: quam præfinierat Deus ante secula, in gloriam nostram: quam nemo principum hujus seculi cognovit. Nam, si cognovissent; haudquaquam Dominum gloriæ crucifixissent. Sed, quemadmodum scriptum est; quæ oculus non vidit, & auris non audivit, & in cor hominis non ascenderunt, ea præparavit Deus diligentibus se.* 1 Corinth.3.[r] *Si quis sibi videtur sapiens esse inter vos: in seculo hoc stultus fiat; ut reddatur sapiens. Etenim sapientia Mundi hujus, stultitia est apud Deum. Scriptum est enim: Qui comprehendit sapientes in astutiâ ipsorum. Et rursum: Dominus novit cogitationes sapientum, quòd sint vana. Itaque ne quis glorietur in hominibus.* 1 Corinth.4.[s] *Arbitror, quòd Deus nos, qui sumus Apostoli postremi, ostenderit tanquam mortis additos. Quoniam spectaculum facti sumus Mundo, & Angelis, & Hominibus. Nos stulti propter Christum; vos autem prudentes per Christum: nos imbecilles; vos autem validi: vos clari; nos contemti. Ad hoc usque tempus esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & incerti vagamur sedibus, & laboramus operantes propriis manibus: male audientes, benedicimus: persecutionem patientes, sustinemus: convitiis affecti, obsecramus: veluti excrementa Mundi facti sumus, omnem rejectamentum, ad hunc usque diem.* 2 Corinth.6.[t] *In omnibus commendemus nos-ipsos, ut Dei ministri: in tolerantiâ multâ; in afflictionibus, in necessitatibus, in anxietatibus, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in jejuniis; in puritate, in scientiâ, in animi lenitate, in benignitate, in Spiritu sancto, in charitate non-simulatâ, in sermone veritatis, in potentiâ Dei: per arma justitiæ dextra ac sinistra, per gloriam & ignominiam, per convitia & laudes: quasi impostores; & tamen veraces: quasi ignoti; & tamen noti: quasi morientes; & ecce vivimus: quasi correpti; & non occisi: quasi dolentes; semper tamen gaudentes: quasi pauperes; multos tamen ditantes: ut nihil habentes; & tamen omnia possidentes.*

Jacobi etiam epistola,[u] *pauperem, sordidâ veste incedentem, præfert diviti splendido & impio.* Dicit etiam;[x] *divites tyrannidem exercere in pios, eosq;, ad tribunalia trahere.* Inquit etiam inter cætera:[y] *Nónne Deus elegit pauperes hujus Mundi, divites in fide, & hæredes regni; quod promisit his, à quibus dilectus fuerit?* Jac.5.[z] in divites invehitur gravissimè, propter contemtum Dei, & persequutionem piorum.

Historia etiam comprobat; nõ multos sapientes & potentes hujus seculi, doctrinâ Euangelii suscepisse, & membra veræ Ecclesiæ factos esse. Nam *ex Actis* apparet potentiores Hierosolymis, Sacerdotes, Magistratus templi, Saducæos, Principes, Seniores, Scribas, Annam Pontificem, Caipham, Johannem, Alexandrum, & quotquot erant de genere pontificio; Herodem, Pontium Pilatum, *Act.4.*[a] 5. Synagogicos, *Actor.6.*[b] non amplexos; sed persequutos esse doctrinam Apostolorum: *Actor.3.4.5.6.7.* Idem in aliis etiam accidit locis.

Verumtamen, non prorsus divites & sapientes à communione Ecclesiæ excludunt; quasi omnino non pertineãt ad Ecclesiam, & non possint esse membra veræ Ecclesiæ: (id enim esset, facere Deum prosopoleptem; & universales illas sententias evertere: *Huic testimonium perhibent omnes:* Actorum 10.[c] *Per hunc omnis, qui credit, justificatur:* Actor.13.[d] *Ad salutem omni credenti*, Rom.1.[e] & similes) sed loquuntur de eo, quòd soleat communiter accidere; ut non multi potentes, non multi nobiles, cœtui veræ Ecclesiæ sint adjuncti. Nam aliàs concedunt omnino; & sapientes, & nobiles, & potentes, si Euangelii doctrinam amplectantur, & in fide usque ad finem perseverent: membra Ecclesiæ esse. Johannes, alteram epistolam, *ad Dominam quandam, ejusq; filios*, scripsit: quam opulentam fuisse, vox *Domina* innuere videtur. Paulus, *1 Tim.6.*[f] licèt dicat, *eos, qui cupiunt ditescere*, (scilicet inordinato modo) *incidere in tentationem, & laqueũ, & cupiditates multas, stultas & noxias*: tamen Timotheo præscribit *præcepta, quæ divitibus in hoc præsenti seculo deberet tradere.* quibus nihil opus esset: si divites non possent veræ Ecclesiæ societate frui.

Exempla etiam hanc sententiam confirmant. nam Lucas *Act.8.*[g] testatur, multam turbam Sacerdotum obedisse fidei. Fit etiam Eunuchus, præfectus Candaces, reginæ Æthiopum, quem præfecerat universæ gazæ suæ, verum Ecclesiæ membrum: *Actor.8.*[h] Nec Cornelium tenuis fortunæ hominem, unà cum suâ familiâ, fuisse, apparet: *Actor.10.*[i] Sergius Paulus Proconsul etiam adjungitur Ecclesiæ, ad fidem conversus à Paulo Apostolo: *Actor.13.*[k] Magna Græcorum multitudo, mulieresq; primariæ non paucæ, Thessalonicæ Paulo adjunguntur: *Act.17.*[l] & Jason, hospes Pauli, ad tribunal abreptus, mulctâ se-le liberat: *Ibidem.*[m] Credidit etiam Domino Crispus Archisynagogus Corinthi, cum totâ domo suâ: *Actor.18.*[n]

¶ Plerumq; etiam rarum exiguumq; cœtum, ad veram Ecclesiam pertinentium, esse, præ numerosissimo agmine impiorum; passim monent Apostoli. Nam Petrus, tãùm octo animas in arcâ servatas esse, perditis aliis inobedientibus: *1 epist.3.*[o] ex Sodomâ & Gomorrhâ, Loth cum suis tantùm esse ereptũ; aliis igne ad inferos dejectis: *2 epist.2.*[p] narrat. Johannes, appellatione *Mundi*, notat Ecclesiam impiam: *1 Johan.3.*[q] *& 4.*[r] *& 5.*[s] quo etiam raritatem piorum innuit. Idem, Apocal.7.[t] *Audivi numerum signatorum; centum-quadraginta-quatuor millia signati, ex omni tribu filiorũ Israël.* Apoc.14.[u] *Agnus stans super montẽ Sion, & cum eo centum-quadraginta-quatuor millia, habentiũ nomen Patris ejus scriptum in frontibus suis.* Etsi autem hic numerus certus pro incerto ponatur: tamen, absq; dubio, eo Deus voluit paucitatem verorum Ecclesiæ membrorum significare. Paulus, Rom.11.[x] *Deum sibi ex Judæis sua septem millia conservâsse; alias excæcatus: & non esse omnium fidem,* 2 Thess.3.[y] dicit.

¶ Membra veræ Ecclesiæ ab hypocritis & filiis hujus seculi odio haberi, excõmunicari, aliisq; variis calamitatum generibus affligi, & miserè fœdeq; trucidari; Apostoli monent: suosque præmuniunt, ne tàm lugubri & fœdâ Ecclesiæ formâ absterreantur. Nam Petrus, in suâ priori, totus ferè in hoc est: ut doceat afflictos Christianos; non esse malo argumento, quòd ab impiis afficiantur malis. Inquit enim, 1 epist.2.[z] *At, si bene facitis, & tamen malis afficimini; sufferitis. Hæc enim est gratia apud Deum. siquidem in hoc vocati estis: quoniam & Christus afflictus est pro nobis.* Et 1 epist.4.[a] *Si probris afficimini in nomine Christi; beati estis.* item:[b] *Judicium à domo Domini incipit.* Idem, 2 epist.2.[c] *Sodomitas justam animam Lothi suis iniquis factis excruciâsse*, ait. Johannes, 1 epist.3.[d] dicit, *Cain Abelem fratrem occidisse, propter ipsius ejus opera.* Item:[e] *Ne miremini, si vos odit Mundus.* In

Apoca-

[l] vers.11. [m] vers.5. [n] 2 v.17.18. [o] cap.12. [p] v.26.& c. [q] v.6 &c. [r] v.18. & c. [s] v.9. & c. [t] v.4. & c. [u] cap.2.v. 2.3. [x] vers.6. [y] vers.5. [z] vers.1. & sqq. [a] v.5.6.27. [b] vers.9. [c] vers.49. [d] vers.39. [e] vers.16. [f] vers.9. & 17. [g] vers.37. [h] vers.27. & 37. [i] vers.42. [k] v.7.12. [l] vers.4. [m] vers.9. [n] vers.8. [o] vers.20. [p] vers.9. [q] vers.15. [r] vers.1. [s] v.4 & 20. [t] vers.4. [u] vers.1. [x] vers.4.7. [y] vers.2. [z] v.20.21 [a] vers.14. [b] vers.17. [c] vers.8. [d] vers.12. [e] vers.13.

Apocalypſi verò, multis figuris pingit quas miſerias vera Eccleſia ab Antichriſtianâ ſit perpeſſura. *Apoc.12.* [f] *& 13.* [g] *Datum eſt illi Beſtiæ*, (quæ eſt Romanum Imperium, per Papam inſtauratum) *bellum facere cũ Sanctis, & vincere eos.* Apoc.17. [h] *Hi* (ſcilicet Reges Romani Imperii) *cum Agno pugnabunt: & Agnus vincet eos, & qui cum illo ſunt vocati, electi & fideles.* Apoc.19. [i] *Vidi Beſtiam & Reges terræ, & exercitum eorum congregatos, ad faciendum prælium cum illo, qui ſedebat in equo, & cum exercitu ejus.* Et Paulus, Gal.4. [k] *Sed quemadmodum tunc is, qui ſecundùm carnem erat natus* (ſcil. Iſmaël) *perſequebatur eũ, qui natus erat ſecundùm ſpiritum: ità & nũc.* Idem 1 Theſſ.2. [l] dicit; *Judæos perſequutos eſſe Prophetas, & Chriſtum, & Eccleſias in Judæâ.* 2 Tim.3. [m] *Sed & omnes, qui volunt piè vivere in Chriſto Jeſu, perſequutionem patientur.* Et Hebr.10. [n] *etiã veram Eccleſiam à falsâ afflictam eſſe*, cõmemorat. Sed de hac re plura teſtimonia ſuo loco referentur.

¶ Bona plurima, eaque præclariſſima, tum ſpiritualia, tum corporalia, hujus & futuræ vitæ, Eccleſiam veram & omnia ejus membra habere; Apoſtoli docent: ut ex locis, qui hactenus ſunt tractati, & iis quos ſubjiciemus, conſtat. Præcipua verò hùc adſcribere non pigeat.

Habet Eccleſia ſincerum Dei verbum, & genuinum uſum Sacramentorum. *1 Petr.1.* [o] *2.* [p] *4.* [q] *2 Petr.1.* [r] *1 Joh.1.* [s] *& 2 Joh.* [t] *Rom.10.* [u] *1 Cor.2.* [x] *2 Cor.2.* [y] *5.* [z] *Galat.1.* [a] *Eph.1.* [b] *1 Tim.3.* [c] *2 Tim.1.* [d]

Habet veram Dei notitiam. *1 Petr.1.* [e] *2 Pet.3.* [f] 1 Joh.2. [g] *Cognoviſtis Patrem.* 1 Johan.5. [h] *Venit Filius Dei, & dedit nobis mentem, ut cognoſcamus eum qui verus eſt, & ſimus in vero.* 1 Cor.2. [i] *Nos mentem Chriſti tenemus.* Gal.4. [k] *Poſteaquàm cognoviſtis Deum; imò cogniti eſtis à Deo.*

Diſponiatur in Eccleſiâ per verbum, remiſſio peccatorum, gratia Dei, Spiritus ſanctus. *1 Joh.2.* [l] *3.* [m] *4.* [n] *Rom.1.* [o] *10.* [p] Eph.1. [q] *Poſteaquàm credidiſtis, obſignati eſtis Spiritu ſanctis. Gal.3.* [r] *& 4.* [s] *Act.10.* [t]

Habet Eccleſia lavacrum regenerationis, Baptiſmum. *1 Petr.3.* [u] *Epheſ.5.* [x] *Rom.6.* [y] *Act.2.* [z]

Habet pulcerrimum ornatum; nempe juſtitiam Domini noſtri Jeſu Chriſti, per fidem imputatam, *Roman.3.* [a] *4.* [b] *5.* [c] *Galat.2.* [d] *3.* [e]

Habet impletionem Legis, à Chriſto pro ſe præſtitam. *Rom.8.* [f] *10.* [g] *Galat.4.* [h]

Liberata eſt à damnatione & exſecratione Legis. *Gal.3.* [i] 1 Tim.1. [k] *Juſto non eſt poſita lex.*

Habet etiam communicationem corporis & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti. *1 Cor.10.* [l] *& 11.* [m]

Eccleſia eſt templum Dei, & Spiritûs ſancti, in eâ inhabitantis, & in ſingulis membris ejus. *1 Corinth.3.* [n] *6.* [o] *2 Corinth.6.* [p] *1 Cor.7.* [q] *Galat.4.* [r] *Rom.8.* [s] *1 Johan.3.* [t] *1 Petr.4.* [u] *2 Petr.1.* [x]

Habet jus filiorum Dei; hæreditatem Dei, & cohæreditatem cum Chriſto. *Rom.8.* [y] *Galat.4.* [z]

Habet ſummum Pontificem, & caput ſuũ, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, à dextris Dei ſedentẽ, & omnia in ſuâ poteſtate habentem; & pro Eccleſiâ apud Patrem intercedentem. *Roman.8.* [a] *Epheſ.1.* [b] *Coloſſ.1.* [c] *3.* [d] *1 Petr.4.* [e] *Hebr.4.* [f] *7.* [g] *& aliis capitibus.*

Poteſt Deum rectè invocare; & omnis generis corporalia & ſpiritualia beneficia impetrare. *1 Joh.3.* [h] *5.* [i] *Rom.10.* [k] *1 Petr.1.* [l]

Non poteſt avelli à dilectione Dei, quæ eſt in Chriſto Jeſu. *Rom.8.* [m]

Habet victoriam cõtra peccatũ, mortem, & Diabolum. *1 Petr.3.* [n] Rom.6. [o] *Peccatum vobis non dominabitur.* 1 Cor.15. [p] *Mors, ubi eſt victoria tua?* 1 Joh.3. [q] *In hoc apparuit Filius Dei, ut deſtrueret opera Diaboli.* Hebr.2. [r] *ut per mortem deſtrueret eum, qui habet mortis imperium; hoc eſt, Diabolum.* Epheſ.6. [s] *ut poſſitis telamalis illius extinguere.*

Habet gaudium Spiritûs ſancti, & pacem. *Rom.5.* [t] *14.* [u] *Galat.5.* [x]

Habet ſuum πολίτευμα in cœlis; & indè exſpectat Chriſtum redeuntem, & Eccleſiam ſuo glorioſo corpori conformem reddentem. *Philip.3.* [y] *2 Theſſal.1.* [z] *1 Corinth.15.* [a] *1 Johan.3.* [b]

Habet vitam æternam. *1 Johan.5.* [c]

Corporalia etiam pro neceſſitate à Deo accipit bona. *1 Joh.5.* [d] 1 Tim.4. [e] *Deus eſt ſervator omnium hominum, maximè fidelium.* 1 Timoth.6. [f] *Deus præbet nobis omnia affatim ad fruendum.*

Eccleſia etiam habet miracula omnium ampliſſima. ut Chriſti curationes, quas verbo effecit, abſque aliis mediis. *Act.10.* [g]

Reſurrectionem Chriſti: *Act.2.* [h] *3.* [i] *4.* [k] *10.* [l] Chriſti aſcenſionem ad cœlos: *Act.1.* [m] *Epheſ.4.* [n]

Senſibilem Spiritûs S. miſſionem: *Act.2.* [o] *8.* [p] *10.* [q]

Miracula per Apoſtolos edita: *Act.3.* [r]

Reſuſcitationes mortuorum: *Act.9.* [s] *& 20.* [t]

Inſignes liberationes Apoſtolorum, ex multis magnis periculis & malis. *Act.5.* [u] Apoſtoli è carcere per Angelum educuntur. *Act.12.* [x] Petrus per Angelum liberatur. Pauli pericula enumerantur, *2 Cor.11. & 12.* Idem è faucibus leonis ſe ereptum dicit, *2 Tim.4.* [y]

Illuſtres converſiones, qualis eſt Pauli, *Act.9.*

Inſignia teſtimonia, qualia ſunt: quòd *Act.4.* [z] orante Eccleſiâ, moveatur locus; & replentur omnes Spiritu S. Sic, orante Paulo & Barnabâ fit terræmotus; & aperitur carcer: *Act.16.* [a]

Viſiones. *Act.10.* [b] Petrus viſionem habuit de vocandis Gentibus. *Act.16.* [c] vir Macedo rogat Paulum; ut, profectus in Macedoniam, ſuccurrat Macedonibus. *Act.18.* [d] Paulus nocte per viſionem à Domino confirmatur; ut in Corintho cõſtanter colligat Eccleſiam. *Act.23.* [e] Dominus Paulum monet, quòd debeat etiam Romæ prædicare Euangelium. *Act.27.* [f] Angelus Paulo naufragium, & nautarum incolumitatem, denunciat.

Habet & alia dona Spiritûs ſancti: de quibus. *Rom.12.* [g] *1 Cor.12.* [h] *Epheſ.4.* [i]

¶ Eccleſiæ veræ eandem poteſtatem, quam Chriſtus ei dedit, & ipſi Apoſtoli attribuunt: nempe ſpiritualem, quæ in verbo ejuſq; virtute conſiſtit; & nõ in gladio corporali. 2 Cor.10. [k] *Arma militiæ noſtræ, non carnalia ſunt; ſed potentia Deo, ad demolitionem munitionum: quibus conſilia demolimur, & omnem celſitudinẽ, quæ extollitur adverſus cognitionem Dei; & captivam ducimus omnem cogitationem, ad obediẽdum Chriſto: & in promtu habemus vindictam, adversùs omnem inobedientiam; cùm impleta fuerit veſtra obedientia.* Epheſ.6. [l] *Accipite gladium Spiritûs, qui eſt verbum Dei.* In eodẽ loco, arma Eccleſiæ ſpiritualia deſcribit. Et quidem Paulus eleganter monet; *Eccleſiæ poteſtatem, in ædificationem; & non in deſtructionem, conceſſam eſſe:* 2 Cor.10. [m] & 13. [n]

Conſiſtere autem poteſtatem Eccleſiæ in his gradibus; Apoſtoli docent. *Primùm*, in vero uſu clavium Chriſti: hoc eſt, in poteſtate annuntiãdi remiſſionem peccatorum, in nomine Chriſti, peccatoribus pœnitentiam agentibus; impœnitentibus verò, denuntiandi judicium Dei, & pœnas æternas. Teſtimonia de utràque, ſcilicet ſolvendi & ligandi clave, & exempla, ſuo loco recenſui mus. exſtant autem, *Act.5.* [o] *8.* [p] *9.* [q] *1 Corinth.5.* [r] *2 Corinth.2.* [s] *1 Timoth.1.* [t] *2 Theſſal.3.* [u] *Galat.1.* [x]

Deinde, in judicando de unaquâvis doctrinâ. Præcipiũt enim ſingulis Chriſtianis; ut de doctrinis, quaſcunque audiant, judicium faciant: & cum doctrinâ Chriſti ſincerâ & patefactâ conſentientes, jubent amplecti; diſſentientes verò, damnari & vitari. 2 Petr.3. [y] *Vos igitur, poſteaquam præmoniti eſtis, cavete, ne ſimul cum aliis, nefariorum errore abducti, excidatis à propriâ ſtabilitate.* 1 Johan.2. [z] *Quis eſt mendax, niſi is, qui negat* JESUM *eſſe Chriſtum? Hic eſt Antichriſtus, qui negat Patrem & Filium.* 1 Joh.4. [a] *Chariſſimi, ne cuivis ſpiritui credatis; ſed probate ſpiritus, an ex Deo ſint: quoniam multi Pſeudoprophetæ exierunt in Mundum.* In Apocalypſi etiam paſſim deſcribuntur Angeli, hoc eſt, doctores: qui admoniturі ſint Eccleſiam, ut fugiat falſa dogmata Hæreticorum & Antichriſti. Apocal.14. [b] 18. [c] *Exite de illâ, populus meus: ne participes ſitis delictorũ ejus; & de plagis ejus ne accipiatis.* 2 Cor.6. [d] *Ne ducatis jugum cum incredulis. Quod enim conſortium juſtitiæ cum injuſtitiâ? aut quæ communio lucis cum tenebris? aut quæ concordia Chriſto cũ Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? aut quid convenit templo Dei cum ſimulacris?* Idem Paulus objurgat totã Eccleſiam *Galatas*; [e] quòd

Pseudoapostolorum falsam doctrinam non dijudicarint,
& vitarint. & Philip.3. [c] inquit: *Cavete canes; cavete malos*
[f] *operarios; cavete concisionem.* Coloss.2. [f] *Videte, ne quis sit,*
qui vos deprædetur per philosophiam, & inanem deceptionem,
juxta constitutionem hominum, juxta elementa Mundi, & non
[g] *juxta Christum.* Et posteà: [g] *Ne quis vobis palmam interver-*
tat datâ operâ, per humilitatem & superstitionem Angelo-
[h] *rum.* 1 Thessal.5. [h] *Omnia probate: quod bonum est, tenete.*
[i] 1 Timoth.4. [i] *Profanas & aniles fabulas rejice.* Et cap.6. [k]
[k] *O Timothee, depositum serva; devitans profanas vocum ina-*
nitates.

Hanc ob causam, ut Ecclesia possit judicare verùm & falsam doctrinam: Paulus etiam præcipit, *ut Episcopus sit*
doctrinæ aptus ad docendum; & qui possit cùm adversantes con-
[l] *vincere:* Tit.1. [l] & 3. [m] *Hæreticum hominem, post unam atque*
[m] *alteram admonitionem, fuge.* Hebr.13. [n] etiam monet Ec-
[n] clesiam, *ne variis & peregrinis circumferatur doctrinis.* quod
quid aliud est, quàm Ecclesiæ tribuere judicium de doctri-
nâ cujuivis? Jacobus jubet, *aberrantes à veritate in viam re-*
[o] *ducere:* Jac.5. [o] Idem in epistolâ suâ Judas facit. [p]

Regulam autem, seu lapidem Lydium, quo probari omnia doctrinarum genera debeant; docent, esse doctri-
nam Christi. 1 Johan.2. [q] *unctio, quam vos accepistis ab eo,*
manet in vobis, &c. &, sicut vos docuit, manete in eâ. 1 Johan.
4. [r] *Per hoc cognoscite Spiritum Dei. Omnis spiritus, qui con-*
fitetur JESUM Christum in carne venisse, ex Deo est. Et o-
mnis spiritus, qui non confitetur JESUM Christum in carne
venisse, ex Deo non est. & hic est ille spiritus Antichristi: de quo
[s] *audistis, quòd venturus sit; & nunc in mundo est.* 2 Johan. [s]
Intuemini vos-ipsos: ne perdamus, quæ operati sumus; sed ut
mercedem plenam recipiamus. Omnis, qui transgreditur, & non
manet in doctrinâ Christi; Deum non habet. Qui manet in do-
ctrinâ Christi; hic & Patrem & Filium habet. Si quis venit
ad vos, & hanc doctrinam non affert: ne recipiatis eum in do-
mum; nec Ave ei dixeritis. Qui enim dicit illi Ave; communi-
[t] *cat operibus ejus malis.* Roman.16. [t] *Considerate eos, qui dissi-*
dia & offendicula faciunt, adversùs doctrinam, quam vos didi-
[u] *cistis: & declinate ab illis.* 1 Timoth.6. [u] *Si quis diversam se-*
quitur doctrinam; & non accedit sanis sermonibus Domini no-
stri JESU Christi, & ei quæ secundùm pietatem est doctrinæ:
[x] *&c. abhinc, qui ejusmodi sunt, sejungere.* Galat.1. [x] *Cæterùm,*
etiamsi nos, aut Angelus è cælo, prædicaverit vobis Euangelium;
præter id, quod prædicavimus vobis: anathema sit. Quemadmo-
dum antè diximus; & nunc iterum dico: si quis vobis prædicave-
rit aliud Euangelium, præter id quod accepistis; anathema sit.
[y] Idem etiam, 2 Timoth.3. [y] *Scripturam* ait *prodesse ad do-*
ctrinam, & redargutionem; ad correctionem, & institutionem.
[z] & Ephes.2. [z] eam ob causam, *Ecclesiam esse exstructam su-*
per fundamentum Apostolorum & Prophetarum: hoc est, Ec-
clesiam esse custodem scriptorum & doctrinæ Prophetarum & Apostolorum; qui Dominum nostrum JESUM
Christum Salvatorem mundi monstrant, unanimi consensu. Actor.10. [a] *Huic testimonium perhibent omnes Pro-*
[b] *phetæ, &c.* 1 Cor.3. [b] *Fundamentum aliud nemo potest ponere,*
præter id quod positum est; quod est Jesus Christus.

Donum etiam intelligendi & interpretandi Scripturam, juxta *analogiam* fidei; docent esse penes veram Eccle-
siam, ejusque membra: idque non alligatum esse ad cer-
tas personas hominum; sed à Deo, ad ædificationem Ec-
clesiæ, liberè donari sacram Scripturam legentibus, & me-
ditantibus, & à Deo sapientiam & intellectum petentibus.
[c] Nam Petrus, 2 epist.1. [c] jubet *attendere propheticos sermones;*
[d] *donec dies illucescat, & lucifer exoriatur in cordibus nostris.*
Idem, 1 epist.4. [d] *Ut quisq; accepit donum; ità alius in alium*
ministrantes. &c. Si quis loquitur; loquatur ut eloquia Dei.
Et Paulus, inter varia dona, prophetiam, hoc est, donum
[e] intelligendi & exponendi Scripturam, numerat, Rom.12. [e]
Sive prophetiam, juxta analogiam fidei: hoc est, ut expositio
[f] Scripturæ non impingat in articulos fidei. 1 Corinth.12. [f]
Divisiones autem donorum sunt; sed idem spiritus: & divisio-
nes ministeriorum sunt; & idem Dominus: & divisiones opera-
tionum sunt; sed idem est Deus, efficiens omnia in omnibus. Unu-
cuiq; verò datur manifestatio Spiritûs, ad id quod expedit. nam
huic quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ: alii verò ser-

mo scientiæ, secundùm eundem Spiritum: alii verò fides, per eun-
dem Spiritum: alii verò dona sanationum, per eundem Spiri-
tum: alii verò efficacia potentiarum: alii verò prophetia; alii
verò discretiones spirituum; alii verò genera linguarum; alii
verò interpretatio linguarum: sed omnia hæc efficit unus ille
& idem Spiritus, dividens peculiariter unicuique, sicuti vult.
1 Corinth.14. [g] *Prophetæ verò duo aut tres loquantur: & ce-*
teri dijudicent. Porrò, si alii fuerit revelatum assidenti: prior
taceat. Potestis enim omnes singulatim prophetare: ut omnes
discant; & omnes consolationem accipiant. Et posteà: [h] *Spi-*
ritus prophetarum ipsis prophetis subjiciuntur. Proinde, fratres,
ad id estote amulis; ut prophetetis: & loqui linguis ne vetueritis.
1 Thessal.5. [i] *Spiritum ne extinguatis: & prophetias ne aspe-*
rnemini. 2 Timot.1. [k] *Ut suscites donum, quod in te est, per im-*
positionem manuum mearum. 2 Tim.3. [l] *Sacræ literæ te eru-*
ditum possunt reddere ad salutem, per fidem quæ est in Christo
Jesu. Jac.1. [m] *Si cui deest sapientia: postulet ab eo qui dat, nem-*
pè à Deo. & posteà: [n] *Omnis donatio bona, & omne donum*
perfectum, è superne est, descendens à Patre luminum. 1 Jo-
[o] *han.2.* [o] *Vos unctionem habetis à sancto illo; & nostis omnia.*
Non scripsi vobis, quasi ignorantibus veritatem; sed tanquam
scientibus eam.

Tertiò, habet Ecclesiam in quolibet loco, hoc est, totius cœtus, tum (ut nunc vocamus) Laicorum, tum Clerico-
rum, conjunctim, potestatem eligendi, vocandi, & ordi-
nandi Ministros idoneos; & deponendi, & fugiendi falsos
doctores, aut vitæ turpitudine ædificationi Ecclesiæ no-
centes. Constat hæc ex testimoniis, de Potestate clavium.
nam Claves toti Ecclesiæ sunt traditæ. Ea verò, si vocat
ministros; nihil aliud facit, quàm ut eis claves commendet.
Pertinet ergo ea potestas, ad totũ Ecclesiæ cœtum. Deinde, exempla idem comprobant. Nam *Actorum 1.* [p] non ab
Apostolis tantùm; sed à totâ Ecclesiâ, Matthias in locum
Judæ subrogatur. *Act.6.* [q] septem Diaconi, non tantùm ab
Apostolis; sed etiàm à reliquâ Ecclesiâ, eliguntur, vocan-
tur, & confirmantur. *Actor.13.* [r] tota ecclesia Antiochena,
Paulum & Barnabam. Dei jussu, segregat, & emittit, ad do-
cendum Gentes Euangelium.

Quartò, monent etiam, Ecclesiam habere potestatem ordinandi, & observandi liberè, ceremonias & traditio-
nes humanas, ad ædificationem & bonum ordinem ac de-
corum facientes: & contrà, eas iterum abrogandi; si obsint
ædificationi, & ponant laqueum conscientiis, & accedat
superstitio, aut opinio cultûs. 1 Corinth.14. [s] *Omnia fiant*
ad ædificationem. & posteà: [t] *Omnia decenter & secundùm*
ordinem fiant. Idem, propter decorum ordinat, *ut mulieres*
in Ecclesiam veniant velatæ: idem: *ne in cœtu doceant.* 1 Cor.
11. [u] & 1 Timot.2. [x] Idem, 1 Corinth.7. [y] *Hoc autem ad id,*
quod vobis conducibile est, dico; non ut laqueum vobis injiciam.
Et ibidem: [z] *Pretio empti estis: nolite fieri servi hominum.* Ga-
lat.4. [a] *Quomodo convertimini denuò ad infirma & egena ele-*
menta, quibus iterum servire vultis? Colosс.2. [b] *Ne quis vos*
judicet in cibo aut potu, aut in parte diei festi, aut novilunii,
aut sabbatorum. & posteà: [c] *Si mortui estis cum Christo ab ele-*
mentis Mundi: quid, quasi viventes in Mundo, decretis teneris?
Ne tetigeris; ne gustaris; neq; contrectaris. quod omnia ipsò
pereunt abusu: juxta præcepta & doctrinas hominum; qui ver-
bo tenus habent speciem sapientiæ. Sic Paulus monet Corin-
thios, ut pravam consuetudinem, usui Cœnæ Dominicæ
incommodantem, abrogent: *1 Cor.11.* [d] Sic idem Circum-
cisionem negligit; cùm videret, falsos fratres eam pro ne-
cessariâ ad salutem exigere: *Galat.2.* [e] Sed de hac re, in Lo-
co de Libertate Christianâ, dicetur prolixiùs.

¶ Seriò autem Apostoli monent: ut omnes, qui cupiunt salvari, se-se à falsâ Ecclesiâ sejungant; & cum Ecclesiâ ve-
râ, puram doctrinam sonante, conjungant, consensione in
doctrinâ, usu sacramentorum, confessione, & mutuis offi-
ciis. Testimonia, ad hanc sententiam pertinentia, paulò
antè adscripsimus: ex *2 Petr.3.* [f] *1 Joh.2.* [g] & 4. [h] & *2 Johan.* [i]
Apoc.14. [k] & 18. [l] *2 Cor.6.* [m] *Phil.3.* [n] *Col.2.* [o] *1 Thess.5.* [p] *1 Tim.4.* [q]
Tit.1. [r] & 3. [s] *Hebr.13.* [t] *Actor.20.* [u]

¶ Contraria veræ Ecclesiæ, ab Apostolis recensentur: Hæreses. *1 Cor.11.* [x] *Gal.5.* [y]

Hæretici homines. *Tit.3.* [z]

Pseudo-

[a] vers.13.
[b] vers.31.
[c] vers.2.
[d] vers.10.
[e] vers.9.
[f] vers.18.
[g] vers.17.
[h] vers.21.
[i] vers.7.
[k] vers.20.
[l] vers.9.
[m] vers.10.
[n] vers.9.
[o] v.19.20.
[p] vers.25.
[q] vers.27.
[r] vers.2.3.
[s] vers.8 9. 10.11.
[t] vers.17.
[u] vers.3.5.
[x] vers.9
[y] vers.16.
[z] vers.20.
[a] vers.41.
[b] vers.31.
[c] vers.19.
[d] v.10.11.
[e] vers.8.
[f] v.4.&c.
[g] v.28.&c
[h] vers.3.4.
[i] vers 17.
[k] vers.22.
[l] vers.1.
[m] vers.10.
[n] vers 8.
[o] vers.8.
[p] vers.11.
[q] vers 7
[r] vers 9.
[s] vers 10.
[t] vers.9.
[u] vers 28.
[x] vers 19
[y] vers.20.
[z] vers 10.
[a] vers.13.
[b] vers.14.
[c] v.20. &c.
[d] v.28.&c
[e] vers.6.
[f] vers.15.
[g] v.19.20.
[h] vers.5.
[i] vers.17.
[k] v.20.21.
[l] v.15.16.
[m] vers.14.
[n] vers.12.
[o] vers.25.
[p] v.23.24.

Pseudoprophetæ. 2 *Petri* 2.[a]

Falsi doctores, sectas perniciosas introducentes: 2 *Pet.*2.[b]

Pseudoapostoli, operarii dolosi, ministri Diaboli. 2 *Corinth.*11.[c] *Philipp.*3.[d]

Canes: *Philipp.*3.[e] Inimici crucis Christi, & servi ventris: *Philipp.*3.[f]

Volentes Legis esse doctores, & Legem non intelligentes. 1 *Tim.*1.[g]

Aberrantes à fide. ut Hymenæus & Alexander, 1 *Tim.* 1.[h] Hermogenes & Phygellus, 2 *Timot.* 1.[i] Hymenæus & Philetus, 2 *Tim.*2.[k] Demas, 2 *Tim.*4.[l]

Vaniloqui, & mendacium seductores: *Tit.*1.[m]

Antichristus, & Antichristi spiritum habentes. 1 *Joh.*2.[n] 4.[o] & 2 *Johan.*[p]

Homo iceleratus, filius perditus, adversarius, qui effertur adversùs Magistratum, & Ecclesiam Dei. 2 *Thess.*2.[q]

Bestia: imagines Bestiæ & characteres. *Apoc.*14.[r]

Meretrix Babylonica; cujus sedes est urbs Domina Mundi. *Apocal.*17.[s] & 18.[t] Bestia, & Reges terræ, & exercitus eorum; & Pseudopropheta; & qui adoraverunt imaginem bestiæ, & acceperunt characteres ejus: *Apocal.*13.[u] 14.[x] 19.[y]

Gog & Magog. *Apoc.*20.[z]

Mundus: 1 *Johan.*5.[a] Principes hujus seculi: 1 *Corint.*2.[b] Potentes, & sapientes, & nobiles, & fortes: 1 *Cor.*1.[c]

Filii infidelitatis: *Ephes.*2.[d] *Col.*3.[e] Filii tenebrarum: *Ephes.*5.[f] 1 *Thess.*5.[g]

Generatio tortuosa & prava: *Philip.*2.[h] Filii Diaboli: 1 *Johan.*3.[i] Vasa iræ: *Rom.*9.[k] Vasa in ignominiam: 2 *Tim.* 2.[l] Homines mente corrupti; reprobi circa fidem: mali & impostores; proficientes in pejus; errantes, & in errorem ducentes alios: 2 *Tim.*3.[m] Non-sustinentes sanam doctrinam; & sibiipsis coacervantes doctores, juxta cõcupiscentias suas: 2 *Timoth.*4.[n] Polluti & infideles; Deum factis abnegantes: *Tit.*1.[o] Illusores: 2 *Pet.*3.[p] Deum ignorantes: 1 *Cor.*15.[q] Habentes cauteriatas conscientias: 1 *Tim.*4.[r]

Doctrinæ dæmoniorum: 1 *Timoth.*4.[s] Aniles fabulæ: *ibid.*[t] Profanæ vocum inanitates, & oppositiones falsò nominatæ scientiæ: 1 *Timoth.*6.[u] 2 *Tim.*2.[x] Non-sana doctrina Christi: 1 *Tim.*6.[y] & 2 *Tim.*4.[z] Euãgelium depravatum & adulteratum: *Galat.*1.[a] 2 *Cor.*2.[b] 1 *Thess.*2.[c] Philosophia & inanis deceptio, non secundùm Christum: *Coloss.*2.[d] Elementa Mundi; & decreta, præcepta & doctrinæ hominum: *Coloss.*2.[e] *Galat.*4.[f]

Signa & prodigia mendacia. 2 *Thess.*2.[g] *Apoc.*19.[h]

Diabolus. 1 *Pet.*5.[i] 1 *Johan.*3.[k] *Apocal.*12.[l] 2 *Cor.*11.[m] *Rom.* 16.[n] *Hebr.*2.[o] Et similia, quæ possunt ex prædictis & sequentibus colligi.

¶ Imago seu typus Ecclesiæ veræ, exstat *Apocal.*12.[p] forma mulieris parturientis masculum; & fugientis in desertum: ibique conservatæ per tempus & tempora, & dimidium temporis à facie serpentis. Potest & Noë, in arcâ servatus cum octo animabus, imago esse Ecclesiæ: 1 *Pet.*3.[q] item Loth. 2 *Pet.*2.[r]

Paulus populum Judaicum, ejusque historias, figuram rerum Ecclesiæ facit: 1 *Cor.*10.[s] Et *Hebr.*9.[t] & 12.[u] Hierosolymam terrenum, & Templum, imaginem Ecclesiæ facit. Videtur etiam Paulus ad Hierosolymam & Templum alludere: *Galat.*4.[x] & 1 *Cor.*3.[y] & 6.[z] cùm pios templum Dei esse monet: & cùm Christum facit lapidem angularẽ, & fundamentum; 1 *Corinth.*3.[a] *Ephes.*2.[b] *Rom.*9.[c]

Iconas etiam à corpore, plura membra habẽte, & unum caput, sumuntur: *Rom.*12.[d] 1 *Cor.*12.[e] *Eph.*4.[f] *Col.*2.[g]

¶ Postremò, in quibus locis Ecclesia tempore Apostolorum fuerit; ex *Actis Apostolorum* constat.

Ut autem Apostolos, unà cum aliis piis, doctrinam Euangelii & sincerum usum Sacramentorum amplectẽtibus, & in fide & confessione persistentibus, veram Dei Ecclesiam hoc tempore fuisse; non est dubium: ità contra Pontifices, Annam, Caipham, Johannem, Alexandrum, Seniores, Scribas, Herodem, Pontium Pilatum; *Act.*4.[h] & 5.[i] Scholasticos ex Libertinorum, Cyrenensium, Alexandrinorum, Cilicum, & Asianorum collegio; falsos Testes; & Seniores, Stephanum damnantes & lapidãtes; *Act.*6.[k] & 7.[l] Simonem magum, *Act.*8.[m] Herodem Agrippam, occidentem Jacobum; *Act.*12.[n] Judæos contradicentes Paulo, & loquẽtes blasphemias, *Act.*13.[o] & Gentes, Paulum & alios Apostolos ubicunque terrarum persequentes; falsam Ecclesiam fuisse, certissimum est.

[a] *vers.*1. [b] *vers.*1. [c] *v.*13. 15. [d] *vers.*2. [e] *vers.*2. [f] *v.*18. 19. [g] *vers.*7. [h] *v.*19. 20 [i] *v.*11. [k] *v.* 17. [l] *v.*10 [m] *vers.*10. [n] *vers.*22. [o] *v.*3. [p] *v.*7. [q] *vers.*3. 4. [r] *vers.*9. [s] *vers.*18. [t] *vers.*2. 3. [u] *v.*1 *&c.* [x] *vers.*9. [y] *vers.*10. [z] *vers.*8. [a] *vers.*4. 5. [b] *v.* 8. [c] *v.* 20. [d] *ver.*2. [e] *v.*6 [f] *v.*8 [g] *vers.*5. [h] *vers.*13. [i] *vers.*10. [k] *vers.*22. [l] *vers.*20. [m] *v.*8. & 18. [n] *vers.*3. [o] *v.*13 16. [p] *vers.*3 [q] *v.*34. [r] *v.* 2. [s] *v.*1. [t] *vers.*7. [u] *vers.*20. [x] *vers* 16. [y] *v* 3 [z] *v* 3. [a] *v.*7. [b] *v.* 17. [c] *v.*4. [d] *vers.*8. [e] *v.*20.22. [f] *vers.*9. [g] *v.*9. [h] *v.*20 [i] *v.*8. [k] *v.*8 [l] *v.*9 12. [m] *v* 14. [n] *v.*20 [o] *vers* 14. [p] *v.*2.3. 5.6 13.14. [q] *vers.*20. [r] *v.*5. & 7. [s] *v.*6. [t] *v.*9. [u] *vers* 22. [x] *v.*25. *v* 26. [z] *v.*17. [a] *v* 14. [b] *v.* 20. [c] *v.*23. [d] *v* 4 5. [e] *v* 12. [f] *v.*16. [g] *vers.*10. [h] *v.*4 6 & 27. [i] *v.*17. [k] *v* 9 & 13. [l] *v.*57.58.

Esse autem falsam Ecclesiam; patet ex testimoniis, quæ suprà de duplici; himirum verâ & falsâ Ecclesiâ, & paulò antè de contrariis veræ Ecclesiæ, adscripsimus.

Definitionem falsæ Ecclesiæ, quam suprà ex doctrinâ Christi composuimus, etiam ex Apostolorum scriptis licet colligere: ut sequentia comprobabunt.

Nam falsam Ecclesiam à Diabolo esse; & ab eo, per falsam doctrinam, & Pseudoprophetas, Pseudoapostolos; Hæreticos, & Antichristum, colligi: Apostoli etiam docent. Petrus enim, 1 *epist.*5.[p] dicit; *Diabolum oberrare, & quærere quos devoret.* & 2 *epist.*2.[q] *Pseudodoctores sunt sectas pernitiosas collecturæ Ecclesiam falsam.* Johannes verò, 1 *epistol.*3.[r] falsam Ecclesiam expresè vocat *filios Diaboli*: eamque *per Antichristum, ejusque spiritum*, colligi, monet; 1 *epist.*2.[s] 4.[t] & 2 *Johan.*[u] In Apocalypsi etiam, *Draconem, Diabolum & Satanam, architectum fore regni Antichristi, seu Meretricis Babylonicæ; & seductarum Gentes*: Apoc.12.[x] 13.[y] 19.[z] & 20.[a] Et Apoc. 18.[b] expresè dicit; *Babylonem* (hoc est, urbem Romam, & totum Papatum) *habitationem dæmoniorum, & custodiam omnis immundi spiritûs, factam esse.* Paulus etiam, Diabolum fabricatorem Papisticæ Ecclesiæ facit, 2 Thess. 2.[c] *Cujus adventus est secundùm operationem Satanæ; cum omni potentiâ & signis ac prodigiis mendacibus, & cum omni deceptione injustitiæ.* & 1 Tim.4.[d] *prohibitionem ciborum & nuptiarum*, appellat *doctrinas dæmoniorum.* & 2 Cor.11.[e] *Pseudoapostolos* vocat *Diaboli ministros, transformantes se-se in angelum lucis.* Idem de Ethnicorum ecclesiâ dicit, 1 Cor.10.[f] *Quæ immolant gentes, dæmoniis immolant; & non Deo.*

¶ Notæ, falsæ Ecclesiæ, sunt: I. Falsa & erronea doctrina, de præcipuis fidei articulis. ut: Negare Christum in carne venisse: 1 *Johan.*4.[g] & 2 *Johan.*[h] Non manere in doctrinâ Christi: 2 *Johan.*[i] Abnegare Dominum, qui ipsos est mercatus: 2 *Pet.*2.[k] Negare Deum factis: *Tit.*1.[l] Docere profanas, & aniles, & Judaicas fabulas: *Tit.*1.[m] 1 *Timot.*4.[n] Non sustinere sanam doctrinam: 2 *Tim.*4.[o] Docere aliud Euangelium, quàm Paulus docuit: scilicet, non solâ fide hominem justificari; sed per Legis observationem & bona opera: *Gal.*1.[p] 2.[q] 5.[r] 6.[s] *Act.*13.[t] *Col.*2.[u] Docere, quòd Euangelium prohibeat bona opera; & non ea, ut fructus & testimonia fidei, requirat: *Rom.*3.[x] & 6.[y]

Per philosophiam & inanem deceptionem, & traditiones humanas, depravare doctrinam Euangelii: *Col.*2.[z] Tradere doctrinam dæmoniorum, de discrimine ciborum, & prohibitione nuptiarum: 1 *Tim.*4.[a]

Negare resurrectionem mortuorum: 1 *Cor.*15.[b] Depravare doctrinam de resurrectione, & certum diem præfinire: 2 *Thess.*2.[c] Aut dicere, resurrectionem jam factam esse: ut Hymenæus & Philetus; 2 *Tim.*2.[d] Irridere & negare extremum judicium: 2 *Pet.*3.[e]

II. Corruptelæ Sacramentorum à Christo institutorũ. Quales sunt: Non baptisare in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti: aut Baptismum, per traditiones humanas & superstitiosas, deformare; ejusq; virtutem per Exorcismũ extenuare: itèm, baptisare campanas, altaria: & id genus alia, cum institutione Christi, & Apostolorum observatione, pugnantia.

Cœnã Domini non ità usurpare; sicut Christus instituit, & Apostoli observarunt: 1 *Cor.*11.[f] Quales sunt corruptelæ Cœnæ Dominicæ: alterâ parte, scil. calice, defraudare Laicos: panẽ includere, & circũferre, & adorare: offerre Cœnã pro vivis & mortuis, ità ut his mereatur liberationẽ ex purgatorio; illis verò remissionẽ peccatorum, felicitatem in negotiatione, itineratione, venatione, & aliis actionibus.

III. Abusus Clavium. Qualis est: solvere impœnitẽtes; & excõmunicare pœnitentiæ agentes, & verè-credentes.

[m] *v.*20. 21. [n] *vers.* 1. 2. [o] *vers.*45. [p] *vers.*8. [q] *vers.*1 2. [r] *vers.*10. [s] *v.*18. [t] *v.*5. [u] *vers.*7. [x] *v* 3. 4. *v* 4. 8. [y] *v.* 20 [z] *v.* 2. [a] *vers.*4. [b] *v.*2. [c] *v.*9. 10. [d] *vers.*1 3. [e] *vers.* 13. 14. 15. [f] *Vers.*20. [g] *v.*8. [h] *v.*7. [i] *Vers.*9. [k] *v* 1. [l] *v.*16. [m] *Vers.*14. [n] *Vers.*9. [o] *Vers.*4. [p] *v.*8. [q] *v.* 16. [r] *v.*4. [s] *v* 14. [t] *v.* 12. [u] *v.*20. [x] *v.*8. *v* 1. [y] *vers* 8. [z] *vers.*1.3. [a] *Vers.*1.3. [b] *Vers* 12. [c] *Vers.*2. [d] *v.*17.18. [e] *Vers* 3 4. [f] *Vers.*20.

2.Pet.2.e *Inescant, per concupiscentiam carnis in voluptatibus, eos, qui verè aufugerant ab his, qui in errore conversantur: dum illis libertatem pollicentur; cùm ipsi sint servi corruptionis.* Johannes, Apoc.13.h ostendit; *Antichristum eos omnes excommunicaturum, qui cum ipso non senserint.*

IV. Prohibitio ciborum & matrimonii. *1 Tim.4.i*

V. Magistratûs politici, à Deo ordinati, contemnus. 2 Pet.2.k *Dominationes contemnunt.* 2 Thess.2.l *Effertur super omnem, qui dicitur Deus:* hoc est, super Magistratus. Isti enim dii vocantur, *Psal.82.m & Joh.10.n*

VI. Idololatria. 1 Cor.10.o *Gentes immolant dæmoniis; & non Deo.* Rom.1.p *Venerati sunt creaturam, super eum qui condidit.* Johannes, Apoc.13.q & 14.r docet; *Antichristi Ecclesiam adoraturam Bestiam, & ejus imaginem.*

VII. Odisse & persequi veram Ecclesiam, propter confessionem. Testimonia suprà adscripsimus ex Petro. quibus hoc addi potest, 1 Pet.4.s *Atque id illis absurdum videtur; quòd non accurratis una cum ipsis in eandem luxûs resusionem, qui de vobis male loquuntur.* 1 *Johan.3.t Apoc.12.u 13.x 17.y 19.z Gal.4.a 1 Thess.2.b 2 Tim.1.c Hebr.10.d*

VIII. Sodomiticæ libidines, & omnis generis scelera. qualia describûtur, 2 *Pet.2.e Rom.1.f 2 Tim.3.g & alibi passim.*

IX. Externa species; quæ magnificentior & splêdidior est, propter locum, personas, potentiam, autoritatem, eruditionem, vitæ sanctimoniâ, & multitudinem. Nam Pontifices & Seniores populi Hierosolymis habent templum: *Act.4.h* Pseudoapostoli habent magnam speciem: quia veniunt ab Hierosolymis; audiverunt Petrum, & alios Domini fratres: *Actor.15.i* Falsa Ecclesia Hierosolymis, habet potentiam incarcerandi & castigandi Apostolos; & lapidandi Stephanum: *Actor.4.k 5.l 7.m* Herodes favet Judæis, & in eorum gratiam occidit Jacobum: *Act.12.n* Pseudoapostoli in angelos lucis transformati veniunt: 2 *Cor.11.o* Incedunt per humilitatem & superstitionem Angelorum: habent speciem sapientiæ, per superstitionem ac humilitatem animi, & læsionem corporis: *Col.2.p* Sunt nobiles, potentes, sapientes, disputatores: 1 *Cor.1.q* Sunt Philosophi: *Col.2.r* Sunt præceptores, abducentes post se discipulos: *Act.20.s* Deum se scire profitentur; cùm tamen factis eum negent: *Tit.1.t* Volunt esse Legis doctores: 1 *Tim.1.u* Sunt secundùm legem quasi irreprehensibiles: *Philip.3.x* Quærunt justitiam ex Lege: *Rom.9.y* Gloriantur, quòd sint Ebræi, & Israëlitæ, & semè Abrahæ; & ministri Christi: 2 *Cor.11.z* Habent suæ factioni addictos patronos, Reges & Principes terræ: *Apocal.18.a & 19.b*

X. Blasphemiæ adversùs Deum, ejusque verbum. Act. 13.c *Videntes autem turbas Judæi, repleti sunt zelo: & contradicebant his quæ à Paulo dicebantur, loquentes blasphemias.* Act.18.d *Contradicentibus autem eis, ac blasphemantibus; excussis vestimentis, dixit ad eos, &c.* Act.19.e *Cùm autem quidam indurarentur, nec crederent, malè loquentes de viâ Domini coram multitudine: digressus ab illis, segregavit discipulos; quotidie disputans in schola cujusdam Tyranni.* Act.28.f etiam Romani Judæi inquiunt: *De secta istâ notum est nobis, quòd ubique ei contradicatur.*

¶ Monent etiam Apostoli, Deum saltàm ecclesiâ, ejusq; membra, corporalibus & æternis pœnis affecturum. De corporalibus pœnis Judaicæ gentis, Paulus *1 Thessal.2.g* inquit: *Pervenit autem in illos ira in finem.* & in genere de pœnis inquit, *Coloss.3.h Ephes.5.i Propter hæc venire solet ira Dei in filios inobedientes.* Petrus, *2 epist.2.k* proponit vera exempla pœnarum; scilicet Diluvii, & inflammatæ Sodomæ & Gomorrhæ. Et Paulus, 1 *Cor.10.l* exempla pœnarum populi Judaici in deserto recitat.

De pœnis spiritualibus; ut de abjectione & induratione populi Judaici: Paulus, *Rom.9.10.* & 11. loquitur. Et quidem Gentibus etiam cōminationem gravissimam proponit:m *Nam, si Deus naturalibus ramis non pepercit; vide, ne quà fiat, ut nec tibi parcat. Ecce igitur bonitatem & severitatem Dei, in eos quidem, qui ceciderunt, severitatem: in te verò bonitatem; si permanseris in bonitate. Quoniam & tu excidêris: & illi rursus, si non permanserint in incredulitate inserentur.* Idem, 2 Thess. 2.n *Pro eo, quòd dilectionem veritatis non receperunt, in hoc ut salvi fierent; propterea mittet illis Deus efficaciam illusionis; ut credant mendacio: ut judicentur omnes, qui non credidêrunt veritati; sed approbaverunt injustitiam.*

De pœnis æternis, 2 Pet.2.o *Quibus judicium jam olim non tardat; & perditio illorum non dormitat.* Apoc.19.p *Vivi comprehensi sunt bestia & pseudopropheta in stagnum ignis, ardentis sulfure.* Apoc.21.q *Timidis autem, & incredulis, & exsecratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno, ardente igne & sulfure.* Apoc.22.r *Foris canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idololatræ, & omnis qui amat & facit mendacium.* 2 Thess.1.s *Justum est apud Deum, reddere his, qui affligunt vos, afflictionem; & vobis, qui affligimini, relaxationem nobiscum: cùm revelabitur Dominus Jesus de cœlo, cum Angelis potentiæ suæ; cum incendio flammæ, qui inferet ultionem his, qui non noverunt Deum, & qui non obediunt Evangelio Domini nostri Jesu Christi: qui pœnam luent interitum æternum, à facie Domini, à gloriâ fortitudinis illius; cùm venerit, ut glorificetur in Sanctis suis.* Phil.3.t *Quorum finis perditio est.* Plura testimonia suprà, in Loco de Pœnis malorum operum, allegavimus.

DE REGNO CHRISTI.

Regnum interdum significat politicam & civilem hominum consociationem, quæ à Rege gubernatur certis legibus, & defenditur armis. Hebr.11.u *Per fidem expugnaverunt regna.*

Interdum Regnum dicitur de gubernatione Dei, quam exercet, colligendo & conservando Ecclesiam in hac vitâ. Col.1.x *Transtulit nos in regnum Filii dilectionis sua.* 1 Corin. 15.y *Cùm tradiderit regnum Patri suo.*

Interdum significat vitam æternam. 2 Petri 1.z *Ministrabitur vobis introitus in æternum regnum.* 1 Cor.15.a *Caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt.*

Regnum igitur Dei, & Filii Dei, quod in hac vitâ habet, nihil aliud est, quàm Ecclesia. Quare ea, quæ de Ecclesiâ dicta sunt, etiam ad regnum Christi pertinent.

Quia verò, in hac voce, quædam de Ecclesiâ declarantur: ideò ea censuimus hic commemoranda.

Quòd autem Deus, & Dominus noster Jesus Christus, habeat regnum in terris, usq; ad finem Mundi; patet ex testimoniis. Actor.8.b *Cùm credidissent Philippo, evangelizanti de regno Dei.* Col.1.c *Transtulit nos in regnum filii sui.* Apoc. 19.d *Christus* dicitur *Rex regum, & Dominus dominantium.* 1 Timot.1.e *Deus* appellatur *Rex seculorum immortalis.* 1 Timot.6.f dicitur *Rex regum, & Dominus dominantium.*

Regnum autem Christi, non esse mundanam aliquâ dominationem; sed spiritualem collectionem, gubernationē, & conservationem Ecclesiæ: Apostoli docent. Paulus enim ait, Rom.14.g *Non est enim regnum Dei cibus & potus; sed justitia, & pax, & gaudium in Spiritu S.* 1 Cor.4.h *Non enim in sermone regnum Dei est; sed in virtute.* 2 Corinth.10.i *Arma militiæ nostræ non sunt carnalia; sed spiritualia.*

¶ Cognationem quandam habet cum Regno politico: sed tamen non per omnia similem. I. Regna enim politica habent Regem, aliquem hominem mortalem, in regiâ domo habitantem; & certum numerum hominum subditorum gubernantem. At hoc regnū habet Regem, Filium Dei, *Coloss.1.k* Regem omnium regum, *Apocal.19.l* Regem immortalem, 1 *Tim.1.m* Sedentem ad dextram Dei, *Rom.8.n* Habentem suis pedibus subjectos Angelos, & potestates, ac virtutes, 1 *Pet.3.o* Eph.1.p *Sedere fecit eum ad dextrā suam in cœlestibus, super omnem principatum ac potestatem, & virtutem, & dominium, & omne nomen, quod nominatur, non solùm in seculo hoc; sed etiam in futuro: & omnia subjecit sub pedes illius.* Philip.2.q *Exulit illum in summam sublimitatem, ac donavit illi nomen supra omne nomen: ut in nomine JESU omne genu se flectat, cœlestium, ac terrestrium, & infernorum.*

Subditi & cives hujus regni, sunt credentes in Christum Jesum: *Col.1.r* Iique etiam omnes sunt Reges, scilicet super peccatum, & Diabolum, & mortem; & Sacerdotes, offerentes Deo hostias acceptabiles per Jesum Christum: 1 *Pet.2.s Apoc.1.t & 5.u Rom.12.x*

II. Regna politica habent suas leges, statuta, consuetudines: sunt etiā constituti Judices, qui pronuntiant de controversiis. Sic regnum Christi habet verbum Dei, scripta Prophetica & Apostolica; in quibus norma justitiæ Dei,

de sin-

E 1 v.18 19
h v.15.17.
i vers. 3.
k vers.10.
l vers 4.
m vers 6.
n vers 14.
o vers.20.
p vers.23.
q v 12. 15.
r vers.9.
s vers.4.
t vers.15.
u v 7 15 17
x v.15. y v.6.
z v.10. a v 29 b v 14 15 c vers 8
d vers 34.
e v.10. &c
f v.26. &c
g v 1. &c.
h vers.1.
i vers. 2.
k v.2. l vers 40. m v 58
n vers 2 3
o vers. 15.
p v.18.23.
q v.20. 26
r vers 8.
s vers.30.
t vers 16.
u vers.7.
x vers 6.
y vers 32.
z v.22. 23.
a vers.3 9.
b vers.19.
c vers.45.
d vers.6.
e vers.9.
f vers.32.
g vers.16.
h v 6. i v.6.
k vers.5 6.
l v.5. &c.
m Rom. 11. v.21.22.23.
n v.10.11. 12.
A
B
C
D
E
F
G
H
o vers 3.
p vers.20.
q vers.8.
r vers.15.
s v.6. &c.
t vers 19.
u vers 10.
x vers.13.
y vers.14.
z vers.11.
a vers.50.
a vers.12.
b vers.13.
c vers 16.
d vers.17.
e vers.15.
f Vers.17.
g Vers 20.
h Vers.4.
i Vers 13.
k Vers 16.
l Vers..7.
m Vers 14.
n Vers.22.
o Vers.20. 21.22.
p V.9.10.
q V.13 14.
r Vers 5.
s Vers.6.
t Vers 10
u Vers.1.

de singulis rebus ad hoc regnum pertinentibus, est expressa: 2 Petr.1. x Ephes.2. y Rom.15. z Habet etiam administratores justitiæ: nempe ministros Euangelii; quibus est potestas clavium cōmissa: pœnitentiam agentibus, & in Christum credentibus, annuntiandi remissionem peccatorum, in ejus nomine; impœnitentibus verò, denuntiandi iram Dei & condemnationem: 2 Cor.5. a 1 Tim.5. b 2 Cor.10. c

III. Regna politica habent suam quandam potentiam, sua arma & apparatus, ad puniendum contumaces, ad reprimendum & expugnandum hostes; & defendendum & liberandum subditos. Regnum verò Christi habet arma spiritualia; 2 Cor.10. d nempe universam armaturam Dei: quâ restitit in die malo, & excipit ignita tela Diaboli; & vincit peccatum, Diabolum, mortem, & infernum. Pertinent autem hæc ad armaturam spiritualem: *Baltheus veritatis, quo cinguntur lumbi; thorax justitiæ; calceati pedes præparatione Euangelii pacis; scutum fidei; galea salutaris; gladius spiritus, qui est verbum Dei; oratio:* Ephes.6. e *Thorax fidei & charitatis; pro galea spes salutis:* 1 Thessal.5. f *Sermo Dei vivus & efficax, & penetrantior quovis gladio utrimq; incidente; ac pertingens usq; ad divisionem animæ simul ac spiritûs, compagumq; & medullarum; & discretor cogitationum & intentionum cordis:* Hebr.4. g Paulus etiam *fide Diabolo resistendum monet:* 1 Petr.5. h Et Johannes 1 epist.5. i *fidem* ait *vincere Mundum.* Hæc verò arma sunt efficacia, propter virtutem Dei, quam per illa exercet. Rom.1. k *Euangelium est virtus Dei, ad salutem omni credenti.*

In regno politico, Rex habet suos consiliarios & legatos, satellites, imperatores, duces, milites: per quos gubernat: defendit; & ampliat suum regnum. Sed Christus à cōsiliis habet Deum Patrem & Spiritum sanctum. Et quanquā hi ipsi ubiq; præstò sint, & suo nutu ac potentiâ omnia gerant: Col.3. l *Omnia in omnibus Christus.* Eph.5. m *Ipse dat salutē corpori.* Eph.1. n *Omnia in omnibus adimplet.* 1 Cor.3. o 6. p 2 Cor.6. q *Vos estis templum Spiritûs S. in vobis habitantis.* Item: *Ero in medio illorum, &c.* Act.17. r *In ipso vivimus, movemur & sumus.* Tamen etiam, ad propagationem & defensionem sui regni, h.e. Ecclesiæ & piorum, utuntur ministerio Angelorum *Hebr.1.* s & hominum; Prophetarū, *Act.10.* t & Apostolorum, Pastorum, Euangelistarum, & aliorum ministrorum Ecclesiæ: *Eph.4.* u & 1 *Cor.3.* x apertè Paulus dicit; *Dei συνεργοὶ, cooperarii sumus.* & 1 Cor.4. y *Sic existimet nos homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.* Et Magistratuum. Rom.13. z *Minister enim Dei est; ultor ad iram ei, qui quod malum est fecerit.* & 1 Petr.2. * *Ad vindictam nocentium; & laudem rectè agentium.*

In regno politico Subditi conferunt census, vectigalia, tributa, & alias impensas: unde Rex alitur, & sumptus pro gubernatione regni facit. At in regno Christi diversum accidit. Rex enim ipse Subditis suis donat spiritualia & corporalia bona: unde ipsi ditescant, & in æternum vivāt. Ephes.4. a *Dedit dona hominibus.* & Rom.6. b *Donum autem Dei, vita æterna, per Christum Jesum.* Rom.8. c *Quomodo non omnia nobis cum illo donavit?* 2 Cor.8. d *Nostin beneficentiam Domini nostri JESU Christi: quòd propter vos pauper factus sit, cùm esset dives; ut vos illius paupertate ditesceretis.* Col.2. e *In quo omnes thesauri sapientiæ ac scientiæ reconditi sunt.* 1 Tim.6. f *Qui præbet nobis affatim omnia ad fruendum.* Act.17. g *Cœli & terræ est Dominus: & dat vitam omnibus, & halitum per omnia.*

Habet etiam cognationem, regnum Christi in hac vitâ, cum regno æterno. Nam, sicut nunc imputatione & inchoatione; ità tunc perfectione & possessione, erimus cives regni æterni. 1 Joh.3. h *Jam filii Dei sumus: sed nondum apparuit, quid erimus. scimus autem, quòd, cùm apparuerit, similes ei erimus.* 1 Corint.13. i *Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus: at ubi venerit, quod perfectum est; tunc, quod ex parte est, abolebitur, &c. Cernimus enim nunc per speculum, in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tunc verò cognoscam, quemadmodum & cognitus sum.* De regno æterno Paulus, 1 Cor.15. k inquit: *Cùm tradiderit regnum Deo & Patri; cùm abolerit omnem principatum, & omnem potestatem ac virtutem. Nam oportet eum regnare; donec posuerit omnes inimicos sub pedes suos. Novissima hostis abolebitur, mors. nam omnia subjecit sub pedes illius. Atqui, cùm dicat, quòd omnia subjecta sint: palàm est, excipiendum eum, qui subjecit illi omnia. Quum autem subjecta fuerint illi omnia: tùm & ipse Filius subjicietur ei, qui subjecit ei omnia: ut sit Deus omnia in omnibus.*

¶ Regno Christi contrarium esse regnum Diaboli, & opera ejus; Apostoli docent. nam Petrus, 1 epist.5. l ostendit; *Diabolum insidiari omnibus pòs.* Et Johannes, 1 epist.3. m ait: *Ad hoc apparuit Filius Dei, ut dissolvat opera Diaboli.* Paulus etiam, *Satanam conculcatum iri sub pedes piorum,* optat: Rom.16. n Idem *Diabolum* appellat *Mundi principem; cui potestas sit ærea, & qui agat in filios infidelitatis:* Ephes.2. o *Diabolos etiam dominus Mundi* nominat, & *rectores tenebrarum hujus seculi, & spirituales astutias: & varios assultus, ac ignitu tela, regnum Christi oppugnare,* docet: Eph.6. p Dicitur etiam *Deus hujus seculi, qui excæcârit mentes & oculos infidelium; ut non cernant Euangelii lucem:* 2 Cor.4. q *Et qui teneat homines captivos:* 2 Tim.2. r Meminit & Paulus *potestatis tenebrarum,* Col.1. s Pertinent autem ad regnum Diaboli, peccatum, lex, mors, infernus: *Hebr.2.* t & 1 *Cor.15.* u

Oppugnant etiam regnum Christi, duorum Antichristorum regna. quorum altera est extra Ecclesiam; nempe Gog & Magog: hoc est, regnum Turcicum seu Mahometanum. *Apocal.20.* x Alterum intra Ecclesiam; nempe regnum Bestiæ, gestantis meretricem Babylonicam: hoc est, Imperium Romanum, venerans Papam, eiq; patrocinium præstans, ad opprimendam Euangelii lucem, & Ecclesiam Dei: *Apocal.13.* y *17.* z *19.* *

Si regna politica rectè administrantur, & manent intra suas metas: diversa quidem sunt à regno Christi; sed tamen non contraria. Debent enim Magistratus, Ecclesiæ seu regno Christi servire: *Rom.13.* a & 1 *Pet.2.* b & Christiani contrà jubentur politicis dominis debitam præstare obedientiam, in iis quæ non sunt contra Deum: *Rom.13.* c & 1 *Petr.2.* d *Tit.2.* e Hinc orta est regula: *Euangelium non tollit politiam.* & contrà: *Politiæ non debent tollere Euangelium;* hoc est, impedire verum Dei cultum.

Sed politici domini, à Diabolo & falsâ Ecclesiâ inflammati, plerunq; se-le regno Christi opponunt; idq; conantur delere. ut patet exemplis Herodis, Pontii Pilati, & Senatûs Hierosolymitani; *Actorum 4.* f *5.* & *6.* h *7.* i Neronis, 2 *Tim.4.* k & aliorum impiorū Magistratuum, qui hoc seculo persequuti sunt Ecclesiā: de quibus dicetur suo loco. Verùm illi, suâ potentiâ & persequutione, non modò non extinguunt regnū Dei; sed etiam id promovent. Licèt enim aliquot membra de regno Christi interficiāt: tamen à Christo subindè alia excitantur. Rectè igitur Gamaliel inquit, Actor.5. l *Si est ex hominibus consilium aut opus hoc; dissolvetur: sin ex Deo est; non poteritis dissolvere illud.* Docent idem exēpla. Etsi enim Senatus Hierosolymitanus, interdicto primùm; & postea incarceratione, virgis, lapidatione, Stephani, conatur regnum Christi, hoc est, collectionem Ecclesiæ, Hierosolymis prohibere: tamen eâ-ipsâ re non diminuitur; sed in medio inimicorū crescit & ampliatur: estq; sanguis Stephani seminariū, ex quo enascitur Paulus; & occasio, ut à dispersis fratribus passim plures plantentur Ecclesiæ, non ex Judæis tantùm, sed etiam ex Gentibus. Et Paulus, *Phil.1.* m eleganter de suæ captivitatis fructu inquit: *Scire autem vos volo, fratres, quòd, quæ mihi acciderunt, magis ad profectum Euangelii evenerint: ità ut vincula mea manifesta facta sint in Christo, in toto prætorio, ac cæteris omnibus.*

Pugnat etiam, cum doctrinâ de regno Christi, opinio; quòd sit futurum regnum mundanum. qualem habent Apostoli, *Actor.1.* n cùm interrogant; *num Christus hoc tempore velit instaurare regnum Israëli.*

De Ministerio euangelico: docendi, & administrandi Sacramenta.

ESSE Ministerium aliquod, Euangelium prædicandi, & Sacramenta administrandi: Apostolorum historia confirmat; maximè verò miraculosa Spiritûs sancti, in die Pentecostes, super Apostolos effusio: per quem cœperunt publicè doctrinam Euangelii, non Hierosolymis tantùm; sed in omnibus orbis terrarū partibus, promulgare. unde

Paulus,

x vers.19. y vers.20. z vers.4.
a v.19 20. b vers 20. c vers.4.
d ver.4. & Ephes 6. v.13.
e v 14. & c f vers.8.
g vers.12. h vers 9. i vers.4. k vers.6.
l vers.11. m vers 23. n vers.23 o vers.16 p vers.19. q vers 16. r vers 23.
s vers.14. t vers. 43.
u v 11.12. x vers 9. y vers. .
z vers.4. * vers.14.
a vers.8. b vers.23. c vers 32. d vers.9.
e vers.3. f vers.17. g v.24.25
h vers.2. i v 9.10.12. k v.24 &c.
l v 38 39.
m v.12.13.
n vers.6.
o vers.4. p vers.19. q vers 15. r vers 9.10
s v.1.3 6.27 t v.27.40. h vers 12. i vers.52. k vers.17.

Paulus, *Col.1.*[o] asserit; *Euangelium prædicatum esse apud universam creaturam, quæ sub cœlo est.*

Esse autem Ministerium euangelicum seu ecclesiasticum, in vocatione legitimâ, officium docẽdi articulos, revelatos & traditos à Deo, certo verbo; & in-primis doctrinam de pœnitentiâ & remissione peccatorum gratuitâ, per solam fidem in Christum: & administrandi sacramenta, & utũrpandi claves, juxta institutionem divinam, ad ædificationem, & nõ ad destructionem Ecclesiæ: Apostoli docẽt. ut ex sequentibus patebit.

Appellationes hujus officii, hæ ferè occurrunt in scriptis Apostolorum.

Prædicatio Euangelii. *1 Pet.1.*[p] *Rom.15.*[q] *1 Cor.15.*[r]

Traditio sancti præcepti. *2 Pet.2.*[s]

Testimonium, quòd Pater miserit Filium servatorem Mundi. *1 Johan.4.*[t]

Tradere doctrinam Christi. *Epist.2. Johannis.*[u]

Sermo Dei, & testimonium Jesu Christi. *Apoc.1.*[x]

Ministerium. *Rom.11.*[y] *2 Corinth.4.*[z] *2 Cor.6.*[a]

Ministerium novi Testamenti. *2 Cor.3.*[a]

Ministerium reconciliationis. *2 Cor.5.*[b]

Administratio Euangelii Dei. *Psalm.15.*[c]

Dispensatio mysteriorum Dei. *1 Cor.4.*[d]

Potestas in ædificationem data. *2 Cor.10.*[e] *& 13.*[f]

Fungi legatione pro Christo. *2 Cor.5.*[g]

¶ Duplex autem esse ministerium; aliud Apostolicum, aliud commune: etiam ex Apostolorum scriptis apparet; maximè verò ex illis testimoniis, quæ de duplici vocatione, immediatâ scilicet & mediatâ, loquuntur. Gal.1.[h] *Paulus Apostolus, non ab hominibus, neque per hominem; sed per Jesum Christum, ac Deum Patrem.* & postea:[i] *Non ab homine accepi illud, neque didici; sed per revelationem Jesu Christi.*

Utrumque in genere esse à Deo; Apostoli affirmant. Nam *Act.4.*[k] Petrus & Johãnes, in Concilio Seniorum interrogati; quâ virtute, aut quo nomine, docerent publicè, & ederent miracula? satis apertè docent, suam vocationem à Deo esse. inquiunt enim:[l] *An justum sit in conspectu Dei, potiùs vos audire, quàm Deum; judicate. Non possumus, quæ vidimus & audivimus, non loqui.* Idem totus Apostolorum cœtus dicit, *Act.5.*[m] cùm Senatus communi decreto iis iterum interdicit, ne doceant in nomine Christi: *Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus.* Et Petrus, *Act.10.*[n] ait: *Præcepit nobis, ut prædicaremus populo, & testificaremur; quòd ipse sit ille, qui à Deo erat constitutus judex vivorum & mortuorum.*

Huc etiam exempla pertinent, quę paulò pòst de immediatâ vocatione subjiciemus. Et Paulus, etiam eos, qui mediatè per homines vocati sunt Ephesi, *Episcopos* appellat, *à Spiritu sancto in gregem Christi collocatos, ad regendã Ecclesiam Dei:* Act.20.[o] Idem 1 Cor.12.[p] inquit: *Divisiones ministeriorum sunt; & idem Dominus.* & postea[q] monet: *Deum ipsum posuisse in Ecclesiâ, primùm Apostolos; deinde Prophetas; tertiò Doctores; deinde Potestates; deinde Dona sanationum, subsidia, gubernationes, genera linguarum.* & Ephes.4.[r] *Christum exaltatum ad dextram Dei,* ait, *dedisse alios quidem Apostolos; alios verò Prophetas, alios autem Euangelistas, alios Pastores & Doctores: ad instaurationem Sanctorum, in opus administrationis.* Est igitur Deus, & Dominus noster Jesus Christus, & Spiritus sanctus, autor Ministerii: & adhuc dat salutares doctores: & Ministerium verbi ad finem usq; Mundi cõservabit.

Differre autẽ Apostolicam functionem à cõmuni, hac in parte ostenditur: I. quòd Apostoli immediatè à Jesu Christo, sive ante ascensionem, sive post, vocati sunt, manifestissimis indiciis: cæteri verò, mediatè, per Ecclesiam, & Apostolos, & alios doctores; nihilominus tamẽ à Deo, excitantur & vocantur. Ante ascensionem, à Christo vocati sunt immediatè duodecim Apostoli; ut dictum est suprà: quorum nomina etiam *Act.1.*[s] referuntur. Post ascensionem, in locum Judæ, factâ Ecclesiæ precatione, & Christo suam voluntatem per sortem declarante, Matthias cooptatus est ad numerum undecim Apostolorum: *Act.1.*[t] Saulus etiam immediatè à Christo, sedente ad dextrã Dei, vocatur: *Act.9.*[u] Et quidem ipse, de suâ illâ vocatione, passim gloriatur. *Act.26.*[x] inter alia hæc commemorat: *At ille* (scilicet Christus) *dixit: Ego sum Jesus, quem tu persequeris. Sed exsurge, & sta super pedes tuos. Ad hoc enim apparui tibi; ut constituam te ministrum & testem, & eorum quæ vidisti, & eorum in quibus apparebo tibi: eripiens te à populo & gentibus, in quas nunc te mitto; ut aperias oculos eorum: ut convertantur à tenebris ad lucem; & a potestate Satanæ ad Deum: ut accipiant remissionem peccatorum; & sortem inter eos, qui sanctificati sunt, per fidem quæ est in me.* Idem, Rom.5.[y] *Per Christum accepimus gratiam, ac munus Apostolicæ functionem.* 1 Cor.15.[z] *Postremò omnium, velut abortivo, visus est & mihi. Ego enim sum minimus Apostolorum: qui non sum idoneus, ut dicar Apostolus; propterea quòd persecutus sum Ecclesiam Dei.* 2 Cor.12.[a] *Gal.1.*[b] *Ephes.3.*[c] *1 Timoth.1.*[d]

Cæteros verò mediatè, per Ecclesiam & Apostolos, vocari; res ipsa & exẽpla docent. Nam septem Diaconi, *Act.6.*[e] ab Ecclesiâ & Apostolis vocantur & confirmãtur. & Paulus ac Barnabas, suffragiis creâsse per singulas Ecclesias Presbyteros, dicuntur, *Act.14.*[f] Et Paulus Timotheum, cui Lystrenses reddebant bonũ testimonium, assumit: *Act.16.*[g] Timotheum etiã alios vocâsse & ordinâsse: patet ex *1 Tim.* 5.[h] Ex quidem Paulus Timotheo præcipit; ut sanam doctrinam commendet hominibus, qui sint idonei, ut alios quoque doceant: 2 *Tim.2.*[i] Titum etiam reliquit in Cretâ; ut oppidatim Presbyteros constitueret: *Tit.1.*[k]

Deinde, hac in re differunt, Apostolica vocatio & cõmunis: quòd Apostolica habet potestatem in omni loco docendi. Act.1.[l] *Eritis mihi testes, non solùm Hierosolymis; verùm etiam in universâ Judeâ Samariâq;, denique usque ad extremam terræ.* Hanc sententiam comprobant historię Apostolorũ: quorum nullus ferè in uno aliquo desedit loco; sed ad plura commeantes, passim plantarunt Ecclesias. Paulus de se dicit; *quòd debitor sit Græcis simul ac Barbaris; eruditis pariter ac ineruditis:* Rom.1.[m] Vocat etiam se *doctorem Gentium,* 2 Tim.1.[n] & dicit, *se annixi, ut prædicet Euangelium, ubi antea Christus non sit nominatus: ne super alienum fundamentum ædificare videatur.* Rom.15.[o] ubi etiam gloriatur,[p] *se ab Hierosolymis usque ad Illyricum Euangelio Christi impleviſſe pleraque loca: ita ut in illis regionibus nullum amplius habeat locum; & cupiat Romam, & indè in Hispaniam, abire.* Idem 2 Cor.10.[q] ait, *se ad Corinthios quoque pervenisse in Euangelio Jesu Christi: & cupere iis quoque regionibus, quæ ultra Corinthum sint, euangelisare.* & 1 Cor.4.[r] dicit, *se ubique in omni Ecclesiâ docere.*

Communis verò vocatio est, in uno aliquo certo loco præesse & invervire Ecclesiæ. Patet hæc etiam exemplis. Act. 14.[s] *Creârunt suffragio Presbyteros per singulas Ecclesias.* Tit.1.[t] *ut constitueres oppidatim Presbyteros.* & 1 Pet.5.[u] *Presbyteros, qui inter vos sunt, hortor.* Nec tamen exstant usquam præcepta; quibus prohibeant Apostoli mutare locum, ob causas magnas & graves: nempe, si Ecclesiæ persequantur suos doctores; aut si quis ab aliâ, ubi uberiorem posiit facere fructum, legitimè vocetur.

Tertiò, etiã hoc peculiare aliquo modo videtur habuisse Apostolica functio, præ cõmuni: quòd ornata fuerit dono miraculorum. quod etiam ab exẽplis deducitur. Apostoli enim edunt miracula: ut testatur eorum historia. *Act.3.*[x] *& 5.*[y] *Per manus Apostolorum edebantur signa ac prodigia multa in populo.* Sed tamen nõ desunt exẽpla; ubi etiam alii, in primâ Ecclesiâ, licèt per hoĩes mediatè vocati, claruerint dono miraculorũ. Nam de Stephano *Act.6.*[z] dicitur: *Porrò Stephanum, plenum gratiâ & fortitudine, edebat prodigia et signa magna in populo.* Veruntamẽ postea, cùm doctrina Euangelii cõfirmata est: donũ miraculorũ, nõ subitò quidẽ; sed paulatim, evanescere cœpit. ut historia sequentium seculorũ testatur.

¶ Quales verò personæ, publico docendi Euangelium ministerio, ab ascensione Domini nostri Jesu Christi, usq; ad Trajanum, functi sint: patet ex Actis, & Epistolis Apostolorum: nempe quòd fuerint Apostoli; Petrus, Jacobus, Johannes, Andreas, Philippus, Thomas, Bartholomæus, Matthæus, Jacobus Alphæi, Simon Zelotes, Judas Jacobi frater, Matthias, Paulus: & Apostolorum collegæ; quales sunt, Barnabas, Silas, Johannes Marcus, Philippus Euangelista, Titus, Timotheus, Apollo, Epaphras, & alii innumerabiles; quorum passim fit mentio in Epistolis Pauli.

¶ Quibus etiam ritibus sint ad ministerium Euangelii ordinati; nusquam prolixè describitur: ut indicetur, libertatem

o v.23.
p verſ.25.
q verſ 20.
r v.1. s v.21
t verſ.14.
u verſ.9
x verſ.2.
y verſ 13.
z 2.3. a v.3
a verſ 6.
b verſ 19.
c verſ 16
d verſ 1
e verſ 8
f verſ.10.
g verſ.20.
h verſ.1
i verſ.12.
k verſ.7.
l v.19 20
m v 28 29
n verſ.42.
o verſ.28.
p verſ.5.
q verſ.28.
r v 11.12.
s verſ.13.
t v.24.25. 26.
u verſ.6.
x v 17. & ſeqq.
1 v.5. 2 v.8. 9.
a v 2. &c.
b verſ. 9. 12.
c verſ 8.
d v 11.18.
e verſ.5.6.
f verſ.23.
g v.1.2.3.
h verſ.22.
i verſ.2.
k verſ.5.
l verſ.8.
m verſ.14.
n verſ.11.
o verſ.20.
p v.19.23. 24.
q v.14.16.
r verſ.17.
s verſ.23.
t v.5. u v.1.
x v.6. &c.
y verſ.12.
z verſ 8.

bertatem in ritibus Eccleſiam habere. *Act.6.*[a] in ordinatione Diaconorum, fit electio primùm ab Eccleſiâ; & poſtea electi ſtatuuntur in conſpectu Apoſtolorum: qui, factâ oratione, eis imponunt manus. *Act.13.*[b] Antiochena Eccleſia jejunat, orat, & imponit Paulo & Barnabæ manus; & ablegat eos. Impoſitionis manuum fit mētio, *1 Tim.5.*[c] *& 2 Tim.1.*[d]

¶ Occurrunt autem variæ appellationes, quibus perſonæ illæ, quæ publico miniſterio funguntur, notantur. quales ſunt: Apoſtolus. *quæ crebra vox eſt in Actu, & Epiſtolis Pauli; & 1 Pet.1.*[e] *& 2 Pet.1.*[f] *& 3.2 Jude.*[h] Presbyter, B
ſeu Senior: *Act.14.*[i] *15.*[k] *20.*[l] *1 Pet.5.*[m] *2 Johan.*[n] *& 3 Johan.*[o] *Tit.1.*[p] *1 Tim.5.*[q] Epiſcopus: *Actor.20.*[r] *Phil.1.*[s] *1 Tim.3.*[t] *Tit.1.*[u] ubi Epiſcopus & Presbyter pro eodem accipiuntur.

Prophetæ: *Epheſ.4.*[x] *& 1 Cor.14.*[y] *Act.13.*[z] Euangeliſtæ: *Epheſ.4.*[a] *Actor.21.*[b] *2 Tim.4.*[c] Paſtores: *Eph.4.*[d] *1 Pet.5.*[e] Doctores: *Eph.4.*[f] *2 Tim.1.5 Act.13.*[h] Prædicatores: *2 Tim.1.*[i] Præpoſiti: *Hebr.13.*[k] Diaconus: *Act.6.*[l] *1 Tim.3.*[m] Servus Jeſu Chriſti & Dei: *2 Pet.1.*[n] *Apocal.1.*[o] *Rom.1.*[p] *Phil.1.*[q] *Tit.1.*[r] *Jacob.1.*[s] *Jude.*[t] Teſtis Chriſti: *1 Pet.5.*[u] *1 Johan.1.*[x] *& 4.*[y] *Actor.10.*[z] Patres; & Pædagogi: *1 Corint.4.*[b] Καθηγηταὶ: *Galat.6.*[c] Miniſtri, per quos alii credunt: *1 Corint.3.*[d] Dei cooperarii: *1 Corint.3.*[e] Diſpenſatores myſteriorum Dei: *1 Corinth.4.*[f] Miniſtri novi teſtamenti: *2 Cor.3.*[g] Angeli: *Apocal.2.*[h] *& 3.*[i] *& paſſim.*

¶ Res autem hujus miniſterii, docent eſſe, doctrinam à Deo patefactam, de omnibus capitibus Religionis Chriſtianæ; & adminiſtrationem legitimam Sacramentorum & Clavium. Ad hæc duo omnes illi Miniſtri; ſive Apoſtoli, ſive Apoſtolorum diſcipuli, ſive alii ab Eccleſiis legitimè vocati; obligati ſunt. Conſtat hæc, ex doctrinâ de Officiis Miniſtrorum Eccleſiæ: quæ ſuprà, in Decalogi præcepto quarto expoſuimus.

Compendia verò, ſeu ſummas harum rerum, huc annotanda duximus. *1 Pet.5.*[k] *Paſcite, quantum in vobis eſt, gregem Chriſti: curam illius agentes, non coacte; ſed volentes.* Non autem aliter poteſt grex Chriſti paſci; quàm verâ doctrinâ, & legitimâ Sacramentorum & clavium adminiſtratione. Idē, *2 Pet.1.*[l] dicit; *ſe & cæteros Apoſtolos, non arte-cōpoſitis fabulis ſecutos, Domini noſtri Jeſu Chriſti virtutem & adventum patefeciſſe: ſed ſuis oculis aſpexiſſe illius majeſtatē; & audiviſſe in monte vocem: Hic eſt Filius meus dilectus.* Johannes etiam inquit: *Quod vidimus & audivimus, annuntiamus vobis:* 1 Johan.1. Idem: *Et nos vidimus, & teſtamur; quòd Pater miſit Filium ſervatorem Mundi: 1 Johan.4.*[n] Idem *ſpiritum Antichriſti & errorū eos habere* oſtendit, *qui non doctrinam Chriſti tradant:* 1 Johan.2.[o] 4.[p] & 2 Joh.[q] Paulus paſſim Timotheo tradit præcepta; quomodo debeat miniſterio Euāgelii rectè fungi. *1 Timoth.1.*[r] poſtquā dixit, *Jeſum Chriſtum veniſſe in Mundum, peccatores ſalvare;* ſubjicit: *Hoc præceptum* (id eſt, hanc doctrinam Euangelii) *commendo tibi, fili Timothee.* & 1 Tim. 4.[s] *Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ, &c. Attende tibi-ipſi & doctrinæ.* 1 Tim.5.[t] *Eos, qui peccant, objurga coram omnibus: ut & cæteri timorem habeant.* Hæc de uſu Clavium dicta ſunt. 1 Tim.6.[u] *Præcipio tibi, in conſpectu Dei, qui vivificat omnia; & Jeſu Chriſti, qui teſtatam fecit ſub Pontio Pilato bonam profeſſionem: ut ſerves præceptum, immaculatum, irreprehenſibile.* 2 Tim.1.[x] jubet *eum ſervare egregium depoſitum, per Spiritum ſanctum.* quod quid aliud eſt; quam Timotheū obligare ad doctrinam Apoſtolicam? 2 Tim.4.[y] *Obteſtor igitur ego, coram Deo & Domino Jeſu Chriſto, qui judicaturus eſt vivos & mortuos, in apparitione ſuâ, & in regno ſuo: prædica ſermonem; inſta tempeſtivè, intempeſtivè; argue; increpa; exhortare, cum omni lenitate & doctrinâ.*

Huc etiam exempla pertinent. Nam Apoſtoli, eorumq; ſani diſcipuli, in ſuo miniſterio id ſedulò egerūt: ut doctrinam ſanam traderent; & falſam refutarent; & prædicarent pœnitentiam & remiſſionem peccatorum; adminiſtrarent ſacramenta ſecundùm inſtitutionem Chriſti, & claves. Petrus enim, & cæteri Apoſtoli, *Act.2.*[z] concionantur pœnitentiam & remiſſionem peccatorum; & baptizant credentes; & perſeverant in fractione panis. *Act.5.*[a] in Ananiâ & Sapphirâ exempla ſunt excōmunicationis. & *Act.8.*[b] Simon magus à Petro objurgatur coram omnibus. *Act.20.*[c] Paulus ſummam ſui officii recitat: *Annūtiavi vobis, & docui vos;* A *teſtificans Judæis ſimul & Græcis, eam quæ erga Deum eſt pœnitentiam, ac fidem quæ eſt erga Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.* Item:[d] *Non ſubterfugi, quo minus annuntiarem vobis omne conſilium Dei.* Eadem ferè *Act.26.*[e] his verbis refert: *Non fui inobediens cœleſti vocationi: ſed hic, qui ſunt Damaſci, primùm, & Hieroſolymis, & per omnem regionem Judææ; deinde & Gentibus, annuntiabam: ut pœnitentiam agerent, & converterentur ad Deum; opera facientes digna hu, qui reſipuiſſent. Hæc ex cauſâ Judæi me, in templo comprehenſum, tentaverunt interficere. Auxilium igitur nactus Dei uſq; in hodiernum diem ſto; teſtificans tum parvo, tum magno: nihil aliud dicens, quàm ea quæ Prophetæ prædixerant futura eſſe, & Moſes; an paſſurus fuerit Chriſtus: an primus ex reſurrectione mortuorum, lumen annuntiaturus ſit populo & gentibus.*

Cæterùm, quæ fuerint capita doctrinæ, & quæ ratio adminiſtrandi ſacramenta, & uſurpandi claves; ſuis in locis indicatum eſt hactenus. De modo verò docendi, hæc tum ipſorum præcepta, tum exempla, monent. Primùm, *quòd rectè ſit ſecundum verbum Dei*; hoc eſt, diſcrimen Legis & C
Euangelii tenendum: *2 Tim.2.*[f] Secundò, quòd hic ordo ſit obſervandus: ut primo loco peccata arguantur; & ad pœnitentiam, hoc eſt, ad agnitionem peccatorum contritis annuntietur: tertio verò, juſtificati de novâ obedientiâ commoneſiant. Conſtant hæc ab exemplis. Nam Petrus, & cæteri Apoſtoli, *Act.2.*[g] primùm Judæis concionantur pœnitentiam; dum oſtendunt, *eos Jeſum Nazarenum, verum Meſſiam, crucifixiſſe.* Et vehementiùs quidem, *Act.3.*[h] vociferantur in templo: *Judæos Chriſtum juſtum & ſanctum coram Pilato abnegaſſe; homicidam ei prætuliſſe; autoremq; vitæ interfeciſſe.* Idem faciunt *Act.4.*[i] cùm coram concilio Judæorum Seniorum concionem habent: *& Act. 5.*[k] Stephanus etiam Concilio Seniorum gravisimè pœnitentiam prædicat, *Act.7.*[l] *Duri cervice, & incircumciſi corde & auribus, vos ſemper Spiritui ſancto reſiſtitis: ſicut Patres veſtri; ità & vos. Quem Prophetarum non ſunt perſecuti patres veſtri? & occiderunt eos, qui prænuntiabant de adventu juſti illius; cujus vos nunc proditores & occiſores fuiſtis, qui accepiſtis Legem, per diſpoſitionem Angelorum; nec ſervaſtis.* Nec vacua eſt indignatione ea ſententia, quâ Petrus adoritur Ananiam & Sapphiram, *Act. 5.*[m] & Simonem magum: *Act.8.*[n] & Paulus Elymam magū; quem *filium Diaboli* vocat, *Act.13.*[o] Satis etiam gravis fuit illa objurgatio, quâ Paulus Petro ſuum indicavit peccatum: *Galat.2.*[p] Quàm etiam ſeveriter Corinthiis & Galatis cōcionetur pœnitentiam; patet ex Epiſtolis ad eos ſcriptis.

Et quidem, in prædicando pœnitentiam, Paulus docet: Liberum eſſe piis doctoribus; ut aut modeſtiùs agant, aut acerbius peccatores tractent. 2 Cor.5.[q] *Nam, ſive immodeſtè agimus, Deo immodeſtè agimus: ſive modeſte agimus, vobis ſani ſumus.* Hinc eſt, quòd Paulus de hac re duplices tradit ſententias: in aliis enim præcipit ſeveritatem; in aliis lenitatem. Quales ſunt: 2 Timoth.4.[r] *Inſta tempeſtivè & intempeſtivè; argue; increpa; exhortare, cum omni lenitate & doctrinâ.* Tit.1.[s] *Arguito illos ſeverter; ut ſani ſint in fide.* 1 Timoth. 4.[t] *Nemo juventutem tuam deſpiciat.* 2 Timoth. 2.[u] *Servum Domini non oportet pugnare; ſed placidum eſſe erga omnes, propenſum ad docendum, tolerantem malos cum manſuetudine.* 1 Timoth.5.[x] *Senioren ne ſevius objurges; ſed adhortare ut patrem: juniores, ut fratres.* Tit.1.[y] *Argue, cum omni præcipiendi ſtudio.* Verùm hujus rei cauſa eſt: quòd alii peccatores ſint aliis ſanabiliores. mitiùs ergo ſanabiles; & duriùs obſtinati, ſunt tractandi. unde Paulus inquit, 1 Cor. 2.[z] *Quid vultis? cum virgâ veniam ad vos; an cum charitate, & ſpiritu lenitatis?*

Deinde, quòd ſecundo loco prædicent remiſſionē peccatorum; patet etiam ex *Act. 2.*[a] *3.*[b] *10.*[c] *13.*[d] *& alib. locis.* Paulus etiam, *in epiſtolâ ad Romanos, & Galatas, & Epheſios*, quum oſtendit, omnes homines peccato obnoxios; ſubjungit doctrinam de gratuitâ juſtificatione per fidem, ac de remiſſione peccatorum.

Tertiò, quòd ſoleant juſtificatos monere de novâ obedientiâ, ſeu de bonis operibus, in Lege præſcriptis, & à Chriſto repetitis: patet ex omnium Epiſtolis ſingulis. Nā quid Petrus in utrâque epiſtolâ aliud agit; quàm ut juſtificatos hortetur ad bona opera? Idē Johannes in ſuis epiſtolis agit.

a verſ.5.6.
b verſ.2 3
c verſ.22.
d verſ.6.
e v.1. f v.1 g v 2. h v 17 i v 23 k v.2. l verſ.17. m v.1. n v.1 o v.1. p v 5. q v.17. r v. 28. s verſ 1 t v.2. u v.7. x v 11 y v.29 z v 1 a v.10. b v.8. c v.5 d v.11. e v.2 f v 11. g v.13 h v 1. i v 11 k v.17. l v 4 m v 8. n v 1 o v.1. p v.1 q v.1. r v.1 s verſ. 1. t v. 1 u v.1 x v.2 y v 14 a v. 39. b v 15 c verſ.6. d v 5. e v.9 f v.2. g v 6 h v 1. 8. 12 18. i verſ. 1. 7. 14.
k verſ.2.
l verſ. 16. 17. 18.
m verſ.3.
n verſ.14.
o v.22. p v. 5. q verſ.7.
r v.15. & 18.
s v.13.16.
t verſ.20.
u v.13.14.
x verſ.14.
y verſ 1.2.
z verſ.38. 41 42.
a verſ 1 & ſeqq.
b verſ.20.
c v.20.21.
d verſ 27.
e v.19 &
f verſ.15.
g verſ.23.
h verſ.14.
i verſ 8 & ſeqq.
k verſ 29 & ſeqq
l v 51. 52 53.
m v.3 & 9.
n v.20.21
o verſ.10.
p verſ.14.
q verſ 19.
r verſ.2.
s verſ.13.
t verſ.12.
u v.24.
x verſ. 1.
y verſ.15.
z verſ.21.
a verſ.38.
b verſ.19.
c verſ 43.
d verſ 39.

Paulus etiam, in epistolâ ad Romanos, Galatas, & Ephesios, postquam pœnitentiam concionatus est, & remissionem peccatorum; ex professo de bonis operibus justificatorum multa prolixè tractat. In aliis epistolis ferè ex proposito hoc agit; ut remotis præscribat bona opera, nisi quòd subindè, tanquam causam bonorum operum, doctrinam de justificatione & fide interspergat.

Pertinet etiam hoc ad modum docendi, quòd contradicentes jubent admonere, erudire, convincere, iisq; ora obturare. Tit.1.[e] *ut possit* (scilicet Episcopus) *contradicentes convincere.* & postea:[f] *Quibus oportet obturare os: qui totas domos subvertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratiâ.* Tit.3.[g] *Hæreticum hominem, post unam atque alteram admonitionem, fuge.* 2 Tim.2.[h] *Erudientem eos, qui obsistunt.* Idem etiam ipsos fecisse; tum ex Actis, tum ex Epistolis eorum, apparet. Nam Stephanus, *Act.6.*[i] Scholasticos Libertinorũ, Cyrenensium, Cilicum, & cæteros, refutat. & Paulus *Act. 9.*[k] confundit Judæos, & disputat adversus Græcos; & demonstrat, Christum esse Filium Dei. Idem, *Act.15.*[l] unà cũ Barnabâ & aliis, Antiochiæ refutat Pseudoapostolos. Idẽ, *Act.20.*[m] prædicit, lupos venturos; & jubet Episcopos vigilare contra eos. Apollo etiam vehementer revincebat Judæos; ostendens per Scripturas, quòd Jesus esset Christus: *Act.18.*[n] Petrus, *in 2 epist.* refutat falsos doctores: *cap.2.* & 3. Johannes etiam, 2. *epist.* 2. 4. & 2. *epist.* refutat Antichristi doctrinam. Paulus verò, passim in suis epistolis, Pseudoapostolorum & Antichristi doctrinâ impugnat & refutat. Idem 1 *Cor.16.*[o] dicit, se Ephesi habere adversarios multos.

Etiam illud ad modum docendi pertinet: quòd Paulus jubet retinere formam sanorum verborum; & vitare novas & monstrosas formas loquendi, & quæstiones vanas: propterea quòd iis obscuretur veritas; & præbeatur occasio vanis opinionibus. 1 Timot.4.[p] *Bonus eris minister Jesu Christi, enutritus in sermonibus fidei.* 2 Tim.1.[q] *Formam habeto sanorum sermonum, quos à me audisti, cum fide & charitate, quæ est in Christo Jesu: egregium depositum servato.* 2 Tim. 2.[r] *Quæ à me audisti per multos testes, hæc cõmenda fidelibus hominibus; qui erunt idonei, ut alios quoq; doceant.* Tit.1.[s] *Episcopum oportet esse tenacem ejus, qui secundum doctrinam est, fidelis sermonis.* Tit.2.[t] *Tu loquere, quæ decent sanam doctrinam.*

De vitandis novis & inusitatis loquendi formis, & inutilibus quæstionibus & argutiis; hæc testimonia loquũtur. 1 Tim.4.[u] *Profanas & aniles fabulas rejice.* 1 Tim.6.[x] *Si quis diversam sequitur doctrinam; & non accedit sanis sermonibus Domini nostri Jesu Christi, & ei quæ secundùm pietatem est doctrinæ: is inflatus est, nihil sciens; sed insaniens circa quæstiones, ac disputationum pugnas: ex quibus nascitur invidia, contentio, maledicentia, suspiciones malæ, supervacaneæ conflictationes hominum mente corruptorum, & quibus ademta est veritas, qui existimant quæstum esse pietatem. Sejungere ab his, qui ejusmodi sunt.* Et rursus 1 Tim.6.[y] *O Timothee, depositum serva; devitans profanas vocum inanitates, & oppositiones falsò-nominatæ scientiæ: quam nonnulli professi, circa fidem aberraverunt.* Idem 2 Tim.2.[z] *Hæc admone; contestans eos coram Domino, ne verborum pugnas sequantur, ad nullam utilitatem, ad subversionem audientium. Cæterùm profanas vocum inanitates prætermittito: ad majorem enim proficient impietatem; & sermo illorum, ut gangræna pastionem habebit. quorum de numero est Hymenæus & Philetus: qui circa veritatem aberrarũt, dicentes resurrectionem jam esse factam; & subvertunt quorundam fidem.* & rursus ibid.[a] *Stultas & ineruditas quæstiones reprime, sciens, eas parere pugnas.* Tit.3.[b] *Stultas autem quæstiones, & genealogias, & contentiones, ac pugnas legales, omitte: sunt enim inutiles & supervacaneæ.* Petrus etiam, 2 epist.2.[c] prædicit; *falsos doctores vehementer fastuosa vanitatis verba loquuturos, ad illiciendam homines.*

Monent etiam Apostoli; non licere cuiquam verbi Ministro, neque genus doctrinæ à Christo traditum, neq; administrationem sacramentorum à Christo institutorum, mutare, addendo vel detrahendo aliquid. 1 Pet.1.[d] *Si quis loquitur, loquatur ut eloquia Dei.* 1 Johan.2.[e] *Vos igitur quod audistis ab initio, in vobis permaneat.* Itèm:[f] *Sicut docuit vos unctio, manete in eâ.* 2 Johan.6 *Omnis, qui transgreditur, & non manet in doctrinâ Christi, Deum non habet.* Itèm:[h] *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert; ne recipiatis eum.* Gal.1.[i] *Cæterùm, etiamsi nos, aut Angelus è cælo, prædicaverit vobis aliud Evangelium, præter id quod prædicavimus vobis: anathema sit.* 1 Cor.4.[k] *Illud in dispensatoribus requiritur; ut fidus aliquis reperiatur.* 1 Cor.3.[l] *Fundamentum aliud nemo potest ponere, &c.* 2 Cor.2.[m] *Non sumus ut plerique, corrumpentes sermonem Dei: sed velut ex sinceritate, sed velut ex Deo, in conspectu Dei, per Christum loquimur.* Idẽ de administratione Cœnæ inquit, 1 Cor.11.[n] *se, ut à Domino acceperit, ità etiam Corinthiis tradidisse.* Idem, 2 Cor.10.[o] & 12.[p] dicit; *se & alios ministros accepisse potestatem, in ædificationem; & non in destructionem Ecclesiæ.* Si verò liceret, genus doctrinæ, & sacramentorum institutionem, mutare: verè liceret etiã destruere Ecclesiam Dei. Et 2 Cor.13.[q] eleganter inquit: *Non possumus quicquam adversùs veritatem; sed pro veritate.*

¶ Confidenti & constanti animo in Ministerio esse versandum; tum exempla Apostolorum, tum testimonia, probant. Nam Senatus Hierosolymitanus miratur Petri & Johannis in dicendo libertatem: *Act.4.*[r] Et tota Ecclesia *petit à Deo; ut det servis suis, ut cum omni fiduciâ loquantur sermonem:* Act.4.[s] Et Stephanus, *Act.6.*[t] dicitur *plenus fide & fortitudine fuisse.* Et Paulus jubet *Ephesios pro se orare; ut sibi detur sermo, in apertione oris sui, cum libertate: ut notum faciat mysterium Evangelii.* Ephes.6.[u] Et *Coloss.4.*[x] idem postulat. & 1 *Thess.2.*[y] dicit, *se audaciter egisse à Domino nostro, ad loquendum Evangelium Dei.* Tit.2.[z] *Argue cum omni præcipiendi studio: nemo te despiciat.*

Prudentiam etiam adhibendã esse monent in docendo: ne imbecillibus ea tradantur, quorum nondum sunt capaces. ut Paulus, 1 Cor.3.[a] *Ego, fratres, non potui loqui vobis, ut spiritualibus: sed loquendum fuit ut carnalibus, ut infantibus in Christo. Lacte potu vos alui; & non cibo. nondum enim poteratis; imò ne nunc quidem adhuc potestis: nam adhuc carnales estis.* & 1 Corinth.2.[b] *Sapientiam loquimur inter perfectos.* Nève margaritæ porcis & canibus projiciantur; juxta interdictum Christi. Hinc Paulus, *Act.13.*[c] Judæis blasphemantibus ait: *Vobis oportebat primùm loqui sermonem Dei: sed quoniam repellitis illum, & indignos vos judicatis æternâ vitâ; ecce, convertimur ad Gentes.* Idem facit Act.18.[d] *Sanguis vester super caput vestrũ. mundus ego, posthac ad Gẽtes ibo.* Et Act.19.[e] *in Ephesо quibusdam induratis; Paulus segregat discipulos.*

Simplicitatem etiam, in docendo rudiores, commendat Paulus, 1 Cor.2.[f] *Ego, cùm venirem ad vos, fratres, non veniebam cum eminentiâ sermonis aut sapientiæ, annuntians vobis testimonium Dei: non enim me judicavi quicquam scire inter vos; nisi Jesum Christum, & hunc crucifixum. Et ego per infirmitatem, & cum timore ac tremore multo, apud vos versatus sum: & sermo meus, & prædicatio mea, non erat in persuasorijs sapientiæ humanæ verbis; sed in ostensione spiritûs ac potentiæ. ut fides vestra non sit in sapientiâ hominũ; sed in potentiâ Dei.* 2 Cor.11.[g] *Licèt imperitus sim sermone; non tamen scientiâ.* 1 Cor.4.[h] *Veniam ad vos, ut cognoscam, nõ sermonem istorum, qui inflati sunt; sed virtutem: non enim in sermone est regnum Dei; sed in virtute.* Simplicitatis etiam exempla, in omnibus Apostolorũ scriptis conspiciuntur: quam sequentium seculorum scriptores non sunt imitando assequuti.

Eadem etiam sæpiùs inculcare, & repetere, in docendo & scribendo, solitos esse; patet ex Phil.3.[i] *Eadẽ mè scribere vobis, me quidem haud piget; vobis autem tutum est.* 2 Pet.1.[k] *Haud negligam vos semper commonere de his: tametsi sciatis, & confirmati sitis in præsenti veritate.*

In taxandis peccatis, ad cõmunia vitia respiciendũ esse; Apostoli suo exemplo docent. Nam Paulus *Galatas* vocat *stultos:*[l] quod gentis illius vitium fuisse, Hieronymus prodidit. Idem *Cretenses* dicit *mendaces esse, & pigros ventres;* [illegible] *ob causam acrius à Tito objurgandos*, monet, *Tit.1.*[m] Romanos, cùm arrogãtes esse sciret, dehortatur; *ne suprà, quàm oportet, de se sentiant:* Rom.12.[n]

Quemadmodum à Christo ministerium est institutũ, ut esset publicum: ità quoque Apostoli id publicè administrarunt; &, ut à successoribus suis idem fieret, monuerunt. Nam Apostoli Hierosolymis publicè; & nõ in angulo, docent, & Ecclesiam colligunt. *Act.2.3.4.* & alibi capitibus. & Paulus, 2 *Tim.3.*[o] falsis doctoribus scribuit, *quòd subeant in fa-*

[illegible]



mus, atq; ita reliqua omnia, ut hactenus dictum. 2 Cor.4.[f] *Semper enim nos, qui vivimus, in mortem tradimur propter Jesum: ut & vita Jesu manifestetur in mortali carne nostrâ.* Itaq; *in laboribus, quidem in multis, in vigiliis, in jejuniis.* 2 Cor.11.[g] *In laboribus copiosiùs, in carceribus frequentiùs, in plagis supra modum: in mortibus frequenter. A Judæis quinquies quadragenas plagas, uno minus accepi: ter, virgis cæsus sum: semel fui lapidatus, ter naufragium feci: nocte & die in profundo egi: in itineribus sæpè, in periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in civitate, periculis in deserto, periculis in mari, periculis inter falsos fratres: in labore & molestiâ, in vigiliis sæpè, in fame & siti, in jejuniis sæpè, in frigore & nuditate. Præter ea quæ extrinsecùs accidunt, incumbit mihi quotidiana cura omnium Ecclesiarum. Quis infirmatur; & ego non infirmor? Quis offenditur; & ego nō uror?* 2 Cor.6.[h] *Commendemus nos in omnibus, ut Dei ministri: in multâ tolerantiâ, in afflictionibus, in necessitatibus, in anxietatibus, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in vigiliis, in jejuniis, &c.* Gal.6.[i] dicit, *se stigmata Jesu Christi in corpore suo portare.* Ephes.3.[k] dicit, *se vinctum esse pro Gentibus; & tolerare afflictiones pro iis.* Et Col.1.[l] ait, *se per afflictiones suas supplere, quod deerat afflictionum Christi, in carne suâ, pro corpore ipsius, quod est Ecclesia.* 2 Timot.3.[m] hortatur Timotheum, *ut sit particeps afflictionum Evangelii.* & 2 Tim.3.[n] generalem tradit de suo exemplo regulam: *quod omnes, qui volunt pie in Christo vivere, persecutionem passuri sint.* & 2 Tim.4.[o] *Timotheum* jubet *vigilare in omnibus, & obdurare in afflictionibus; opus peragere Evangelistæ, & ministerium suum ad plenum probatum reddere.*

Monent etiam, Deum piis ministris adfuturum, eosq; ereptum ex magnis periculis; & tandem, in vitâ æternâ, præmia pro molestiis & laboribus daturum. Act.18.[p] *Dominus dixit per visionem Paulo: Noli timere; sed loquere, & ne taceas: propterea quòd ego sum tecum; & nemo adoriatur te, & affligat, quoniam populus est mihi multus in hac civitate.* & Paulus, 2 Tim.3.[q] *Tu verò assecutus es doctrinam meam, institutionem, propositum, fidem, lenitatem, charitatem, patientiam, persecutiones, afflictiones; quæ mihi acciderunt Antiochiæ, Iconii, Lystris: quas persecutiones sustinuerim. & ex omnibus eripuit me Dominus.* 2 Timot.4.[r] *In primâ meâ defensione nemo mihi adfuit; sed omnes me deseruerunt, ne illis imputetur! sed Dominus mihi adfuit, & corroboravit me, &c. & ereptus sum ex ore leonis: & eripiet me Dominus ab omni facto malo; servabitq; in regnum suum cæleste.*

De præmiis verò, hæc testimonia loquuntur. 1 Pet.5.[s] *Cùm apparuerit ille pastorum princeps; reportabitis immarcescibilem coronam gloriæ.* Apoc.2.[t] *Esto fidelis usq; ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.* 1 Cor.9.[u] *Væ mihi est, nisi evangelizem. nam, si volens hoc faciam; præmium habeo.* 1 Cor.15.[x] *Itaque fratres mei dilecti, &c. cùm sciatis, quòd labor vester non est inanis in Domino.* 2 Timoth.4.[y] *Reposita est mihi justitiæ corona: quam reddet mihi Dominus in die illo.* 1 Thess.2.[z] *Nam quæ est nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriationis? an non & vos, in conspectu Domini nostri Jesu Christi, in ejus adventu? Vos enim estis gloria nostra & gaudium.* Plura ejus sententiæ testimonia, suprà, de Præmiis bonorum operum, recitantur; & infrà, de Vitâ æternâ.

¶ Cæteræ conditiones personarum, quæ ministerio docendi fungunturi; à Paulo eleganter describuntur, 1 Tim. 3.[a] *Indubitatus sermo: si quis episcopi munus appetit; bonestum opus desiderat. Oportet igitur Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris maritum, vigilantem, sobrium, modestum, hospitalem, aptum ad docendum: non vinolentum, non percussorem, non turpiter lucra cupidum; sed æquum, alienum a pugnis, alienum ab avaritiâ: qui suæ domui bene præsit; qui liberos habeat in subjectione, cum omni reverentiâ. Quod-si quis propriæ domui præesse non novit: quomodo ecclesiam Dei curabit? Non novitium: ne insolescat in condemnationem incidat calumniatorum. Oportet autem illum & bonum habere testimonium ab extraneis: ne in probrum incidat, & laqueum calumniatoris. Mundos itidem compositos: non bilingues, non multo vino deditos, non turpiter lucri cupidos: tenentes mysterium fidei, cum puræ conscientiæ. Atq; ii probentur primùm, deinde ministrent sic, si nemo possit illis crimen dare. Mulieres similiter modestas, non criminatrices, sobrias, fidelis in omnibus.* Diaconi sint unius uxoris maritus, qui

dii præsint, & propriæ familiæ. nam, qui suæ familiæ recte præest, filio bonum acquirunt, & multam fiduciam habent in fide, quæ est in Christo Jesu. 1 Tit.1.[b] *Is enim oportet episcopum irreprehensibilem esse, sicuti Dei dispensatorem: non præfidentem, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpiter lucro deditum, sed hospitalem, benarum rerum studiosum, sobrium, justum, pium, temperantem: tenacem ejus, quo secundùm doctrinam est, fidelis sermonis, ut potens sit etiam cohortari per doctrinam sanam & contradicentes convincere.*

Memorabile autem est; quòd nullis ministris Ecclesiæ prohibetur Conjugium. imò, in his testimoniis, Episcopi conjuges requiruntur. & Paulus, 1 Cor.9.[c] inquit: *An non habemus potestatem, sororem conjugem circumducendi: quemadmodum & cæteri Apostoli, & fratres Domini, & Cephas?* Apostoli cæteri, & fratres Domini, & Petrus, [illegible] fuerunt. De conjuge Petri, *Eusebius*[d] ex Clemete [illegible] commemorat. Et Act.21.[e] *Cæsarea Philippi* [illegible] *fuisse, & quatuor filias virgines prophetantes habuisse, dicitur.*

¶ Ut à Christo nulla majoritas aut primatus inter Apostolos, aut eorum successores, est institutus: ità quoque Apostoli, nullius primatûs meminerunt; nedum quilibet ex iis eum sibi vendicavit. Nam Petrus (cui primatum concessum esse, Romani Episcopi, ministerio iniquitatis imprægnati, *Apoc.17.*[f] somniarunt) nusquam sibi affectare ullum primatum videtur. Eodem enim titulo, quo alii Apostoli, sese insignit: *1 Pet.1. & 2 Pet.1.* quòd sit *Apostolus & servus Jesu Christi:* & se aliis presbyteris coæquat; & [illegible] præfert, *1 Pet.5.*[h] ubi se *compresbyterum* appellat. & cùm [illegible] petrâ loquitur, *1 epist.2.*[i] non se eum esse dicit, super quem ædificata sit Ecclesia; sed Christum. Nec alii Apostoli, Petri primatum agnovisse, utpiam dicuntur. Nam Johannes Diotrephen, *epistolâ 3.*[k] reprehendit; quòd primatum in Ecclesiâ affectet. nec Johannes utpiam Petri meminit in suis epistolis: quod utique fecisset; siquidd de ejus primatu novisset. Paulus Petrum objurgavit acriter, (*Gal.2.*[l]) non recto pede ad veritatem Evangelii incedentem. Idem Antichristo id tribuit; quòd primatum super magistratum, & ecclesiam, & cultum Dei, affectaturus sit. *2 Thess.2.*[m] Quod etiam Petrus facit, *2 Pet.2.*[n] & Johannes, *Apoc.13.*[o] & 17.[p] Nec concilium Hierosolymitanum Petro tribuit primatum: *Act.15.* Huc etiam illa faciunt: quòd Apostoli, ministri, & non domini Ecclesiæ dicuntur, *1 Cor.3.* & *4.*[r] & *2 Cor.1.*[s] Itē, quòd sol[t] Christus Ecclesiæ caput est; ut suprà dictū.

Nec aliquam Ecclesiam, sive Romanam, sive Hierosolymitanam, sive Ephesinam, sive Antiochenā, sive aliam, ubi Apostoli docuerūt, primatum super alios gerere; ut Apostoli docēt: non omissuri, si quid in eâ re esset à Christo & a Spiritu sancto traditum, aut mādatum. Sed omnes in Christo Jesu unum esse, docet Paulus, *Gal.3.*[u] *Col.3.*[x]

¶ Officia Auditorum erga Ministros Ecclesiæ, in quarto præcepto commemoravimus: nec opus est ea hic repeti. Hæc tamen monēda duximus: quòd, varia Auditorum genera esse, exempla doceant. nam *Act.2.*[y] in die Pentecostes alii stupent & mirantur Apostolorum conciones: alii irridēt eos, dicentes; *Musto repleti sunt isti:* alii verò audientes convertuntur. Seniores verò populi & Pontifices interdicunt ne in nomine Jesu loquantur; & postea persequuntur Apostolos. *Act.4.*[z] *5.*[a] *& 7.*[b] Alii credunt, alii indurantur [illegible] 13.[c] *18.*[d] *19.* Alia discrimina, nempe quòd alii sine [illegible] alii sortes in fide; suprà, in Loco de Ecclesiâ, sunt [illegible]

¶ Imbecillitates Doctorum, à doctrinâ discernendæ. Paulus monet, Galat.1.[e] *Si nos, aut Angelus de cœlo [illegible] Evangelium prædicaverimus; præter id quod prædicavimus: anathema sit.* Idem *Galat.2.*[f] monuisse videtur; ne [illegible] factum Petri scandalosum; sed secundùm veritatem Evangelii, alii incederent. Idem etiam monet, ea dicta esse, quæ secundùm hominem cogitentur [illegible] iis, quæ secundùm Deum dicuntur. [illegible] Deum, ut præcepta Dei dicuntur, [illegible] eodem hominem dicuntur, [illegible] [illegible] Idem, circa præceptum [illegible] Conjugio, [illegible] Virginitatem, dicit: *1 Cor.7.*

[illegible] ¶ Ce[illegible]

a Catechizare. Ministerium docendi ... [illegible] ... Gal.3.[f] Christus nos redemit ab execratione legis; dum pro nobis factus est maledictum. Col.2.[g] Factum [illegibile] nos qui erant sub elementis mundi, subjectos, et adoptionem filiorum consequeremur. Gala.[h] 4. Libertas [illegibile] quæ habemus in Christo Jesu, ut in servitutem nos redigant. 1 Tim.1.[i] Lex non est lata justo. Hebr.2.[k] Ut per mortem aboleret eum, qui mortis habet imperium, id est Diabolum, & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant servituti.

B Dixi, quòd sit libertas à jugo Mosaico. Quod tamen non ita est intelligendum, ut supra de Abrogatione legis dictum est. Etsi enim Christianos à legibus cæremonialibus liberavit per Christum, docet Paulus, Coloss.2.[l] *Ne quis vos judicet in cibo aut potu, aut parte diei festi, aut novilunii, aut sabbatorum, quæ sunt umbra rerum futurarum.* Gal. 5.[m] & 6.[n] *In Christo Jesu neq; circumcisio quicquam valet, neque præputium.* Plura testimonia supra, de Abrogatione legis. Esse etiam eosdem liberatos à potiori Mosaicâ, & legibus forensibus; ut iis liberè uti, vel non uti, liceat, si tripartitum cum lege naturæ, & Decalogi præceptis, conferatur: ex decreto Concilii Hierosolymitani, *Act.15.*[o] apparet: & quòd Apostoli Christianos, legibus politicis suorum magistratuum obedire jubent, *1 Pet.2.*[p] *Rom.13.*[q] *1 Tim.2.*[r] *Tit.3.*[s] & quòd ipse Paulus legibus Romanis Cæsaris usus est: *Act. 16.*[t] *22.*[u] *23.*[x] *25.*[y]

C Ab iis verò, quæ congruunt cum lege naturæ, non ita liberati Christiani, ut ducere novercam nō liceat: *Levit.18.*[z] Lex de polygamiâ abrogata est: *1 Cor.7.*[a] & lex de divortio restricta ad adulterii casum, & infidelis discessionem: *1 Cor.7.*[b]

D A' lege verò morali ità liberati sunt: ut habeant privilegium, ne teneantur per suam obedientiam, quâ legi præstitâ, quærere justitiam, & sibi comparare salutem coram Deo. Nam obedientia & mors Christi, eos ab exsecratione legis liberavit: *Gal.3.*[c] & *4.*[d] & impletio legi per Christum præstita, credentibus applicatur per fidem: *Rom.1.* & *10.*[e] & ob eam Christi satisfactionem credentes absolvuntur, & justi pronuntiantur. *Rom.5.*[f] *Obedientiâ unius, justi constituti sunt multi.* Quærunt igitur Christiani justitiam coram Deo, nō ex operibus legis; sed ex fide. *Rom.9.*[g] *10.*[h] *Phil.3.*[i]

E *Non eam, quæ ex lege est, justitiam habens; sed quæ per fidem est Christi; quæ ex Deo est, justitiam in fide.*

Sed tamen Apostoli, ad obedientiam legi præstandam, omnes justificatos obligant: docent non quidem propter meritum fidei; sed propter alias causas, suprà in doctrinâ de Bonis operibus expositas.

F *Tertiò*, quòd sit immunitas à rebus quibusdam humanis, seu rebus suâ naturâ mediis: ita quidem, ut eis non sint alligandæ conscientiæ; neq; judicia ullius quærenda. *Rom.14.*[k] *Non est regnum Dei cibus ac potus; sed justitia, pax, & gaudium in spiritu sancto.* 1.Cor.7.[l] *Precio empti estis: nolite fieri servi hominum.* 1.Cor.8.[m] *Esca nos non commendat Deo: neq; si comedamus, aliquid nobis supererit; neq; si non comedamus, quicquam nobis deerit.* 1.Cor.17.[n] *Hæc autem ad id, quod vobis conducibile est, dico: non ut laqueum vobis injiciam.* Gal.4.[o] *Quomodo convertimini denuò ad infirma & egena elementa Mundi?* Col.2.[p] *Si commortui estis cum Christo ab elementis Mundi; quid, quasi viventes in Mundo, decretis teneamini? Ne tetigeris: ne gustaveris: neq; contrectaveris. quæ omnia ipso perunt abusu, juxta præcepta & doctrinas hominum.* Tit.1.[q] *Omnia quidem pura sunt puris: pereò pollutis & infidelibus nihil purum.* Sed de Traditionibus humanis postea suo loco dicetur.

G ¶ De usu libertatis Christianæ in rebus mediis, hoc Paulus monet: quòd danda sit opera, ne offendantur fratres infirmi; aut obstinati & præfracti in suâ pertinaciâ, & impiâ opinione, confirmentur. De priori sententiâ Paulus loquitur, Roman.14.[r] *Illud judicate magis, ne ponatur offendiculum fratri, aut lapsûs occasio.* &c. *Bonum est, non edere carnes, neq; bibere vinum, neq; quicquam, per quod frater tuus impingit, aut offenditur, aut infirmatur.* 1 Corinth.8.[s] *Videte, ne facultas ista vestra offendiculo sit imbecillis, qui infirmi sunt.* 1.Cor.9.[t] *Equidem, cùm liber sim ab omnibus, omnium me ipsum servum feci, quò plures lucrifaciam: & factus sum Judæus, quasi Judæus; ut Judæos lucrifaciam: his qui sub lege sunt, quasi sim sub lege; ut eos, qui sub lege sunt, lucrifaciam: his qui sine lege sunt, tanquam sim*

H

suâ lege; (cùm non justificetur homo) fidelium in legi (Christi) ut justificationem ejus quæramus fide legis. Nihil ergo infirmat, quòd infirmat; ut impleatur Justificatio. Ostendit, fidem sanctam, ut omnino aliquid juvet. Hoc etiam exemplo perdiscimus quòd Paulus Timotheum circumcidit, propter judæos. Actor.16. [a] *& rasit caput in Cenchreis ob votum. Act.18.* [b] *& purificavit se in templo. Act.21.* [b]

Deuteriori sententiâ, Galat.2. [c] *Sed neque Titus, qui mecum erat, cùm esset Græcus, compulsus fuit circumcidi: propter falsos autem subintroductos fratres, qui subintraverant ad explorandam libertatem nostram, quam habemus in Christo Jesu: quòd nos in servitutem redigerent: Quibus nec ad horam quidem cessimus per subjectionem: ut veritas Evangelii permaneret apud vos.*

¶ Cum libertate Christianâ pugnant: Libertas carnis, seu abusus libertatis Christianæ ad scelera & præcertum malitiæ. *1 Pet.2.* [d] *Galat.5.* [e] Non credere, se à legis maledictione esse liberatum. *Gal.3.* [f] *Quicunque ex lege sunt, exsecrationi obnoxii sunt.* Per legem & opera sua quærere justitiam. *Rom.9.* [g] *& 10.* [h] *Gal.2.* [i] Arbitrari, circumcisionem & observationem legis Mosaicæ esse necessariam ad salutem: *Acts 15.* [k] *Gal.5.* [l] *Col.2.* [m] Somniare, decretorum & traditionum humanarum observationem, propter conscientiam, tanquam cultū Dei, necessariam esse. *Gal.4.* [n] *& 5.* [o] *Col.2.* [p] Abuti libertate suâ in rebus mediis, ad offendendum infirmos. *Rom.14.* [q] *1 Cor.8.* [r] *& 10.* [s] Non uti libertate contra præfractos & laxos fratres. ob quam causam Paulus objurgat Petrum, *Galat.2.* [t]

DE CRUCE ET AFFLICTIONIBUS Ecclesiæ.

ECclesiam Christi, in hac vitâ, cruci & variis ærumnis, miseriis & calamitatibus, expositâ & subjectam esse; Apostoli etiam confirmant. Nam Petrus, 1. epist.1. [a] dicit: *Ad breve tempus affligi in variis experimentis.* & 1 Pet.2. [x] *In hoc vocati estis, quoniam & Christus afflictus est pro nobis, relinquens nobis exemplum, ut insequamini vestigia ipsius.* & 1 Pet.4. [y] *Ut incipiat judicium à domo Dei.* Et Johannes, 1 epist.3. [z] *Ne mireamini, si vos odit Mundus.* Et Christus, in epistolâ ad Angelum Smyrnæorum Ecclesiæ, Apocal.2. [a] *Ecce, missurus est Diabolus aliquos ex vobis in carcerem, ut tentemini: & habebitis afflictionem diebus decem.* Idem, Apoc.3. [b] ad angelum Laodicensis Ecclesiæ *Ego, quos amo, arguo & castigo.* Et *Paulus & Barnabas confirmabant animas discipulorum; exhortabantur, ut perseverarent in fide: & quod per multas afflictiones oporteat nos intrare in regnum Dei.* Actor.14. [c] Idem, Rom.8. [d] *Quemadmodum scriptum est; Propter te morti tradimur tota die: habiti sumus velut oves destinatæ macta tioni.* 2 Cor.4. [e] *Semper mortificationē Domini Jesu in corpore circumferentes.* 1 Thess.3. [f] *Nam ipsi vestis, nos in hunc usum positos esse. Etenim, cùm apud vos essemus, prædicabamus vobis, fore ut afflictionem paterentur: quemadmodum & evenit; & nostis.* 2 Tim.3. [g] *Sed & omnes, qui volunt piè vivere in Christo Jesu, persecutionē patientur.* Hebr.12. [h] *Quis enim est filius, quem nō castigat pater? Quòd si alienus estis à castigatione, cujus participes facti sumus: igitur spurii estis, & non filii.* Jac. *cap.1.* [i] *2.* [k] *& 5.* [l] ostēdit; pios variis tentationibus vexari. Huc etiam pertinent exempla primæ Ecclesiæ, & Apostolorū; quæ passim affliguntur ab impiis: ut patet ex Actis, & Epistolis Pauli.

Definitionem eandem, quam ex doctrinâ Christi suprà construximus, etiam Apostoli confirmant: nempe, quòd Crux Ecclesiæ, sint omnis generis afflictiones, quæ piis accidunt præter meritum; præcipuè verò, quę propter nomen Christi inferuntur: ut probentur, erudiantur, & innotescant veri Christiani; ac Deus in ipsis celebretur, quemadmodum sequentia declarabunt.

¶ Afflictiones Ecclesiæ alias esse internas; alias externas: Paulus docet, 2 Cor.7. [k] *In omnibus affligebamur: foris pugnæ; intus timores.* & Petrus, *tentationem Diaboli, afflictionem* appellat, 1 Petri 5. [m] Et externarum afflictionum meminit: quales sunt, molestiæ, alapæ, obtrectationes, probra. *1 Pet.2.* [n] *3.* [o] *4.* [p]

Alias etiam spirituales esse; alias verò corporales: constat ex Ephes.6. ¶ *Non est nobis luctatio adversùs carnem & sanguinem; sed adversùs principatus, adversùs potestates, adversùs dominos Mundi, &c.* Verùm de his postea prolixius.

¶ Cæterùm vera & sana [illegible] Apostoli. Nam Deus in hac crucis [illegible] qui vehementer & perniciosè [illegible] tines; de quibus dicemus [illegible] Primo enim [illegible] tem. & 1 Petri 1. [r] *Hæc est gratia, si propter conscientiam Dei sustinet quis molestias, patiendo injustè. Quæ enim est laus, si cùm peccantes alapa cædimini, sustinetis? At si, cùm benè agitis, & tamen male afficiamini, sustinetis: hæc est gratia apud Deum. Siquidem in hoc vocati estis: quoniam & Christus afflictus est pro nobis, relinquens vobis exemplū, ut insequamini vestigia ipsius.* & 1 Petri 3. [s] *Præstat enim, si ita velit Deus voluntas, malis afficiamini; quàm malè faciendo.* & 1 Petri 4. [t] dicit, crucem, *Dei judicium esse, quòd in domo ejus incipiat.* Et Johannes, Apoc.3. [u] excipit Christi, inquit: *Ego, quos amo, arguo & castigo.* & Paulus, 1 Cor.11. [x] *Cùm judicamur, à Domino corripimur.* Phil.1. [y] *Quia vobis donatum est pro Christo, non solùm ut in eum credatis: verùm etiam ut pro illo patiamini.* Hebr.12. ex Proverbiis citat insignem sententiam [illegible] *Fili mi, ne negligens correptionem Domini: neq, deficias cùm ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus, corripit: flagellat autem omnem filium, quem recipit. Si castigationem sustinetis, velut filiis sese offert Deus.*

Effectorem verò calamitatum Ecclesiæ, Diabolum esse, docent: ut qui propter *invidiam* odium machinetur eis internas & externas afflictiones, in perpetuum eorum interitum. Nam Petrus, *Diabolum circumbulare, & quærere quem devoret*, dicit, 1 epist.5. [a] Johannes etiam *operum* Diaboli meminit, 1 epist.3. [b] Idem inquit: *Malus ille non tangit eum.* 1 Johan.5. [c] Et Apoc.12. [d] ostendit, *Draconem magnum, Serpentem antiquum, qui appellatur Diabolus & Satanas, seducere totum terrarum orbem; & oppugnare mulierem.* hoc est Ecclesiam; *& accusare eam ante conspectum Dei, die ac nocte.* Paulus etiam, Satanam Ecclesiam affligere, passim docet. item Roman.16. [e] optat Romanis; *ut Deus conterat Satanam sub pedes eorum brevi.* & 2 Cor.11. [f] dicit, *Satanam transfigurari in angelum lucis;* scilicet ad decipiendum pios. Idem, 2 Corinth.11. [g] *nuntium Satanæ se colaphis cædere*, affirmat. & Ephes.6. [h] *assultum Diaboli*, ejusq, *ignitorum telorum* meminit. & 1 Thess.2. [i] *fuisse Thessalonicam à Satana impeditum esse* dicit.

Organa verò Diaboli, quorum operâ & labore in affligendâ Ecclesiâ utitur; docent esse Mundum, hoc est, homines: eosque non infimos; sed omnium summos, ad clavum Ecclesiæ & Rerumpublicarum sedentes; loco, eruditione, sapientiâ, virtutibus, autoritate, amplitudine & potentiâ insignes; Ecclesiæ titulo ornatos; & quidem domesticos Ecclesiæ, hoc est, falsos fratres. Nam Petrus, 1 epist.2. [k] haud obscurè ostendit; *dominos pravos*, Christianos afflicturos esse. & 1 epist.3. [l] meminit eorum, *qui detrahunt Christiano, tanquam sceleratis.* quo notat politicos dominos; qui Christianos, tanquam sediticosos, affligit. & 1 Petri 4. [m] meminit eorum, *qui probrum afficiant pro in nomine Christi: & qui spiritum Dei maledictis afficiant.* quo notat ad gubernacula Ecclesiæ sedentes. 2 Petri 1. [n] *falsi doctores Ecclesiam affligentes*, describit. Johannes, *Mundum, piorum esse osorem & persecutorem*, docet: 1 Johan.3. [o] & 5. [p] *Antichristi etiam, & falsorū fratrum*, meminit, 1 Joh.2. ¶ 4. [q] Et epist.3. [r] *Diotrephen, ut fratrum afflictorem*, accusat. Idem in Apocalypsi, *Antichristum & Reges terræ, piorum persecutores*, prædicit. Apoc.11. [s] *Bestia, quæ ascendit de abysso, faciet bellum cùm eis bellum: & vincet illos; & occidet eos.* Apoc.13. [t] *Datum est illi, facere bellum cum Sanctis; & vincere eos.* Dan.7. [u] *& 19.* [x] Paulus etiam, *principes hujus seculi, nobiles, potentes, sapientes, Ecclesiæ hostes esse*, docet, Rom.8. [y] & 1 Corinth.1. [z] 2. [a] *Judæos & contribules*, 1 Thess.2. [b] *falsos fratres*, 2 Cor.11. [c] *Natos secundùm carnē*, Gal.4. [d] *Totum corpus actum, agitatum à Diabolo*, Eph.2. [e] *& extractos ab eodem.* Col.4. [f] Jacob [illegible] *divites* dicit *tyrannidē in Christianos exercere, ad tribunalia trahere*, Jac.2. [g] *& condemnare*, & [illegible] Jac.5. [h]

Huc etiam exempla faciunt. Nam [illegible] Hierosolymis ab Apostolis collectæ, [illegible] gubernatores ecclesiastici & [illegible] ut Sacerdotes, Magistratus templi, Sadducæi, [illegible] docerent populum. Act.4. [i] Item *principes conspirantur princi-*

pes

pes eorum, & Seniores, & Scriba Hierosolymis, & Annas princeps Sacerdotum, & Caiphas, & Johannes, & Alexander, & quotquot erant de genere pontificio: item *Herodes, Pontius Pilatus, gentes & populus Israël:* Act.4. l *Stephanum persequuntur Synagogæ, falsi testes & Concilium:* Act.6. m & 7. n *Saulus, nomine principis Sacerdotum, per Synagogas, Damasci parat affligere Christianos:* Act.9. o *Judæi ineunt consilium, de Paulo Damasci interficiendo: & accedit Regis Aretæ autoritas, & potentia:* Act.9. p 2 Cor.11. q *Jacobum Herodes, in gratiam Judæorum interficit; & Petrum carcere includit:* Act.12. r *Antiochiæ in Pisidiâ, Judæi exstimulant mulieres religiosas & honestas, & primos civitatis; & excitant persecutionem in Paulum & Barnabam:* Act.13. s *Philippi, domini puellæ, Pythonis spiritum habentis, Paulum & Silam trahunt in forum ad principes, & offerunt eos magistratibus:* Act.16. t *Judæi increduli, & circumforanei viri mali, & turba, & principes civitatis, persequuntur Paulum:* Act.17. u *Demetrius, faber argentarius, & alii opifices, sumu quæstum minuntur videntes per concionem Pauli, & turba furiosa, Paulum, Gaium, Aristarchum, Alexandrum, affligunt in Epheso:* Act.19. x Sic, cùm Paulus Hierosolymis postremò capitur, & Romam mittitur captivus; persequutores sunt Judæi, Principes sacerdotum, Ananias, Concilium, servus Paulo alapam impingens, *Actor.21. y 22. z 23.* a Tertullus Orator seu Jurisperitus, calumniosè Paulum accusans: Felix & Festus, detinentes hominem innocentem captivum: *Act.24.* b *25.* c *26.* d Judæi Romani, & Cæsar, non dimittens Paulum è carcere, *Act.28.* e & Nero, quê *Leonem* appellat, *2 Tim.4.* f & Alexander faber æratius, *2 Tim.4.* g.

Nunc minimam afflictionum & tentationum caulam esse docent, veterem Adamum, cum suis pravis concupiscentiis, & malis fructibus. Nam Petrus, *1 epist.2.* h *concupiscentias militare adversus animam*, dicit. Et Paulus, *carnem adversus spiritum luctari, & impedire, ut non faciamus quæ volumus*, affirmat, *Galat.5.* i qui etiam *Rom.7.* k lamentabili descriptione eam pugnam carnis & spiritûs in se-ipso depingit. Et *Roman.8.* l *actiones carnis spiritu mortificare jubet.* Jacobus cap.1. m ait: *Ne quis, cùm tentatur, dicat, se à Deo tentari. Nam Deus, ut malis tentari non potest; ita nec ipse quenquam tentat. Imò unusquisq; tentatur, dum à propriâ concupiscentiâ abstrahitur & inescatur. Deinde concupiscentia, postea quam concepit, parit peccatum: peccatum verò perfectum, progignit mortem.*

Veras autem causas, ob quas Diabolus & Mundus persequatur veram Ecclesiam, has commemorant. Propter nomen Christi. Christus enim de Paulo inquit: *Ego ostendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati:* Actor.9. n & 1 Petri 4. o *Si probris afficimini in nomine Christi; beati estis.* Act.21. p *Paulus inquit: Ego non solùm vinciri; sed mori etiam paratus sum Hierosolymis, pro nomine Domini.* Propter conscientiam. 1 Petri 2. q *Nam hæc est gratia, si quis propter conscientiam Dei sustinet molestias, patiter meritum affectus malis.* Propter justitiam. 1 Pet.3. r *Si quid etiam acciderit incommodi propter justitiam; beati tamen estis.* 1 Joh.3. s *Propter quid Cain occidit fratrem? quia opera ejus erant mala; fratris autem, justa.* Propter bonam in Christo conversationem. *1 Pet.3.* t & 2 Tim.3. u *Omnes, qui in Christo pie volunt vivere, persecutionem patientur.* Propter confessionem. *1 Pet.3.* x Apoc.1. y *Johannes est in Patmo propter testimonium Jesu.* Apoc.6. z *Animæ interfectorum, propter verbum Dei, & propter testimonium, subter altari conspiciuntur.* Rom.8. a *Propter te mortificamur totâ die.* 2.Cor.4. b *Credidi; ideò loquutus sum.* Propter ministerium verbi, quo Mundi peccata arguitur, & Diaboli regnum expugnatur. Ephes.3. c *Paulus vinctus est pro Gentibus.* 2 Timot.2. d *Omnia perfero propter electos; ut & ipsi salutem consequantur.* Plura testimonia, in Loco de Ministerio, in hanc sententiam colligemus.

Non autem has causas Christianis semper palàm proponi; sed alia crimina, & quidem gravissima, eis falsò intendi: quò majori hominum applausu, & cutiùs, è medio tollantur: exempla demonstrant. Nam *Concilium Hierosolymitanum* primùm quidem *præcipit Apostolis; ne omnino loquantur, aut doceant in nomine Jesu:* Act.4. e sed postea gravius quoque eos accusant, violati decreti Senatûs, & seditionis. Inquiunt enim: *Nonne etiam atq; etiam præcepimus vobis, ne doceretis in nomine isto? & ecce, replestis Hierosolymam doctrinâ vestrâ; & vultis inducere super nos sanguinem hominis istius:* Act.5. f *Stephano affingitur crimen blasphemiæ à falsis testibus: quod contumeliosa loquutus sit adversus locum sanctum & legem:* Actor.6. & 7. h *Paulus & Silas, Philippi accusantur, his criminationibus: Hi homines conturbant civitatem nostram, cùm sint Judæi: & annuntiant institutа, quæ non licet nobis suscipere, neq; servare, cùm simus Romani:* Actor.16. i Idem crimen eis à Judæis Thessalonicæ quoq; objicitur. Inquiunt enim: *Hi, qui terrarum orbem conturbarunt, huc quoq; venerunt: quos clanculum excepit Jason, & hi omnes contra decreta Cæsaris faciunt; Regem alium dicentes esse, Jesum Christum:* Act.17. k *Paulus etiam Hierosolymis in templo capitur, hoc prætextu; quòd adversus populum, & legem, & locũ sanctum, omnes ubiq; doceat; & Græcos induxerit in templum, & profanarit eum locũ sanctum:* Act.21. l *Ananias summus Sacerdotũ, & Seniores, per oratorem Tertullum, ad Præsidem his criminibus Paulũ deferunt: Nactі sumus virum hunc pestiferum, & concitantem seditionem omnibus Judæis, in universo orbe; & auctorẽ sectæ Nazarenorum: qui etiam templũ profanare conatus est.* Act.24. m Idem de se, 2.Tim.2. n dicit; *quòd ob Euangelium malis afficiatur, quasi facinorosus, usq; ad vincula.* Et de communi Apostolorum & Christianorum fortunâ dicit; *quòd malè audiant, & convitiis afficiantur:* 1 Cor.4. o *& quòd habeantur quasi impostores,* 2 Cor.6. p

Solenne igitur est, ut Christianis crimina seditionis & blasphemiæ à persecutoribus affingantur: quibus tamen non sunt obnoxii. Nam Petrus 1 epist.4. q prohibet *pios affligi, ut homicidas, aut fures, aut facinorosos, aut curiosos alienarum rerum; sed ut Christianos:* hoc est, insontes ejusmodi scelerum; licèt falsis criminationibus deformentur.

¶ Formæ afflictionũ hæ ferè passim recitantur ab Apostolis. Insidiæ diaboli: *1 Pet.5.* r *Ephes.6.* s *1 Johan.5.* t *Apoc.12.* u Ignita tela ejus: *Ephes.6.* x Terrores conscientiæ, *2 Cor.7.* y Stimulus per carnem, nuntius Satanæ: *2 Cor.12.* z Infirmitates, & anxietates: *2 Cor.12.* a Curæ & solicitudines: *2 Cor.11.* b Labores, molestiæ, vigiliæ, fames, sitis, jejunia, frigus, nuditas: *2 Cor.6.* c *& 11.* d *Rom.8.* e Pericula omnis generis; itinerationes: *2 Cor.11.* f Haberi profluito: contemtum esse: incertis vagari sedibus: laborare propriis manibus: malè audire: convitiis affici: persecutionem pati: haberi pro excrementis Mundi, & omnium rejectamentis: esse spectaculum Mundo, & Angelis, & Hominibus: colaphis cædi: haberi pro morti addicto: *1 Cor.4.* g *Rom.8.* h *1 Pet.2.* i Probris affici: *1 Petri 4.* k Morbi: *2 Cor.1.* l *Sententiam mortis acceperamus in nobis ipsis.* Ignominia: convitia: haberi pro impostore, pro ignoto, pro dolente; pro pauperrimis & miserrimis inter omnes homines: *2 Cor.6.* m Verbera, plagæ: *2 Cor.6.* n *& 11.* o Cædi virgis: *2 Cor.11.* p *Act.5.* q Inclusi carcere: *2 Cor.6.* r *& 11.* s *& in Actu passim.* Vinculis constringi: *2 Tim.2.* t *Ephes.3.* u Naufragiũ agere in profundo: *2 Cor.11.* x Lapidari: *2 Cor.11.* y *Act.7.* z Capite truncari: *Act.12.* a Spoliari suis bonis: *Hebr.10.* b *Direptiones facultatum vestrarum cum gaudio accepistis.* Exilia: *Act.13.* c *& 18.* d *Aquila & Priscilla a Claudio Româ ejectur, cum aliis Judæis.* Interfici: *Jac.5.* e *Interfectus justum.* Excommunicari: 3. Johannis. f

¶ Argumẽta, quibus pii in cruce se-se consolari debeant, multa proponunt: quæ partim à causis, partim ab effectibus, ducuntur. 1. Quòd non casu, aut Deo ignorante; sed Deo sciente & permittente, ob bonos fines, affligantur pii, 1 Pet.2. g *Hæc est gratia, si quis propter conscientiam sustinet molestias, patiter meritum affectus malis.* 1 Pet.3. h *Præstat enim, ut bene agentes, si ità velit Dei voluntas, malis afficiamini; quàm malefacientes.* 1 Pet.4. i *Qui affligantur juxta voluntatẽ Dei.* Apoc.3. k *Ego, quoscunq, amo, arguo & castigo.*

II. Quòd nihil insoliti accidat iis: siquidem ad crucem ferendam vocati sint à Deo, *1 Pet.2.* l *Siquidem in hoc vocati estis.* & 1 Pet.4. m *Charissimi, ne miremini, dum per ignem exploramini, (quæ res ad experimentum vestrî fit) perinde quasi novũ aliquid vobis obtingat: imò in hoc, quòd consortes estis afflictionum Christi, gaudete.* 1 Thess.3. n *Ipsi nostis, nos in hùc usum,* (sc. ut patiamur cum Christo) *positos esse.* 2 Tim.3. o *Omnes, qui in Christo Jesu piè vivere volunt, persecutionem patientur.*

III. Quòd oporteat nos conformes fieri Christo, Apostolis, & aliis piis; qui plurimas sustinuerunt afflictio-

ner. 1 Pet.2. p *Quoniam & Christus afflictus est pro nobis: relinquens nobis exemplum, ut insequeremini vestigia ejus.* Et Johannes ab exemplo Christi argumentatur. *Ille posuit animam suam pro nobis; & nos debemus pro fratribus animas ponere:* 1 Joh.3. q Allegat etiam Paulus exemplũ Christi, *Rom.8.* r *Siquidem cum illo patimur. Philip.2.* s *1 Thess.2.* t *1 Tim.6.* u *2 Timoth.2.* x Hebr.12.y *Respicientes ad fidei ducem & consummatorem Jesum: qui, proposito sibi gaudio, pertulit crucẽ, ignominiâ contemtâ, &c. Reputate igitur, quòd is talem sustinuerit à peccatoribus adversùs semetipsum contradictionẽ: ut ne defatigemini, animis defecti, &c.* De exemplis aliorũ piorum, Petrus 1 epist.5.z inquit: *Scientes, eadem afflictiones vestræ, quæ in mundo est, fraternitati cõsummari.* Idem, exempli Noë & Lothi, quos impii excruciarunt, meminit, *2 Pet.2.* a Johannes etiam exemplũ Abeli proponit, *1 Joh.3.* b Paulus Thessalonicensibus proponit exemplum Christi, Prophetarum, Apostolorum, & Ecclesiarum in Judæâ: *1 Thess.2.* c Idem Timotheo suum quoque proponit exemplum, *2 Tim.3.* d Idem etiam Corinthiis & Pseudoapostolis ob oculos ponit, *2 Cor.11.* e *& passim.* Thessalonicensium exemplum dicit se in Ecclesiis passim commendare, *2 Thessal.1.* f Et *Hebr.11.* exempla Patriarcharum & Prophetarum multa allegat. & Jacobus cap.5.g inquit: *Exemplum accipite, fratres mei, afflictionis & patientiæ, Prophetas, qui locuti sunt in nomine Domini. Tolerantiam Job audistis.*

IV. Quòd causa, ob quam affligimur, nõ sit nostra; sed Dei, & Domini nostri Jesu Christi: & quòd illæ criminationes, quibus deformamur, non sint veræ; sed falsæ. Huc pertinent testimonia, paulò antè de Causis veris & falsis commemorata.

V. Quòd afflictiones breve tempus, & tantùm in hac vitâ, debeant durare. 1 Pet.1.h *Nunc afflicti ad breve tempus.* Christus in epistolâ ad angelum Smyrnensem inquit. *Habebitis afflictionem dierum decem.* Apoc.2.i Et *mulierem, quæ Ecclesiã significat,* Apoc.12.k ostendit, *in deserto ali, per tempus, & tempora, & dimidium temporis.* quod communiter intelligitur de tribus annis & dimidio: quod plerumq; solet esse spatium gravissimarũ persecutionum Ecclesiæ. Paulus etiam, 2 Cor.4.l *afflictiones piorum momẽtaneas, temporarias, & leves,* vocat. & Rom.8.m *non dignas, ut cum futurâ gloriâ comparentur.* Hebr.10.n etiam à brevitate temporis suos consolatur: *Adhuc per pusillum temporis, & qui venturus est, veniet, & non tardabit.*

VI. Quòd Deus promittat, se suâ præsentiâ, missione Spiritûs sancti & consolatione, ità moderaturum tentationes & afflictiones; ut tolerari queant. 1 Pet.3.o *Terrore illorum ne terreamini, neq; turbemini; sed Dominum Deum sanctificate in cordibus vestris.* & 1 Pet.4.p *Quoniam gloriæ & Dei Spiritus super vos requiescit: juxta ipsos quidem, maledictis afficitur; juxta vos autem, glorificatur.* 1 Pet.5.q *Humiliamini sub potenti manu Dei: ut vos extollat, cùm erit opportunũ:* 2. Pet.2.r *Novit Dominus pios è tentatione eripere.* 1 Joh.4.s *Vos ex Deo estis, filioli; & vicistis eos: quoniã major est, qui in vobis est, quàm qui in Mundo.* Christus, ad Episcopum Philadelphiensem, in epistolâ suâ, Apoc.3.t inquit: *Quoniam servasti sermonem patientiæ meæ; & ego servabo te ab horâ tentationis, quæ ventura est in orbem universum; ut tentet habitãtes in terrâ.* & Paulus, Rom.5.u *ideò pios in cruce gloriari ostendit; quòd Spiritus sanctus in iis habitet.* Idem, Rom.8.x *Spiritũ auxiliari infirmitatibus piorum,* dicit. 2 Cor.1.y *Benedictus Deus. &c. consolãs nos in omni afflictione nostrâ, in hoc, ut possimus cõsolari eos, qui sunt in quâvis afflictione, per consolationem, quâ nos-ipsos consolatur Deus. Quoniam, sicut abundant afflictiones Christi in nobis: ità per Christũ abundat & consolatio nostra.* & 2 Cor.7.z *Verùm, qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus per adventũ Titi.* Idem *de præsentiâ Christi, virtutem suam in infirmis perficientis, multùm gloriatur,* 2 Cor.12.a & 13.b Ibidem in fine inquit: c *Deus charitatis & pacis erit vobiscum.* Idem eleganter, 1 Cor.10. inquit: *Fidelis est Deus, qui non sinet vos tentari supra id, quod potestis: imò faciet una cum tentatione eventum, ut possitis sufferre.* 1 Cor.1.d *Deus confirmabit vos usq; ad finem, inculpatos, in die Domini nostri Jesu Christi.* Idem, 2 Cor.4.e *premi quidem pios* dicit; *at nõ destitui, propter Dei auxiliũ.* Phil.1.f *Perfidentem habens hoc-ipsum; quòd is, qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet usq; ad diem Jesu Christi.* 1 Thess.5.g *Fidelis est, qui vocavit vos; qui idem efficiet.* 2 Thessal.1.h *Deum complecti omne bonũ propositum bonitatis, & opus fidei cum potentia.* Maximè verò insignis est sententia, Rom.8.i *Quis separabit nos à dilectione Dei? num afflictio? num angustia? num persecutio? num fames? num nuditas? num periculum? num gladius? Quemadmodum scriptum est: Propter te morti tradimur totâ die; habiti sumus velut oves destinatæ mactationi. Verùm in his omnibus superamus, per eum qui dilexit nos. Nam mihi persuasum habeo; quòd neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq; principatus, neq; potestates, neq; instantia, neq; futura, neq; altitudo, neq; profunditas, neq; ulla creatura alia, poterit nos separare à dilectione Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro.* Hebr.13.k *Siquidem ipse dixit: Non te deseram, neq; derelinquam. ut fidentes dicamus: Dominus mihi auxiliator; nec timebo, quid faciat mihi homo.* Huc etiam exempla miraculosarum liberationum pertinent: ut Petri, qui per Angelum ex carcere ducitur, *Act.12.*l Pauli, qui lapidatus revivisci, *Act.14.*m Pauli & Silæ, *Actor.16.*n & Pauli liberationes ex variis periculis, *2 Cor.11.*o commemorantur, & *2 Tim.3.* p & 4.q Exempla aliorum Apostolorum suppeditant eorum historiæ.

VII. Quòd amplissima præmia, in hac & futurâ vitâ, recepturi sint ii, qui propter justitiam & confessionem affliguntur. Nam Petrus, 1 epist.3.r inquit: *Si quid incommodi acciderit propter justitiam; beati tamen estis.* Idem, 1 epist.4.s *In hoc, quòd consortes estis afflictionum Christi, gaudete; ut in revelatione quoq; gloriæ ejusdem gaudeatis exsultantes. Si probrum afficimini in nomine Christi; beati estis: quoniam gloriæ & Dei Spiritus super vos requiescit.* 1 Joh.3.t *Cùm apparuerit, similes ei erimus.* Christus, in epistolis ad septem Ecclesias Asiæ, promittit iis, qui crucem piè & cõstanter ferant, *coronam vitæ: liberationem à morte secundâ: mannæ absconditum: calculum candidum; & in eo nomẽ novum scriptum, quod nemo nõrit, nisi qui accipiat: potestatem super Gentes: stellam matutinam:* Apocal.2.u *Qui vicerit, vestietur vestimentis albis: & non delebo nomen ejus de libro vitæ; & confitebor nomen ejus coram Patre meo, & coram Angelis ejus:* Apocal.3.x Itèm.y *Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei; & forâs non egredietur amplius: & scribam super eum nomen Dei mei, &c.* Itèm: z *Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo.* Apoc.3. *Et absterserum est Deus omnem lacrymam ab oculis eorum: & mors ultrà non erit; neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit:* Apocal.21.a Paulus etiam passim insignes sententias recitat, de præmiis crucis. Rom.8.b *Siquidem simul cum eo patimur: ut & unà cum illo glorificemur. nam reputo, non esse pares afflictiones præsentis temporis, ad gloriam, quæ revelabitur erga nos.* 1 Corinth.15.c *Itaq; fratres mei dilecti, stabiles sitis, immobiles, abundantes in omni opere Domini semper: cùm sciatis, quòd labor vester non est inanis in Domino.* 2 Corinth.4.d *Propterea non defatigamur: sed, quãvis externus homo noster corrumpatur; internus tamen renovatur in dies singulos. nam momentanea levitas afflictionum nostræ, mire supra modum, æternum pondus gloriæ parit nobis: dum non spectamus ea, quæ videntur; sed ea quæ non videntur. Nam, quæ videntur, temporaria sunt: at, quæ non videntur, æterna.* Philip.1.e *Nec in ullo terreamini ab adversariis: quæ illis quidem est causa perditionis; vobis autem salutis.* Idem, 1 Thess.4.f *pios jubet, se consolari doctrinâ de resurrectione mortuorum.* & 2 Thess.1.g dicit, *Deum relaturum afflictis; cùm revelabitur Dominus noster Jesus Christus, cum Angelis potentiæ suæ.* 2 Timot.1.h Paulus Timotheum & se consolatur in cruce; *quòd Deus potens sit, depositum suum custodire in illum diem.* & 2 Timot.2.i *ab exemplo militis cohortatur eum, ut ferat afflictiones: & cogitet, legitimè certantem coronã accepturum.* Eodem ferè modo, 1 Cor.9.k *currentium in stadio, & palæstricam exercentium, depositio aliquo certo præmio, exemplum allegat.* & 2 Tim.2.l *Certus sermo: nam si commortui sumus; & convivemus: si sufferimus; & coregnabimus: si negamus; & ille negabit nos: si increduli sumus; ille fidelis manet, seipsum negare non potest.* Idem, 2 Timoth.4.m *Ipse jam immolor; & tempus meæ resolutionis instat. Certamen bonum decertavi: cursum consummavi: fidem servavi. quod superest, reposita est mihi justitiæ corona; quam reddet mihi Dominus in illo die, qui est justus judex: non solùm autem mihi; sed & omnibus, qui diligunt adventũ ipsius.* Et Hebræos

suos

nos etiam hoc argumento, à præmiis ilicitè, cohortatur ad constantiam in cruce: Hebr.10. [o] *Redeant autem vobis in memoriam superiores dies; in quibus illuminati, ingens certamen sustinuistis afflictionum: partim quidem, dum & probris & pressuris affecti, spectaculo fuistis omnibus: partim, dum consortes ita conversantium fuistis. Siquidem & afflictionum, qua ex vinculis mea contigerunt, participes fuistis; & direptionem facultatum vestrarum cum gaudio accepistis: scientes, vos in vobis habere priorem substantiam in cælis, ac manentem. Ne abjeceritis igitur fiduciam vestram; quæ magnam habet præmii retributionem.* Et Hebr.12. [p] *Omnis castigatio, in præsens quidem non videtur esse gaudii: sed mœstitiæ: at postea fructum tranquillum justitiæ reddit his, qui per illam fuerint exercitati.* Jacob.1. [q] *Beatus vir, qui sustinet tentationem: quoniam, cùm probatus erit, accipiet coronam vitæ; quam promisit Dominus his, à quibus dilectus fuerit.*

VIII. Quòd ii, qui non ferant crucem Christi, aut ad eandē declinandā utantur illicitis mediis, non possint esse discipuli Christi; & in hac & futurâ vitâ puniantur. 1 Petr. 4. [r] *Si primùm judicium Dei incipit à nobis: quis erit finis eorum, qui non credunt Euangelio? Et, si justus vix salvus efficitur: impius & peccator ubi comparebit?* Idem, 2 Petr.2. [s] *minatur pœnam iis, qui ab agnitâ veritate deficiunt, quovis modo.* Johannes etiam, *negantes Jesum esse Christum*, 1 Johan.2. [t] *& Christum in carne venisse abnegantes*, 1 Johan.4. [u] *& in doctrinâ Christi non manentes*, 2 Johan. [x] membra Antichristi; & non Christi, esse dicit. Idem *Apocal.2. & 3.* ex epistol. Christi, refert pœnas, quibus Christus affecturus sit eos; qui non pro confessione patiantur. Apoc.3. [y] *Si non vigilaveris; veniam ad te tanquam fur: & nescies, quâ horâ venturus sim.* Ibidem ad Laodicenium angelum Christus inquit: [z] *Scio opera tua; quia neq; frigidus es, neq; fervidus. utinā frigidus esses, aut fervidus! Ita, quoniam tepidus es; & neq; frigidus, neq; fervidus: incipiam te evomere ex ore meo. Quia dicis: dives sum, & ditatus sum; & nullius egeo. & nescis quod tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, ac nudus. Apoc.14.* [a] *& 19.* [b] *& 21.* [c] describuntur pœnæ illorum, qui à Christo ad Antichristum defecerunt. Paulus Galatas, à fide deficientes, & crucem Christi impiè amolientes, per circumcisionis & legis Mosaicæ susceptionem, ut necessariam ad salutem, dicit *frustra passos esse*: Galat.3. [d] & 6. [e] Idem Galat.4. [f] inquit: *Metuo de vobis, ne frustra laborarim erga vos.* Idem 1 Thessal.3. [g] testatur, *laborem inanem fieri in iis, qui à confessione deficiunt.* & 2 Tim.2. [h] inquit: *Si negamus; & ille negabit nos.* Et Hebr.10. [i] docet, *eos, qui se subducant, & pati nolint, non probari Deo, & in perditionem incidere.* Idem Hebr.12. [k] *spurios, & non filios Dei, appellat eos, qui non castigentur à Deo.*

IX. Quòd Deus persecutores Ecclesiæ in hac & in alterâ vitâ sit puniturus. Nam Petrus, 1 epist.4. [l] dicit; *eos, qui affligunt pios, reddituros esse rationem ei, qui paratus est ad judicandum vivos & mortuos.* Idem, 2 Petr.2. [m] ab exemplo Diluvii & Sodomorum infert; *Deum nōsse pios è tentatione eripere, & injustos in diem judicii puniendos servare.* Johannes, Apocal.6. [n] elegantem imaginem proponit, *de animabus propter verbum Dei interfectis, subter altare expectantibus vindictam. quibus respondetur: ut requiescant adhuc tempus modicum; donec compleantur conservi eorum, & fratres eorum, qui interficiendi essent, sicut & illi.* Apocal.13. [o] etiam dicitur, *eos, qui in captivitatem pios duxerint, vicissim in captivitatem ductum iri: & qui gladio occiderint, gladio occisum iri.* *Apocal.16.* de infelicitate & pœnis sociorum Antichristi contra doctrinam Euangelii, prædicitur. Idem fit *Apoc.19. & 20.* Paulus etiam, à pœnis persecutorum, cōsolatur Philippenses, *quod persecutio hostibus sit causa perditionis.* Phil.1. [p] & Thessalonicēnsibus dicit; *Judæis iram Dei finalem jam imminere:* 1 Thess.2. [q] & 2 Thessal.1. inquit: [r] *Justum est apud Deum, reddere iis, qui affligunt vos, afflictionem: & vobis, qui affligimini, relaxationem, &c.* Jacob.5. [s] à pœnis persecutorum, consolatur pios.

X. Quòd aliàs pios etiam oporteat mori: ideò propter Christum potiùs esse oppetendam mortem; quàm naturæ reddendam. Nā Petrus, 1 epist.1. [t] vitam Christianorum, *tempus incolatūs* vocat. & 1 epist.4. [u] inquit: *Qui affliguntur juxta voluntatem Dei, tanquam apud fidelem conditorem deponant animas suas.* Paulus, Philip.1. [x] *cupit assequi; & esse cum Christo.* Idem, 2 Cor.15. [y] dicit: *Quum domi sumus in corpore* (h.e. dum hic vivimus) *peregrinamur à Deo. Confidimus autem, & magis probamus, peregrè abesse a corpore; & præsentes adesse apud Deum.* Philip.3. [z] *nostram conversationem in cœlis esse* dicit. & Col.3. [a] *superna quærere nos jubet.* Hebr. 13. [b] *Exeamus igitur ad eum extra castra, opprobrium ejus portantes. non enim hic habemus manentem civitatem; sed futuram quærimus.*

Meminerunt etiam virtutum, quæ in cruce & tribulationibus exerceri debeant. ut sunt: Vera Dei agnitio, ejusq; voluntatis; & fides, statuens, Deum nostras miserias nōsse, iisq; affici; & nobis suo tempore auxiliaturū esse. 1 Pet.4. [c] *Si ut Christianus affligatur aliquis; ne pudeſiat: imo glorificet Deum in parte hac.* Idem, 2 Petr.1. [d] *scientiam & fidem in pio requirit.* & 2 Pet.2. [e] inquit: *Novit Dominus, pios è tentatione eripere.* Paulus, 2 Tim.2. [f] *Novit Dominus qui sint sui.* 2 Thess. 3. [g] *Fidelis est Dominus, qui stabiliet vos & custodiet à malo.*

Oratio. 1 Petr.4. [h] *Sitis sobrii & vigilantes ad orandum.* 2 Thessal.3. [i] *Orate fratres, &c. ut eripiamur ab absurdis & perversis hominibus.* Ephes.6. [k] *Vigilantes cum omni sedulitate, & deprecatione pro omnibus Sanctis.* 2 Corinth.1. [l] *Spem fixam habemus, quòd etiam posthac ereptura sit: simul adjuvantibus & vobis, per deprecationem pro nobis.* Huc exempla etiā faciunt: ex quibus constat, Apostolos in afflictionibus preces conjunxisse. ut, *Actor.4.* [m] Et Paulus & Silas orant in carcere, *Actor.16.* [n]

Mansuetudo erga ipsos hostes. Rom.12. [o] *Non vosmetipsos ulciscentes: quin potius date locum iræ. Scriptum est enim: Mihi ultio; & ego rependam, dicit Dominus. Si igitur esurit inimicus tuus; pasce illum: si sitit; da illi potum. Hoc enim si feceris; carbones ignis coacervabis in caput illius.* Huc etiam exempla referuntur. Stephanus, *Actor.7.* [p] rogat pro suis interfectoribus. Idem alii absque dubio etiam fecerunt.

Humilitas. *1 Petr.5.* [q] Humiliamini sub potenti manu Dei. 2 Cor.7. [r] *Deus consolatur humiles.* Jac.1. [s] *Glorietur frater, qui est humilis, in sublimitate suâ.*

Patientia, constantia, & perseverantia. 1 Petr.3. [t] *Terrore illorum ne terreamini, neq; turbemini.* Idem, 2 Pet.1. [u] *Submistrate in temperantiâ patientiam.* Apocal.2. [x] *Esto fidelis usq; ad mortem.* Ibid. [y] *Novi opera tua, &c. & patientiā tuam.* Apoc.3. [z] *Servasti sermonem patientiæ meæ.* Rom.5. [a] *Gloriamur super afflictionibus: scientes, quòd afflictio patientiā pariat; patientia probationē; probatio spem.* 2 Cor.6. [b] *In tolerantiâ multâ.* Hebr.10. [c] *Patientiâ vobis est opus: ut, ubi voluntatem Dei peregeritis, reportetis promissionem.* Jac.1. [d] *Exploratio fidei vestræ parit patientiam.* Jac.5. [e] *Tolerantiam Job audistis.*

Justitia. 1 Petr.4. [f] *Ne quis vestrūm affligatur, ut homicida, aut fur, aut facinorosus, aut curiosus alienarum rerum.*

Alacritas & gaudium in ferendis afflictionibus. Act.5. [g] *Illi quidem ibant gaudentes à conspectu concilii, quod digni habiti essent, ut pro nomine ejus contumeliâ afficerentur.* Act.20. [h] *Spiritus sanctus per singulas civitates testificatur; quòd vincula & afflictiones me manent: verùm nihil ne moror, neq; vita mea chara est mihi ipsi; ut consummem cursum meum cum gaudio.* Actor.21. [i] *Respondit Paulus, ac dixit: Quid facitis flentes, & affligentes cor meum? Ego verò non solùm vinciri, sed & mori paratus sum Hierosolymis, pro nomine Domini Jesu.* 2 Cor.6. [k] *Quasi dolentes; semper tamen gaudentes.* Phil.2. [l] *Quinetiam, si immolor super hostiâ sacrificioq; fidei vestræ: gaudeo, & congaudeo vobis omnibus.*

Spes æternæ glorificationis. Rom.5. [m] *Spes non confundit. Rom.8.* [n] *2 Tim.2.* [o]

¶ Fines, ob quos Deus permittit Ecclesiam affligi à Diabolo & Mundo, hos ferè commemorant.

I. Ut credentes fiant conformes Christo. 1 Petr.2. [p] *Et Christus afflictus est pro nobis. 1 Petr.3.* [q] *4.* [r] *Apocal.3.* [s] *Roman.8.* [t] *2 Tim.2.* [u]

II. Ut discernantur pii & impii, verè-credentes & hypocritæ. 1 Petr.1. [x] *Quò exploratio fidei vestra, multò pretiosior auro, quod perit & per ignē probatur, reperiatur in laudem & gloriam & honorem* [illegible]ohan.2. [y] *Ut manifesti fierent quod non omnes sint ex nobis.* 1 Cor.11. [z] *Oportet enim & sectas in vobis esse: quò, qui probati sunt, manifesti fiant inter vos.* Et He-

br.2 Cor.12. [a] docet, *castigationem filios Dei genuinos à spuriis discernere.* Iacob.1. [b] *tentationes appellat explorationes fidei.*

III. Ut omnes intelligant, in Sanctis adhuc esse peccatum, eosq; esse adhuc imbecilles: & non sustentari suis viribus; sed Dei misericordiâ. 1 Petr.4. [c] *Tempus est, ut judicium à domo Dei incipiat.* 1 Cor.11. [d] *Si nos-ipsos judicaremus; non corriperemur à Domino.* 2 Cor.4. [e] *Habemus thesaurum hunc in testaceis vasis: ut virtutis eminentia sit Dei; & non ex nobis. dum in omnibus premimur, at non angvs reddimur: laboramus; at non destituimur: persecutionē patimur, at non in eâ deserimur.* Idem, 2 Corinth.12. [f] *Cùm infirmus sum; tunc robustus sum.*

IV. Ut calliditatem & potētiam Diaboli agnoscamus. *1 Petr.5. & Apocal.12.* [h] 2 Cor.2. [i] *Non enim ignoramus cogitationes Satanæ. Eph.6.* [k] *2 Cor.12.* [l]

V. Ut preces ardentiores ad Deum fundantur. *Act.4.* [m] Ecclesia in cruce orat. Idem fit *Actor.12.* [n] Paulus, cum est Romæ captivus, in omnibus Epistolis, quas eo tempore scribit, hortatur Ecclesias ad preces.

VI. Ut discant patientiam, mansuetudinem, & humilitatem, & cæteras virtutes, quæ in cruce exercendæ sunt: ut paulo antè diximus.

VII. Ut excitetur in iis desiderium vitæ æternæ. *2 Cor.5.* [o] *Rom.8.* [p] *Phil.1.* [q] *& 3.* [r] *Hebr.13.* [s]

VIII. Ut mortificetur & subigatur vetus homo; ne se extollant pii, & timorem Dei excutiant. 1 Petr.4. [t] *Qui patitur in carne, desistit à peccato.* 2 Corint.4. [u] *Externus noster homo corrumpitur; sed internus indies renovatur.* 2 Corinth.12. [x] *Ne excellentiâ revelationum efferrer supra modum; datus est mihi stimulus per carnem, nuntius Satanæ, ut me colaphizaret: ne supra modum efferrer.* Hebr.12. [y] *Hoc autem ad commodum nostrum,* (scilicet castigat) *ut impertiat nobis sanctimoniam suam.*

IX. Ut regnum Christi à mundano discernatur; & manifestum fiat, pios habere spiritualia bona, quæ eripi non possint à persecutoribus. *Roman.8.* [z] *Philip.3.* [a] *Colossen.3.* [b] Hebr.10. [c] *Scientes, vos habere in vobis potiorem substantiam in cœlis, ac manentem.*

X. Ut persecutiones sint occasio propagandi Euangelii; ut etiam id impii audiant: ne in extremo die se-se possint excusare, quasi non audierint. Actor.8. [d] *quum moveretur Hierosolymis persecutio, dispersi fratres passim prædicant Euangelium.* Cùm Paulus ex uno loco ejicitur; ubi fortè diutiùs mansisset: vadit ad alium, & ibi quoq; sementem verbi facit: *ut patet ex Actis.* Idem, *Philip.1.* [e] dicit, *suam crucem ad profectum Euangelii sibi evenisse; ità ut vincula sua manifesta facta sint in Christo toti prætorio, & omnibus cæteris.* Col.1. [f] *Supplco, quod deerat afflictionum Christi, pro corpore ipsius, quod est Ecclesia.*

XI. Ut confirmentur alii; quò & ipsi sint constantiores. Ephes.3. [g] *Peto, ne deficiatis ob afflictiones meas; quas pro vobis tolero: quæ est gloria vestra.* Philip.1. [h] *Ut plures ex fratribus in Domino, freti vinculis meis, uberiùs auderent impavidè loqui sermonem.* Item: [i] *Idem certamen habentes, quale vidistis in me, & nunc auditis in me.* 2 Timoth.2. [k] *Omnia sustinere propter electos; ut & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Jesu, cùm gloriâ æternâ.*

XII. Ut veræ doctrinæ etiam sanguis piorum ferat testimonium. Sic Stephanus, *Actor.7.* [l] & Jacobus, *Actor.12.* [m] & Paulus, *2 Tim.4.* [n] suo sanguine de doctrinâ Christi testati sunt. *Apoc.17.* [o] *Vidi mulierem ebriam de sanguine Sanctorum, & de sanguine martyrum Jesu.*

XIII. Ne cum impio Mundo pereant. 1 Cor.11. [p] *At, si judicamur à Domino corripimur: ne cum Mundo condemnemur.* Roman.8. [q] *Omnia timentibus Dominum cooperantur in bonum.* Hebr.12. [r] *Castigatio præsens quidem non videtur esse gaudii; sed mœstitiæ: at postea fructum tranquillum justitiæ reddit his, qui per illam fuerint exercitati.*

XIV. Ut in alterâ vitâ fiant glorioſiores. Roman.8. [s] *Si compatimur; & conregnabimus. 2 Tim.2.* [t] idem repetitur. & 2 Corinth.4. [u] dicit, *momentaneam levitatem afflictionis nostræ, mire supra modum æternum pondus gloriæ nobis parare.* Idem Petrus, *1 epist.1.* [x] *& 4.* [y] asserit; ubi dicit, *afflictos, in adventu Christi, quoque ejusdem gloriæ consortes fore. & 1 epist.* 5. [z] ipse Petrus *se consortem gloriæ Christi, quæ revelabitur,* appellat.

¶ Discernunt autem Apostoli crucem & passionem Christi, ab Apostolorum & totius Ecclesiæ calamitatibus & afflictionibus: eo, quòd solam Christi passionem peccata Mundi expiare docent; & quòd nusquam cruci Apostolorum & Ecclesiæ hoc attribuunt, quòd vel sua, vel aliorum expient peccata. Nam Petrus, *1 epist.1.* [a] *tantùm sanguine Christi nos redemtos esse,* dicit, & *1 epist.2.* [b] *unum tantùm Christum novit, peccata nostra in corpore suo super lignum perferentem. & 1 epist.3.* [c] *solius Christi justi, pro injustis patientis,* meminit. Dicit quidem etiam de cruce aliorum piorum: verùm ei alios attribuit fines; ut modò ostēsum est, Johannes etiam *solum Christi sanguinem, expiantem nostra peccata,* novit, *1 Johan.1.* [d] *2.* [e] *4.* [f] *5.* [g] Et *Apocal.5.* [h] *Christiani sanguine Christi redemti* dicuntur; & non suo ipsorum sanguine expiâsse peccata. & *Apocal.7.* [i] de martyribus dicitur: *Hi venerunt ex afflictione magnâ; & dilataverunt stolas suas, & dealbaverunt eas, per sanguinem Agni.* non dicit, per suum proprium sanguinem. Paulus etiam docet, passionem Christi solam esse expiatricem peccatorum generis humani, *2 Cor.5.* [k] *& alibi passim.* De se & aliis inquit, 1 Cor. 1. [l] *Num Paulus pro vobis crucifixus est? aut in nomine Pauli baptisati estis?* Idem, Ephes.3. [m] quidem dicit, *se vinctum esse pro gentibus; seq; pro iis tolerare afflictiones:* & Colossi. [n] *se supplere, quod deerat afflictionum Christi, in carne suâ, pro corpore ipsius, quod est Ecclesia:* & 2 Timoth.2. [o] *se omnia sustinere propter electos Dei; ut & ipsi consequantur salutem, quæ est in Christo Jesu.* Verùm hæc non eam habent intentiam; quòd suâ cruce expiet peccata aliorum: sed, quòd propter officium suum, (quod est, plātare & ædificare Ecclesiam verbo Dei) afflictiones & ærumnas sustineat gravissimas; & quòd suo exemplo doceat constantiam in cōfessione & cruce.

¶ Cum doctrinâ de Cruce hæc ferè pugnare, Apostoli monent.

Pati, non ut Christianum; sed ut furem, homicidam, facinorosum, curiosum alienarum rerum: *1 Petr.4.* [p]

Propter peccata sua alapis cædi; *1 Petr.2.* [q] & ut maleficum malis affici: *1 Petr.3.* [r]

Spontaneam sibi imponere crucem, propter superstitionem: *Coloss.2.* [s]

Crucem Christi, susceptione falsæ doctrinæ, aut abnegatione Christi, amoliri & evacuare. *Galat.6.* [t] *Cogunt vos circumcidi; tantùm ne ob crucem Christi persecutionem patiantur.*

Adoratione imaginis Bestiæ, & susceptione characteris, aut nominis, aut numeri ejus, hoc est, susceptâ concilliatione Christi & Antichristi, declinare crucem, & bannum imperialem; ut emere & vendere possis: *Apoc.13.* [u]

Deficere à fide, ob persecutionem: *Ephes.3.* [x]

Claudicare à viâ veritatis: *Hebr.12.* [y]

Nolle pati ob confessionem, & velle esse sine cruce: *ibid.* [z]

Negare Christum: *2 Timoth.2.* [a]

Esse socium persecutionum, & cum meretrice Babylonicâ bellum gerere adversùs Sanctos: *Apocalyp.13.* [b] *18.* [c] *& 19.* [d]

Esse temerarium & confidentem: quasi propriis viribus possis consistere. *1 Cor.10.* [e] *Tentatio vos non cepit; nisi humana. Qui stat, videat ne cadat.*

Esse neutralem, hoc est, neq; frigidum, neque calidum in confessione: *Apocal.3.* [f]

Deserere constātes doctores in cruce, propter præsens seculum. *2 Tim.4.* [g] *Demas me reliquit, amplexus præsens seculum.* Item: [h] *In primâ meâ defensione omnes me deseruerunt.*

Dehortari alios à cruce; eorumque labefactare constantiam: *Actor.21.* [i]

Nolle ob ministeriū Euangelii multas ferre molestias: *2 Tim.1.* [k] *& 4.* [l]

Esse inimicum crucis Christi, ob voluptates: *Phil.3.* [m]

Terrore impiorum terreri & turbari, ut confessionem veritatis abjicias: *1 Petr.3.* [n]

¶ De fugâ in cruce, Apostoli nusquam expressè præce-

pta

[o] *verſ.16.*

[p] *verſ.10.*

[q] *Matt 10 v.23.*

[r] *verſ.33.* [s] *verſ.33*

[t] *v.50,51.*

[u] *v.5,6,7.*

[x] *verſ.10.*

[y] *v.30,31.*

[z] *verſ.25.*

[a] *v.33,34.*

[†] *verſ.14.* [*] *verſ.10.*

[a] *verſ.30.* [b] *verſ.12.* [c] *verſ.19.* [d] *verſ.12.* [e] *verſ.10.*

[f] *verſ.19*

[g] *verſ.9,10*

[h] *verſ.19.*

[i] *v.19,20*

Sed tamen exitus rei ſemper ubi Apoſtoli perſecutionem paſſi, aut eam declinarunt, fidelium in loco fuerunt, qui alicubi recte fundi potuerunt, ibique eo loco in aliâ contulerunt, juxta ſpecialè Chriſti mandatum: [q] *Si vos in una civitate perſecuti fuerint, fugite in aliam.* Nam Paulus, de muris Damaſci à Diſcipulis in ſportâ demiſſus, elabitur è manibus perſecutorum: *Act.9.* [r] *2 Cor.11.* [s] Paulus & Barnabas, de finibus Antiochiæ in Piſidiâ ejecti, excuſſo pulvere pedum, veniunt Iconium: *Act.13.* [t] Idem, cùm cognoviſſent, quòd Judæi & Gentes Iconii ſibi conſentirent vim afferre, confugiunt ad civitates Lycaoniæ, Lyſtram & Derben, & finitimam regionem; & ibi prædicant Evangelium: *Act.14.* [u] Orâ perſecutione Theſſalonicæ, fratres per noctè emiſerunt Paulum ſignâ & Silam in Berrhœam: *Act.17.* [x] Et motâ perſecutione & ſeditione Epheſi, cùm Paulus ad populum intrare pararet, diſcipuli non permiſerunt: & quidam ex Aſiæ primoribus, qui favebant Paulo, mittebant ad eum, & rogabant, ne ſe-ſe in theatrum daret: *Act.19.* [y] Sed hæc ſingularia fuerunt: & ideò ſunt facta, ut aliis in locis quoq; per Apoſtolos, qui habebãt univerſalem vocationem ubiq; docendi, Evangelium prædicaretur, & Eccleſiæ plantarẽtur. De aliis verò Chriſtianis ſimilia exẽpla non exſtant, quòd & ipſi fugerint; nili pulſi in exilium. nam Damaſci alii manẽt, *Act.9.* [z] & Philippis manſiſſe alios Chriſtianos, & perſecutionẽ paſſos eſſe; *patet ex epiſtolâ ad Philippenſes, & ex Act.16.* [*] Theſſalonicæ etiam alios Chriſtianos, Paulo & Silâ ejecto, cõmoratos, & à propriis contribulibus afflictos eſſe; *patet ex 1 Theſſ.2.* [†] *& Act.17.* [*]

DE MIRACULIS.

MIracula dicuntur *virtus & potentia*, *Act.4.* [a] *& 5.* [b] *& Roman.15.* [c] *Δυνάμεις*, *1 Corinth.12.* [d] his duobus annumerantur: & *1 Corinth.12.* [e] *ἐνεργήματα δυνάμεων*, *operationes miraculorum.* quanquam *δύναμις* etiam interdum ſignificet donum & virtutem faciendi miracula: *Roman.15.* [f]

Definitionem Miraculorum, ab Apoſtolis, vel circa Apoſtolos editorum, ſequentia ſuppeditabunt: quòd videlicet ſint facta à Deo per Apoſtolos, vel circa eos, aut alioqui in aliis rebus, præter communem naturæ curſum aut ordinem edita, ad doctrinam & miniſterii eorum confirmandam. Conſtitui poteſt hæc definitio, ex modò-dictis locis, *Act.4. & 5. & Rom.15. & 1 Cor.12. & 2 Cor.12.*

Duplicia eſſe miracula; alia vera, alia mendacia: Paulus monet, *2 Theſſ.2.* [g] ubi dicit, *Antichriſtum adventurum ſecundùm operationem Satanæ, cum omni potentiâ, & ſignis & prodigiis mendacibus, & cum omni deceptione injuſtitiæ.* Ex Johannes, *Apoc.13.* [h] dicit, *ſecundam Beſtiam facturam ſigna magna, ut etiam ignem faciat deſcendere de cœlo in terram, in conſpectu hominum.* Eandem Beſtiam, ſeu Papatum Romano imperio infuſum, & unà dominãtem, poſtea appellat *Pſeudoprophetam, facientem ſigna coram beſtia veteri*, id eſt, Romano imperio politico, *ad ſeducendum eos, ut accipiant characterem beſtiæ & adorent imaginem ejus.*

Differunt autem veræ à falſis, cauſâ efficiente, (cùm illa, à Deo & ejus organis; hæc verò, à Diabolo & falſis Prophetis fiant) cauſâ formali, (cùm illa fiant potentiâ Dei, [i] hæc verò ſint illuſiones) & finali (cùm illa ad confirmandam veram doctrinam; hæc verò ad ſuperſtitiones & errores ſtabiliendos, fiant) ſequentia demonſtrationem.

Verorum miraculorum efficientem cauſam, Deum eſſe, Apoſtoli teſtantur. *Act.4.* [k] Eccleſia in oratione ad Deum facta: *Da ſervis tuis, ut cum omni fiducia loquantur Sermonem tuum: manum tuam porrigendo in ſanitatem, & ſignis, & prodigiis, fiantur per nomen ſancti Filii tui.* Et Petrus & Johannes, *Act.3.* [l] inquiunt: *Per hunc, (ſcilicet Jeſum Nazarenum, crucifixum à vobis, & reſuſcitatum à Deo, adſtat iſte ſanus coram vobis omnibus.* Et Paulus ac Barnabas, in concilio Hieroſolymitano, narrabant; quæ Deus edidiſſet ſigna & prodigia inter Gentes per ipſos: *Act.15.* [m] Idem, Roman.15. [n] *Non audebo loqui quicquam eorum, quæ non fecit Chriſtus per me, ad obedientiam Gentium, verbo & facto, per potentiam ſignorum ac prodigiorum, per potentiam ſpiritûs Dei.* & *2 Cor.12.* [o] *Sermo meus erat in oſtenſione ſpiritûs & potentiæ*, item, *1 Corint.12.* [p] Spiritui ſancto adſcribit, *diverſas operationes, & operationes miraculorum.* Et Galat.3. [q] *Deum operari virtutes in Galatis*, dicit.

Mendacium & falſorum miraculorum & prodigiorum, Diabolum eſſe cauſam; Paulus *2 Theſſal.2.* [r] docet: & Johannes, *Apoc.13.* [s] Utitur autem Diabolus arte magicâ, & aliis præſtigiis: ut patet ex *Act.8.* [t] ubi dicitur de Simone; *quòd artibus magicis deceperit Samaritanos incolas, ut eum haberent pro magnâ virtute Dei.*

Catalogum miraculorum *ex Actis* licet conſtituere: ubi quædam tantùm; ſed non omnia, recitantur: nec Spiritui ſancto viſum fuit, omnia in ſcripta referre. Notandum autem eſt, Apoſtolos duntaxat verbo; nullis ſignationibus crucis, & incantationibus herbarum, & aliarum rerum, adhibitis; ſed in ſolo nomine Jeſu Chriſti, miracula edidiſſe. Nam Petrus ad claudum ex utero matris inquit: *In nomine Jeſu Chriſti Nazareni ſurge, & ambula:* Act.3. [u] Petit etiam Eccleſia Hieroſolymitana, *ſigna & prodigia edi, per nomen Jeſu Chriſti, Filii Dei:* Act.4. [x] *Per manus Apoſtolorum edebãtur ſigna & prodigia multa in populo: &c. ita ut in plateas exportarent infirmos, & ponerent in lectulis & grabbatis: ut veniente Petro vel umbra obumbraret aliquem illorum. Conveniebat autem multitudo vicinarum civitatum Hieroſolymam, afferens ægros, & vexatos à ſpiritibus immundis: qui ſanabantur omnes:* Act.5. [y] *Ad vocem Petri Ananiam & Sapphiram exſpirare:* Actor.5. [z] *Stephanum edebat prodigia & ſigna magna in populo:* Actor.6. [a] *Philippum etiam ſigna edidiſſe in Samariâ dicitur.* Actor.8. [b] *Petrum Æneam, annis 8. decumbentem in grabbato paralyticum, ſanat hu verbis: Ænea, ſanat te Dominus Jeſus Chriſtus: ſurge, & ſterne tibipſi:* Actor.9. [c] *Idem poſtquam ingemuerat: & poſtea converſus ad cadaver Tabithæ, inquit: Tabitha ſurge. At illa aperuit oculos; viſoq; Petro reſedit:* Act.9. [d] *Paulus ad Elymam magum inquit: Ecce, manus Domini ſuper te; & erit cæcus, & confeſtim cecidit in eum caligo & tenebræ:* Actor.13. [e] *Dabatq; Dominus, ut ſigna & prodigia fierent per manus Pauli & Barnabæ:* Act.14. [f] *Paulus Lyſtræ ſanat claudum, vociferans: Surge in pedes tuos rectus:* Actor.13. [g] *Paulus & Barnabas ſigna & prodigia inter Gentes edidiſſe dicuntur.* Actor.15. [h] *Spiritum Pythonis ejecit Paulus his verbis: Præcipio tibi per nomen Jeſu Chriſti, ut exeas ab eâ. & exiit eadem horâ:* Actor.16. [i] *Paulus Eutychum reſuſcitat,* Act.20. [k] *Idem Publii patrem, febri & dyſenteriâ vexatum, oratione & manûs impoſitione curat. Hoc pacto cæteri quoq;, qui habebant infirmitates in inſulâ, accedebant, & ſanabantur:* Actor.28. [l]

Accidiſſe & alia miranda facta; Acta teſtantur. qualia ſunt: Miſſio Spiritûs ſancti in Pentecoſte: *Actor.2.* [m] Item, exhibitio ejusdem: *Act.8.* [n] *10.* [o] *19.* [p] Eductio Apoſtolorũ è carcere per Angelum: *Actor.5.* [q] Converſio Pauli: *Act.9.* [r] Orante Eccleſiâ, movetur locus; & implentur omnes Spiritu ſancto: *Actor.4.* [s] Liberatio Petri per Angelum ex carcere: *Actor.12.* [t] Viſio Petri: *Actor.10.* [u] Orante Paulo & Silâ, movetur carcer: *Actor.16.* [x] Diabolus malè tractat Judæos exorciſtas, in nomine Jesu, quem Paulus prædicat, dæmonia ejicere conantes: *Actor.19.* [y] Virtutes non-vulgares Deus edebat per manus Pauli: ità ut etiam ſuper infirmos deferrẽtur à corpore ejus ſindaria & ſemicinctia; & recederent ab eis morbi, & ſpiritus mali: *Actor.19.* [z] Paulus miraculosè cum aliis in naufragio ſervatur: *Actor.28.* [a] Vipera adhærens brachio Pauli, nihil ei nocuit; præter Barbarorum opinionem. *Ibid.* [b]

Miraculis hos ferè aſcribunt effectus. Excitare hominem ad rerum divinarum conſiderationem. ſic *Actor.2.* [c] *vehemens ille flatus venti circumpens cum frequentè venit, & occupans domum, ubi erant Apoſtoli, excitat multitudinem, ut conveniat, & de re illa inquirat.*

[l] *verſ.10*

[m] *verſ. 4* [n] *v.18,19*

[o] *verſ.4*

[p] *verſ.9 &c* [q] *verſ.5*

[r] *verſ.9.* [s] *verſ.4* [t] *verſ 9 &c*

[u] *v.1 &c.*

[x] *verſ.6.*

[y] *verſ.30*

[z] *verſ.11.* [a] *verſ 1*

[b] *verſ 6*

[c] *v.33 34*

[d] *v.1 &c.*

[e] *verſ.11.* [f] *verſ.10.*

[g] *verſ 8 10*

[h] *verſ.4.*

[i] *verſ 18.* [k] *v 10 12.*

[l] *verſ 8 9.*

[m] *v.1 &c.*

[n] *verſ 17.* [o] *verſ.44* [p] *verſ 8.* [q] *ver. 17*

[r] *v. &c.*

[s] *verſ 31.* [t] *verſ 7.*

[u] *v 10 &c.*

[x] *v 23 10*

[y] *verſ.16.*

[z] *v.11 12.*

[a] *verſ 1*

[b] *verſ 6*

[c] *verſ.6.*

Digitized by Google

[a] verſ.16. [c] verſ.19. [f] verſ.2-3 [g] verſ.1.2. [h] verſ.10 [i] verſ.8.

[k] verſ.9 [l] v.13 14 [m] verſ.9. [n] verſ.13.

[o] v.11.12.

[p] verſ.6.

[q] verſ.12.

[r] v.10.11.

[a] v 18.22. [b] verſ.3. [c] verſ.7. [d] verſ.1 [e] verſ.3. [f] verſ.6. [g] verſ 10. [h] verſ 7. [i] verſ.11. [k] verſ.11. [l] verſ 9. [m] verſ 8. [n] verſ.19. [o] verſ.5. [p] verſ 2. [q] verſ.11. [r] verſ.20. [s] v.1-3 5. [t] v 29 30. [u] v.13 15. [x] v 2 18. [y] verſ 8. 18 22 [z] verſ.3.4 7.8. [a] verſ.1. [b] verſ.13.

[c] verſ.7.

[d] verſ.11.

[e] verſ.10.

estimat omnes obligatos esse: *1 Petr.4.* [d] *2 Petr.1.* [e] *1 Joh.3.* [f] *4.1 & 2 Johan.* [h] *Galat.1.* [i] Postremò, & ipsa historia seculi Apostolorum testatur, miraculorum fuisse fontem subindè decrevisse.

¶ Veris miraculis repugnant mendacia, à Diabolo & ejus organis, falsis doctoribus & incantatoribus, edita. *2 Thess.2.* [k] *Apocal.13.* [l] *Actor.8.* [m] *& 19.* [n]

Abuti miraculis veris, ad erroneas opiniones. ut faciùt Lycaones; qui Lystris, claudo sanato à Paulo & Barnabâ, inquiunt: *Dii in specie hominum descenderunt ad nos: & vocabant Barnabam, Jovem; Paulum verò, Mercurium:* Act.14. [o] *Idem faciunt Barbari in insulâ Melite, cùm vident viperam Paulo nihil nocere:* Actor.28. [p]

Adscribere miraculorum editionem virtuti & potestati Apostolorum; & non Christo. *Actor.3.* [q]

Falsis Antichristi miraculis adhibere fidem. *2 Thess.2.* [r]

Doctrinæ Euangelii, miraculis olim confirmatæ, non velle hodie priùs credere; quàm eadem miracula iterentur. Nam de perpetuâ iteratione, nusquam exstat verbum Dei expressum.

Negare, per ministerium verbi, & preces piorũ, virtute Domini nostri Jesu Christi, omnibus temporibus, interna, hoc est, spiritualia, fieri miracula: qualia sunt, exhibitio Spiritûs sancti; electio dæmoniorum; vivificatio lapsorum; mirabilis protectio & conservatio Ecclesiæ; in mediâ cruce liberationes insignes, contra Diabolum & externos etiam persequutores.

DE ANTICHRISTO, SEDENTE *in templo, hoc est, in Ecclesiâ Dei.*

NOmẽ *Antichristus* Johannes usurpat, *1 epist.2.* [a] *& 4.* [b] *& 2 epist.* [c] Cæteri eam appellationem non habent: sed aliis utuntur. quales sunt: Falsi doctores, *2 Petr.2.* [d] Illusores, *2 Petr.3.* [e] Spiritus erroris, *1 Joh.4.* [f] Filii Diaboli, *1 Joh.3.* [g] Seductores, *2 Johan.* [h] Sodoma & Ægyptus, *Apoc. 11.* [i] Bestia, *Apoc.13.* [k] *& 14.* [l] Babylon, *Apocal.14.* [m] *16.* [n] *17.* [o] *& 18.* [p] Pseudoprophetæ, *Apoc.16.* [q] *& 19.* [r] Mulier sedens super Bestiam, habentem septem capita, & cornua decem: item. Babylon magna, mater fornicationũ & abominationum terræ: item, Meretrix: *Apocal.17.* [s] Lupi graves, & viri perversa loquentes: *Act.20.* [t] Pseudoapostoli; operarii dolosi; ministri Diaboli, assumẽtes personam Apostolorum & ministrorum justitiæ: *2 Corint.11.* [u] Mali operarii; canes; inimici crucis Christi: *Phil.3.* [x] Deceptores; incedentes per humilitatem & superstitionem Angelorum; tradentes doctrinas hominum: *Coloss.2.* [y] Homo peccati; filius perditionis; adversarius Dei & cultuum Dei; mysteriũ iniquitatis; iniquus: *2 Thessal.2.* [z] Spiritus impostores, tradentes doctrinas dæmoniorum: *1 Tim.4.* [a] Homines mali & impostores: *2 Tim.3.* [b]

Quòd Antichristus in Ecclesiâ novi Testamenti, hoc est, in eo cœtu hominũ, qui profiteantur Christianissimum, sit futurus: iisdem locis jam allegatis Apostoli testantur. Eam rem etiam experientiam testatam esse, Paulus de suo tempore affirmat, *2 Thessal.2.* [c] ubi inquit: *Mysterium iniquitatis nunc agit.* & Johannes in Apocal, pli inquit, *ea sibi revelata esse, quæ oporteat fieri citò: Apocal.1.* [d] & Angelus ad Johannem, *Apoc.22.* [e] dicit: *Ne signaveris verba prophetiæ libri hujus: tempus enim prope est.*

Docent autem, Antichristum non fore unam aliquam tantùm personam: sed integrum regnum, per falsos doctores, in templo Dei, hoc est, in Ecclesiâ Dei, præsidentes sensim; nemine ferè admodũ aperte animadvertente aut exitium hoc; in urbe magnâ, quæ habet regnum super Reges terræ; hoc est, in Romanâ civitate, & imperio Romano; [illegible] & fraude, & deceptione, comparatum: ita [illegible] doctrinâ, Christum quidem profitente; sed tamen [illegible] & officiũ abnegante; & leges dæmoniorum [illegible] prohibitione conjugii & ciborum; & cultu ac [illegible] quæ a Christo instituta sunt, depravatis, mutilatis, & in falsos fines detortis: quod gerat utrumque gladium, politicũ scilicet & ecclesiasticum: cujus summus administrator ostentet se pro Deo: ut qui sit vicarius Christi, & caput Ecclesiæ, & habeat potestatem super Magistratum & Ecclesiam, & omnia Concilia; & in cujus pectoris scrinio sint repositæ omnes divinæ & humanæ leges; & possit figere atq; refigere articulos fidei; & habeat facultatẽ imperãdi etiam Angelis Dei: cui subesse & parere in re qualibet, sit de necessitate salutis: & qui à nemine, licèt innumerabiles seducat animas, debeat judicari, aut interrogari, cur id faciat. Hanc descriptionẽ sequentia declarabũt.

¶ Causam efficientem regni Antichristi principalem, docent esse Diabolum. nam Paulus, *2 Thess.2.* [f] inquit, *Cujus adventus est secundum operationem Satanæ.* & *1 Timoth.4.* [g] dicit; *Spiritus impostores doctrinam dæmoniorum asserunt.* & Johannes, membra Antichristi *filios Diaboli* vocat; utpote qui ab eo gubernentur: *1 Johan.3.* [h] & *Apoc.13.* [i] *Draco* autem integri statûs Antichristi, in Romanum imperium infusi, dicitur. & *Apocal.18.* [k] *Babylon*, seu Antichristus, appellatur *habitatio dæmoniorum, & custodia omnis spiritûs immundi.*

Organa Diaboli, monent esse falsos doctores: nihilominùs tamen in templo Dei, hoc est, in Ecclesiâ, sedentes, eamq; gubernantes; & miris artibus sanam doctrinam corrumpentes; & primatum in Ecclesiâ, & dominium externum, (quorum utrumq; à Christo ecclesiasticis personis est prohibitum) affectantes: *Actor.20.* [l] 2. Petri 2. [m] *introducent sectas perniciosas.* item: [n] *Dominationem*, hoc est, magistratum) *contemnunt.* 1. Joh. 2. [o] *E nobis profecti sunt: sed non erant è nobis.* & postea: [p] *Hic est Antichristus, qui negat Patrem & Filium.* & 1. Johan. 4. [q] ostendit, *Antichristum negaturum, Christum in carne venisse:* hoc est, Christum in suâ carne integrè nos redemisse & salvâsse; sed oportere nostra bona opera etiam aliquid ad salutẽ conferre. & Paulus, *1 Tim.4.* [r] *& 6.* [s] *& Tit.1.* [t] *2 Thess.2.* [u] monet; organa Diaboli, & membra Antichristi, fore falsos doctores.

Adjutores verò, & promotores, & defensores, & patronos falsorum Doctorum, regnũ Antichristi ædificantium, fore Reges & Principes terræ; maximè verò Bestiam, hoc est, Romanum imperium, & mercatores, & omnes, quorũ nomina non sunt scripta in libro vitæ; Johanni revelatum est, *Apocal.13.* [x] *17.* [y] *18.* [z] *19.* [a]

Deum autem permissurum Diabolo & Impiis, ut tam horrendum & blasphemum Antichristi regnũ instituant, propter suum justum judicium; quo puniat contemtum & neglectum veritatis: Paulus docet, 2 Thess.2. [b] *Pro eo, quòd dilectionẽ veritatis non receperunt, in hoc, ut salvi fierent: propterea mittet illis Deus efficaciam illusionis; ut credant mendacio: ut judicentur omnes, qui non crediderunt veritati; sed approbaverunt injustitiam.* Idem, 1 Tim.4. [c] *homines defecturos à fide:* & 2 Tim.4. [d] *sanam doctrinam non retenturos; sed juxta concupiscentias suas sibi doctores congregaturos, & a veritate aures aversuros ad fabulas*, dicit.

¶ In hunc aũt ferè modum, regnũ Antichristi partiatim qualificatum iri, ostendunt. *Primùm*, illi, qui sunt in urbe, quæ tenet imperium in Reges terræ, *Apoc.17.* [e] & in templo Dei sedent, h.e. Episcopi Romani, quos omnes pro sinceris doctoribus & successoribus Apostolorũ habebunt; instinctu Diaboli, *2 Thess.2.* [f] deficiẽt à fide, seu sanâ doctrinâ Euangelii, & introducent sectas perniciosas: & abnegabunt Dominũ, qui ipsos mercatus est, *2 Petr.2.* [g] & Jesum Christum in carne venisse; hoc est, solum Jesu Christi sanguinem emundare nos ab omni peccato: *1 Joh.4.* [h] Et non manebũt in doctrinâ Christi: *2 Joh.* [i] Deum se scire profitebuntur; sed factis eum negabunt: *Tit.1.* [k] Efferentur adversùs præcatũ Deum: *2 Thess.2.* [l] h.e. corrumpent sanam de Deo doctrinam; maximè verò articulũ de Justificatione (quòd nõ solâ fide in Christum justificemur; sed quòd nostra bona opera etiã aliquid conferant ad justificationem corã Deo) & de Invocatione: (quòd non in solo nomine Christi; sed etiã in nomine sanctæ matris Christi, virginis Mariæ, beatorum Apostolorum & Martyrum, Deus sit invocãdus) atq; ità adorabũt Draconem, statuas & imagines: *Apoc.13.* [m] Et blasphemabunt meritum Christi: *2 Petr.2.* [n] *Apoc.15.* [o] Et horrendâ exercebunt idololatriâ: *Apoc.18.* [p] Alligabunt cõscientias ad traditiones & decreta hominum: *Col.2.* [q] Prohibebunt nuptias Clericis & Sacrificis; & sic replebunt orbem terræ suis Sodomiticis fornicationibus: *1 Timoth.4.* [r] *Apocal.11.* [s] *& 18.* [t] Facient discrimen ciborum & dierum: *1 Timoth.4.* [u] *Galat.4.* [x]

[f] verſ 6. [g] verſ. 1.

[h] verſio [i] verſ 2.11. [k] verſ.2.

[l] verſ.30. [m] verſ. 1. [n] verſ.10 [o] verſ.19. [p] verſ.22. [q] verſ 3

[r] verſ 1. [s] v 20.32. [t] 2.15 [u] verſ.10.

[a] verſ 8 [y] verſ. [z] v 2.9. [a] verſ 9

[b] verſ.1. [c] verſ.3.4

[d] verſ 18.

[e] verſ.9.

[f] verſ.1.

[g] verſ.3. [h] verſ 9. [i] verſ 16. [k] verſ 4.

[l] verſ 4 15 [m] verſ.2. [n] verſ.5. [o] verſ 8. [p] verſ 22. [q] verſ.3. [r] verſ.8. [s] verſ 2. [t] verſ.3. [u] verſ.10. [x] verſ.10

Arctiſsimum autem Conjugii vinculum eſſe; ex jam citatis locis apparet: maximè verò ex 1. Corinth. 7. [h] *Uxor proprii corporis jus non habet; ſed maritus: similiter & maritus proprii corporis jus non habet: ſed uxor.* Et quòd debeat durare uſque ad mortem alterius partis; Paulus docet, *Roman. 7.* [i] & 1. Corinth. 7. [k] *Uxor alligata eſt matrimonio, quam-diu vivit maritus ejus.*

Plures ſimul & ſemel habere uxores, non licere; ex teſtimoniis jam-allegatis conſtat. Quibus & hoc addi poteſt, quòd *1.Cor.7.* [l] dicitur: *Qualibet habeat ſuum maritum; & qualibet ſuam uxorem.* & quod *1. Tim.3.* [m] *Epiſcopus, itèm Diaconus, ſit unius uxoris maritus.*

In contrahendis nuptiis, habendam eſſe rationem conſanguinitatis, & graduum in Lege prohibitorum; monet exemplum Corinthii, *1.Corinth.5.* [n] qui novercam duxerat uxorem: quod Paulus *ſtuprum* appellat. Huc etiam illud facit, *Epheſ.5.* [o] *Relinquet homo patrem & matrem; & adjungetur uxori ſuæ.*

Eos, qui non habent donum continentiæ, teneri contrahere matrimonium; Paulus docet, 1.Corinth.7. [p] *Propter ſtupra vitanda, quiſq; ſuam habeat uxorem; & ſuum quaq; virum habeat.* & poſtea: [q] *Quòd-ſi ſe non continent; matrimonium contrahant. nam ſatius eſt, matrimonium contrahere; quam uri.* Huc pertinent etiam teſtimonia, ſcortationem & adulterium prohibentia: *1.Cor.6.* [r] *Epheſ.5.* [s] *1.Tim.1.* [t] *Gal.5.* [u] *Col.3.* [x] *1.Theſſ.4.* [y] *Hebr.13.* [z]

Nec Epiſcopis & Miniſtris Eccleſiæ, nec ullis aliis hominibus, ad conjugium idoneis, ullum matrimonii eſſe interdictum; in Apoſtolorum ſcriptis legas. Nam modò allegata ſententia, ex *1.Cor.7.* [a] ad omnes pertinet. Deinde, de Epiſcopis apertè dicitur, *1.Tim.3.* [b] *quod debeant eſſe unius uxoris mariti:* hoc eſt, qui ſimul non habeant plures uxores. Et ne quis allegoriam aliquam fingat, de unâ Eccleſiâ gubernandâ, ſubjicitur: [c] *Qui ſua domui bene præſit; & liberos habeat in ſubjectione, cum omni reverentiâ.* Ibidem etiam *de Diacono* dicitur, [d] *quòd debeant eſſe unius uxoris mariti; & liberis ſuis rectè præeſſe, & proprijs familiis.* Idem teſtantur etiam exempla Apoſtolorum, & aliorum. Nam Petrus, & fratres Domini, & cæteros Apoſtolos, habuiſſe conjuges; Paulus affirmat, *1.Corinth.9.* [e] Philippum, unum ex ſeptem Diaconis, Cæſareæ quatuor filias prophetantes habuiſſe; Lucas *Actor.21.* [f] narrat. Præterea, Paulus, matrimonium prohibentes & cibos, *ſpiritus impoſtores, tradentes doctrinas dæmoniorum*, appellat, *1.Tim.4.* [g]

¶ Externos ritus uſitatos & honeſtos, in contrahendo matrimonio; ut ſint ſponſalia, conſenſus parentum & amicorum, ſacræ benedictiones novorum conjugum, convivia nuptialia, mundior ornatus ſponſæ, munera, & ſimilia; non improbant Apoſtoli.

Nam ad Spontalia alludit Paulus, 2. Cor.11. [h] *Deſponsi vos uni viro, ut virginem caſtam exhiberem Chriſto.* & 1. Corinth.7. [i] *Qui elocat nuptum, bene facit.*

Conſenſus parentum & amicorum, in Decalogi præcepto continetur: *Honora patrem tuum, & matrem tuam.* Itèm: *Filii, obedite parentibus veſtris, &c.* Epheſ.6. [k]

Benedictiones novorum conjugum, pertinent ad præcepta de oratione. 1. Tim.2. [l] *Fiant obſecrationes & interpellationes pro omnibus hominibus.* Et 1.Timoth.4. [m] Paulus jubet *cibis & matrimonio uti, cum gratiarum-actione.* Et Coloſs.3. [n] *Quicquid egeritis ſermone aut facto, omnia in nomine Domini Jeſu facite.*

Ad Convivia nuptialia *Apoc.19.* [o] alluditur: *Beati, qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati ſunt.*

Ad Ornatum Sponſæ mundiorem, *Epheſ.5.* [p] Paulus alludit; cùm inquit: *Chriſtus ſemet-ipſum pro Eccleſiâ expoſuit; ut illam ſanctificaret, mundatam lavacro aquæ per verbum. ut adhiberet eam ſibi gloriosam, Eccleſiam non-habentem maculam aut rugam, aut quicquam ejuſmodi; ſed ut eſſet ſancta, & irreprehenſibilis.*

¶ Secundas nuptias legitimas, altero ſcilicet Conjuge mortuo, ab Apoſtolis improbari, non legas: imò Paulus præcipit iis, qui non habent donum caſtitatis, & aliàs non poſſunt continenter vivere: 1. Corinth. 7. [q] *Dico innuptis & viduis: bonum eis eſt, ſi manſerint, ut & ego. Quòd-ſi ſe non continent: contrahant matrimonium.* Et ſub finem capitis inquit: [r] *Uxor alligata eſt matrimonio, quàm diu vivit maritus ejus. Quòd-ſi dormierit maritus illius: libera eſt ad cui velit nubendum; modo in Domino.* Rom.7. [s] *Nam vivo obnoxia mulier, viventi viro alligata eſt per legem: quòd-ſi mortuus fuerit vir; liberata eſt à lege viri. Proinde, vivente viro, adultera vocabitur; ſi ſe junxerit alteri viro: quòd-ſi mortuus fuerit vir; libera eſt à lege, ut non ſit adultera, ſi ſe junxerit alteri viro.* Idem, 1.Tim.5. [t] *Volo igitur, juniores, (ſcilicet viduas) nubere, liberos gignere, domum adminiſtrare, &c.*

¶ Officia Conjugum, erga ſe invicē, & erga Liberos & familiam, ſuprà in quinto & ſeptimo præcepto expoſuimus.

¶ Fines, ſeu effectus Conjugii, hi ferè recenſentur ab Apoſtolis.

I. Ut obediamus & pareamus ordinationi Dei; qui inſtituit conjugium: *Epheſ.5.* [u] *1.Timoth.4.* [x] idq; mandavit iis, qui aliàs ſinè libidinum æſtu vivere non poſſunt. *1. Corinth.7.* [y] *Melius eſt nubere, quàm uri.*

II. Propter procreationem Liberorum. 1.Tim.2. [z] *Salvabitur mulier per generationem filiorum; ſi manſerit in fide.* 1.Tim.5. [a] *Volo juniores nubere, filios gignere.* 1. Tim.3. [b] *Qui liberos habeat in omni ſubjectione.* & poſtea: [c] *Diaconi ſint unius uxoris mariti, qui liberis rectè præſint.*

III. Ut habeamus ſocium communium precum, & omnis generis officiorum, laborum, & moleſtiarum in adminiſtrandâ re familiari. Patent hæc ex teſtimoniis de Officiis conjugum: *1.Pet.3.* [d] *Epheſ.5.* [e] *Coloſ.3.* [f]

IV. Ut vitentur ſcortationes. 1.Cor.7. [g] *Propter ſtupra vitanda, ſuam quiſq; habeat uxorem; & ſuum quaq; maritum.* & poſtea: [h] *Ne fraudetis vos invicem; niſi ſi quid ex conſenſu, pro tempore: ut vacetis jejunio & precationi; & rurſum in unum conveniatis: ne tentet vos Satanas, propter intemperantiam veſtram.*

V. Ut ſit typus & ſimulacrum arctiſſimæ Chriſti & Eccleſiæ conjunctionis, & ſinceriſſimi amoris, quo Chriſtus Eccleſiam complectitur, & beneficiorum quæ in eam cōfert. Epheſ.5. [i] *Quoniam vir eſt caput uxoris: quemadmodum & Chriſtus eſt caput Eccleſiæ; & ideus eſt, qui ſalutem dat corpori. itaq; quemadmodum Eccleſia eſt ſubdita Chriſto: ſic & uxores ſuis viris, in omnibus. Viri, diligite uxores veſtras; ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, &c.* Itèm: [k] *Nullus unquam ſuam ipſius carnē odio habuit; imò nutrit & fovet eam: ſicut & Dominus Eccleſiam. quoniam membra ſumus corporis ejuſdem, ex carne ejus, & ex oſſib. ejus. &c. Myſterium hoc magnum eſt. verùm ego loquor de Chriſto & de Eccleſiâ.*

¶ Porrò, cum gratiarum-actione Conjugio utendū eſſe; Paulus monet, *1.Tim.4.* Deinde & hanc tradit regulam, 1.Cor.7. [m] *Qui habent uxores, ſint tanquam non habeant:* hoc eſt, non ponant in re uxoriâ ſummam felicitatem; adeò ut Dei obliviſcantur, & abjiciant curam æternæ ſalutis: ſed ſciant, hanc quoq; rem, ut alias, non eſſe perpetuam; ſed temporaneam, & unà cum habitu Mundi præterire.

DE DIVORTIO.

CHriſtum admittere divortium, ob adulterium; dictum eſt ſuprà. & non eſt dubiū, quin Apoſtoli eandem ſententiam etiam propagarint: licèt in eorum ſcriptis eà de re non fiat mentio.

Paulus verò etiam ob aliam cauſam divortium permittit: nempe, ſi infidelis maritus, aut uxor, nolit cohabitare cum fideli conjuge; & diſcedat. 1.Cor.7. [n] *Si incredulus diſcedit; diſcedat. Non eſt ſervituti ſubjectus frater aut ſoror in hujuſmodi: ſed in pace vocavit nos Deus.*

In aliis verò rebus, divortium prorſus prohibet. 1.Corinth 7. [o] *Alligatus es uxori? ne quære divortium.* Itèm: [p] *Conjugatis præcipio, non ego; imò Dominus: Uxor à viro ne ſeparetur. quòd-ſi ſeparata fuerit: maneat innupta; aut marito reconcilietur. Et maritus uxorem ne dimittat. Reliquis autē dico ego; non Dominus: Si quis frater uxorem habet infidelem; & hæc aſſentitur, ut habitet cum illo: ne dimittat eam. & mulier, quæ habet maritum infidelem; & is aſſentitur, ut habitet cum eâ: ne dimittat illum. Sanctificatus enim eſt maritus incredulus per uxorem: & ſanctificata eſt uxor incredula per maritum. Alioqui filii veſtri immundi eſſent: nunc autem ſancti ſunt.*

DE VIRGINITATE, SEU Cœlibatu.

DE Virginitate & Cœlibatu ſolus Paulus, *1.Corinth.7.* quædam tradit: alii verò Apoſtoli, in ſcriptis ſuis, ejus non meminerunt; niſi quòd *in Apocalypſi*, centum & quadraginta-quatuor millia, qui emti de terrâ dicuntur, *Virgines* appellantur; *ut qui ſe-ſe cum mulieribus non coinquinarint.* Sed ea myſticè exponi ſolent, de iis, qui non ſunt contaminati idololatriâ Meretricis Babylonicæ.

Docet autem Paulus; utrumq; Dei donum eſſe: tum caſtè extra matrimonium vivere poſſe; tum ad matrimonium idoneum & proclivem eſſe. licèt illud, ſcilicet donum virginitatis, rarius, eoque excellentius eſſe, ſentiat. 1.Cor.7.[q] *Velim omnes homines eſſe, ut ego ipſe ſum. ſed unusquiſq; proprium donum habet; alius ſic, alius autem ſic.* Et poſtea:[r] *Unuſquiſque, ut ipſi partitus eſt Deus; unuſquiſq; ut illum vocavit Dominus; ità ambulet.*

Deinde, iis, qui non habent donum virginitatis, præcipit, ut contrahant matrimonium. 1.Cor.7.[s] *Ad vitandam fornicationem, &c. Melius eſt nubere, quàm uri.*

Tertiò, illis, qui habent donum virginitatis, & poſſunt caſtè extra matrimonium vivere, liberum eſſe dicit; ſive matrimonium ineant, ſive ab eo abſtineant. 1.Cor.7.[t] *De virginibus præceptum Domini non habeo: conſilium tamen do, &c. Quòd-ſi duxeris uxorem, non peccaſti: & ſi nupſerit virgo; non peccavit.* Et poſtea rurſus:[u] *Quòd-ſi quis indecorum virgini ſuæ putat, ſi prætereat nubendi tempus; & ſic oportet fieri: quod vult, faciat; non peccat. jungantur matrimonio. Caterùm, qui ſtat firmus in corde, non habens neceſſitatem; ſed poteſtatem habet propriæ voluntatis, & hoc decrevit in corde ſuo, ut ſervet ſuam virginem: bene facit.*

Quartò, iis, qui habent donum caſtitatis, dat conſilium: quòd meliùs faciant, ſi non ineant matrimonium; quàm ſi contrahant. 1.Cor.7.[x] *Hoc dico juxta indulgentiam; & non juxta præceptum. Nam velim omnes homines eſſe, ut & ipſe ſum;* ſcilicet cœlibes. & poſtea:[y] *Qui elocat nuptum, bene facit: attamen, qui non elocat nuptum, melius facit.*

Hujus autem conſilii rationem Paulus affert: quòd, ſi abſtineant à conjugio, minus habeant curarum, & ſollicitudinum, & afflictionum; quàm ſi conjugio utantur. Inquit enim:[z] *Velim vos abſq; ſollicitudine eſſe. Qui cœlebs eſt, curat ea quæ ſunt Domini; quomodo placiturus ſit Domino: at qui duxit uxorem, ſollicitus eſt de his quæ ſunt Mundi; quomodo placiturus ſit uxori. Diviſa ſunt hæc duo, mulier & virgo. Innupta curat ea quæ ſunt Domini; ut ſit ſancta, cùm corpore, tum ſpiritu. Contrà, quæ nupta eſt, curat ea quæ ſunt Mundi; quomodo placitura ſit viro. Hoc autem ad id, quod vobis conducibile eſt, dico: nõ uti laqueũ vobis injiciam;* (quaſi conjuges nõ placeant Deo) *ſed ut, quod honeſtum ac decorum eſt, ſequamini; & adhæreatis Domino abſq; ullâ diſtractione.*

Poſtremò, legitimo Conjugio hæc adverſari docent: adulteria, ſcortationes, immunditiem, mollitiem, concubitum cum maſculis, vagas libidines, inceſtum. *1.Cor.5.*[a] *6.*[b] *7.*[c] *Epheſ.5.*[d] *Col.3.*[e] *1.Tim.1.*[f] *Rom.1.*[g] *2.Pet.2.*[h]

Uri potius, quàm nubere: *1.Cor.7.*[i]

Prohibere matrimonium iis, qui non habent donum vitæ cœlibis: *ibidem*, & 1.Tim.4.[k]

Prohibere matrimonium Miniſtris Eccleſiæ, ut genus vitæ impurum; in quo viventes nequeant adminiſtrare res ſacras: *1.Tim.3.*[l]

Polygamia, hoc eſt, plures ſimul habere uxores. *Rom.7.*[m] *Vivente viro, adultera vocabitur, ſi fuerit alteri viro.*

Dimittere uxorem ob alias cauſas, quàm adulterium. *1.Corinth.7.*[n]

Altero conjuge infideli diſcedente, fidelem & innocentem arcere ab uſu conjugii. *1.Cor.7.*[o]

Ex conſilio de virginitate, facere præceptum Dei, & conſcientiis injicere laqueos. *1.Cor.7.*[p]

Non facere officia piorum conjugum. cujuſmodi ſunt: ſi Viri non diligunt uxores; ſed ſint amarulenti erga illas. *Eph.5.*[q] *Col.3.*[r] *1.Pet.3.*[s] Si domui ſuæ & liberis nõ bene præſint. *1.Tim.3.*[t] *Col.3.*[u] Et contrà, ſi Uxores non ſubditæ ſint viris ſuis; nec revereantur eos. *1.Pet.3.*[x] *Eph.5.*[y] *Col.3.*[z] Et ſi uſurpent ſibi auctoritatem ſuper viros. *1.Tim.2.*[a] & ſimilia, quæ ſuprà in ſeptimo præcepto Decalogi enumeravimus.

a verſ.1. b verſ.9. c verſ.2. d verſ.3. e verſ.5. f verſ.10. g ver.26. 27. h verſ.10. 14 18. i verſ.9. k verſ.3. l verſ.2. & 12. m verſ.3. n verſ.10. o verſ.15. p verſ.25. & 35. q verſ 25. r verſ 19. s verſ.7. t verſ.4. u verſ.21. x verſ 1. y verſ 22. z verſ.18. a ver 12.

DE MAGISTRATIBUS.

MAGISTRATUM Petrus, *1.epiſt.2.*[a] *ἀνθρωπίνην κτίσιν, ordinationem humanam: & 2.epiſt.2.*[b] *κυριότητα dominationem*; & *δόξας*. id eſt, *gloriæ ſeu excellentias*, appellat: quas poſtremas voces utraſque etiam *epiſtola Judæ*[c] habet. Paulus verò, *Rom.13.*[d] *ἐξουσίας ὑπεροχάς, poteſtates ſublimiores: & Tit.3.*[e] *ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας, principatus & poteſtates*, appellat. Interdum etiã voce *Regis*; ut *1.Pet.2.*[f] *1.Tim.2.*[g] & *Principis, Rom.13.*[h] & *Ducis, 1.Pet.2.*[i] & *in eminentiâ conſtituti, 1.Tim.2.*[k] notatur.

Docent autem; Magiſtratum eſſe genus vocationis ſeu functionis, inſtitutum à Deo: ità quidem, ut unus aut plures aliis præſint, eosq; certis & honeſtis legibus gubernent; & politicam diſciplinam, & honeſtatem, & pacem, conſervent: & enormiter peccantes, contra primam & ſecundam Decalogi tabulam, non objurgatione modò; ſed etiam vi corporali & gladio, & aliis ſuppliciis, puniant. ut in ſequentibus dicetur.

Deum Magiſtratûs, hoc eſt, illius functionis, quæ gladio utramq; tabulam Decalogi tuetur & cuſtodit, eſſe autorem & conſervatorem; Paulus docet, Rom.13.[l] *Non eſt poteſtas, niſi à Deo: & quæ ſunt poteſtates, à Deo ordinatæ ſunt. Itaq;, qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit.* & poſtea:[m] *Dei enim miniſter eſt, ad bonum.*

Gubernatores autem, hanc functionem adminiſtrantes, homines eſſe: tum ipſâ experientia, tum teſtimonia probant. *1.Pet.2.*[n] *1.Tim.2.*[o]

Eos verò per homines, penes quos eſt poteſtas eligendi, & conſtituendi gubernatores Rerum-publicarum. Deo vel curante, vel permittente, eligi, & ad gubernacula Reipublicæ collocari: tum experientia quoq; teſtatur; tum dictum Petri[p] monere videtur, qui magiſtratum appellat *ordinationem humanam:* ſcilicet, quia per homines adminiſtratur; & quia per homines, eorumq; conſenſu, gubernatores eligantur & conſtituantur.

Diſtinctos gradus inter perſonas magiſtratum-gerentes, non improbari ab Apoſtolis; apparet ex dicto 1.Pet.2.[q] *Sive Regi, tanquam præcellenti: ſive Ducibus, tanquam ab eo miſſis.* 1.Timoth.2.[r] *Pro Regibus, & omnibus in ſublimitate conſtitutis.*

¶ Opera autem, huic vocationi, ſcilicet Magiſtratui, præſcripta, ad quæ omnes gubernatores in omnibus politiis ſint obligati, hæc ferè recenſentur.

Adjuvare collectionem Eccleſiæ Dei: & curare, ut idololatriæ manifeſtæ aboleãtur; & ſincera doctrina, & verus uſus ſacramentorum, vigeat apud ſuos: tuâ etiam confeſſione & conſtantiâ aliis eſſe bono exemplo. Complectitur hæc omnia Paulus, Rom.13.[s] *Principes non terrori ſunt bene agentibus, ſed malè. Vis autem non timere poteſtatem? quod bonum eſt, facito: & feres laudem ab illâ. Dei enim miniſter eſt, tibi in bonum.* Idem 1.Tim.2.[t] ad Magiſtratûs officium pertinere oſtendit, ità gubernare ſubditos; *ut piam degant vitam.* Ad eam verò pertinet; vera doctrina, & ſincerus uſus ſacramentorum. Et Petrus, *1.epiſt.2.*[u] Magiſtratus officium eſſe monet, *laudare rectè-agentes.* quo indicat, Magiſtratum etiam debere eos juvare & promovere, qui veram religionem doceant; & abolere idololatriam, quæ eſt omnium ſummum malum, & generi humano nocentiſsimum.

Conſervare externam diſciplinam, & honeſtatem, & pacem. Complectitur hæc quoque Petrus, 1.epiſtol.2.[x] *ut qui per eum mittantur, ad vindictam nocentium; laudem verò rectè-agentium.* Et Paulus, 1.Timoth.2.[y] *ut tranquillam & quietam vitam agamus, cum omni pietate & honeſtate.* & Rom.13.[z] *Eſt miniſter Dei ad bonum.* Diſciplinam autem, & honeſtatem, & pacem, bona eſſe, & neceſſaria ad ſocietatem generis humani; quis eſt qui neget?

Ut miniſtros Dei, ſinè reſpectu perſonarum, ſeveriter, etiã vi corporali, animadvertere in eos, qui manifeſtè delinquunt contra Decalogum & juſtas leges, & turbãt communẽ ſocietatẽ, & enormiter nocẽt aliis. Nã Paulus, Rom. 13.[a] *Quings reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem*

b ver.12. c verſ 8 d ver. 1. e ver. 1. f verſ 2. g verſ. 2. h verſ 3. i verſ 14 k verſ.2. l verſ 2. m verſ. 4. n verſ.13. o verſ.4. p 1 epiſt 2. ver.13. q ver 13. 4. r verſ. 2. s verſ. 3. 4. t verſ.2. u verſ.14. x ver.14. y verſ.2. z verſ.4. a ver.2. &c.

est primus homo Adam in animam viventem; extremus Adam in animam vivificantem. At non primùm quod spirituale; sed quod animale: deinde quod spirituale. Primus homo de terrâ terrenus: secundus homo ipse Dominus de cœlo. Qualis terrenus ille; tales & terreni: & qualis cœlestis; tales & hi qui cœlestes sunt. Et, quemadmodum gessimus imaginem terreni; gestabimus & imaginem cœlestis. Huc & illa testimonia: Phil.3.[k] *Transfigurabit corpus nostrum humile; ut conforme reddat corpori suo glorioso.* 2.Cor.5.[l] corpora Sanctorum, post resurrectionem, *domicilium non manu-factum, sed æternum in cœlis*; item *domicilium quod è cœlo est*, appellantur. Et Paulus, *Rom.9.*[m] *& 2.Tim.2.*[n] Sanctos, *vasa in honorem & gloriam præparata*, vocat. 1.Johan.3.[o] *Cùm apparuerit, similes ei erimus.*

Quali corpore resurrecturi sint impii & increduli, non exprimitur: sed nõ est dubium, quin incorruptibilia etiam eorum futura sint corpora, cùm Paulus dicat, 1.Corint.15.[p] *Oportet corruptibile hoc induere incorruptibilitatem.* & cùm impii in corpore etiam suo æternas pœnas passuri dicantur, *2.Cor.5.*[q] *& 2.Thess.1.*[r] Nec fore eorum corpora pulcritudine & gloriâ ornata; facilè existimari potest: cùm dicantur *vasa apparata in ignominiã, & contumeliam, & interitum.* Rom.9.[s] 2.Tim.2.[t]

¶ Fines resurrectionis fore, docent: Sisti ad tribunal Christi: *2.Cor.5.*[u] *Rom.14.*[x] Audire sententiam damnationis, aut æternæ salutis: *Roman.2.*[y] Aut æternis pœnis affici; aut cum Christo ad vitam æternam ingredi: *1.Thess.4.*[z] *& 5.*[a] *2.Thessal.1.*[b] *Phil.1.*[c] *1.Pet.1.*[d] *4.*[e] *5.*[f] *2.Pet.3.*[g] *1.Johan.2.*[h] *3.*[i] *Apoc.1.*[k] *& 20.*[l] *Epistola Jude.*[m]

¶ Contraria sunt: Sadducæismus & Epicureismus; hoc est, negare & irridere resurrectionem mortuorum. ut faciunt Athenienses, Actor.17.[n] *Cùm audissent resurrectionem mortuorum: alii quidem irridebant: alii verò dixerunt, Audiemus te de hoc iterum.* Actor.23.[o] *Sadducæi dicunt, non esse resurrectionem, neque angelum, neque spiritum.* 2.Petr.3.[p] *Scientes, venturos in extremis diebus illusores, qui juxta proprias concupiscentias ambulent; & dicant: ubi est pollicitatio adventus ejus? Siquidem, ex quo die patres obdormierunt, sic omnia permanent ab initio conditionis.* Horum opinionem refutat Petrus tribus argumentis. I. ab exemplo:[q] *Olim periit Mundus aquâ, jussu Dei: ergo idem, Dei mandato, peribit igne, in die judicii.* II. à ratione temporis:[r] *unum hoc ne lateat vos, dilecti; quòd dies unus apud Dominum perinde est ut mille anni, & mille anni ut dies unus. Haud tardat Dominus, qui promisit; quemadmodum nonnulli tarditatem existimant.* III. à causâ dilationis:[s] *Deus est patiens erga nos; dum non vult ullos perire; sed omnes ad pœnitentiam se recipere. &c. Ergo Domini nostri patientiam salutem arbitremini.* Refutat etiam Paulus Corinthios, resurrectionem negantes, 1.Cor.15.[t]

Dicere, resurrectionem jam esse factam. ut Hymenæus & Phyletus faciebant, *2.Tim.2.*[u]

Extremo diei præfinire certum diem & horam. *Act.1.*[x]

Opinari, quòd viventes præventuri sint mortuos in adventu Christi. 1.*Thess.4.*[y]

Se non consolari resurrectione, in morte suorum amicorum; sed dolere & lugere: ut gentes, spem non-habentes. 1.*Thess.4.*[z]

DE EXTREMO JUDICIO, *& secundo Christi adventu.*

QUòd Christus ad judicium sit reversurus; Symbolum Apostolicum docet: *unde venturus est judicare vivos & mortuos.* Item Petrus, *Act.10. & 1.Pet.4.*[b] *2.Petri 3.*[c] & Johãnes, *Apoc.1.*[d] Paulus, *Rom.2.*[e] *1.Cor.15.*[f] *2.Tim.4.*[g] *Epist. Jude,*[h] *& Jacobi 5.*[i]

Id verò futurum in extremo die; Apostoli iisdem testimoniis affirmant. 2.Petr.2.[k] *Dominus novit injustos in diem judicii puniendos servare.* 2.Pet.3.[l] *Cœli & terra, &c. servantur igni, in diem judicii & perditionem impiorum hominum.* Et Paulus, Actor.17.[m] *Statuit diem, in quo judicaturus est orbem terrarum.* Roman.2.[n] *Colligis tibi-ipsi iram, in die iræ, quo patefiet justum judicium Dei.* Is dies, appellatur etiam *dies redemtionis*, Ephes.4.

Judicium ad tribunal Christi futurum; Paulus, *Rom.14.*[p] *& 2.Cor.5.*[q] dicit. Johannes, *Apoc.20.*[r] dicit, *se vidisse mortuos, magnos & pusillos, stantes in conspectu Dei.* 2.Thess.1. *Impii luent interitum, à facie Domini.*

Christum in nubibus appariturum ità, ut videat eum omnis oculus; Johannes *Apoc.1.*[s] asserit. & Paulus, 1.*Thess.4.*[t] docet; pios resurgentes raptum iri Christo in occursum, in nubibus; & sic semper cum eo futuros.

Judicem vivorum & mortuorum fore Dominum nostrum Jesum Christum; Symbolum Apostolicum testatur: *Venturus est judicare vivos & mortuos.* Et Petrus, Act.10.[x] *Testificamur, quòd ipse sit ille, qui constitutus erat à Deo judex vivorum & mortuorum.* Et Paulus, Act.17.[y] dicit; *Deum per eum virum, quem excitârit à mortuis*, scilicet per Christum, *judicaturum orbem terrarũ cum justitiâ.* Et Petrus, 1.epist.4.[z] *Qui paratus est ad judicandum vivos & mortuos.* Apoc.1.[a] *Ecce, venit in nubibus; & videbit eum omnis oculus.* 2.Timot.4.[b] *Obtestor te coram Deo, & Domino nostro Jesu Christo; qui judicaturus est vivos & mortuos, in apparitione suâ & regno suo.*

Venturum autem Christum, ad judicium exercendum, singulari splendore, majestate & potentiâ; Apostoli etiam confirmant. Nam Petrus, *1.epist.4.*[c] ostendit, *Christum revelatum iri cum gloriâ.* Idem, *2.epist.3.*[d] quâ potentiâ Christus venturus sit, nos commonefacit: *quòd cœlos incensos solutum, elementa liquefactum, terram, omniaq; quæ in ea sint opera, exustum iri, affirmat.* Johannes, *Apocalyps.*[e] majestatem Christi, advenientis ad judicium, depingere videtur: *Et vidi cœlum apertum; & ecce, equus albus: & qui sedebat super eum, vocabatur fidelis & verax; & per justitiam judicat & pugnat. Oculi autem ejus, sicut flamma ignis; & in capite ejus diademata multa: habens nomen scriptum, quod nemo novit, nisi ipse. Et vestitus erat veste tinctâ sanguine. Et vocatur nomen ejus, Sermo Dei. Et exercitus, qui sunt in cœlo, sequebantur eum in equis albis; vestiti byssino albo & mundo: & ex ore ejus procedit gladius ex utraque parte acutus; ut eo percutiat gentes. Et ipse reget eos virgâ ferreâ: & ipse calcat torcular vini furoris & iræ Dei omnipotentis. Et habet in vestimento & femore suo, nomen scriptum: Rex regum, & Dominus dominantium.* Et Paulus, 1.Thessalonicens.4.[f] dicit; *Christum descensurum cum hortatu & voce Archangeli, & tubâ Dei.* 2.Thessalon.1.[g] affirmat, *Christum cum angelis potentiæ suæ, cum incendio flammæ, appariturum.* Idem, Tit.2. *Exspectantes beatam illam spem, & apparitionem gloriæ magni Dei.*

Angelos & Sanctos, tanquam assessores, in eo judicio affuturos, Apostoli monent. Nam de Angelis Paulus, 1.*Thess.4.*[h] *& 2.Thess.1.*[i] apertè testatur. De Sanctis verò, idem, 1.*Cor.6.*[k] inquit: *An nescitis, quòd Sancti Mundum judicabunt?* Et epist. Judæ:[l] *Veniet Dominus cum sanctis millibus suis.*

¶ Futurum autem judicium de omnibus hominibus, justis & injustis, vivis & mortuis, eorumq; operibus bonis & malis; ex testimoniis hactenus allegatis constat. *Act.10.*[m] *& 17.* Rom.2.[n] *Judicabit occulta hominum. Rom.14.*[o] 1.Corinth.4. *Cæterùm, qui me judicat, Dominus est. Proinde ne ante tempus quicquam judicetis; donec veniat Dominus: qui & illustraturus est occulta tenebrarum; & patefaciet consilia cordium, & tunc erit laus unicuiq; à Deo.* 2.Corinth.5.[p] 2.Tim.4.[q] Hebr.9.[r] *Quatenus illud manet omnes homines, ut semel moriantur; post hoc autem, judicium.* Epist. Judæ:[s] *Ecce venit Dominus, &c. ut faciat judicium adversùs omnes: ut redarguat omnes ex eis, qui sunt impii, de factis omnibus, quæ impiè patrarunt; deq; omnibus duris, quæ locuti sunt adversùs eum peccatores impii.*

Impios non cum gaudio ad judicium venturos; Johannes *Apoc.1.*[t] indicat: *Ecce, venit in nubibus: & videbit eũ omnis oculus, & qui eum compunxerunt: & plangent se omnes tribus terræ.* Idem Apoc.6.[u] *Et dicent montibus & petris; Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronũ, & ab irâ Agni, quoniam venit dies magnus iræ illius: & quis poterit stare?*

Impios ibi oportere rationem reddere factorum; Petrus 1.*epist.4.*[x] indicat: *Qui reddituri sunt rationem ei; qui paratus est ad judicandum vivos & mortuos.*

Etiam de Angelis malis simul judicatum iri; Petrus *2.epist.2.*[y] docet: *Nam, si Deus Angelis, qui peccaverant, non pe-*

percit;

---

k verſ.21
l ver.1.2.
m verſ.23.
n verſ 21.
o verſ.2.
p verſ.53.
q ver 10.
r verſ 9.
s verſ 22.
t verſ.20.
u ver.10.
x verſ 10.
y verſ.6.
z verſ 17.
a verſ.9.
b verſ 5. &c.
c verſ.28.
d ver 4.
e verſ 18.
f verſ 4.
g v 7. & 13.
h verſ.22.
i verſ.2.
k verſ.6.
l verſ 12.
m verſ. 21. 22. 23.
n verſ. 32.
o verſ.8.
p verſ.3 4.
q verſ 6 7.
r verſ.8.9.
s verſ 9. & 15.
t verſ.12. & ſeqq.
u verſ.18.
x verſ.7.
y verſ.13.
z verſ.13. 18.
a verſ.43.
b verſ.17.
c verſ 10
d verſ 7.
e verſ.5.
f verſ.24.
g verſ 8.
h verſ 14.
i verſ 8 9.
k verſ 9
l verſ 7
m verſ 31
n verſ.3.
o verſ 10.
p ver.10.
q verſ 10.
r verſ.4.
s verſ.8.
t verſ 8.
u verſ.37.
x verſ.14. 15.
y verſ.7.
z verſ.16.
a ver.5.
b verſ.4.
c verſ 9.
d verſ.10.
e verſ.11. &c.
f verſ.11.
g verſ.8.
h verſ.13.
i verſ.16.
k verſ.7.
l verſ.2.
m verſ.14.
n verſ.42.
o verſ 31.
p verſ 16.
q verſ.10.
r verſ.4.8.
s verſ 10.
t verſ 8.
u verſ.37.
x verſ.14. 15.

1	1	1	1	1	1
1	1	1	1	1	1
1	1	1	1	1	1

& Apoc.21.[o] *Pars illorũ erit in stagno ardente igni & sulfure.*

Foris, hoc est, extrà vitam beatam, damnati esse dicuntur, Apoc.22.[p] *Foris sunt canes.*

Ignis æternus. Epist. Judæ [q] *Ignis æterni pœnã sustinentes.*

Abyssus. Apocal.9.[r] *Data est ei clavis putei abyssi: & aperuit puteum abyssi: & ascendit fumus putei, &c.* Apoc.17.[s] *Bestia ascensura est de abysso, & ibit in interitum.* Apoc.20.[t] *Misit Draconem in abyssum.*

Interitus æternus. *2.Thess.1.*[u]

Ira ventura. *Rom.5.*[x] *1.Thess.1.*[y]

Locus infernorum. Phil.2.[z] *Ut in nomine Jesu flectatur omne genu, cœlestium, terrestrium, & infernorum.*

¶ Locum aliquem fore, in quo pœnis æternis afficiantur damnati; ex jam-citatis sententiis apparet: & quidem etiam ex illis testimoniis colligi potest; quæ loquuntur de pœnis damnatorum, & præmiis beatorum. Nam utrunq; in eodem loco fieri non poterit: præsertim cùm in novo cœlo, & novâ terrâ, justi tantùm inhabitaturi dicantur, *2.Pet.3.*[a] Sed ubi Infernus, seu locus damnatorum, sit futurus; ut Apostoli à Christo non acceperunt: ità nec Ecclesiæ tradiderunt.

Docent autem, in Inferno hos futuros: nimirum, *primùm* Diabolos. Nam Petrus, *2.epist.2.*[b] dicit; *Angelos peccantes, catenis caliginis in tartarum præcipitatos, traditos esse, ut serventur ad judicium.* Eadem *Judas* habet.[c] Et Johannes, *Apoc.20.*[d] apertè dicit; *Diabolum missum esse in stagnũ ignis & sulfuris.* Paulus etiam, *1.Cor.6.*[e] *Angelos*, scilicet malos, *judicatum*, hoc est, æternis pœnis affectum iri, ait.

Deinde Homines: sed non omnes sinè discrimine; verùm tantùm impios & impœnitentes, qualium catalogus prolixiùs confici possit secundùm Decalogum: sed nos tantùm testimonia eâ de re communia adscribemus. Apocal.19.[f] *Et apprehensa est Bestia; & cũ illo Pseudopropheta, qui fecit signa coram ipsâ, quibus seduxit eos, qui acceperunt characterem Bestiæ, & qui adoraverunt imaginem ejus; vivi conjecti sunt hi duo in stagnũ ignis, ardentis sulfure.* Apoc.20.[g] *Diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis & sulfuris: ubi & Bestia & Pseudopropheta*, (hoc est, Antichristus) *cruciabuntur.* Et postea:[h] *Qui non est inventus in libro vitæ scriptus, conjectus est in stagnum ignis.* Apoc.21.[i] *Timidis autem, & incredulis, & exsecratis, & homicidis, & scortatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ardente igni & sulfure.* Apoc.22.[k] *Foris canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idololatræ, & omnis qui amat & facit mendacium* Paulus etiam passim catalogos eorum, qui in infernum abjiciantur, texit. *Rom.1.*[l] *1.Tim.1.*[m] *& 4.*[n] *& 2.Tim.3.*[o] 1.Cor.6.[p] *An nescitis, quòd injusti, regni Dei hereditatem nõ consequentur? Nec erretis, neq; scortatores, neq; cultores simulacrorum, neq; adulteri, neq; molles, neq; qui cõcumbunt cum masculis, neq; fures, neq; avari, neq; ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces, regni Dei hereditatem accipient.* Eadem *Eph.5.*[q] & *Col.3.*[r] repetuntur. & Gal.5.[s] *Porrò manifesta sunt opera carnis, quæ sunt hæc: adulterium, scortatio, immunditia, lascivia, simulacrorum cultus, inimicitiæ, lis, æmulationes, iræ, concertationes, seditiones, sectæ, invidiæ, cædes, ebrietates, comessationes, & his similia, de quibus prædico vobis, quẽadmodum & prædixi; quòd qui talia agunt, regni Dei hæredes non erunt.*

Corpore autem & animâ Impios in Inferno cruciatum iri; patet ex *Apoc.19.*[t] ubi Johannes *Bestiam & Pseudoprophetam*, hoc est, Antichristũ & ejus patronos, Reges, & Principes terræ, *vivos* dicit *conjectos esse in stagnum ignis, ardens sulfure.* Et quòd Paulus *2.Corinth.5.*[u] docet, *unumquemq; in corpore etiam recepturum, juxta id, quod sive bene, sive malè fecit.* Idem etiam comprobant testimonia, de Resurrectione mortuorum. Si enim impii mortui rursùm exerint ad pœnas: necesse erit & corpore & anima eos cruciari.

Plurimos in infernum præcipitandos; illis sententiis docent: quibus monent, omnes non-renatos & infideles perire. quales sunt: 1.Petr.1.[x] *Omnis caro gramen; & omnis gloria hominis, quasi flos graminis: exaruit gramen; & flos decidit.* Idem historia Diluvii, in quo in arcâ tantùm octo homines servati sunt: & Sodomæ & Gomorrhæ inflammatio, ex quâ solus Loth cum suis ereptus est; innuere videtur maximam hominum partem damnatum iri. *1.Pet.3.*[y] *2.Petr.2.*[z] Et Johannes dicit; *totum Mundum in maligno esse positum: 1.Joh.5.*[a] Idem *Apocal.7.*[b] non admodum amplum numerum, scilicet *144000. signatorum ex omni tribu filiorum Israël*, se audisse dicit. ubi licèt finitus numerus pro infinito ponatur: tamen ea ipsa phrasis indicium est, raritatis beatorum; & multitudinis damnatorum. Paulus etiam *2.Thessal.3.*[c] dicit, *non esse omnium fidem.* Et *1.Cor.1.*[d] *non multos sapientes secundùm carnem, nec multos potentes, nec multos generosos, esse vocatos.* Idem, *Eph.2.*[e] & *2.Tim.2.*[f] & *2.Cor.4.*[g] Diabolum in infidelibus regnare, dicit.

¶ Genera pœnarum, quibus Impii afficientur, hæc fere recensentur ab Apostolis.

Confusio, seu Ignominia. Nam in judicio extremo revelabuntur omnia eorum occulta scelera & peccata. *Rom.2.*[h] *1.Corinth.4.*[i] Et pudefient ab eo in adventu ejus. *1.Joh.2.*[k] Erunt etiam corpora eorum deformia, & vasa ignominiosa: *2.Tim.2.*[l] Redarguentur omnes impii de factis omnibus, quæ impiè patrarunt; deq; omnibus duris, quæ adversùs eum locuti sunt: *Epist.Judæ.*[m]

Mors secunda, seu æterna. Apoc.2.[n] *Qui vicerit, non lædetur à morte secundâ.* Apoc.21.[o] *In stagno ardente igni, quod est mors secunda.*

Ira Dei. Apoc.6.[p] *Venit dies magnus iræ illius.* Apoc.14.[q] *Si quis adoraverit Bestiam & imaginem ejus, & acceperit characterem in fronte suâ, aut in manu suâ; hic bibet de vino iræ Dei, quod mixtum est mero, in calice iræ ipsius.* Romanor.2.[r] *Thesaurizas tibi iram in die iræ.* & postea: [s] *Ventura est indignatio & ira.* Rom.5.[t] *Salvi erimus ab irâ per ipsum.* Et Eph. 5.[u] Coloss.3.[x] *Propter hæc venit ira Dei in filios inobedientiæ.* 1.Thessal.1.[y] *Eripuit nos ab irâ venturâ.* & 1.Thessal.5.[z] *Non posuit nos Deus, ut iram nobis concitemus.* Jac.5.[a] *Thesaurizastis vobis iram in ultimis diebus.*

Æterna separatio à Deo, & sanctis Angelis, & Hominibus beatis. Conjicientur enim in infernum: Apoc.20.[b] Erunt foris: *Apoc.22.*[c]

Societas cum Diabolis. Apoc.20.[d] *Diabolus missus est in stagnum ignis, ubi & Bestia & Pseudopropheta.*

Perditio & interitus. *Quorum judicium jam olim non tardat; & perditio illorum non dormitat:* 2.Petri 2.[e] *In diem judicii, & perditionis impiorum:* 1.Petri 3.[f] *Vasa iræ, apparata in interitum:* Rom.9.[g] *Apparata in ignominiam:* 2.Timoth.2.[h] *Quæ est illis demonstratio perditionis; vobis autem salutis:* Philipp.1.[i] *Et quorum finis est interitus:* Philipp.3.[k] *Qui pœnam luent, interitum æternum, à facie Domini:* 2.Thessal.1.[l] *Mergunt homines in interitum & perditionem:* 1.Timoth.6.[m] *Non sumus subtractionis filii, in perditionem:* Hebræor.10.[n] *Pecunia tua sit tecum in perditionem.* Actorum 8.[o]

Afflictio & anxietas. Rom.2.[p] *Ventura est indignatio & ira, afflictio & anxietas, adversùs omnem animam hominis, perpetrantis malum; Judæi primùm, simul & Græci.*

Tormenta & cruciatus in stagno ignis & sulfuris. Apocal.14.[q] *Si quis adoraverit Bestiam, &c. cruciabitur igne & sulfure, in conspectu Angelorum sanctorum, & in conspectu Agni: & fumus tormentorum eorum ascendet in secula seculorum; nec habent requiem die ac nocte.* 2.Thess.1.[r] *Christus veniet cum incendio flammæ; & ultionem infliget iis, qui non noverunt Deum.*

Planctus, luctus, & fletus. Apoc.1.[s] *Et plangent se omnes tribus terræ.* Jac.5.[t] *Agite nunc divites, plorate; ejulantes super miseriis vestris, quæ adventent vobis.* Porrò, ista mala omnia, quibus obruentur impii, appellantur *merces injustitiæ.* 2.Petr.2.[u]

¶ Gradus suppliciorum fore; Apostoli illis communibus sententiis indicant: *Reddet unicuiq; secundùm opera sua.* *1.Pet.1.*[x] *Apoc.2.*[y] *Rom.2.*[z] *2.Cor.5.*[a]

Diabolos & Impios, semel in tartarum conjectos, ibi in æternum pœnas daturos, nec unquam indè liberandos; Apostoli docent. Apoc.20.[b] *Diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis & sulfuris; ubi & Bestia & Pseudopropheta cruciabuntur die ac nocte, in secula seculorum.* 2.Thessal.1.[c] *Luent interitum æternum, à facie illius.*

DE VITA AETERNA, ET EIUS *Variis Testimoniis post hanc vitam.*

APostolorum Ecclesiam post hanc vitam, sæpè appellat.

Vitam æternam. 1.Joh.2.[a] *Pollicitus est nobis vitam æternam.* & 1.Joh.5.[b] *Vitam æternam dedit nobis Deus.* Rom.6.[c] *Donum Dei vita æterna.* Gal.6.[d] *Metet de spiritu vitam æternam.* Tit.1.[e] *Haredes secundum spem vitæ æternæ.*

Eandem rem variis aliis nominum appellationibus, quibus sunt *Regnum æternum.* 2.Pet.1.[f] *Introitus in æternum regnum. Regnum Dei.* Act.14.[g] *Per multas tribulationes oportet nos ingredi in regnum Dei.* 1.Cor.6.[h] Eph.5.[i] Gal.5.[k] *Regnum hæreditatem non accipient.*

Regnum cæleste. 2.Tim.4.[l] *Servabit me in regnum suum cæleste.*

Paradisus. 2.Cor.12.[m] *Raptus in paradisum.* Apoc.2.[n] *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso.*

Novum cælum & nova terra: 2.Pet.3.[o] Apoc.21.[p]

Sancta civitas, nova Hierusalem: Apoc.21.[q]

Hæreditas incorruptibilis, &c. 1.Pet.1.[r]

Aliam vitam post hanc secuturam esse; Apostoli multis testimoniis probant: quæ suprà, de Evangelio, & de Fine sæculi hujus, & de Resurrectione mortuorum, & Extremo judicio, allegavimus. Et Petrus, *epist.*5.[s] *Deus vocavit nos ad æternam gloriam suam.* 1.Joh.2.[t] *Qui facit voluntatem Dei, manet in æternum.* Et Paulus, 1.Cor.15.[u] prolixè docet, restare aliam vitam; *si in vitâ hac spem in Christo tantùm habemus, maximè miserabiles omnium hominum sumus.* Heb.13.[x] *Non habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus.* Judas.[y] *Exspectantes misericordiam Domini in vitam æternam.*

¶ Locum, ubi pii post hanc vitam futuri sint, Petrus, 2.*epist.*3.[z] *novum cælum & novam terram* appellat. Idem Johannes *Apoc.*21. facit. Et Paulus, 1.*Thess.*4.[a] dicit; *pios in occursum raptum iri Christo, in nubibus; & sic semper cum ipso futuros.* Et Heb.12.[b] appellat *regnum, quod concuti non potest.*

Eos, qui egerunt pœnitentiam, & crediderunt in Christum, & fidem suam invocatione, & confessione, & tolerantiâ, & aliis fructibus declararunt, in vitam æternam ingressuros; Apostoli monent. Nam de credentibus inquit Petrus, 1.epist.1.[c] *Reportantes finem fidei vestræ, salutem animarum.* Eâdem epist.2.[d] *Qui crediderit in eo, non pudefiet.* & 1.Johannis 2.[e] *Filii, manete in eo: ut, cùm apparuerit, habeamus fiduciam; & non pudefiamus ab eo in adventu ejus.* Rom.5.[f] *Justificati sanguine ejus, servabimur per eum ab irâ.* Rom.10.[g] *Omnis qui fidit illi, non pudefiet.* Gal.3.[h] *Qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli Abraham.*

De invocantibus, Apostoli *Actor.*2.[i] ex Joële inquiunt: *Quisquis invocaverit nomen Domini, salvus erit.* Eandem sententiam repetit Paulus, *Rom.*10.[k]

De confessoribus, inquit Petrus, 1.epist.4.[l] *Si probris afficimini in nomine Christi; beati estis.* 2.Johan.[m] *Qui manet in doctrinâ Christi, & Patrem & Filium habet.* Apoc.2.[n] *Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.* Idem: [o] *Qui vicerit, & custodierit usque in finem opera mea, dabo illi potestatem super gentes.* Rom.8.[p] *Siquidem simul cum eo patimur; ut & una cum illo glorificemur.* Rom.10.[q] *Ore fit confessio ad salutem.* 2.Corinth.4.[r] 2.Timoth.2.[s] *Si commortui fuerimus, & conregnabimus.*

De piis Ecclesiæ ministris, 1.Pet.5.[t] *Cùm apparuerit Pastorum princeps, reportabitis immarcessibilem gloriæ coronam.* 2.Tim.4.[u] *Reposita est mihi justitiæ corona: quam mihi reddet Dominus, &c. nec mihi soli; sed & omnibus qui diligunt adventum ejus.*

De piis, Paulus Rom.2.[x] inquit: *His quidem, qui perseverantes in bono opere, gloriam & honorem & immortalitatem quærunt, vitam æternam, &c.* & pollicetur *gloria & honor & pax omni operanti bonum, Judæo primùm, simul & Græco.*

Futuras etiam mutationes in vitâ æternâ Apostoli memorant. Nam Petrus, 1.epist.3.[y] *novum cælum & novam terram fore dicit.* Et Paulus, *mutatos in generationem Domini, fore ajebat in vita futura.* 1.Tim.2.[z]

Rursus verò & commodi, quæ fidelibus in cœlesti vitâ contingent, hæc fere enumerantur ab Apostolis.

Erunt *extra curas, & omnibus ærumnis, omnique prorsus malo corporis & animi.* Petr.1.[a] *Sancti mundi: cum non fœtebunt.* Petri 3.[b] *Jucundi cubabunt* in cœlo, ubi. Idem Johannes ait hoc, 1.epist.3.[c] *Omnis qui habet spem hanc in eo, purificat se, sicut & ille purus est.* Et 1.Joh.4.[d] *Hanc habemus fiduciam, &c.* Johannes testimonia *Apoc.*1.[e] *Solvit nos, &c.* Apoc.6.[f] & 7.[g] & 21.[h] *Deus absterget omnem lacrymam ab oculis eorum, &c.* Apoc.19.[i] appellat. Accedunt *fruitio & immunitudo.* Epist.1.[k] *ut ab hæreditate, &c. servati.* Epist.2.[l] *Divinæ naturæ consortes, &c.* Epist.3.[m] *Ut sitis sancti & immaculati in pace.* Ephes.5.[n] *Ut exhiberet ecclesiam gloriosam, non habentem maculam, aut rugam, aut quid hujusmodi; sed ut sit sancta & immaculata.* Ephes.5.[o] *Ut exhiberet ecclesiam gloriosam sibi, non habentem maculam, aut rugam, aut quid hujusmodi: sed ut sit sancta & immaculata.* Col.1.[p] *Ut sistat vos sanctos, & immaculatos, & irreprehensibiles coram ipso.* Col.3.[q] *Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.* Cùm autem Christus apparuerit, vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria.* 1.Thess.5.[r] *Ut integer spiritus vester, & anima, & corpus, sine querelâ in adventu Domini nostri Jesu Christi servetur.* 1.Thess.5.[s] *Ut qui pudefiunt, irreprehensibiles immunes, & sine querelâ coram gloriæ ejus fiant, cum exultatione, &c.* Epist. Judæ.[t]

Erunt etiam immunes à morte, & aliis malis, quæ mors habet conjuncta. *Translati sumus de morte ad vitam.* 1.Joh.3.[u] *Qui vicerit, non lædetur à morte secundâ:* Apoc.2.[x] *Et abstergam ab eis Deus omnem lacrymam ab oculis eorum:* Apoc.7.[y] &21.[z] *Et mors ultra non erit; neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultrà: quæ prima abierunt:* Apocal.21.[a] *Cùm corruptibile hoc induerit incorruptibilitatem, & mortale hoc induerit immortalitatem: tunc fiet sermo, qui scriptus est: Absorpta est mors in victoriam. Ubi tua, mors, aculeus?* 1.Cor.15.[b] *Redemptionem corporis nostri exspectantes:* Rom.8.[c]

Liberi erùt à tyrannide Diaboli. Nam *opera Diaboli* ad plenum erunt destructa: 1.Joh.3.[d] Et Draco ille magnus, cum angelis suis, qui accusabat eos ante conspectum Dei nostri die ac nocte, projectus erit in terram: *Apoc.*12.[e] Et in stagnum ignis; ubi cruciabitur in sæcula sæculorum: *Apoc.*20.[f] Angeli mali erunt judicati à Sanctis: 1.*Cor.*6.[g] Ergo non amplius suis ignitis telis poterunt Sanctos infestare. Et *Rom.*16.[h] Diabolus erit concidendus sub pedes piorum.

Erunt liberi ab Inferno. Nam Infernus & mors conjicientur in stagnum ignis: *Apoc.*20.[i] Ubi tua, inferne, victoria? 1.*Cor.*15.[k]

Erunt liberi à Mundo seu impiis, & ab Antichristo, ejus; patronis & sociis; qui, instigatiâ Diabolo, eos persequebantur in hac vitâ. Nam Antichristus, & alii impii persecutores, conjicientur in stagnum ignis. *Apoc.*19.[l] & 20.[m] Et Christus persecutoribus inferet tribulationem: 2.*Thessal.*1.[n] Et perdentur homines impii: 2.*Petr.*3.[o] ignis devoraturus est adversarios: *Heb.*10.[p]

Erunt similes imagini Christi. *Cùm ei similes erimus.* 1.Joh.3.[q] *Præfinivit conformes fieri imaginis Filii sui:* Rom.8.[r] *Quemadmodum gessimus imaginem terreni; gestabimus & imaginem cælestis:* 1.Cor.15.[s] *Ad eandem imaginem transformamur:* 2.Cor.3.[t] *Transfiguravit corpus nostrum humile, ut conforme redderet corpori suo glorioso.* Philippens.3.[u] Sed hanc similitudinem imaginis Christi, sequentia declarabunt.

Sicut Christus est immortalis: *Rom.*6.[x] ità etiam Beati erunt incorruptibiles & immortales; & vivent vitam æternam. 1.Johannis 2.[y] *Qui facit voluntatem Dei, manet in æternum.* 1.Johan.5.[z] *Hæc scripsi, ut sciatis, quòd vitam habeatis æternam.* Apoc.2.[a] *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in medio paradisi Dei.* Item:[b] *Vincenti dabo edere ex manna abscondito.* Gal.6.[c] *Manet de spiritu vitam æternam.* Rom.6.[d] *Donum Dei, vita æterna.* 1.Cor.15.[e] *Seminatur in corruptione, surget in incorruptibilitate, & potius:* [f] *Canet enim tuba, & mortui resurgent incorruptibiles & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptibilitatem, & mortale hoc induere immortalitatem.* 1.Cor.15.[g] *Scimus, si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur, ædificationem habere nos ex Deo, domum non manufactam, æternam in cœlis. Nam in hoc gemimus, habitationem nostram, quæ de cœlo est, (corpore immortali) superindui cupientes. Mortale istud, &c. ut absorbeatur immortalitate, &c.* 2.Cor.5.[h]

Denique, cum Christus sit in gloria, [illegible] gloriosi erunt in vitâ æternâ, declarantur hæc verba Dei ad Abrahamum, clarissima & apertissima. Præterea, Petrus, 1.epist.4.[i] *Quæ [illegible] Christi; gaudetis*

[illegible] *dilectionem eorum.* Apoc.21.[h] Ecclesia dicitur *sponsa ornata.* Et Paulus Rom.8.[i] *si tamen compatimur.* Nam *reputo, non esse condignas afflictiones præsentis temporis ad futuram, quæ revelabitur in nobis.* Item:[k] *Quæ parum est, nos & glorificavit.* Roman.9.[l] Beatificandum *vitæ æternæ gloriam.* 1.Cor.15.[m] *Corpus seminatur in ignobilitate, resurget in gloriâ.* 2.Cor.4.[n] [illegible] *supra modum æternum gloriæ pondus operatur nobis.* 2.Tim.4.[o] *Reposita mihi justitiæ corona, quam reddet mihi Dominus in illa die, justus judex: non solùm autem mihi, sed & omnibus qui diligunt adventum ejus.* Jacob.1.[p] *Probatum aurum accipiet coronam vitæ, quam promisit Dominus his, à quibus fuerit dilectus.* Porrò Paulus, 1.Cor.15.[q] indicat, non omnium beatorum corporum æqualem fore gloriam; sed in aliis majorem, in aliis minorem. inquit enim: *Verùm alia quidem cœlestium gloria, alia verò terrestrium: alia gloria solis, alia gloria lunæ, alia gloria stellarum. Stella siquidem à stella differt in gloriâ. Sic & in resurrectione mortuorum.* Abiq; dubio Paulus ad locũ *Danielis*[r] respexit; qui dicit, *Doctores sicut solem effulgebunt.*

Sicut Christus non amplius est infirmus; sed potentissimus:[s] 2.Cor.13. ità & Beati fortes & potentes erunt. Apoc.2.[t] *Qui vicerit, & custodierit opera mea usque in finem, dabo illi potestatem super gentes: & reget eas virgâ ferreâ; & tanquam vasa figuli confringentur.* Apoc.3.[u] *Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo: sicut & ego vici, & sedi cum Patre meo in throno ejus.* 1.Cor.15.[x] *Seminatur corpus in infirmitate, resurget in potentiâ.*

Sicut Christus habet corpus spirituale, quod non indiget cibo aut potu, nec excrementi deficit; sed est agilimum & velocissimum: ità Beatorum corpora erunt. 1.Cor.15.[y] *Seminatur corpus animale; resurget corpus spirituale.* Nam Beatos non ituros esse scis; Paulus docet, 1.Cor.6.[z] *Esca ventri & venter escis: Deus autem & hunc & illas abolebit.* Non futura commiscet; Paulus, 1.Cor 7.[a] videtur indicare: *Præterit habitus hujus Mundi.* Cessaturas imperfectiones, 1.Cor.13.[b] indicat: *ubi venerit quod perfectum est; tunc quod ex parte est abolebitur.* Agilitatem corporum beatorum etiam illo ostendit Paulus; quòd *sancti in occursum Christi, in nubibus per aëra rapiuntur* dicit. 1.Thess.4.

Æterna conversatio & societas erit cum Deo Patre, & Domino nostro Jesu Christo, & Spiritu sancto; & sanctis De. Angelis, & omnibus Hominibus beatis. 1.Johan.1.[d] *Ut & vos societatem habeatis nobiscum: & societas nostra sit cum Patre, & Filio ejus Jesu Christo.* 1.Johan.3.[e] *Si apparuerit, similes ei erimus: quoniam videbimus eum, sicuti est.* Apoc.7.[f] *Hi, qui amicti sunt stolis albis, qui sunt? & unde venerunt? Et dixi illi: Domine tu scis. Et dixit mihi: Hi sunt, qui venerunt ex tribulatione magnâ; & dilavaverunt stolas suas, & dealbarunt eas in sanguine Agni. Ideò sunt ante thronum Dei; & serviunt ei die ac nocte in templo ejus: & qui sedet in throno, habitabit super illos. Non esurient, neq; sitient amplius; nec cadet super illos æstus, neq; ullus æstus. Quoniam Agnus, qui in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad vivos fontes aquarum: & absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.* Apocal.21.[g] *Ecce, tabernaculum Dei cum hominibus; & habitabit cum eis: & ipsi populus ejus erunt; & ipse Deus cum eis erit eorum Deus.* 1.Corinth.13.[h] *Tunc vero cognoscam, sicut & cognitus sum.* 1.Cor.15.[i] *Tradet regnum Deo & Patri: ut sit Deus omnia in omnibus.* Ephes.3.[k] *Qui omnia in omnibus adimplet.* Si jam ubera conversationis tantæ est: Phil.3.[l] ergo hic multò magis erit. Col.3.[m] *Vita vestra abscondita est cum Christo, cum autem Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos cum ipso apparebitis gloriosi.* [illegible] Hebr.12.[n] *Accessistis ad Mediatorem Jesum, & sanguinis aspersionem melius loquentem quàm Abel.* [illegible] *Angelorum cœtum; & ad congregationem primitivorum, qui conscripti sunt in cœlis, & ad judicem omnium Deum, & ad spiritus justorum perfectorum.* [illegible]

Beati congregati cum Christo [illegible] Christo judicaturi homines malos & Malos. 1.Cor.6.[o]

Beati accipient & realissimum regnum Dei, & eum per cohæredem cum Christo Domino. Luc.1.[p] *Dominabitur in domo Jacob, & regni ejus non erit finis.* Sapient.5.[q] *Justi autem in perpetuum vivent, & apud Dominum est merces eorum, & cogitatus illorum apud Excelsum. Propterea accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu Domini.* Sapient.6.[r] *Concupiscite ergo verba mea, & desiderate ea, & erudiemini.* Sapient.10.[s] *Dedit illi claritatem æternam, & possessionem testamenti.* Sapient.19.[t] *Expectatio justorum lætitia.* Matth.5.[u] *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* Matth.19.[x] *Omnis qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.* Matth.25.[y] *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi.* Luc.12.[z] *Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum.* Apoc.2.[a] *Qui vicerit, possidebit omnia.* Apoc.22.[b] *Beati qui lavant stolas suas in sanguine Agni, ut sit potestas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent in civitatem.* Rom.2.[c] *Si filii, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi.* Galat.4.[d] *Hæreditatem* repromittuntur. Hebr.10.[e] *Scientes, vos habere in vestrum ipsorum substantiam in cœlis, ac manere.*

Ubiverò, ea hæreditas Beatorum hujusmodi appellatur *merces.* ut Apocal.11.[f] *Et reddas mercedem servis tuis Prophetis, & Sanctis, ac timentibus nomen tuum, pusillis & magnis.* Apocal.22.[g] *Ecce, venio citò: & merces mea mecum.* Colos.3.[h] *Accipietis mercedem hæreditatis.* 2.Johan.[i] *ut mercedem plenam accipiamus.*

Fruentur gaudio & lætitiâ æternâ. 1.Petri 4.[k] *Gaudentes exultantes.* 1.Johannis 1.[l] *ut gaudium vestrum sit plenum.* Apoc.19.[m] *Gaudeamus & exultemus, & demus gloriam ei: quia venerunt nuptiæ Agni; & uxor ejus præparavit se.* Huc etiam illa sententia *Esaiæ 64.*[n] quam Paulus citat *1.Corinth.*[o] pertinet: *Quæ oculus non vidit, & auris nõ audivit, & in cor hominis non ascenderunt; quæ præparavit Deus diligentibus se.* Epistolæ Judæ.[p] *Qui potest vos statuere in conspectu gloriæ suæ inconsummatos, cum exultatione.*

CAPUT V.

DE HAERESIBUS.

Pseudochristos & Pseudoprophetas grassaturos in Ecclesiâ esse; ipsemet Christus perpicuè paulò ante passionem præmonuit: ut *Matth.24.*[q] scriptum est. Id verò statim cœpit fieri; postquam, Christo in cœlos sublato, Apostoli, Spiritûs sancti ductu, cœpêrũt longè latèque Evangelium sparsere; & falsa dogmata, impiosq; cultus, virtute verbi Dei destruere. Quæ quidem res abundè docet; diram esse Diaboli malitiam: qui victus atque prostratus a Christo, nihilominùs astus est ejus verbum, ac totam religionis formam, variis opinionibus ac blasphemiis conspurcare, lacerare, & propemodum evertere. Ut autem portenta hujus maligni spiritûs in cõspectu sint; & quasi primæ scaturigines plurimarum hæresium, quæ postea, veluti aliis in se receptis rivis, mirum in modum excrevêrunt & exundarunt, cognoscantur ordine, quæ, ipsis Apostolis Christi sedulò laborantibus in vineâ Domini, simul vel remanserint adhuc, vel recèns pullularint & adoleverint hæreses, paucis exponemus.

DE HAERESE SUB TIBERIO, & aliquot Imperatoribus sequentibus.

DE SIMONIACIS.

Simon quidam, Christo adhuc vivo, magicis artibus in Samariâ plures dementare cœpit: ficut Lucas in Actis[r] refert. Apparet autem, priusquàm à Philippo Samaritani converti essent, Simonẽ tantùm confusam doctrinam ex Judaismo & Ethnicismo tradidisse; quâ magicis quibusdam illusionib⁹ credulo vulgo cõmendâris [illegible] Postea verò, ubi vidit, doctrinâ Christi, quæ per [illegible] propagabatur, mirabili successu Ecclesiam [illegible] ligi; Diaboli instinctu, tanquam ejus mãcipium, ad [illegible] terrima facinora perpetranda prompti & [illegible] ingenium, quandõ insuper ex Christianismo [illegible] ac pervertit: taliq; factione, horrendis quibusdam [illegible] nuit; æmulans Judaismum, Ethnicismum, [illegible] simul. Forte & vereginotum [illegible] motivis gravis reprehensio Petri [illegible] simulationem quandam, [illegible] accusat. [illegible]

nus, ſicumque intelligens, ſeriâ eum oratione reprimit. Scribit præterea verè *Irenæus*; * *Simonem patrem omnium Hæreticorum eſſe: & ex eo univerſas hæreſes ſubſiſtere.* Operæprecium igitur eſt, ipſius portentoſas hypotheſes cognoſcere; & indè poſteriores hæreſes æſtimare: quid ab hoc ſuo parente Simone vel ſumſerint, vel inſuper addiderint.

* *Præfat. in l. 1. & de Hæreſib. & lib. 3. cap. 20.*

Hypotheſes Simonianæ.

De Deo.

Simon affirmabat, ſe eſſe Deum; ſeu (ut loquebatur) ſublimiſſimam virtutem; ſeu infinitâ potentiam: quæ ſit ignis; & habeat operationem duplicem, nimirum occultam & manifeſtam. Se inter Judæos apparuiſſe, quaſi Filium: in Samariâ quaſi Patrem deſcendiſſe: apud reliquas gentes, quaſi Spiritum ſanctum adventâſſe. *Irenæum, Philaſter, Epiphanium, Theodoretum.*

Ex ſe dicebat exſiliiſſe Ennoeam: eamq; eſſe Selenen, ut vocat *Irenæus & Auguſtinus*; ſeu Helenam, ut alii appellant. Erat autem mulier quædam, quam è proſtibulo acceperat. Itèm docebat, ex ſe tres conjugationes exortas; quas vocavit radices: primam Mentem, ſeu mentis cogitationem; ſecundam Vocem; tertiam, Rationem & cogitationem. *Theodoretus.*

Docebat, quòd omnes gentes ſe Deum colerent: etiamſi diverſa nomina ſibi attribuerent. *Irenæus.*

De Chriſto.

Simon ſe-ipſum dicebat eſſe Chriſtum; & hominis figuram aſſumſiſſe duntaxat: & paſſum in Judæâ putatum; cùm non eſſet paſſus. *Irenæus.*

De Spiritu ſancto.

Simon docebat, ſe eſſe Spiritum ſanctum, qui gentibus eſſet datus. *Irenæus.*

Epiphanius verò ſcribit; quòd Helenam ſuam Spiritum ſanctum dixerit.

De Creatione.

Helenam, dicebat, ut quæ cognoſceret, quæ Simon tanquam pater vellet, angelos & poteſtates generâſſe. *Theodoretus, Irenæus.*

Et *Philaſter* inquit, eum docuiſſe, Angelos à quibuſdam ſenſibus, de cœlo prædictis, conditos eſſe. *Epiphanius.* Angelos verò hunc Mundum feciſſe. *Irenæus, Philaſter, Theodoretus, Epiphanius.*

De Angelis.

Angelos dicebat Helenam, ſeu Ennoeam, matrem ſuam, invitam retinuiſſe; quia Simonem, tanquam ſummum Deum, ignorarent: & contumeliis affeciſſe; adeò ut humano corpori includeretur: & quidem ex alio in aliud muliebre corpus tranſiret; ac tandem in fornice proſtiterit. *Irenæum, Epiphanium.*

Angelos de principatu inter ſe contendiſſe. *Irenæum.*

De Lege.

Legem dicebat non eſſe à Deo; ſed ab aliquâ ſiniſtrâ virtute. *Epiphanius.*

Auguſtinus tamen ait, eum docuiſſe; ſe in Sinâ monte in perſonâ Patris legem tuliſſe.

De Salute.

Se dicebat Simon deſcendiſſe de cœlo, ut hanc ſuam Helenam liberaret: & eam dicebat eſſe ovem perditam, cujus in Euangelicâ hiſtoriâ mentio fieret. Deinde etiam, ut certamen Angelorum, de principatu contendentium, (quâ re fiebat, ut malè Mundum gubernarent) pacaret.

Hominibus ſe ſalutem præſtare ex gratiâ, per agnitionem ſuæ Ennoeæ ſeu Helenæ; non per opera juſta. *Irenæum.*

Salutem hominum eſſe, liberationem ab Angelorum imperio: qui ipſos ad bonas actiones urgerent; nec permitterent agere, quod vellent.

De Operibus, ſeu Licentiâ vitæ.

Liberum dicebat hominibus eſſe, ut agerent, quæcunq; vellent: nec extimeſcendas eſſe Legis minas. Et rationem annexebat: Nam ipſius Simonis gratiâ ſalvari homines; non ex operibus.

Eſſe ſervitutem injuſtam; quòd homines debeant bonis & honeſtis operibus vacare. *Irenæus, Theodoretus.*

Docebat deteſtandam turpitudinem, indifferenter utendi fœminis. *Auguſtinus.*

De Reſurrectione.

Corpora docebat interire penitus; nec reſurgere: Animam verò immortalem eſſe; ac purificari per ſua myſteria. *Epiphanius, Auguſtinus.*

De Prophetis.

Prophetas Angelorum inſpiratione quædam prædixiſſe. Eos verò, quia nunc ipſe de cœlis veniſſet, non curandos ampliùs. *Irenæum.*

De Allegoriis.

Equum Trojanum, dicebat eſſe ignorantiam univerſarum gentium.

Habuerunt Simoniaci Sacerdotes myſticos, libidinosè viventes. Magiâ liberrimè uſi ſunt; & mirificè homines præſtigiis ſuis faſcinarunt. More gentium imaginem Simoni erexerunt: & ipſius quidem, ad figuram Jovis; Helenæ verò, ad figuram Minervæ: easq; adorarunt. *Irenæus.* Romæ quoq; ei ſtatua publicè poſita eſt.

Ubi hæc peſtis graſſata ſit.

Primùm in Samariâ hic Simon homines magicis ſuis ludibriis faſcinavit; idq; longo tempore, ac ſingulari plurimorum applauſu: ut *Actor. 8.** ſcriptum eſt. Poſtea verò, lucem Euangelii atque Apoſtolorum præſentiam abhorrens, in ea loca ſe contulit: quò vel nondum venerant Apoſtoli; vel Ethnicis ſuperſtitionibus cuncta erant expoſita. ſicut *Theodoretus* teſtis eſt. Et *Juſtinus* ait; quoſdam etiam aliarum nationum ei credidiſſe.

* *v. 9. 10. 11.*

Tandem, paſsim loca omnia pervagantibus Apoſtolis, & replentibus Euangelio ſuo; Romam profugit: quo in loco nôrat adhuc fœdis ſuperſtitionibus cũcta patêre; eãq; ob cauſam faciliùs ſe hominũ mentes faſcinare poſſe. Fortè nec myſterio caret; quòd pater omniũ hæreſium, in eum locum cõmigrârit, publicosq; honores meritus ſit. Verùm hac de re poſteriora tempora ferent teſtimonium.

Quantoperè autem ibi dementârit homines; ex *Juſtino* commemorare libet, qui *in Apologiâ 2.* ſic ſcribit: *Præterea, poſt Chriſti in cœlum aſcenſum, nonnullos homines à dæmonibus inductos, qui Deos ſe eſſe jactarent: qui non modò à vobis ſupplicio affecti non ſunt; ſed etiam honoribus veneratione, digni habiti: Simonem quendam Samaritanũ, ex vico, qui Triton dicebatur, qui, Claudio Cæſare regnante, cùm arte dæmonũ magica opera ediderit, in regiâ urbe veſtrâ Româ Deus judicatus eſt; ſtatuæq; honos ei, ut Deo, à vobis tributus eſt: eaq; ſtatua in Tyberi inter pontes duos erecta eſt, cum hac Latinâ inſcriptione*; SIMONI DEO SANCTO. Hæc Juſtinus: quæ etiã *Irenæus & Euſebius* referunt. Et Romæ Simonem fuiſſe; *Philaſter, Theodoretus*, & alii plures teſtantur.

Eſt autem Simon, cum ſuis præſtigiis, reprehenſus initiò à Philippo: ità ut ſimularet pœnitentiã; & baptiſmum reciperet. Poſtea, ad ingenium rediẽs, & precio volens donum, impertiendi Spiritum ſanctum, à Johanne & Petro redimere; graviter à Petro increpatur: quòd exiſtimaret dona Dei pecuniâ divendi. Et quidem exſecratio additur; quòd pecunia unà cum ipſo debeat eſſe maledicta: quòd non habeat cor rectum coram Deo: quòd neceſſe habeat pœnitentiam agere; ni velit prorſus damnari. *Actor. 8.** Unde patet; Apoſtolos ſeriò eum cõtûrâſſe. Romæ verò, Simonis præſtigiæ, in-primis adventu Petri, ejuſque concionibus, extinctæ ſunt: ut paucis annotat *Euſebius, lib. 2. cap. 15. & lib. 2. cap. 2.* inquit: *Simon à Petro deprehenſus, convenientes damnationis ſupplicium dedit.*

* *v. 13. 18. & 1099.*

Alii alia, de tragico exitu, pœnâq; in ipſum divinâ, recitant: ſicut infrà de Hæreticis dicendum erit.

¶ Ex tempore Imperatorum conjici poteſt utcunque, ſatis diu iſtam hæreſin per Simonem diſſeminatam eſſe: nempe ultra viginti annos. Nam ſub Claudio (ut *Juſtinus & Euſebius* ſcribunt) Romam venit Simon. Coram Neronе verò, ait *Philaſter*, Petrum ſuperâſſe doctrinâ & miraculis magum Simonem.

Priùs verò, quàm Romam fugeret, in [illegible] diu profeſſus fuerat ſuas magicas deceptiones.

Cujuſmodi ſectæ ex hac quaſi Hydrâ repentè enatæ ſint; viſum eſt *Theodoreti* verba, ex Compendio hæretica-

rum fabularum, adscribere. *Ex hac*, inquit, *amarissimâ radice, exorti sunt Dositheani, Cleobani, Geortheni, Masbothei, Adrianistæ, Eutychistæ, Cainistæ. Sed ut omnes, cũ impiæ sectæ pravas quasdam mutationes excogitassent, non diu duraruni; sed oblivioni omnino traditi sunt.* Hæc ille.

DE HAERESIBUS SUB Claudio.

DE ELYMA MAGO.

PAULUS Apostolus & Barnabas, in Cypro Euangelium Christi tradentes, in Papho invenerunt quendam Pseudoprophetam Judæum, cui nomen *Elymas Barjehu*. Erat autem magus; suisque præstigiis multos decipiebat: adeò ut etiam Proconsulem Sergium Paulum, alioqui prudentem virum, dementaret. Resistebat autem hic Magus doctrinæ Euangelii: præsertim cùm videret, Proconsulem Pauli doctrinæ nonnihil assentiri. Quæ autem fuerint capita doctrinæ ejus, non exstat: ac fortè hic Elymas, unus ex discipulis, aut suffragatoribus Simonis magi, fuit. Paulus autem, Spiritu sancto accensus, etiam vultu gravitatem significans, severiter hominem adoritur: *O plenè, inquit, omni dolo & fallaciâ, fili Diaboli, inimice omnis justitiæ, non desinis invertere vias Domini rectas? & ecce, manus Domini super te: & eris cæcus, non videns solem usq; ad tempus. Et confestim cecidit in eum caligo & tenebræ.* Hæc à Lucâ *Act. 13.** narrantur.

* vers 6. & segq.

Grassari etiam cœpit, Claudio rerum potiente, *Pseudoapostolorum* hæresis. Verùm, cum subindè plures exorti sint; paulò inferiùs de eâ agemus.

DE HAERESIBUS SUB TITO, *& aliquot sequentibus Imperatoribus.*

DE MENANDRIANIS.

CIRCA Titi tempora, *Menander* quidam Samarita, Simonis magi discipulus, plurimos fallis dogmatibus decepit. In nonnullis, paucis tamen, à suo præceptore variavit: eumque nequitiâ, atque diabolicis artibus, longè superavit.

Hypotheses.

De Deo.

Unum dicebat Patrem incognitum esse: se autem esse virtutem quandam, ab eo missam. *Irenæus, Eusebius, Epiphanius, Theodoretus.*

De Creatione.

Mundum factum esse ab Angelis, emissis ab Ennoeâ. *Irenæus, Epiphanius, Theodoretus.*

De Angelis.

Per Magiam suam vinci Angelos.

De Salute.

Se missum esse ab invisibilibus Salvatorem, pro salute hominum. *Irenæus.*

De Resurrectione.

Dari dicebat per suum baptisma suis sectatoribus resurrectionẽ: talem quidem, ut homines in hac vitâ non senescerent, nec possent mori; sed manerent immortales. *Irenæus, & cæteri.*

Magicis autem delusionibus homines sibi conciliabat; & omnia faciebat: quâ quidem in re Simonem magistrum suum vincebat. Antiochiæ potissimùm plurimos seduxit: ut testatur *Justinus.**

* Apolog. 2.

Finis hujus hæresis fuit: obscurare meritum Christi; doctrinam de salute hominis, & resurrectione: ut *Eusebius** indicat.

* lib. 3 c. 26

Non autem dubium est; quin Apostoli, cæteriq; pii, alacriter ei restiterint, atq; impios conatus repressérint: licèt in Scripturâ non sint ex pugnæ relatæ.

DE EBIONÆIS.

ETsi tempus exactè non est indicatum, quando hæc hæresis vagata sit: tamen consentaneum est, circa hoc tempus eam exstitisse. Sic autem dicti sunt à quodam *Ebione*: ac mendici seu pauperes, juxta illud nomen, vocati sunt; eò quòd verâ fide destituerentur. Nata est hæc hæresis, ex dilutâ & corruptâ Judæorum religione.

Hypotheses.

De Christo.

Unum quidem Deum profitentur: sed Christum dicunt ex commixtione Joseph & Mariæ genitum; & tantùm hominem, non etiam coëssentialem Dei filium, esse. Fundamentũ ejus fuit; qa *Theodotion & Aquila* vertissent:[a] *Ecce adolescentula in utero habebit, & pariet filium. Irenæus,*[b] *Eusebius, Philaster, Theodoretus.*[c]

a *Esai. 7. vers. 14.*
b *lib. 3. c. 23.*
c *in lib. de Carne Christi.*

Tertullianus ait, Hebionem docuisse, Jesum natum esse filium David; non Dei: Prophetis tantùm gloriosiorem.

Item dicunt, Christum suis operibus justificatum. *Eusebius, Theodoretus.*

Alii tamen ejusdem sectæ concedunt, ex Virgine de Spiritu sancto natum esse Christum hominem: sed tamen non exstitisse priùs, quàm homo fieret. *Eusebius.*[d]

d *lib. 3. c. 27*

In epistolâ Johannis istæ recitantur hypotheses. *Negant Jesum esse Christum, seu Messiam:* 1. Johan. 2.[e] *Negant Jesum Christum in carne venisse:* 1. Joh. 4.[f] & 2. Johannis.[g]

e *vers. 22.*
f *vers. 3.*
g *vers. 7.*

De Lege & Salute.

Observationem Legis Mosaicæ, dicũt esse necessariam ad salutem. *Irenæus,*[h] *Tertullianus.*[i]

h *l. 1. ca. 26.*
i *de Præscript. adversus Hæres*

De Scripturâ.

Prophetas receperunt: verùm tantùm Euangeliũ secundùm Matthæũ, seu (ut *Eusebius* cæteriq; habent) secundùm Hebræos, amplexi sunt. Apostoli Pauli scripta repudiarũt: quia ipse à Lege apostatârit. *Irenæus, Eusebius, Theodoretus.*

¶ Mores Ebionitarũ erant: quòd Circumcisionem, Sabbata, cæterosque ritus Judaicos omnes, reciperent. *Irenæus.* Dominicos tantùm dies, perinde ut Christiani, propter recordationẽ dominicæ resurrectionis, celebrarunt. *Eusebius.* Hierosolymam adorant, quasi domus sit Dei. *Irenæus.*

Cœpisse hanc sectam, atq; in Cocabâ vico, in Batanitide regione, effusam, post Hierosolymorum destructionem; *Epiphanius* refert.

DE CERINTHIANIS.

CERINTHUS, partim superioribus in fingendis deliriis adstipulatus est: partim etiam ex suo cerebro commnxit. Jactavit revelationem; quasi per Angelos ea, quę proferret, sibi revelata & dictata essent: ut *Eusebius* narrat. Philosophiam in Ægypto didicit; juxta quam, doctrinam Christi formare voluit.

Eodem tempore, quo Ebion, vexavit Ecclesiã Christi.

Hypotheses.

De Deo.

Docuit quidem, unum esse Deum; sed non esse autorem Mundi. *Theodoretus.* Judæorum Deum, non Deum; sed Angelum dixit. *Tertullianus.**

* de Præscrip. adversũ Hæres.

De Christo.

Christũ docuit esse naturalem Josephi & Mariæ filium: ac tantùm hominem; sapientiâ duntaxat & virtutibus reliquos homines antecellentẽ. *Irenæus, Epiphanius, Theodoretus.*

In Baptismo primùm, in hunc Jesum à Deo descendisse Christum spiritalem, specie columbę; atq; eum Christum, per Jesum miracula fecisse: & deinde, quando Jesus deberet pati, Christum rursus ab eo avolâsse; Jesumque solum passum esse. *Irenæus, Theodoretus.*

Christum nõdum à mortuis resurrexisse dicit. *Philaster.*

De Creatione.

Non à Deo factum esse hunc Mundum, dixit: sed à virtute quâdam, valdè à Deo distante; & ignorante summo Deo. *Irenæus, Tertullianus.*

Angelos Mundum fecisse dixit; & Legem atq; Prophetias dedisse. *Epiphanius.*

De Lege.

Observationem Legis Mosaicæ necessariam esse. *Philaster, Augustinus.* Item, Legem ab Angelis datã. *Tertullianus.**

* adversùs Hæres.

De Regno Christi.

Dixit, Regnum Christi post resurrectionem terrenum fore; in quo Hierosolymis victuri, & cibo, potu, reliquisq; voluptatibus corporalibus, perfruituri simus: ac mille quidem annos huic rei datos esse. Eaque *ex lib. 2. narrationum Dionysii Alexandrini* recitat *Eusebius.**

* lib. 3. c. 28.

De Ceremoniis.

Dies festos, victimas, & sacrificiorum mactationes, è Judaismo instituit. *Eusebius, ex Dionysio Alexandrino.* Docuit, Circumcisiones & Sabbata observanda esse. *Philastrius.*

De Scri-

De Scripturâ.

Apostolum Paulum non accepit: sed tantùm Euangelium secundùm Matthæum approbavit.

De Idololatriâ.

Judam traditorem honoravit.

¶ In Asiâ hanc hæresin fuisse, *Irenæus** testatur: & quidem Ephesi grassatam, Johanne Apostolo ibi docente.*

Cõtra Ebionæos & Cerinthianos Johannes Apostolus in-primis dimicavit: ut etiam *Irenæus* testatur. Et in Euangelica historicâ,* primùm adstruit Jesu Christi divinitatem; Λόγον eũ nominans: qui fuerit verus Deus ab æterno, unà cum Patre; & tamen distincta persona: quæ & Mundum fecerit; ac lucem in cordibus accendat; ac præfinito tempore humanam carnem induerit, ut homines à peccatis redimeret. Appellat autem istos Hæreticos, *Antichristos:* & clarè eos à verâ Ecclesiâ separat ac discernit.* *E nobis*, inquit, *prodierunt: sed non erant ex nobis. Nam, si fuissent ex nobis; permansissent utiq; nobiscum.* Dicit præterea,* *eos seducere pios.*

Acriter autem istorum Hæreticorum doctrinam refutat; vocans *Mendacium:** & probat, Christum esse filium Dei; & ab eo missum, ut opera Diaboli destrueret, atque miseros homines ex damnatione perpetua eriperet.*

* *lib.1. cap 25.*
* *lib.3 cap.*
* *cap.1.*
* *1 Joh 2. v 18.19.*
* *2. Johan vers 7.*
* *1. Joh 2. vers.23*
* *1. Joh 1 vers.8.*

DE NICOLAITIS.

HAeresis Nicolaitarum, à quodam *Nicolao* Antiocheno proselyto, qui fuit unus è septem Diaconis, (quorum *Act. 6.** mentio fit) initium sumsisse fertur: verùm pravâ quâdam æmulatione. quâ de re *Clemens Alexandrinus** sic scribit: *Cùm formosam haberet uxorem; &, post Servatoris assumptionem, ei fuisset ab Apostolis exprobrata zelotypia: in medium adducta mulsere, permisit, cui vellet, eã nubere. Ajunt enim, hanc actionem illi voci consentaneam; quæ dicit, quòd carne uti oporteat: ejusq; factum & dictum absolutè & inconsideratè sequentes, qui ejus hæresin persequuntur, impudenter effusè, fornicantur. Ego autem audio, Nicolaum quidem nulla unquam alia, quàm ea quæ ei nupserat, uxore usum esse: & ex illius liberis, filias quidem consenuisse virgines; filium autem permansisse incorruptũ. Quæ cùm ita se habeant: vitii erat depulsio atq; expurgatio; in medium Apostolorum circumactio uxoris, cujus dicebatur laborare zelotypiâ: & continentia à voluptatibus, quæ magno studio parantur, docebat illud, Uti carne; hoc est, exercere carnem. Neq; enim, ut existimo, volebant, convenienter Domini præcepto, duobus dominis servire; Voluptati & Deo. Dicunt namq;, Matthiam quoq; sic docuisse: cum carne quidem pugnare, & eâ uti, nihil ei impudicum largiendo ad voluptates; augere autem animam, per fidem, & cognitionem.* Hæc Clemens.

* *vers.5.*
* *lib 3. Strom.*

Hypotheses.

De Deo.

Post Deum plures virtutes finxerunt; ac prodigiosis nominibus luserunt: sicut postea Gnostici ea figmenta auxerunt. *Philaster, Epiphanius, Augustinus.*

De Conjugio.

Docuerunt, Uxores oportere communes esse; ac rem indifferentem esse, mœchari. *Theodoretus, Irenæus.*

De Rebus mediis.

Rem indifferentem esse, vesci idolothytis. *Irenæus.*

Indiscretè igitur Nicolaitas vivere; idem *Irenæus* testatur.

In Asiâ fuisse, satis indè constat; quòd Johannes *Apocalyp. 2.** ipsorum nominatim facit mentionem. De Ecclesiâ Pergamensi quoq; ibi dicitur:* *Habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum.*

Refutarunt autem hanc sectam, & impias ejus sententias, tùm alii boni ac terii Verbi Dei ministri; tum in-primis Johannes: qui *Apocalyp. 2.** de Ephesino Episcopo scribit: *Hoc habes, quòd odisti facta Nicolaitarum; quæ & ego odi.* Non diu istam hæresin durâsse; Eusebius* memorat.

* *vers.6.*
* *vers.15.*
* *vers.6.*
* *lib.3. c.29.*

DE PSEUDOAPOSTOLORUM HAERESI.

APostolis lætum Euangelii nuntium passim annuntiantibus; subindè variis in locis plurimi Pseudoapostoli, falsi doctores & fratres, emerserunt: qui finceram Euangelii doctrinam, partim ἐκκλησιαστικὰ Judaïsmi, partim ambitione & avaritiâ propriâ, diluerunt; ac laboribus Apostolorum, atq; piorum fidelium q; cooperariorũ, se-sè impudenter ac nefariè opposuerunt, magnâ cum Ecclesiæ Christi clade. Fuit autem hoc ipsius Diaboli opus: qui, q-bus potuit modis, Euangelii propagationem, per ejusmodi ventosos ac fascinatos homines, vel impedire, vel evertere, conatus est.

Hypotheses.

De Filio Dei.

Filium Dei non esse salutis nostræ autorem; sed per Angelos viam patère ad Patrem; docuerunt Colossenses Pseudoapostoli: *Coloss.2.** Negarunt per Filium Dei nos salvari, & alii quidam Asiani: ut Hymenæus, Alexander, *1.Tim.1.** Dicit etiam *Epistola Judæ,** quoidam Deum & Jesum Christum negâsse.

* *verf.18.*
* *v 19.20.*
* *vers.4.*

De Lege & Justificatione.

Non gratis, aut solâ fide justificari homines; sed bona opera quoq; esse necessaria ad justificationem; &, impossibile esse sinè operibus Legis Mosaicę quenquam salvari: Pseudoapostoli Hierosolymitani docuerunt. *Act.15.**

Lege homines justificari; docuerunt Asiani quidam Pseudoapostoli. *1.Tim.1.**

* *verf 5.*
* *v 6 7.*

De Ceremoniis veteris Testamenti.

Circumcisionem Christianis esse necessariam; & quidem ad salutem, ut sinè eâ nemo possit salvari: Pseudoapostoli Hierosolymitani asseverarunt: *Act.15.** Idem Galatiani dixerunt; tempora, menses, & annos, juxta ritum Judæorũ, necessariè observandos: *Gal.4.** Philippis quoque idem affirmarũt alii falsi doctores: *Phil.3.** Et Colossenses Pseudoapostoli contenderunt; discrimina ciborũ, potùs, festorum, juxta ritus Judaicos, necessariò servanda esse: *Coloss.2.**

* *verf.1.*
* *v.9.10.*
* *verf.2.*
* *v.20.21.*

De Vita licentiâ.

Docuisse quosdam, eos, qui credunt in Christum, liberè suoq; arbitrio posse vivere, carnem polluere & epulari, gratis enim justificari: *Epistola Judæ** affirmat.

* *v.8.12.*

De Traditionibus humanis.

Humanas traditiones necessariò servandas; & corporis superstitiosam afflictionem, prædicarunt esse singularem Dei cultum, Colossenses Pseudoapostoli. *Coloss.2.**

* *v. 22.23.*

De Creaturis.

Elementis hujus Mundi homines esse obnoxios, eaque observanda esse; docuerunt Colossenses Pseudoapostoli. *Coloss.2.**

* *verf 20.*

De Magistratu.

Status vitæ, nempe dominos ac magistratus, spernere, & convitia in eos congerere quosdã: dicit *Epistola Judæ,** & *Petri posterior**

* *verf.8.*
* *c.2. v.10*

De Postremo die.

Instare diem Christi; Thessalonicenses Pseudoapostoli asseruerunt. *2.Thess.2.**

* *verf.2.*

De Resurrectione.

Non esse resurrectionem mortuorũ; docuerunt Pseudoapostoli Corinthiaci. *1.Cor.15.**

Resurrectionem jam esse factam; docuerunt Hymenæus, Alexander, & Phileus. *1.Tim.1.** *& 2.Tim.2.**

* *verf 12.*
* *verf.20.*
* *v.17.18.*

De Genealogiis.

Profanas & aniles fabulas tradiderunt; atq; de genealogiis intricatas moverunt contentiones, Asiani Pseudoapostoli. *1. Tim. 1.** Idem & Cretenses falsi doctores fecerunt. *Tit.1.** 3.*

* *verf.4*
* *verf.14.*
* *verf 9.*

De Apostolo Paulo.

Paulum non esse Apostolum Christi, dixerunt Pseudoapostoli Corinthiaci. *2.Cor.10.** Idem etiam ex *Epistolâ ad Galatas* patet.

* *v.13. &c.*

¶ DE LOCO ET TEMPORE, UBI ET QUANDO *Pseudoapostoli & falsi fratres talia docuerint.*

Plurimum negotii isti Pseudoapostoli veris Apostolis ac doctorib. fecerunt. Loca igitur quædam perstringem[a].

Initiò, cùm Apostoli Antiochiæ celèbrem Ecclesiam Christi plantarent, ex Judæâ quidam eò venerunt, qui docuerunt: [1] *Nisi circumcidamini secundùm legẽ Mosis, non potestis esse salvi.* Hæc doctrina orta est ex confusione Judaicæ doctrinæ & Christi: ac procul dubio hæc tam concinna conciliatio plausibilis fuit. Nam Apostolorum doctrina, quæ tollebat prorsus, tàm ritus, quàm opera Legis, in articulo Justificationis coram Deo, videbatur asperior. Maxima igitur contentio orta est; quibusdam ad hanc plausibilem opinionem inclinantibus. Et quidẽ eò excrevit dissensionis necesse fuerit, rem ad reliquos fratres ac seniores, qui tùm adhuc Hierosolymis se continebant, referre. Hierosolymis autem quæstione propositâ: mox ibi quoque nonnulli ex Pharisæorum factione surgunt, non minùs, q̃ illi Antiochiæ, necessitatem operum humanarum ad salutem urgentes. sicut & Lucas *Act. 15.* [2] exponit. Et sunt hæc facta, circa 6. Claudii annum; Christi verò 48.

¶ Circa 9. verò ac 10. Claudii annum, Christi 51. Corinthii Pseudoapostoli conati sunt ministerio Pauli obsistere, atq; obtrectare; multũq; in carne gloriati sunt: *2. Corinth. 5.*[b] Crimina adversùs Paulum sparserunt: eum secundùm carnẽ ambulare; esse contentiosum; non esse Christi Apostolum: epistolas ejus nimis esse difficiles & intricatas; nec posse intelligi: sermonem ejus esse contemtum: non multum eum laborâsse: *2. Corinth. 10.*[c] Paulum inferiorem cæteris Apostolis esse; eamq; ob causam non accipere pecuniam ab Ecclesiis: id quod faciant reliqui præstantiores Apostoli: *2. Corinth. 11.*[d] Hinc apparet, quanto livore Pauli omnia carpserint Pseudoapostoli: & quòd fuerint ambitiosi, sua dona magnificè p̃dicantes; & avari, non gratis docentes, sed mercedem imperiosè exigentes: *ibidem*[e] Paulus testatur.

¶ Circa annum Domini 60. Neronis 3. aut 4. in Galatiâ Pseudoapostoli exstiterunt: qui asseverarunt, non solã in Christum fidem, sed insuper etiam opera esse necessaria ad justificationem; & Mosaicos ritus necessariò observãdos: ac vehementer turbarunt eam Ecclesiam; sicut in *Epistolâ ad Galatas* Paulus indicat. Et ex *cap. 4.*[f] apparet, quòd studuerint Apostolum Paulum vehementer deformare.

Apparet etiam ex *Philip. 1.*[g] Romæ quosdam, Paulo sub Nerone in carcere existente, fuisse Pseudoapostolos; qui non purè annuntiarunt Euangelium Jesu Christi: idque per invidiam; ut nimirum Paulo ægrè facerent.

Circa idem tempus, Philippis fuerunt falsi doctores, itidem Judaismum cum Christianâ religione temerè confundentes: quos Paulus *canes* & *malos operarios* appellat, *Phil. 3.*[h]

Fuerunt eodem tempore & Colossis Pseudoapostoli: qui Philosophiam miscuerunt Euangelio, ac probabili sermone deceperunt homines; præcipuè traditiones humanas inculcantes: sicut Epistola Pauli *ad Colossenses*[i] scripta testatur,

¶ Anno Christi 50. Claudii 8. Thessalonicæ falsi doctores, de extremo judicio, quasi jam instaret, magnas moverunt turbas. *2. Thess. 2.*[k]

Ephesi quoq; Pseudoapostoli, Legem Euangelio miscuerunt; ac genealogiis Judaicisq; fabulis plurimos turbarunt. *1. Tim. 1.*[l]

Inter eos, qui in Asiâ à Paulo defecerunt, ejusq; doctrinæ adversari sunt, & malè-dilutam doctrinam proposuerunt, fuerunt & Phygellus & Hermogenes. *2. Tim. 1.*[m] Fortè circiter annum Domini 52. Claudii 10.

¶ Anno Domini 54. Claudii 12. in Cretâ Pseudoapostolos fuisse; vel hinc colligere licet: quòd Paulus jubeat Titum ejusmodi ordinare Presbyteros, qui contradicentes possint refellere: *Tit. 1.*[n]

a *Act. 15. v. 1.* — b *v. 12. 16.* — c *vers. 2. 10. & 6.* — d *v. 5. & c.* — e *v. 18. 20* — f *vers. 17.* — g *v. 15. 16* — h *vers. 2.* — i *cap. 2. v. 8. 16. & c.* — k *vers. 2.* — l *v. 4. 6. 7* — m *vers. 15.* — n *vers. 5. &c.*

¶ CONFUTATIONES.

HOsce grassantes in Ecclesiâ Christi errores ac corruptelas, nequaquam silentio præterierunt, aut po-

litiçâ atq; intempestivâ *duvdia* sepelierunt Apostoli, veriq; doctores: sed constantissimè eis restiterunt; & Ecclesias diserte & palã contra ejusmodi corruptores, expressis eorum nominib. erudierunt & confirmarunt. Fuit autem inter cæteros fideles, ac serios Euangelii ministros, Paul[s] vel p̃cipuus: id q̃od ex ejus Epistolis, ardenti spiritu plenis, luculenter videre est. Etsi autem loci, ex quibus petenda sit confutatio talium errorum, in Hypothesibus sint indicati: tamen paucis, quomodo istæ corruptelæ Euangelii sint refutatæ, visum est adjicere.

Contra errorem *de Filio Dei*, [illegible] tum inprimis *Coloss. 2.*[o] Paulus docet: Christum eumdem à Patre destinatum, ut nos reconciliaret. [o] *v. 9. &c.*

Contra hypothesin, *Impossibile esse quenquam ante operibus Legis justificari*, Paulus, Barnabas, cæteriq; fideles synergi, Antiochiæ se opposuerunt: ac missi Hierosolymam, in frequenti reliquorum Apostolorũ & Seniorum Synodo, contra eos, qui etiam in eo congressu acriter Legis observationẽ ad salutem urgebant, graviter atq; unanimiter decertarunt: ac tandẽ decernunt, nequaquã eam doctrinam, quâ Lex & Euangeliũ intempestivè miscerentur, in Ecclesiâ Christi tolerandã esse; sed per gratiã Domini nostri Jesu Christi omnes salvari. Hoc decretum Ecclesiis passim p literas, vivosq; testes, intimat. [p] Etsi autẽ plurib. Christianis hæc refutatio fuerit perjucunda: tamẽ Pseudoapostoli non destiterunt eadem subindè rursus movere & tradere. [p] *Act. 15.*

Galatianæ Ecclesiæ satis graviter Paulus scribit; increpans eam, quòd Pseudoapostolis aures præbuisset: ac refutat eos; probans, suum Euangelium esse verũ, quod immediatè ab ipso Domino acceperit ac didicerit: habere se etiam testimonia Apostolorum, & plurimarum Ecclesiarum. Deinde asserit; gratis, sinè Lege, tantùm per meritũ Christi, quod fide apprehendimus, salutẽ & justitiam nobis donari. [q] Argumenta, quæ ibi ordine recitantur, suprà, in Loco de Doctrinâ, sunt enumerata. [q] *Galat. 2. 3.*

Refutat eadẽ Paul[s], *Phil. 3.* ac dicit, se tàm in carne posse gloriari, quàm quenquam alium: verùm se omnia, in articulo Justificationis, habere pro stercoribus: *ut inveniar* (inquit) *in illo, non habens meam justitiam, quæ ex Lege est; sed illam, quæ ex fide est Christi.* Et vocat Pseudoprophetas illos, *canes, malos operarios, inimicos crucis Christi, quorũ Deus venter sit, terrestria curantes, quorum finis sit perditio.*

Affirmat Paulus, *1. Tim. 1.*[r] finem Legis esse, præcipere bona opera; sed non justificare eos, qui per Christum justi sunt. ac vocat Pseudoapostolos, *homines mente corruptos, quæstũ ex pietate facientes:* 1. Tim. 6.[s] Item dicit, *eos non rectè secare verbum Dei, movere multas inutiles q̃stiones:* 2. Tim. 2.[t]

Contra opinionem *de Ceremoniis Judaicis*, Antiocheni fratres, & Synodus Hierosolymitana, decreverunt, *Act. 15.*[u] Et Paulus, *Gal. 4.*[x] *& 5.*[y] docet, nos esse ab istis elementis p Christum liberatos: & excutere gratiã Christi, qui iterum se Judaicis istis, tanquã necessariis ad salutẽ, subjiciant. *Nihil*, inquit, *vobis cum Christo, qui in Lege justificamini: à gratiâ excidistis.* Ac dicit,[z] eã corruptelã esse fermentũ: ac, etiamsi videatur parva; tamen totam massam corrũpere. Notat etiam Paulus, q̃ isti falsi doctores tantùm in hoc incubuerint, ut placerent hominibus, & plausibilia docerent, ac honorem aucuparẽtur; quasi ipsi multò melius Euangelium docerent, q̃ Paulus: *Gal. 6.*[a] Minatur autem talibus Pseudoapostolis pœnas à Deo. *Qui conturbat vos*, inqt, *portabit judicium suum, quicunq; est ille:* Gal. 5.[b] Et Col. 2.[c] eandem hæresin oppugnat: *Nemo*, inquit, *vos judicet in cibo ac potu.* [r] *v. 5.* — [s] *vers. 3.* — [t] *v. 15 16.* — [u] *v. 23. &c.* — [x] *vers. 9.* — [y] *vers. 4.* — [z] *vers. 9.* — [a] *vers. 12.* — [b] *vers. 10* — [c] *vers. 16.*

Contra hypothesin Colossensium Pseudoapostolorũ, *Filium Dei* negantium, Paulus *Coloss. 1.*[d] pugnat: ostendens, per Christum omnia esse creata; omniaq; per sanguinem ejus, divino consilio, esse reconciliata.

De Creaturis errorem, Paulus *Col. 2.*[e] refutat: *Si mortui*, inquit, *estis cum Christo, ab elementis hujus Mundi; quid, tanquam viventes Mundo, decretis teneamini? Ne tetigeris: ne gustaris: ne contrectaris. &c.* [d] *v. 13. &c.* — [e] *v. 20. 21.*

Contra opinionẽ *de Extremo die*, Paulus *2. Thess. 2.*[f] ait; à signo antecedente eum diem argumentans: Nondũ est revelatus Antichristus: nondũ igit̃ dies Domini instat. Damnat Paulus & Hymenæi & Phileti sententiam. *2. Tim. 2.*[g] [f] *vers. 2.* — [g] *v. 17. 18.*

Contra

Contumaces Confessionis inquit [illegible]

[illegible] Christi, cruci [illegible]

[illegible] hoc ordine [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] Carnis, [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] Pseudoprophetas [illegible]

[illegible] Christi, & primum [illegible]

Christi [illegible] Ecclesiam [illegible]

[illegible] Pseudoprophetas de [illegible]

[illegible] Satanæ, [illegible]

[illegible]

De [illegible] 1.Tim.1.* dicit Paulus; eas [illegible] quæ ædificationem [illegible] servire.

De [illegible] Epistola Judæ* retulit, eremplis Sodomitarum; Angelorum lapsorum, & populi Israëlitici; in quibus pœnæ divinæ graves & horrendæ, propter factorum pravitatem, erstant. Impossibile igitur est, Deum peccata approbare.

Contra errores *de Magistratu*, Epistola Judæ* loquitur. Archangelus Michaël noluit sibi irrogare, ut maledicere Diabolo: ergo multò minùs nos debemus Magistratui maledicere.

ANTICHRISTUS.

Etsi Paulus de hac Antichristi hæresi, quasi futurâ, vaticinetur; tamen aperte pronunciat, etiam illo tempore quasi mysterium iniquitatis jam agi. Inquit:* *Mysterium iniquitatis jam agit.* Sunt autem plerique de Antichristo lapsâ, in quibus Doctrinâ, opposita.

Hypocrisis.

De Deo.

Antichristus ostendet se, tanquam sit Deus. 2.Thess.2.*

De Conjugio.

Prohibebit matrimonium. 1.Timoth.4.*

De Rebus mediis.

Jubebit abstinere à cibis. 1.Timoth.4.*

De Templo Ecclesiæ.

Extollet se [illegible] omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur; [illegible] 2.Thess.2.* Hoc est, labefactabit articulos fidei & sacramenta. [illegible] primatum in Ecclesiâ Dei vindicet, [illegible] tanquam Deus. *ibid.*

De Signis & Miraculis.

Falsa miracula Dæmonibus diabolicis faciet, & tantum vera obtendet: [illegible] superstitiones suas augebit, & confirmabit. 2.Thess.2.*

¶ CONFUTATIO.

[illegible] Antichristi corruptelarum genera ac semina. Paucis refutato [illegible] autorem, *hominem peccati* [illegible] *perditionis*: [illegible] interitum, non tantùm per [illegible] & [illegible] etiam per adventum Filii Dei, [illegible] 2.Thess.2.* Et 1.Tim.* [illegible] *impostores* [illegible] Doctrinas ipsorum, [illegible] die, *creaturæ Dei* [illegible] quod [illegible] *ullione percipiant.*

Johannes, [illegible] Antichristum in de[illegible] Mores prænos [illegible]

[illegible] Spi- [illegible] [illegible] [illegible]

c vers 26.
d vers 14.
e vers 11
f vers. 10
g vers 27.
h vers. 4.
i 17 19 20.
k vers. 9.
l vers. 13.
m vers. 46
n vers 31.
o vers 42
p vers. 24
q vers 12
r vers 8 9
s v 30 31
t vers 7 8
u vers. 46
x vers 42.
y v. 14 44.
z vers 2.
a vers 4.
b vers. 31.
c vers. 7.
d v. 20. 21
e vers 4. 5.
f vers 14.
g vers 9.
h vers 6.
i vers 23.
k vers 16.
l vers 16.
m vers 15.

compellerentur. Nam Paulus, *ait*, [a] in Synagogis Damasci prædicat Christum. Idem Gesta Antiochiæ Pisidiæ, *Act.* 13. [d] Thessalonicæ, *Act.* 17. [e] Beroeæ, *Act.* 17. [f] Athenis, *Act.* 17. [g] Corinthi, *Act.* 18. [h] Ephesi, *Act.* 19. ubi omnino videntur Christiani in Synagogâ fuisse cogente enim, ut dictum, necessitate conveniebant.

In Schola Tyranni, Paulus Ephesi conversus habuisse dicitur: cùm indoctus Judæi eum in Synagogâ sibi non amplius ferrent: *Act.* 19. [i]

De privatis etiam ædibus, passim testimonia extant. Nam post Ascensionem Domini, Apostoli, & alii Christi discipuli, congregati fuere in cœnaculo domûs: *Act.* 1. [k] Et per singulas ædes passim fregisse, & invicem cibi participes dicuntur, *Act.* 2. [l] Fortè locus ille, qui ad communes Ecclesiæ preces commovetur, etiam domus aliqua cujusdam Christiani fuit: *Act.* 4. [m] Et in singulis domibus quotidie docuisse, & Christum Jesum annunciâsse, Apostoli dicuntur, *Act.* 5. [n] In domo Cornelii conventus agitur: *Act.* 10. [o] In domo Mariæ, matris Johannis Marci, congregati multi erant, pro Petro è carcere liberando: *Act.* 12. [p] Locus, in quo Troadecum Christianis Paulus celebravit Cœnam dominicam, domus aliqua fuisse videtur. nam in cœnaculo fuisse dicuntur: & Eutychus è tertio cœnaculo decidit deorsum: *Act.* 20. [q] Paulus Romæ in suo conducto docuisse, toto biennio, dicitur, *Act.* 28. [r]

Porrò, de magnificè, aliis in locis, per Hierosolymitanum, extructis templis; deq; eorum ornamentis & altaribus, de dedicationibus & consecrationibus templorum, de nominibus & differentiis eorum; nusquam in scriptis Apostolorum, & certis illius seculi autoribus, quicquã reperias: quæ seculis inferioribus, partim Judaismi, partim Gentilismi, superstitiosã [illegible] inventa fuisse, infrà suo loco ostendemus.

In congressibus nocturnis, necessitate coacti, usi sunt candelis. *Act.* 20. [s] *Paulus protraxit sermonem usq; in mediam noctem. Erant autem lucernæ multæ in cœnaculo, ubi eramus congregati.* In diurnis vero, nuiquam iis usi leguntur.

¶ De tempore congressium, *Act.* 2. [t] dicitur; *quòd quotidie perseverarent unanimiter in templo.* Idem *Act.* 5. [u] asseritur; *quòd quotidie in templo & singulis domibus docuerint.* Aliàs plus uno; *in die Sabbati convenisse dicuntur, quo solebant Judæi convenire:* Act. 13. [x] *Per tria Sabbata disputabat eis:* Actorum 17. [y] *Disputabat in Synagogâ per omne Sabbatum:* Actorum 18. [z]

Pro necessitate, tum nocturnos tum diurnos, habuerũt conventus. Unde Paulus, *Act.* 20. [a] dicit, *se die nocteq; Ephesios docuisse, & monuisse.* Troade, cùm Paulus esset postridie discessurus, *fratrib. convenientibus ad frangendum panẽ, protraxit sermonem usq; ad mediam noctem:* Act. 20. [b] Ex 1. Corinth. 11. [c] apparet, etiam vesperi Corinthios convenire solitos, circa tempus cœnæ, aut post.

¶ Convenire autem solitos, cum viros, tum mulieres; tũ senes, tum juvenes & pueros: apparet ex 1. *Cor.* 11. [d] & 14. [e] & ex *Act.* 20. ubi Eutychus adolescens è fenestrâ decidit.

Mulieres in congressum velatas venire, Paulus ordinat, 1. Corinth. 11. [f]

Indoctos etiam & incredulos in cœtum admissos esse, constat ex 1. *Cor.* 14. [g] *Si conveniat Ecclesia tota simul; & omnes linguis loquantur: ingrediantur autem indocti: nonne dicent vos insanire?*

Quibus verò signis, & quotâ horâ, in cœtum convocari soliti Christiani; nusquam annotatum est. Sed libertè, prout necessitas aut commodum cujusq; Ecclesiæ tulit, ea ita, ut in aliis adiaphoris, actum est. [h]

¶ In congressibus autem hæc ferè à Christianis facta commemorantur.

Solitos esse canere Psalmos, 1. Cor. 14. [i] *Quoties convenitis; unusquisq; vestrum [illegible]* Col. 3. [k] *Canentes & docentes [illegible] Psalmis, & laudibus, & canticis spiritualibus [illegible] Domino.* Ephes. 5. [l] *Loquentes vobismetipsis in Psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus, [illegible]*

A
B
C
D
E
F
G
H

eâ constitutione abrogat; & novã legem dat, ut [illegible] gatus priùs accipere Amen. 1. Cor. 14. *Caetera [illegible] ordinem & ritum. Minime [illegible] qui imperito locum indicit, postulat ut [illegible] gratiarum actionem pronunciet, quid dicat, nescit. Nam ex quidem benè gratiam agit; verùm alium non ædificat. Quantum est Deum, quid magis quam mentem [illegible] loqui. Sit in Ecclesiâ meâ potiùs, quinque verba mente meâ loquar, ut & alios doceam: quam mille verba in lingua.* [illegible]

Legerunt etiam scripta Prophetarum; cùm [illegible] fuere. Nam Judæis solenne fuit in Synagogis singulis Sabbatis legere Mosen & Prophetas, [illegible] *Actorum 13.* [m] *& 15.* [n] Ea consuetudo [illegible] nam hac occasione, passim in Synagogis ex Mose & Prophetis, & sacrâ Scripturâ, prædicaverunt Christum. Sic Paulus & Barnabas, Antiochiæ Pisidiæ, post lectionem Legis & Prophetarum, rogati à principibus Synagogæ, ut, si quem haberent sermonem adhortationis ad plebem, proferrent; annuntiant Christum: *Act.* 13. [o] Idem Thessalonicæ differebat è Scripturis, adaperiens & [illegible] quòd Christum oportuisset pati: *Actorum 17.* [p] Idem in Ecclesiis postea eandem consuetudinem observari institutum est, ut legantur scripta Prophetarũ, & exponantur à Prophetis duobus aut tribus; cæteris auscultantibus & dijudicantibus: ut patet ex 1. *Cor.* 14. [q] *Origenes* etiam [r] testatur, Apostolos ordinâsse, ut in Ecclesiis libri veteris Testamenti legerentur.

Non autem tantùm scripta veteris Testamenti legi solita esse; sed etiam Euangelistarum, de historiâ & [illegible] nibus Christi; Paulus videtur innuere. *Colos.* 3. [s] cùm inquit: *Sermo Christi in vobis habitet opulenter, cum omni sapientiâ.* Idem 2. *Corinth.* 1. [t] de Lucâ inquit: *Misimus cum Tito fratrem eum, cujus laus est in Euangelio per omnes Ecclesias.* Unde non inepte colligi videtur; jam tùm Euangelium Lucæ in Ecclesiis legi solitum esse.

Eusebius, [u] *ex Clemente Hypotypos.* refert; Petrum Euangelium Marci in Ecclesiis legendum ordinâsse. *Idem* [x] *ex Irenæo* asserit; Matthæum suum Euangelium Hebræis obtulisse.

Concionantes oportuit linguâ vulgo notâ uti, propter ædificationem inductorum: aut, si quis aliâ linguâ utebatur; eum oportebat interpretationem subjicere: 1. Corinth. 14. [a] Nec licuit mulieribus in cœtu publicè docere. 1. Corinth. 14. [b] 1. Timoth. 2. [c]

Concionantes stare solitos esse; apparet ex Act. 1. [d] *Exsurgens Petrus in medio discipulorum, dixit.* Et Act. 2. [e] *Stans Petrus cum undecim, extulit vocem suam.* Et Act. 5. [f] *Angelus inquit: Ite, & stantes loquimini in templo.* Et *Paulus*, Act. 13. *surgens, in Synagogâ concionatur.* Et *Petrus, in Concilio exsurgens, pronunciat sententiam:* Actor. 15. [h]

Plures, verùm unum post alterum, concionari solitos; apparet ex 1. Cor. 14. [i] *Prophetæ verò duo aut tres loquantur: & cæteri dijudicent. Porrò, si alii fuerit revelatum assidenti; prior taceat. Potestis enim singulatim omnes prophetare: ut omnes discant, & omnes consolationem accipiant. & spiritus prophetarum prophetis subjiciuntur. Non enim est confusionis auctor Deus; sed pacis: ut in omnibus congregationibus Sanctorũ.* Sunt tamen etiam exempla, ubi sedentes concionati sunt. Nam *Actor.* 16. [k] *sedentes loquebantur mulieribus, quæ convenerant.*

Administrarunt & usurparunt Cœnam dominicam; ex apparet ex *Act.* 20. [l] ubi Paulus Troade, cum fratribus, qui convenerant, panem frangit & gustat; seu Cœnam dominicam celebrat. & ex 1. *Cor.* 11. [m]

Si res ità tulit, etiam in congressibus illis publicis baptizarunt: ut *Act.* 2. [n] *& 10.* [o] *& 19.* [p] Baptizatos impositione manuum confirmarunt: *Act.* 8. [q] Elegerunt ministros Ecclesiæ, & ordinarunt: *Act.* 1. [r] 6. 13. [s]

Unà in communem cœtum, & pro beneficiis Deo gratias egerunt, in suis cordibus privatim, [illegible] [illegible] [illegible]

actorum gratiarum-actionem? quandoquidem, quid dicas, nescit. Nam tu quidem bene gratias agis: verùm alius non ædificatur. Præcipit etiam Paulus, in Ecclesiis fieri obsecrationes, deprecationes, interpellationes, gratiarum-actiones: 1.*Tim.*2.[x] Apostoli etiam, cum suis, unanimiter perseverâsse in deprecatione & obsecratione, dicuntur, *Act.*1.[y] Et Ecclesia, Hierosolymis collecta, perseverâsse in doctrinâ Apostolorum, & communicatione, & fractione panis, & ꝓcationib. commemorat, *Act.*2.[z] Petrus & Johannes, à concilio Sacerdotum & Seniorum ad suos reverti, annuntiant quid sibi accidisset. Et totus cœtus unanimiter attollunt vocem ad Deum; & dicunt: *Domine, tu es Deus, &c. Act.*4.[a] Petro incarcerato, fiebat precatio, sinè intermissione, ab Ecclesiâ, ad Deum, pro eo: *Act.*12.[b] De gratiarum-actionibus in cœtu factis, *Act.*2.[c] dicitur; *quòd cum exsultatione & simplicitate cordis laudaverint Deum.* Et Paulus *Gal.*1.[d] dicit, *Ecclesias Judææ se converso glorificâsse Deum.*

Agapæ, seu ἀγάπαι, seu *συνάξεις*, seu *ἐπιδόσεις* seu *ἔρανοι* seu *εὐλογίαι* 1.*Cor.*16.[e] 2.*Cor.*8.[f] & 9.[g] & *Roman.*15.[h] & *Actorum* 24.[i] (ut Paulus vocat: quas *Benedictiones, Collectas, & Eleemosynas, & Oblationes.* Interpretes verterunt) etiam in cœtu factæ sunt: cùm fideles, quisq; pro facultate suarum rerum, & spontaneâ voluntate, aliquid pecuniæ in communæ ærarium contulerunt; ad suppetias ferendum Sanctis egenis: *Actor.*4.[k] & 24.[l] *Rom.*15.[m] 2.*Cor.*8.[n] & 9.[o] Et 1.*Cor.*16.[p] *Cæterùm de collatione in Sanctos, quemadmodum ordinavi Ecclesiis Galatiæ; ità & vos facite. Unâ Sabbatorum unusquisque vestrùm apud se ponat, recondens quicquid commodum fuerit.*

RITUS CIRCA BAPTISMUM.

TUm Apostoli ipsi baptisarunt; tum alii Ecclesiarum ministri: *Actorum* 2.[q] 8.[r] 10.[s] 16.[t] 19.[u] Et ex 1. *Corinthior.*1.[x] manifestè apparet; Corinthios quosdam à Paulo, quosdam ab Apollo, quosdam à Cephâ, baptisatos esse.

Locis ad baptisandum, prout tulit occasio, liberè usi sunt quibuslibet. Nam Philippus Eunuchum in flumine baptizat: *Actorum* 8.[y] Videtur etiam Lydia, unà cum familiâ suâ, Philippis, in flumine, ad quod solebant fieri precationes communes, baptizata esse: *Actorum* 16.[z] Custos carceris, a Paulo & Silâ conversus, videtur in ædibus suis baptizatus esse. *Actorum* 16.[a] In Corinthiacâ Ecclesiâ, super mortuis, hoc est, in eo loco ubi sepeliebantur mortui, baptizatum esse, ex 1.*Corinthior.*15.[b] constat: sive ibi fons aliquis fuerit; sive baptisterium fabrefactum. Nec statuerunt Apostoli usquam legem, de certo aliquo loco, ubi baptizari oporteat, eligendo.

Tàm etiam privatim: quàm in cœtu hominum, si res ità tulit, baptisare soliti sunt. Philippus enim Eunuchum videtur, nullis aliis fidelibus adstantibus, baptizâsse: *Actorum* 8.[c]

¶ De Aquæ ante baptizationem consecratione, nihil in scriptis probatis istius seculi legas. Unde liquidò constat; Apostolos, ut à Christo non acceperunt mandatum, de consecrandâ aquâ ante Baptismum: ità nec ipsos facitâsse; nec aliis, ut facerent, mandâsse.

¶ Quolibet etiam die & tempore baptisâsse eos; apparet ex *Act.*2.[d] 8.[e] & 16.[f] nec certos dies festos, ab Apostolis dedicatos, in scriptis eorum legas.

Semel ritè baptizatos, nusquam rebaptisâsse leguntur. Si qui verò, corruptâ Baptismi formâ, non rectè baptizati essent; eos rectè baptizari præceperunt: ut patet ex *Act.*19.[g] Nam ibi, corruptâ formâ Baptismi Johannis, sinè nomine Spiritûs sancti baptisatos fratres, Paul[o] in nomine Domini, id est, secundùm institutionem Christi, nempe in nomine Patris & Filii & Spiritûs sancti, baptizari jubet.

¶ Baptizatos esse adultos, tum Judæos, tum Gentes; exempla probant, *Act.*2.[h] 8.[i] 10.[k] 16.[l] 19.[m]

De Infantibus baptisatis, exempla quidem annotata nõ leguntur. sed *Origenes*, & *Cyprianus*, & alii Patres, autores sũt; Apostolorũ etiã tempore Infantes baptizatos esse. Cõstat etiã hoc ex Apostolorũ scriptis; ꝙ Infantes a Baptismo nõ excludãt. Nam dũ, Circũcisionis locũ Baptismũ supplere, Paul[o] docet; *Col.*2.[p] æquè infantes, atq; adultos, ad Baptismũ admittendos, indicat. Idem, 1.*Cor.*7.[q] fidelium liberos *sanctos* appellat: non quidẽ ob sanctitatem; sed quia Christiani parentes, eos suis precibus Deo commendent; & ad Baptismum & lavacrum regenerationis & sanctificationis citiùs offerant, quàm Ethnici parentes.

Ante Baptismatis impertitionem, quodquidem ad adultos attinet, de doctrinâ Euangelii, & fide in Christum, & de Baptismo, quid esset, & ob quas causas conferretur, adultos edocuerunt. Nam Johannem Baptistam prædicâsse Baptismum pœnitentiæ, *Actor.*13.[r] asseritur. Et Apostolos primùm concionatos esse de Christo, & de pœnitentiâ & Baptismo; & postea, accipientes sermonem, hoc est, pœnitentiam agẽtes, & Euangelio credentes, baptizâsse: Lucas *Act.*2.[s] commemorat. Nec Philippus Samaritanos priùs baptizavit; quam audiverunt & susceperint Euangeliũ: *Act.*8.[t] Eunuchus à Philippo, de Euangelio Christi, deq; fide in eum, & de Baptismate, edoctus ex Prophetâ Esaja cap.53. petit baptizari: *Ecce aqua*, inquit; *quid vetat, quò minùs baptizer? Respondet ei Philippus: Si credis ex toto corde; licet. Et respondens ait: Credo, Filium Dei esse Jesum Christũ. Act.*8.[u] Unde haud obscurè intelligit; baptizandos oportuisse fidei suæ confessionem ante Baptismũ edere.

¶ De baptizandis priùs exorcizatis & adjuratis, neque præceptum, neq; exemplum, exstat in sacrâ Scripturâ.

De renuntiatione, quâ baptizandi renuntiarint peccato, Mundo, & Diabolo, ejusq; operibus; & pacto faciendo cum Deo Patre, Filio, & Spiritu sancto, quòd eum Deũ agnoscere, & in eum credere, ejusq; verbo parère velint: expressè quidem mentio non fit, sed tamen ipsa confessio, q̃ baptizandos oportuit edere, & effectus Baptismi, talia cõplectant. Et videt Petrus eò respexisse; cùm 1.*epist.*3.[x] Baptismum appellat ἐπερώτημα εἰς θεὸν συνειδήσεως ἀγαθῆς.

¶ Ministrum Baptismi, in aquam baptizandos immersisse, seu lavisse, in nomine Patris & Filii & Spiritûs sancti; probat verbum βαπτίζειν, quod immersionem in aquam significat: & quòd Paulus immersionem illam allegoricè, de mortificatione & resurrectione, exponit, *Roman.*6.[y] & *Coloss.*2.[z] Et Phrases illæ; quibus Baptismus *lavacrum* dicitur: *Ephes.*5.[a] & *Tit.*3. & quòd Ananias jubet Paulũ *abluere peccata.* Actor.22.[b] Et Petrus 1.*epist.*3.[c] dicit, *non corporis sordes abluit.* & Paulus, *Hebr.*10.[d] *Abluti corpore aquâ pura.* Et phrasis illa; *Baptizati sunt in nomine Domini*, *Actorum* 10.[e] & 19.[f] nihil aliud significat; quàm, juxta institutionem Christi, hoc est, in nomine Patris & Filii & Spiritûs sancti, baptisatos esse. Et ex 1.Joh.5.[g] non inepte colligitur; tres illos, Patrem, Verbum, & Spiritum sanctum, in baptismatibus nominatos esse.

¶ De Patrinis, seu fidejussoribus, qui obtulissent infantes aut adultos ad Baptismum, & pro iis fidejussissent; nihil legitur in scriptis Apostolorum. *Act.*2.[h] converti ab Apostolis, se ipsos ad baptisma offerunt. Item facit Eunuchus, *Act.*8.[i] Et ridiculũ fuisset; si Apostoli noluissent baptizare, priusquam fidejussores afferrẽt. Ubi enim eos Eunuchus, in solitudine, sibi comparâsset?

Nec de nominum in Baptismo impositione, mentionem fieri legas. Nam Eunuchus, tam post baptisma, quàm ante, *Eunuchus* appellatur: *Act.*8.[k] Idem etiam fit de *Simone*: *ibidem.*[l] Saulus etiam post baptisma *Saulus* appellatur: *Actor.*9.[m] 11.[n] & *Actor.*13.[o] *Spiritus sanctus inquit: Segregate mihi Saulum.* id non fieret; si in baptismate ejus nomen esset immutatum. Sed Lucas, *in Actis*, ab eo tempore, quo Sergium Paulum, Proconsulem in Papho, convertit, eũ *Paulum* appellat. quæ res occasionem opinioni illi præbuit; ꝙ à Proconsule id nomen acceperit. Sed Lucas videtur innuere; etiam antea eũ, tum Saulum, tum Paulum, dictum esse. inquit enim: *Saulus, qui idem Paulus, Act.*13.[p]

De unctione baptizatorum, & signatione crucis mẽtio fit: neq; Apostoli eâ de re à Christo acceperunt mandatũ. Johannes, 1.*epist.*2.[q] *unctionem*, Spiritûs sancti damnationẽ appellat. Et Jacobus, *unctionis medicæ pro sanando egroto*, meminit. Sed de ungendis baptizatis nihil dicitur.

Baptizatos sanè, oportuit post Baptismum induere vestes: sed an novo genere vestitûs & singulari usi sint, non liquet. Sunt, qui colligant ex illo *Galat.*3.[r] *Quotquot baptizati*

---

[x] *vers.*1.
[y] *vers.*14.
[z] *vers.*42.
[a] *v.*23.24.
[b] *vers.*5.
[c] *v.*46.47
[d] *v.*22.24
[e] *vers.*1.
[f] *vers.*4.
[g] *vers.*5.6
[h] *vers.*26
[i] *vers.*17.
[k] *v.*34 35
[l] *vers.*37
[m] *vers.*26
[n] *vers.*4.
[o] *vers.*6.
[p] *vers.*22.
[q] *vers.*41.
[r] *vers.*12.
[s] *vers.*42.
[t] *v.*33 38
[u] *vers.*5.
[x] *v.*12.13.
[y] *vers.*38.
[z] *v.*13.15.
[a] *vers.*33.
[b] *vers.*29.
[c] *vers.*38.
[d] *vers.*41.
[e] *vers.*38.
[f] *vers.*33.
[g] *v.*2.&c.
[h] *vers.*41
[i] *vers.*38.
[k] *vers.*48.
[l] *vers.*33.
[m] *vers.*5.
[o] *v.*11.12.
[p] *vers.*14
[q] *vers.*27.
[r] *vers.*38.
[s] *v.*38.41.
[t] *vers.*12.
[u] *v.*36 39.
[k] *vers.*13. & 18
[l] *vers.*19.
[m] *vers.*2;
[o] *vers.*2.
[p] *vers.*9.
[q] *vers.*20.
[r] *c.*5.*v.*14.
[s] *vers.*27.

ptizati eſſu, Chriſtum induiſſe: & ex illo *Apocal.7.*[s] *Amicti ſtolis albis*: baptizatos albis indutos eſſe veſtibus. Verùm id parum habet ponderis.

Salvum baptizatum, cibum cepiſſe, & corroboratum eſſe, *Act.9.*[t] dicitur. Sed ità ejus poſtulavit neceſsitas. Verùm aliis baptizatis, tanquam pro certo ritu, etiam, poſt baptiſmum, cibum eſſe datum; non legitur.

Samaritanis baptizatis Petrus & Johannes impoſuerũt manus, & orarunt pro iis, ut acciperent Spiritum ſanctũ: *Act.8.*[u] Idem Paulus fecit Epheſiis, *Act.10.*[x] & acceperunt ſenſibili modo Spiritum ſanctum; loquutiq; ſunt linguis, & prophetarunt.

DE RITIBVS CIRCA CLAVES.

¶ *Ritus circa excommunicationem.*

EXcommunicandi officium, tum Apoſtoli uſurparũt; tum etiam Eccleſiis, earumq; Miniſtris, condemnarunt. Nam Petrus, *Act.5.*[a] in Ananiam & Sapphiram excõmunicationem exercet: & *Act.8.*[b] in Simonem magum. & Paulus, ſe Alexandrum & Hymenæum Satanæ tradidiſſe, dicit, *1.Tim.1.*[c] Idem Timotheo præcepit, ut peccantes coram omnibus arguat: *1.Tim.5.*[d] & Tito, ut hæreticum hominem graviter objurget: *Tit.1.*[e] *& 2.*[f] & hæreticum hominem vitet: *Tit.3.*[g] Idem Eccleſiæ Corinthiacæ mandat, ut inceſtuoſum excommunicet: *1.Cor.5.*[h] Johannes etiam excommunicari præcipit falſos doctores: *epiſt.2.*[i]

In quos autem exercuerint excommunicationem; ex iiſdem locis apparet: & in quos exerceri jure debeat; dictum eſt ſuprà.

Modum autem hujuſmodi obſervarunt. Si quis ex numero Chriſtianorum, ſive in notorium aliquem errorem incidit, unde poſt unam atque alteram admonitionem reduci non potuit; ſive notorium aliquod commiſit facinus: convocata eſt Eccleſia; eaq; publicum quendam celebravit luctum, ob lapſum fratris. 1.Corinth.5.[k] *Non luxiſti*, inquit, *ut tolleretur è medio veſtrùm.* 2.Corinth.12.[l] *ut lugeam multos eorum, qui antè peccaverunt, &c.* Lapſum increpuit. *2.Corin. 2.*[m] *Sufficit huic increpatio hæc.* Et poſtea per Presbyterum & Epiſcopum, commemoratâ & repetitâ inſtitutione Chriſti, de excommunicandis ſceleratis, tradidit peccatorem Satanæ, ad interitum carnis. 1.Corinthior.5.[n] *Nam ego quidem*, inquit, *ut abſens corpore, præſens autem ſpiritu, jam decrevi tanquam præſens; ut is, qui ſic hoc patravit, in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, congregatis vobis & meo ſpiritu, unà cum poteſtate Domini noſtri Jeſu Chriſti, tradatur Satanæ: ad interitum carnis; quò ſpiritus ſalvus ſit in die Domini Jeſu.* Et interdixit aliis; ne quiſquam ei Ave dicat, aut in ędes ſuas recipiat: *2.Johannis*[o] aut cum eo cibum capiat: *1.Corinth.5.*[p] aut commercium habeat. *2.Theſſ.3.*[q]

RITUS CIRCA ABSOLUTIONEM.

SI notorii peccatores, objurgati ab Eccleſiâ, & excommunicati, agnoverunt ſuum peccatum; & ob id verè ſe-ſe dolere demonſtrarunt; & petierunt à Deo remiſsionem peccatorum propter Chriſtum, & ab Eccleſiâ veniã & receptionem: Eccleſia conſolabatur eos; ne immodico abſorberentur dolore: hoc eſt, denuntiabatur iis remiſsio peccatorum per fidem in Chriſtum; & recipiebantur ad communionẽ; & ſic inſtaurabantur, ut iterum eſſent mẽbra Eccleſiæ. Conſtant hæc ex *2. Corinth. 2.*[r] *Sufficit iſtiſmodi homini increpatio hæc, quæ facta eſt à pluribus; adeò ut è diverſo magis condonare debeatis, & conſolari: ne quo modo fiat, ut immodico dolore abſorbeatur hujuſmodi. Quapropter obſecro vos, ut valeat in illum charitas. Nam & in hoc ſcripſeram; ut cognoſcerem probationem veſtri, an ad omnia obedientes ſitis. Cui verò condonatis aliquid; & ego condono. Nam & ego, ſi quid condonavi; cui condonavi; propter vos condonavi, in conſpectu Chriſti: ne occuparemur à Satanâ. Non enim illius cogitationes ignoramus.* Et Galat.6.[s] *Fratres, etiamſi occupatus fuerit homo in aliquo delicto; vos, qui ſpirituales eſtis, inſtaurate hujuſmodi, ſpiritu manſuetudinis: conſiderans temet-ipſum, ne & tu tenteris.*

Cùm peccatoribus pœnitentiam agentibus denuntianda fuit remiſsio peccatorum; nuſquam leguntur exegiſſe integram peccatorum enumerationem: ſed ſatis fuit illis; ſi peccata ſua ſe agnoſcere & dolere, & in Chriſtum credere, & in ejus nomine petere remiſsionem peccatorum, demonſtrarunt. Conſtant hæc ex Actis, & Apoſtolorum epiſtolis. Nam cùm *Actor.2.*[t] Judæi interrogant; *quid debeant facere?* Petrus reſpondet: *Delictorum pœnitentiam agite; & baptizetur unuſquiſq; veſtrùm, &c.* Non ait: Delicta veſtra enumerate omnia; & poſtea præſcribemus vobis canones ſatisfactionum, quibus oporteat expiari veſtra delicta. Nec Philippus Eunuchum enumerare omnia ſua peccata juſsiſſe legitur, *Actor.8.*[u] Cornelius, ejusq; familia, cùm à Petro pronuntiatur generalis ſententia abſolutionis; *Huic omnes Prophetæ, &c.* accipiunt Spiritum ſanctum: nullâ præcedente peccatorum enumeratione. *Act.10.*[x] Cętera de Clavibus utriſque Eccleſiæ, ſuprà inter Dogmatica tractavimus.

RITUS CIRCA COENAM DOMINI.

APoſtolos, alioſq; Eccleſiæ Miniſtros, Cœnam adminiſtrâſſe; dictum eſt ſuprà in Dogmaticis. Id autem factum eſſe in congreſsibus Chriſtianorum; paulò antè demonſtratum eſt, ex *Act.2.*[a] *& 20.*[b] *&* 1. *Cor.11.*[c] Celebrâſſe autem Cœnam quovis die, videntur. nam *Actor. 20.* quidem, uno ſabbatorum convenisse fratres, ad frangendum panem, dicuntur: verùm 1. *Corinth.11.* nullus certus exprimitur dies.

Circa quod tempus diei communicaverit Eccleſia Hieroſolymitana, *Actor.2.* non indicatur: at Troade, fratres & Paulus veſperi, aut in nocte, Cœnam ſumſiſſe dicuntur: *Actorum 20.* Corinthii etiam circa tempus cœnæ convenisse videntur, 1.*Corinth.11.*

Totam Eccleſiam; & tam pauperes, quàm divites, ac etiam adoleſcentes, unà communicâſſe, ex *Actor.2.& 20.&* 1.*Corinth.11.* apparet; ubi dicitur: [d] *Num contemnitis Eccleſiam Dei; & pudefacitis eos, qui non habent?*

Uſum Cœnæ conciones præceſsiſſe videntur: *Act. 20.*[e] Sed apud Corinthios invaluerat ille abuſus, ut ante Cœnã dominicam inter ſe-ſe concertarent; & alii ibi ſuas cœnas inſtruerent, & bene-poti Cœnã Domini acciperent. Paulus igitur illa improbat, & abrogare jubet: 1.*Cor.11.*[f]

Quali pane ad communicationem uſi ſint; non exponit: quemadmodũ nec quali vino; puróne, an aquâ mixto.

Verba Inſtitutionis Cœnæ recitata omninò videnť. nã Paulus ea non fruſtra 1.*Cor.11.*[g] repetit. & quidem annexũ mandatum, *Hoc facite in mei commemorationem*, poſtulat; ut hiſtoria illa, de inſtitutione, & de paſsione Chriſti, recolatur. Et Paulus, 1.*Cor.10.*[h] inquit: *Poculum benedictionis, cui benedicimus, nónne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? Panis, quem frangimus, nónne communicatio corporis Chriſti eſt?*

In quibuſdam *Chronicis*, ut *Martini* & aliorum, commemoratur; Petrum, ante recitationem verborum Cœnæ, Orationem dominicam prœmiſiſſe. Verùm, unde hæc habeant, autorem non indicant.

Apoſtolos, & alios Miniſtros Eccleſiæ, panem fregiſſe, tum ipſos accepiſſe & guſtâſſe, & de poculo Domini bibiſſe; tum Eccleſiæ, ad comedendum panem Domini, & bibendum de poculo Domini, porrexiſſe: manifeſtum eſt ex 1.*Cor.11.*[i]

Laicis poculum Domini eſſe ſubtractum, ut contra inſtitutionem Domini eſt: ità hoc toto ſeculo, & multis ſequentibus, nuſquam legitur. Lucas quidem, Cœnæ dominicæ celebrationem, *communicationem & fractionem panis* appellat: *Act.2.*[k] *& 20.*[l] verùm ſynecdochicè totam actionem à Chriſto inſtitutam, complectitur.

Non jejunos; ſed poſt alios cibos, Cœnam dominicam Corinthios ſumſiſſe, conſtat: neq; id improbat Paulus. inquit enim: *Quòd-ſi quis eſurit; domi edat: ne ad condemnationem veniatis:* 1.Cor.11.[m]

Cœnæ Dominicæ uſum ſubſequutæ ſunt conciones. *Act.20.*[n] Paulus, ſumtâ Cœnâ, uſq; ad diluculum colloquutus dicitur. Commemorationes mortis Chriſti, & gratiarum-actiones. 1.*Corinth.11.*[o]

¶ De Cœnæ dominicæ oblatione, & miſſificatione provivis & mortuis; de panis incluſione, & adoratione, & circumgeſtatione: ut rebus ab inſtitutione Chriſti non modò alie-

[s] *verſ.* 9.
[t] *verſ.*19.
[u] *verſ.*17.
[x] *verſ.*6.
[a] *v.*3.*&c.*
[b] *v.*20.*&c.*
[c] *verſ.* 20.
[d] *verſ.*20.
[e] *verſ.*13.
[f] *verſ.*15.
[g] *verſ.*10.
[h] *verſ.*4 5
[i] *verſ* 10.
[k] *verſ.*2.
[l] *verſ.*21.
[m] *verſ.*6.
[n] *v.*3.4.5
[o] *verſ.*10.
[p] *verſ.*11.
[q] *verſ.*6.
[r] *v.*6. *&c.*
[s] *verſ.*1.
[t] *v.*37 38.
[u] *v.*36 37.
[x] *v.*43.*&c.*
[a] *verſ.*46.
[b] *verſ.*7.
[c] *verſ* 20.
[d] *verſ.*22.
[e] *verſ.*7.
[f] *v.*21.22.
[g] *v.*23.*&c.*
[h] *verſ.*16.
[i] *verſ.*24. 25 26.
[k] *verſ* 42.
[l] *verſ.*7.
[m] *verſ.*34.
[n] *verſ.*11.
[o] *verſ.* 26

dò alienis; sed etiam ex diametro cum eâ pugnantibus: nihil usquam in scriptis probatis hujus seculi legas.

RITUS ORATIONIS.

CHristianos in publicis congressibus simul orasse dictum est paulantè. Privatas etiã eos fecisse preces; ex Pauli præceptis constat: qui *Ephes.6.*[P] jubet indesinenter orare. Idem exemplũ Petri comprobat; qui Joppe solus orat: *Actorum 10.*[q] Et Pauli; de quó Christus ad Ananiam inquit: *Ecce enim orat. Actorum 9.*[r] & Pauli ac Silæ; qui in carcere orant, laudantes Deum. *Actor.16.*[s]

Tempore verò ad preces, sive privatas, sive publicas, quolibet pro arbitrio suo, usi sunt. Nam nocte dieq; vidimus, in obsecratione & deprecatione, Paulus perseverare jubet, *1.Tim. 5.*[t] Precum interdiu factarum mentio fit, *Actor.4.*[u] *6.*[x] *8.9 16.*[y] *20.*[z] Nocturnarum etiam exempla sunt: *Acts 12.*[a] ubi noctu, in domo Mariæ, matris Johannis Marci, Ecclesia pro Petro orat. & *Act.16.*[b] Paulus & Silas in mediâ nocte orant.

Meminerunt etiam horarum. Nam Johannes & Petrus ascenderunt in templum, ad horam precationis nonam: *Actor.3.*[c] Cornelius etiam circa horam diei nonam se orâsse dicit, *Act.10.*[d] Et Petrus Joppe ascendit in superiora domus, ut oraret, circa horam sextam: *Actor.10.*[e]

Locis etiam ad orandũ quibuslibet usi sunt. Nam Paulus, in omni loco liberum esse orare, monet, *1.Corinth.1.*[f] & *1.Timoth.2.*[g] Hinc in templo Hierosolymitano orarunt Petrus & Johannes: *Actorum 3.*[h] & alii Christiani: *Actor.2.*[i] & *5.*[k] Paulus etiam, se in templo Hierosolymis orâsse, dicit: *Actorum 22.*[l] In domo orarunt Apostoli, *Actor.1.*[m] *2.*[n] *4.*[o] *6.*[p] & Paulus, *Actorum 9.*[q] Et Ecclesia in domo Mariæ orat: *Actor.12.*[r] Cornelius etiam in suâ domo: *Actorum 10.*[s] & Petrus, in superioribus domûs: *Actorum 10.*[t] In carcere orarunt Paulus & Silas: *Actor.16.*[u] Stephanus in loco supplicii orat: *Actorum 7.*[x] Paulus cum Ecclesiâ, Tyri in littore orat: *Actorum 21.*[y] Philippis juxta flumen solebat esse precatio; & illûc Paulus & Silas ad precationem ibant: *Actorum 16.*[z] Ad mensam etiam, cùm cibum sumserunt, orarunt, & gratias egerunt: ut patet ex *1.Corinth.10.*[a] *Quòd-si ego cum gratiâ participo: cur ob id maledicitur mihi, pro quo ego gratias agam?* & 1.Timoth.4.[b] *Cibus creavit Deus, ad sumendum cum gratiarum-actione.* Et Paulus, *Actorum 27.*[c] sumpto pane, gratias agit Deo, in conspectu omnium: deinde fregisset, cœpit edere.

Gestibus inter orandũ libere quibuslibet usi sunt. Nam Stephanus, positis genibus, clamans voce magnâ, orat: *Actorum 7.*[d] Petrus, ejectis omnibus foràs, positis genibus orat: *Actor. 9.*[e] Et Paulus, positis genibus suis, oravit cum omnibus illis: *Actor.20.*[f] Idem *Ephes.3.*[g] inquit: *Flecto genua mea ad Patrem.* Idem, jacens in lecto, orâsse videtur: Actorum 9.[h]

Paulus in Ecclesiâ Corinthiacâ ordinat, ut viri nudato capite; mulieres verò velato, in cœtu orent, aut prophetent: *1.Cor.11.*[i] & *1.Tim.2.*[k] puras manus sustolli jubet.

Jejunos orâsse, annotatur, *Actor.10.*[l] *13.*[m] & *14.*[n] Et Petrus inquit: *Sitis sobrii & vigilantes ad orandum: 1.Pet.4.*[o]

Ad quam plagam Mundi, orantes se-le converterint; non annotatum est: & facilè æstimari potest, etiam in eâ re liberum cuilibet fuisse; quò se vellet orans convertere.

¶ Ad Statuas aut Imagines preces esse factas; ut superstitiosum & idololatricum fuisset: ità nusquam factitatum, tum ab Apostolis, tum ab aliis Christianis, legitur.

Memorabile etiam hoc est, quòd nusquam in templis idolorum, Apostoli, aut Christiani, orâsse scribunt. Paulus quidem, *Act.17.*[p] dicit; se prætercuntem contemplatum esse culturas Athenienſium, & inveniſſe aram *Ignoto Deo* inscriptam: sed quòd ibi adorârit, non indicat. Cætera de Oratione, suprà inter Dogmatica extant.

RITUS VOCATIONIS ET ORDINATIONIS.

NEq; Apostolos, neq; alios Ecclesiæ ministros, sibi solis tum fisse potestatẽ, eligendi & ordinandi Presbyteros & Diaconos; sed Ecclesiæ totius suffragia & consensum adhibuisse: tum ex 1.Corinth.5.[q] patet, [illegible]

[q] v.21.22.

plis probatur. Nam *Actor.1.*[r] Apostoli, unà cum reliquo cœtu, eligunt duos; quorum alter in locum Judæ esset substituendus. Idem fit *Actor.6.*[s] cum Diaconi eliguntur ab Ecclesiâ, & ab Apostolis ordinantur: & *Act.14.*[t]

Qui se idoneos arbitrabantur, iis liberum erat, suam operam Ecclesiæ modestè deferre; seq; ejus examini & judicio subjicere. *1.Tim.3.*[u] *Si quis Episcopatum desiderat, bonũ opus appetit.*

In electione verò Ministrorum ecclesiæ, tum Episcoporum, tum Presbyterorum, tum Diaconorum, inquirebatur, an essent viri spectatæ probitatis, pleni Spiritu sancto & sapientiâ. Tales enim eliguntur Diaconi, *Actor.6.*[x] An haberent bonum testimonium vitæ apud alios: an essent plurium uxorum mariti: an bene præessent suæ domui, & haberent honestam familiam: an essent idonei, & satis instituti ad docendum: *1.Timoth.3.*[y] & *Tit.1.*[z] Probabantur etiam priusquàm ad ministerium prorsus ordinarentur: *1.Timoth.3.*[a] & *5.*[b] ubi præcipit Timotheo, ne cui citò manus imponat.

Diligenti, tum de vitâ, tum de doctrinâ, factâ inquisitione, & communi suffragio creati, *Actorum 14.*[c] in conspectum Apostolorum, *Actorum 6.*[d] & Presbyterii, hoc est, aliorum ministrorum Ecclesiæ, *1.Timoth.4.*[e] constituti sunt: qui, unà cum Ecclesiâ jejunantes, pro iis Deum invocarunt; ut suo Spiritu sancto eos ornaret, & salutaria organa Ecclesiæ faceret. & positâ, impositione manuum suarum, eis functionem Ecclesiasticam demandarit. *Actorum 6.8 13.*[f] & *14.*[g] *1.Tim.4.*[h] & *5.*[i]

Singulare est; quòd Matthias, missâ sorte, cum precatione, electus, & in numerum Apostolorum cooptatus est: *Act.1.*[k] Nec in electione, & ordinatione aliorum ministrorum Ecclesiæ, idem observatum, aut mandatum, reperiẽ.

¶ De chrismate in ungendis Ecclesiæ ministris, & in modum sphæræ radendis ipsorum capitibus; neq; præceptum, neq; exemplum, in hoc genere exstat. Nam, q. Paulus Cenchreis caput rasit; Judaico more, ob votum, est factum: & non in ejus ordinatione; sed longè pòst. *Act.18.*[l]

EXORCISATIO OBSESSORUM.

IN sanandis obsessis, Apostoli non certis aliquibus ceremoniis usi leguntur. Nam *Actor.5.*[m] vexati à spiritib. immundis, sanati dicuntur. Et *Act.16.*[n] Paulus ad spiritum Pythonis, in puellâ habitantem, inquit: *Præcipio tibi per nomẽ Jesu Christi, ut exeas ab eâ. & exut eâdem horâ.* Et Pauli sudariis & semicinctiis impositis inter obsessos, spiritus immundi egressi dicuntur, *Act.19.*[o] Ibidem,[p] Judæi exorcistæ, etiam nullis aliis ceremoniis usi dicuntur; quàm quòd dixerint: *Adjuramus vos per Jesum, quem Paulus prædicat.* Plura, de exorcisatione obsessorum, in scriptis Apostolorum non exstant.

RITUS CIRCA JEJUNIA.

APostoli in genere quidem jejunia, seu Sobrietatẽ, præcipiunt; *1.Pet.4.*[q] & prohibent ebrietates & comessationes: *1.Pet.4.*[r] *Eph.5.*[s] *Gal.5.*[t] *1.Cor.5.*[u] & *6.*[x] Verùm ceremonias publicorum jejuniorum nullas præscribunt. Neq; enim jejunia publicè indici mandant: neq; à quibus cibis abstinendum, neq; quo tempore anni, neque quo die, neq; quamdiu, sit jejunandum, præscribunt. Liberum igitur fuit, quando, & quomodo, & quamdiu, quisque voluit jejunare. Nec aliam ob causam jejunâsse leguntur; quàm ut essent idonei ad orationem. Nam Cornelius, *Act.10.*[y] inquit: *Die abhinc quarto, usq; ad hanc horam sedebam jejunus; & horâ nonâ precabar in domo meâ.* Petrus etiã usq; ad horam sextam jejunus fuisse videtur: *Act.10.*[z] Ecclesia Antiochena, cùm jussu Dei voluit Paulum & Barnabam ablegare, jejunâsse & orâsse dicitur: *Act.13.*[a] Paulus etiam & Barnabas precati cum jejuniis dicuntur; cùm crearent presbyteros: *Act.14.*[b] Ne fraudetis vos invicem; nisi fiquid ex cõsensu, pro tempore: ut vacetis jejunio & precationi: *1.Corinth. 7.*[c] In publicis calamitatibus & malis, necessitati ipsa jejunia ipsa. Nam nautæ, usq; ad decimũ-quartũ diem, jejunii, ob periculosam navigationem, permanserunt: *Actor.27.*[d] Et Paulus, inter suas calamitates, etiam jejunia numerat: *2.Corinth.6.*[e]

Athanasius etiam,[h] Paulum frequenter jejunâsse, dicit.

Postremò, leges, de discrimine ciborum, & temporibus jejuniorum, foricas impositores similiter Diaboli prescribere; monet Paulus, 1.Tim.4.[i] Col.2.[k]

DE FESTIS

APostoli, & alii Christiani, ut alias rebus adiaphoris, sic & etiam festis, liberè uti sunt: juxta regulam, *Colos.2.*[l] *Nemo vos judicet in cibo ac potu, aut in parte diei festi, aut novilunio, aut sabbatorum.* Unde diei Sabbati observati, etiam à Paulo & aliis, passim *in Actis* fit mentio. Nam *Act.13.*[m] Paulus & Barnabas, ingressi in Synagogã, die sabbatorum, dicuntur. *Rogatus*,[n] Gentes togabant, ut sequenti sabbato sibi loquerentur sermonem. Et Paulus & Silas, die sabbatorum, egressi sunt è civitate ad flumen: *Act.16.*[o] In Thessalonicæ, per tria sabbata, disseruit Paulus: *Act.17.*[p] In Troade, uno sabbatorum, ad frangendum panem, convenisse dicuntur: *Act.20.*[q]

Diei dominici mentio fit *Apoc.1.*[r] *Fui in spiritu, dominico die.* Quo autem tempore Christiani se à Judæis disjunxerint, & diem dominicum feriari cœperint; non est memoriæ proditum. Sed hoc seculo, alios diè Sabbati, alios diè dominicum celebrans esse; testabuntur certamina, quæ sequenti seculo, de Paschate die dominico celebrando, per Anicetum & Victorẽ, Romanos Episcopos, sunt excitata.

Mentio etiam fit aliorum festorum. Nam Paulus, Ephesio discedens, inquit: *Oportet me omnino festum, quod instat, Hierosolymis agere: sed iterum revertar ad vos. Act.18.*[s] Paschatis, & dierum azymorum, mentio fit *Act.12.*[t] *& 20.*[u] Memorabile verò de Paschate est: quòd non omnes Apostoli & Christiani, hoc seculo, eodem die Pascha celebrarunt. Nam Johannem, & Philippum Euangelistam, in Asiâ, decimâ-quartâ die lunæ, Pascha celebrâsse; testatur *epistola Polycratis apud Eusebium.*[x] Et *Irenæus, in epistolâ ad Victorem, ut est etiam apud Eusebium,*[y] affirmat; Polycarpũ asseruisse, quòd viderit Johannem, & cæteros Apostolos, Pascha celebrare, decimâ-quartâ die mensis. *Epistola* etiam *Theophili Cæsariensis*, (quam in 2. Centuriâ recitamus) Apostolos alios decimâ-quartâ die Pascha celebrâsse; alios verò in diem dominicum Pascha rejecisse, testatur.

Pentecostes mentio fit *Act.2.*[z] *& 20.*[a] *Festinabat enim Paulus, si possibile sibi esset, ut diem Pentecostes ageret Hierosolymis.* Item: *Commorabor*, inquit, *Ephesi, usq; ad Pentecosten. 1.Corinth.16.*[b]

¶ Pseudoapostoli, ad necessariam festorũ observationem, obligare Ecclesias tentarũt: ut patet ex *Col.2. Gal.4.*[d] Sed à Paulo & aliis illi refutati; & Ecclesiæ rectè institutæ sunt. Verùm, quomodo mysteriũ iniquitatis, in urbe Româ, per Anicetum; & postea per Victorem, eâ in re laborârit, & quas turbas dederit: sequenti Centuriâ exponetur.

RITUS CIRCA NUPTIAS.

IN contractione Matrimonii, leges & ritus Mosaicos & politicos, & Christi præceptũ, de non-faciendo divortio, observâsse videntur. Nam de non-ducendâ novercâ, *1.Cor.5.*[e] agitur: & de non-faciendo divortio, *1.Cor.7.*[f] disputatur.

Ad ritus nuptiales, quòd Sponsam scilicet solitum sit ornari, *Apoc.19.*[g] *& Ephes.5.*[h] & vocé sponsi & sponsæ audiri, *Apoc.18.*[i] ad nuptias alios vocari; & ad cœnam venire, & lætari: *Apoc.19.*[k] alluditur.

VISITATIO AEGROTORUM.

DE visitatione & curâ ægrotorum, Jacobus cap.5.[l] in hunc modum scribit: *Infirmatur quis inter vos? accersat presbyteros Ecclesiæ: & orent super eum, ungentes eum oleo, in nomine Domini. & obsecratio fidei salvum reddet laborantem: & eriget eum Dominus: &, si in peccatis fuerit, remittentur ei.* Idem, invitère orphanos & viduas in afflictione sitâ, jubet: *cap.1.*[m]

Captivos etiam visitâsse pios, iisq; ministrâsse, apparet ex *2.Tim.1.*[n] ubi Paulus inquit: *Det misericordiam Dominus Onesiphori familiæ: quoniam sæpe me refocillavit; & de catenâ meâ non erubuit: sed cùm esset Romæ, studiosiùs quæsivit me, & invenit. Det ei Dominus, ut inveniat misericordiam apud Dominum, in die illo. Et quàm multa Ephesi ministraverit, melius ea nosti.*

RITUS SEPULTURAE.

MOrtuorum corpora laverunt, & in cœnaculo posuerunt: *Act.9.*[o] & elata ea sepelierunt: *Act.5.*[p] Viri religiosi Stephanum unà curarunt: *Act.8.*[q] Habuerunt sua cœmeteria; ubi fidelium corpora sunt strata: *1.Cor.15.*[r] Plãctum etiam super mortuos fecerunt: *Act.8.*[s] Lugentes, de resurrectionis fe-ce invicem sunt consolati: *1.Thess.4.*[t]

De vigiliis, memoriis defunctorum, vel orationibus & cantionibus pro mortuorum requie & salute; neq; præceptum, neq; exemplum, in probatis autoribus lapsi seculi legas.

DE MORIBUS CHRISTIANORUM.

CHristianos in hoc seculo, pietatis & honestatis fuisse studiosos; ex historiâ sacrâ constat. Nam veros Dei diligenter audivisse, idq; suscepisse, & in doctrinâ Apostolorum perseverâsse; constat ex *Act.2.*[u] Publicos congressus celebrarũt: *Act.2.*[x] *& 5.*[y] *1.Cor.14.*[z] Apostolos & alios ministros Ecclesiæ magnificarunt. *Gal.4.*[a] *Testimonium reddo vobis; quod, si fieri potuisset, oculos vestros effossos dedissetis mihi. 2.Corinth.7.*[b]

Scripturas sacras studiosè legerunt, & didicerunt: *Actorum 17.*[c] *1.Cor.14.*[d] *Col.3.*[e] *1.Thess.5.*[f]

De bonis suis, ad conservationem ministerii, & propagationem Euangelii, & alendos pauperes sanctos, promti contulerunt. *1.Cor.16.*[g] *Rom.15.*[h] *2.Cor.8.*[i] *& 9.*[k] *Phil.4.*[l]

Doctores, Euangelium plantantes, studiosè è periculis liberarunt. *Act.9.*[m] *18.* & deduxerunt. *Rom.15.*[n] *Epist.Jud.3.*[o]

Ferventi zelo, & constanti animo, cõfessiones fidei suæ ediderunt. *Act.13.*[p] *4.*[q]

Pro confessione crucem, direptiones bonorum, plagas, vincula, & mortem deniq; ipsam, forti animo pertulerunt. *Act.5.*[r] *Ibant gaudentes.* Act.21.[s] *Paulus inquit: Ego verò, non solùm vinciri; sed & mori, paratus sum.* 2.Tim.2.[t] *Omnia sustinere propter electos. 1.Thess.1.*[u] *& 2.*[x] *Hebr.10.*[y]

Pro persecutoribus orarunt. *Act.7.*[z] *Rom.12.*[a] *1.Cor.4.*[b]

Non leviter jurarunt. *Jacob.5.*[c]

Hospitales fuerunt. *Hebr.13.*[d]

Visitarunt ægrotos. *Jacob.5.*[e] *& 5.*[f]

Visitarũt captivos, eisq; ministrarunt. *2.Tim.1.*[g] *Hebr.13.*[h]

Subditi fuerunt politicis dominis, in rebus justis. *Roman.13.*[i] *Tit.3.*[k] *1.Pet.2.*[l]

Usi sunt legibus politicis. ut Paulus, *Act.16.*[m] *22.*[n] *25.*[o]

Edictis verò magistratuum impiis non paruerunt: sed potiùs passi sunt extrema, quàm obtemperarent. *Act.4.*[p] *5.*[q]

Fuit etiam jus servitutis adhuc inter Christianos in usu. *1.Pet.2.*[r] *Ephes.6.*[s] *Col.3.*[t] *Tit.2.*[u]

Magni fecerunt conjugia. *Hebr.13.*[x] Apostolos etiam conjuges fuisse; ex *1.Cor.9.*[y] apparet.

Polygamiam abrogarunt, juxta mandatum Christi: quemadmodum etiam divortia. *1.Cor.7.*[z]

Secundas nuptias legitimè contraxerunt. *1.Tim.5.*[a]

Educarunt honestè liberos suos, in disciplinâ & correptione Domini. *Ephes.6.*[b]

In honestis vocationibus manserunt. *1.Cor.7.*[c]

Propriis manibus laborantes, victum sibi comparârunt. *Ephes.4.*[d] Sic Priscilla & Aquila, & Paulus, texendo victum quærunt Corinthi: *Actor.18.*[e]

Otiosos, & inordinatè-viventes, & res curiosas & vanas ludicras exercentes, inter se-se non tulerunt. *2.Thess.3.*[f]

Non facilè litigarunt coram infidelibus. *1.Cor.6.*[g]

A' sermonibus spurcis, *Ephes.4.*[h] & colloquiis pravis, abstinuerunt. *1.Cor.15.*[i]

Ab idolothytis suffocato & sanguine & fornicatione, abstinuerunt. *Actor.15.*[k] *2.Corinth.11.*[l]

Scientes, legem de discrimine ciborum abrogatam esse: *Col.2.*[m] habuerunt tamen infirmioris rationem. *Rom.14.*[n] *& 15.*[o] *& 1.Cor.10.*[p]

Ab Ethnicis vocati ad convivia, acceperunt, [illegible] *1.Cor.10.*[q] Sed cum iis, qui volebant esse Christiani & vivere ob notoria peccata excommunicati [illegible] *1.Cor.5.*[r] [illegible] ab ecclesiæ communione [illegible] *1.Tim.1.*[s] Avellitis [illegible]; nec unquam [illegible] *2.Joh.*[t] [illegible] sunt

sunt

[illegible] Hieronymus una cum sexu habitum [illegible] Adam [illegible] Eva, [illegible] Abel, [illegible] Cain, [illegible] Noe, [illegible] Abraham, [illegible] Isaac, [illegible] Jacob, [illegible] Moses, [illegible] Aaron, [illegible] Samuel, [illegible] Saul, [illegible] David, [illegible] Salomon, [illegible] Elias, [illegible] Eliseus, [illegible] Esaias, [illegible] Jeremias, [illegible] Ezechiel, [illegible] Daniel, [illegible] Zacharias, [illegible] Joannes Baptista, [illegible] Joseph, [illegible] Nicodemus, [illegible] Lazarus, [illegible] Stephanus, [illegible] Philippus, [illegible] Agabus, [illegible] Timotheus, [illegible] Titus, [illegible] Silas, [illegible] Barnabas, [illegible] Lucas, [illegible] Marcus, [illegible] Apollos, [illegible] Aquila, [illegible] Priscilla, [illegible] Onesimus, [illegible] Philemon, [illegible] Archippus, [illegible] Epaphras, [illegible] Epaphroditus, [illegible] Trophimus, [illegible] Tychicus, [illegible] Artemas, [illegible] Zenas, [illegible] Apollos, [illegible] Clemens, [illegible] Hermas, [illegible] Ignatius, [illegible] Polycarpus, [illegible] Papias, [illegible] Dionysius Areopagita, [illegible] Ammonius, [illegible] Hermias, [illegible] Justinus, [illegible] Irenæus, [illegible] Hegesippus, [illegible] Pantænus, [illegible] Clemens Alexandrinus, [illegible] Tertullianus, [illegible] Origenes, [illegible] Cyprianus, [illegible] Dionysius Alexandrinus, [illegible] Gregorius Thaumaturgus, [illegible] Dionysius Romanus, [illegible] Petrus Alexandrinus, [illegible] Archelaus, [illegible] Methodius, [illegible] Pamphilus, [illegible] Lucianus, [illegible] Eusebius Pamphili, [illegible] Antonius, [illegible] Hilarion, [illegible] Basilius, [illegible] Gregorius Nyssenus, [illegible] Gregorius Nazianzenus, [illegible] Amphilochius, [illegible] Epiphanius, [illegible] Hieronymus, [illegible] Rufinus, [illegible] Chrysostomus, [illegible] Theophilus, [illegible] Cyrillus, [illegible] Nestorius, [illegible] Theodoretus, [illegible] Damascenus, [illegible] Joannes Climacus, [illegible] Theodorus Studita, [illegible] Photius, [illegible] Nicephorus, [illegible] Simeon Metaphrastes, [illegible] Symeon Logothetes, [illegible] Michael Glycas, [illegible] Nicetas Choniates, [illegible] Joannes Zonaras, [illegible] Nicolaus Cabasilas, [illegible] Joannes Damascenus, [illegible] Theophylactus, [illegible] Euthymius, [illegible] Nicephorus Callisti, [illegible] Joannes Cantacuzenus, [illegible] Joannes Lascaris, [illegible] Joannes Camaterus, [illegible] Joannes Phocas, [illegible] Joannes Curopalates, [illegible] Joannes Cinnamus, [illegible] Nicetas Paphlago, [illegible] Joannes Scylitzes, [illegible] Joannes Xiphilinus

Sed [illegible] ...no appetens. Matth. 8. Philippus, [illegible] ...fim Ecclesiæ Diaconos [illegible] ...tum esse, docere & ministrare. Fœminas [illegible] ...runt: nam Rom. 16. Phœbe [illegible] ...fuisse traditur. Et Heb. 13. Pastores [illegible] ...& quasi appellantur.

Alios [illegible] ...Presbyteris ordinandis præesse. Marcus, [illegible] ...Paulo & Barnaba: Act. 13. Timotheus & Titus Pauli vicarii erant. Idem sentio [illegible] ...Act. 15. & 16. ubi passim à Paulo appellantur. Gal. 4. Paulus Timotheum appellat, *virum pium similibus, & fidelem in ministerium, & emptorem in Domino.*

Variorum ministrorum meminerunt; Apostolorum, Presbyterorum seu Episcoporum, & Diaconorum: quorum certa quibusdam Ecclesiis reperti sunt, cum aliquæ aperta officia imponebantur. Nam in Hierosolymitana Ecclesia [illegible] ...Apostoli, qui ministerio Ecclesiæ [illegible] ...ad certum numerum Ecclesiæ, & cum necessitas [illegible] ...ordinantur septem Diaconi: Act. 6. Sic in Ecclesia prophetæ erant, Act. 11. Sunt Apostoli & Presbyteri: Act. 15. Cùm Paulus postremò Hierosolymam venit; reperit ibi Jacobum & Presbyteros: qui convenisse dicuntur, Act. 21. In Antiochenâ Ecclesiâ, ad tempus, sunt Paulus & Barnabas; qui Apostoli dicuntur: & Prophetæ, & Doctores; quos Presbyteros dicere liceat: Act. 13. & 14. In Ecclesia Philippensi sunt Episcopi & Diaconi: Phil. 1. Paulus & Barnabas Ecclesiis tantùm Presbyteros creasse dicuntur, Act. 14. Paulus etiam Titum in Cretâ oppidatim Presbyteros, seu Episcopos, jubet constituere: Tit. 1. Timotheo prescribit, quales Episcopos & Diaconos debeat ordinare: 1. Tim. 3. Ex Epheto Presbyteros, quos Episcopos vocat, Paulus Miletum ad se accersivit: Act. 20.

Quot verò in qualibet Ecclesiâ personæ ministerio fuerit fini; non est in historiis annotatum: nec usquam est præceptum, ut æquè multi in singulis essent. sed, prout pauciores aut multitudo cœtus postulavit; ità pauciores aut plures ad ministerium Ecclesiæ sunt adhibiti.

Prophetæ, Euangelistæ, Pastores ac Doctores, non certos gradus personarum in regimine Ecclesiastico constituêre: sed aut inter Apostolos, eorumq; socios, aut inter Presbyteros, aut Diaconos, numerandi videntur.

Fuerunt autem, non tantùm Apostoli; sed etiam alii pleriq;, variis donorum generibus, ut linguarum, sanationum, propheriæ, & similium, ornati. Nam Stephanus signa & prodigia magna in populo edidisse, Act. 6. & Philippus immundos spiritus ejecisse, paralyticos & claudos sanasse, Act. 8. Cornelius etiã, & familia ejus, accepto Spiritu sancto, linguis locuti, Act. 10. Agabus & alii, prædixisse famem, Act. 11. & Paulo captivitatem, Act. 21. dicuntur. Et Paulus ipse asserit, *Spiritum sanctum, per singulas civitates testificari de vinculis & afflictionibus suis:* quo apertè indicat, in singulis civitatibus aliquos dono propheriæ præditos fuisse: Act. 20. De donis etiam illis Paulus concionatur, 1. Corinth. 12. *Divisiones donorum sunt; sed idem Spiritus: & divisiones ministrationum sunt; sed idem Dominus: & divisiones operationum sunt; sed idem est Deus, efficiens omnia in omnibus. Unicuique verò datur manifestatio Spiritus, ad id quod expedit. Nam huic quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ; alii verò sermo scientiæ secundum eundem Spiritum: alii verò fides, per eundem Spiritum: alteri verò dona sanationum, per eundem Spiritum: alteri operationes potentiarum; alii verò prophetia; alii verò interpretatio linguarum. Sed omnia hæc efficit unus & idem Spiritus, dividens propria unicuique prout vult.* Et Ephes. 4. Epist. 4. & 1. Petri 4.

Videntur [illegible] ...diis, tam Apostolos, tam alios quosq; [illegible] ...de rebus magnis & arduis, nam Dei [illegible] ...dam [illegible] ...Gentium vocatione: Act. 15. Paulum per visum [illegible] ...vocari in Macedoniam: Act. 16. Timotheum [illegible] ...nolle Corinthi dicit: Nam [illegible] ...& [illegible] ...præterea quæ [illegible] ...

...ne pœnitere, ut [illegible] ...Dionysius, medicus, [illegible] ...fiens Paulo, consolatur [illegible] ...Actor. 18. Angelus Domini [illegible] ...Paulo evidenter [illegible] ...Act. 27. [illegible] ...[illegible] ...Christi, [illegible] ...Euangelium: Damaris [illegible] ...religiosa [illegible] ...Athenis: [illegible] ...& [illegible] ...de resurrectione: Act. 23. [illegible] ...[illegible] ...Stephanus [illegible] ...à dextris Dei: Act. 7. Dominus per visum loquitur [illegible] ...ad Ananiam: Act. 9. Angelus Domini Cornelio [illegible] ...locutus, de accersendo Petro: Act. 10. Petrus [illegible] ...tionem Ecclesiæ Hierosolymitanæ, ante carcerem, in [illegible] ...domum Pellæ evocat [illegible] ...Euphem.

Inter Apostolos, & alios Presbyteros & Ecclesiæ [illegible] ...alios, alii merki fuerunt: alii verò domestici comites & [illegible] ...ut ellem expeditiores ad ministerium: & [illegible] ...ne [illegible] ...ab uxoribus retinerentur. Nam [illegible] ...Apostolum & fratres Domini, & Cephan seu Petrum, uxores habuisse, eas[illegible] ...rum circumduxisse, Paulus testatur: 1. Corinth. 9. Clemens etiam, * referente Eusebio, narrat de conjugio Philippi; eos duos filios virisse in matrimonio elocâsse: & [illegible] ...* de martyrio conjugis Petri, eleganter retulisse. Jubet etiam Paulus, Presbyteros & Diaconos conjugatos ad ministerium legi, & ordinari: 1. Tim. 3. * Paulus verò in se & Barnaba videtur à matrimonio abhorruisse: 1. Cor. 7. & 9. Quanquam *Clemens* ex Phil. 4. * colligat, Paulum compatrem germanam habuisse.

Cæterùm alii, nempe Auditores, & (ut ab eo apostolantur) Laici, passim *fratres, & discipuli Domini* dicuntur, & in epistolis Pauli, *Sancti* vocantur: *Christiani* verò appellari cœperunt primùm Antiochiæ. *Actor. 11.* & *Eusebius.* * Petrus videtur tamen Ecclesiæ cœtum appellare *clerum, & gregem Christi: 1. epist. 5.* *

DE RATIONE AC FORMA gubernationis.

COmmunia Apostolorum, & Prophetarum, Euangelistarum, Pastorum, Doctorum, Presbyterorum, Diaconorum, hæc fuerunt opera.

Docuerunt Ecclesiam de singulis doctrinæ Christianæ capitibus purè & sincerè. Nam Apostolos passim docuisse, Hierosolymis, & in aliis locis; constat *ex Actis Apostolorum, eorumq; epistolis.* Prophetas docuisse Antiochiæ, patet ex *Actor. 13.* * & *15.* * nam Judas & Silas prophetæ confirmarunt fratres. Diaconos etiam docuisse, ex *Actor. 6.* * & *8.* * patet. Episcopos, seu Presbyteros, idoneos ad docendum, ordinari præcipit Paulus, *1. Timoth. 3.* * & *Tit. 1.* * Idem *1. Timoth. 5.* § Presbyteros in sermone & doctrina laborare dicit.

Sacras autem Scripturas sunt interpretati; & ex iis annunciarunt, Jesum esse Christum. Sic Apostoli in omnibus suis concionibus, *Act. 2.* * *3.* * *4.* * & in scriptis suis, allegant sacram Scripturam: & Philippus, *Act. 8.* * Eunucho ex Esaia prædicat Christum. Et Paulus, *Actor. 9.* * *13.* * *17.* * *24.* * *26.* * Et Apollos, *Act. 18.* * revincebat Judæos publicè, ostendens per Scripturas, quòd Jesus esset Christus. Et Paulus Timotheo, & aliis omnibus, præcipit, ut attendant lectioni: *1. Tim. 4.* * Et *1. Cor. 14.* * omnes prophetare, hoc est sacras Prophetias enarrare, optat.

Tradiderunt catechismum. *Gal. 6.* * Catechumenus [illegible] ...qui catechisatur sermone, ei qui se catechisat [illegible] ...

Rectè tecuerunt sermonem veritatis, ac Euangelium. *2. Tim. 2.* *

In docendo usi parim formas [illegible] ...verborumque quas Apostoli a Christo, & alii ab Apostolis acceperant: *2. Timoth. 1.* * Locuti sunt ea, quæ decebat sanam doctrinam: *Tit. 1.* * Stultas & inerudites quæstiones refugerunt: profanas vocum inanitates prætermiserunt: pugnas verborum non sunt secuti: *1. Tim. 4.* * & *6.* * *2. Tim. 2.* * Judaicas & aniles fabulas rejecerunt: *1. Tim. 4.* * & *Tit. 1.* *

In decernendo [illegible] ...Ecclesiæ, [illegible] ...[illegible] ...[illegible] ...[illegible] ...

...traderent,

rentes, quorum tandem effant oppressæ: *1.Cor.3.*[1] Si Judæis concionati sunt; principiò ex Scripturâ docuerunt, Messiam oportuisse pati, & resurgere à mortuis: & posteà omnia illa applicarunt ad Jesum Nazarenum. Patent hæc ex *Act.2.*[m] *17.*[n] *18.*[o] *28.*[p] Cùm verò Gentibus concionantur: plerumque eorum sumunt à simulacris eorum, quæ negant esse deos; & doctrinam de vero Deo subjiciunt: ut *Act.17.*[q] Diligenter etiã inter ea, quæ ex verbo & mandato Dei dixerant, & ea, quæ secundùm hominem aut falsi consilium tradiderant, distinxerunt. *1. Corinth. 7.*[r] & *9.*[s] & *2.Corinth.1.*[t]

Studuerunt puritatem doctrinæ conservare. 1.Tim.6.[u] *Servadepositum.* 2.Tim.1.[x] *Egregium depositum servare, per Spiritum sanctum.*

Acriter se-se opposuerunt falsis doctoribus & hæreticis; eorumq; dogmata falsa refutarunt. Nam Stephanus, *Act.6.*[y] refutavit eos, qui erant è synagogâ Libertinorum, Cyrenensium, Alexandrinorum, & Cilicum, & Asianorum. Et Paulus, in Damascenâ Synagogâ, disputando confundebat Judæos, negantes Jesum Nazarenum esse Messiam: *Act. 9.*[z] Paulus & Barnabas, & cæteri pii doctores, in Antiochenâ Ecclesiâ, Pseudoapostolos, Legis Mosaicæ observationem esse necessariam ad salutem asserentes, gravissimè refutarunt: *Actor.15.*[a] Idem etiam Petrus, & Jacobus, & alii Presbyteri, in Synodo Hierosolymis congregati, fecerunt: *Actor.15.*[b] & in epistolâ Synodali apertè pronuntiat Pseudoapostolos turbatores, labefactantes animas, & à verâ sententiâ Apostolorum aberrantes. Ibid.[c] Et Paulus Athenienſiũ erroneas infringit opiniones, de ignoto Deo: *Act.17.*[d] Apollo etiam refutâsse Judæos dicitur, *Actor. 18.*[e] Constat præterea ex epistolis Apostolorũ, quòd falsa dogmata impugnarint & refutarint. Nam Petrus, *2.epistol.2.* Falsos doctores, & Antichristi socios, vivis coloribus depingit: & *2.epist.3.* contra illusores extremi diei, & resurrectionis mortuorum, pugnat. Johannes etiam, *1. epistol.2.*[f] *& 4.*[g] *& 2.epistol.*[h] Antichristi spiritum describit, ejusque dogmata refutat. Paulus quoq;, in omnibus epistolis suis, oppugnat & expugnat Pseudoapostolos: *Roman. 16.*[i] *tota epistola ad Galatas, 2.Corinth.10.11.12.13.* capitibus, *Philipp.3.*[k] negantes resurrectionem, *1.Cor.15.*[l] *2.Timoth.2.*[m] tradentes doctrinas hominum, *Coloss.2.*[n] *Tit.1.*[o] tradentes doctrinas dæmoniorum, *1.Timoth.4.*[p] Antichristum, *2.Thess.2.*[q] & similes: de quibus suprà, in Loco de Hæresibus, dictum. Alios verò idem fecisse; facile est existimare: cùm Paulus jubeat Titum, ejusmodi ordinare Presbyteros, seu Episcopos, qui possint contradicentes convincere, eisq; ora obturare, *Tit.1.*[r] & erudire eos qui obsistunt, *2.Tim.2.*[s]

Concionati sunt pœnitentiam: hoc est, peccata & peccatores redarguerunt & increparunt, denuntiatâ irâ Dei super eos; nisi resipiscant. Nam Apostoli, *Actor.2.*[t] *3.*[u] *& 4.*[x] Judæis apertè objicient hoc peccatum, & ob id eos arguunt; quòd Jesum Nazarenum, justum & sanctum, Filiũ Dei & Messiam, occiderint. Et Stephanus, *Act.7.*[y] eos occisores & proditores Messiæ appellat. Petrus Ananiam & Sapphiram ità objurgat, ut statim exspirarent: *Actor.5.*[z] Idem graviter objurgat Simonem magum: *Actor.8.*[a] Paulus Elymam magum objurgatione suâ excæcat: *Actor.13.*[b] Idem etiam graviter Petrum, intempestivè Judaizantem inter Gentes, reprehendit: *Gal. 2.*[c] Idem in omnibus suis epistolis, tarando vitia, concionatur pœnitentiam: ut Corinthios, *1.Cor.1.*[d] *3.*[e] *5.*[f] *6.*[g] *11.*[h] *15.*[i] Galatas etiam graviter & durius, ob defectionem à purâ doctrinâ Euangelii, compellat *Gal.1.*[k] *3.*[l] *4.*[m] Timotheum etiã jubet, peccantes coram omnibus arguere: *1.Tim.5.*[n] & instare tempestivè & intempestivè, arguendo & increpando: *2.Tim.4.*[o] & Titum jubet, severiter Cretenses arguere, cum omni præcipiendi studio: *Tit.1.*[p] & *2.*[q]

Erga obstinatos, acerbiores; erga humiles, veros peccatores, mitiores fuerunt in objurgando. Nam Paulus inquit, 1.Cor.4.[r] *Vultis ut veniam ad vos in virga, an in charitate & spiritu lenitatis?* Idem, 1.Tim.[illegible] *ut patrem.* Idem, 1.Cor.[illegible] alios [illegible] ministris esse dicit, sive [illegible] graviter & acerbè peccatores tractãt, concionent pœnitentiam.

Concionati Legis contritis, remissionem peccatorum annunciaverunt: ut patet ex *Act.2.*[u] *3.*[x] *10.*[y] *& 13.*[z]

Falsos doctores, ab hæresi admonitos discedere nolentes, & notorios & contumaces peccatores, excommunicarunt. Nam Paulus Hymenæum & Alexandrum, maledicentes, tradidit Satanæ: *1.Tim.1.*[a] Phygellum & Hermogenem, *2.Tim.1.*[b] Hymenæum & Philetum: *2.Tim.2.*[c] Idem Tito etiam præcipit, ut hæreticum hominem, post unam aut alteram admonitionem, vitet: *Tit.3.*[d] & Timotheum jubet sejungi à falsis fratribus: *1.Tim.6.*[e] Et Johannes, *epist.2.*[f] doctrinam Christi non-afferentes excommunicari jubet.

Paulus etiam Corinthium incestuosum Satanæ tradi jubet, & excludi: *1. Corinth. 5.*[g] Pseudoapostolos excommunicat, *Galat.1.*[h]

Pœnitentiam-agentes receperunt, *2.Cor.2.*[i] & instaurarunt spiritu lenitatis. *Gal.6.*[k] & Paulus Onesimum, servum fugitivum Philemonis, se-se emendantem, suscepit, & domino suo remisit.

Justificatos cohortati sunt, ut facerent bona opera; & caverent sibi à peccatis. Testant hoc omnes concliones, & omnes epistolæ Apostolorum. Et memorabile est; quòd, cùm concionantur de cavendis peccatis, plerumq; soleant taxare communia nationũ vitia. Nam eò jubet Cretenses objurgari severiùs; quòd vitio mendacii laborent: *Tit.1.*[l] Idẽ Galatas *fatuos* appellat *Gal.3.*[m] Romanos, cùm nollet esse arrogantes, & primatum affectantes, adhortatur, ut sint studiosi humilitatis, & se non efferant super alios: *Rom.12.*[n]

Constanti & confidenti animo in suo ministerio sunt versati; & pro Euangelio non dubitarunt quævis, denique ipsam oppetere mortem. Comprobantur hæc exemplis: Apostolorum, *Act 3.*[o] *4.*[p] *5.*[q] Et Stephani, *Act.7.*[r] & Pauli, *Act.21.*[s] Sic Paulus, *1.Cor.4.*[t] *& 2.Cor.6.*[u] *& 11.*[x] *2.Tim.3.*[y] Idẽ etiam cohortatur Timotheum, ut & ipse patiatur ob Euãgelium: *2.Tim.1.*[z] *& 3.*[a] *& 4.*[b]

Non hominibus adulati sunt, nec studuerunt iis placere; sed Deo: & habuerunt semper ob oculos judicium extremum. *2.Cor.4.*[c] *Gal.1.*[d] *1.Thess.2.*[e]

Dilexerunt Ecclesias, tanquam filios suos. *2.Cor.12.*[f] *Non quæro quæ vestra sunt; sed vos. Non enim debent filii parentibus recondere; sed filii parentes. Ego verò libentissimè impendam, & expendar, pro animabus vestris: licet, uberius vos diligens, minùs diligar.*

Consolati sunt afflictos in cruce; & hortati eos ad patientiam & constantiam, ut facit Petrus, *1.epist.1.*[g] *2.*[h] *3.*[i] *4.*[k] & Johannes, *1.epist.3.*[l] Et Paulus & Barnabas, *Act.14.*[m] Idem Paulus Thessalonicenses, Ephesios, Philippenses, & alias Ecclesias, passim in epistolis suis consolatur, & ad constantiam hortatur. Idem etiam Jacobus facit, cap.1.[n] & 5.[o] & iterum Paulus, *Hebr.10.*[p] *& 12.*[q]

Baptisarunt. Nam Apostoli baptizarunt Judæos conversos, *Actor.2.*[r] Philippus baptizavit Samaritanos; & Eunuchum: *Actor.8.*[s] Ananias baptizavit Saulum, *Actor.9.*[t] Petrus & ejus collegæ Cornelium, & familiam ejus: *Act.10.*[u] Paulus & Silas baptizarunt Custodem carceris, cum familiâ suâ: *Actor.16.*[x] Paulus baptizavit Ephesios, *Act.19.*[y] Idem Crispum & Gajum, & familiam Stephanæ, se baptizâsse dicit, *1.Corinth.1.*[z]

Cœnam dominicam administrarunt. *Actor.2.*[a] *& 20.*[b] *& 1.Corinth.11.*[c]

Ecclesiâ eligente & suffragante, Presbyteros & Diaconos, si opus fuit, ordinarunt: ut patet ex *Actor.6.*[d] *14.*[e] *& 1.Tim.3.*[f] *& 5.*[g] *Tit.1.*[h]

Ceremonias, ad ædificationẽ Ecclesiæ, & bonum ordinẽ & decorũ, necessarias, ordinarunt. *1.Cor.11.*[i] *14.*[k] De reliquis mediis consilia tantùm, & non decreta obligantia conscientias, proposuerunt: *1.Cor.7.*[l] Abusus etiã, si qui subrepserant, abrogarit. Sic Paul[illegible] abrogat pravã consuetudinẽ Corinthiacarũ mulierũ, nudo capite in cœtu versantium. *1.Cor.11.*[m] & Cœnæ dominicæ phanaticæ, *1.Cor.11.*[n] & ignotæ linguæ usurpationẽ, [illegible] quæ committebant. Ut in plures simul Ecclesias hoc ordine in Ecclesiâ loquerentur, *1.Cor.14.*[o]

Prædicationibus incubuerunt, tam invitis, tàm privatim: *Actor.8.*[p] Et Paulus, in omnibus fere epistolis, se pro Ecclesiis orare, ostendit.

Bono exemplo illis præiverunt. 1. Pet. 5. q *Sit sint exempla gregis.* Et Paulus jubet Philippenses, sui imitatores esse: Phil. 3.r Idem suum etiam exemplum proponit Presbyteris Ephesinis: Act. 20.s Idem hortatur Titum, ut præbeat se formam bonorum operum: Tit. 2.t

Visitandos ægrotos: Jacob. 5.u

Nusquam jurisdictiones politicas, & dominia, Ministri Ecclesiæ affectâsse dicuntur. Imò Petrus, 1. epist. 5.x apertè prohibet, dominium in cleros exercere. Et Paulus dicit, se non dominari Corinthiis: 2. Corinth. 1. 7 & 2. Corin. 8.y *Non secundùm imperium loquor: sed, quoniam alii tam prompti sunt, probo vestram quoque charitatem, verùm sit.* Item: z *Consilium in hac do: quoniam conducit vobis.* Idem Apostolos, & alios, servos & ministros Ecclesiæ esse; & non dominos publicos, monet: 1. Cor. 3.a & 4.b

DE SYNODIS PRIVATIS.

PRæter illos congressus, quos celebrarùt docendi gratiâ, & administrandi Sacramenta; etiam alias synodos privatas, si necessitas postulavit, coluerunt. Solebant autem in iis, tum Presbyteri; ut Act. 20.c tum etiam tota Ecclesia, convenire; ut Act. 14.d & 15.e In ejusmodi autem conventibus, tractarunt de rebus, sive ad doctrinam, sive ad gubernationem Ecclesiæ, pertinentibus. Nam Antiochiæ, in Synodo, tractarunt de doctrinâ Pseudoapostolorum; & de ablegatione Pauli & Barnabæ, ad Apostolos & Presbyteros Hierosolymitanos: Act. 15.f

In iis etiam legerunt literas, sive ab Apostolis, sive ab aliis, scriptas. Nam Paulus & Barnabas, & Silas & Judas, Hierosolymis Antiochiam reversi, congregatâ multitudine, reddiderunt epistolam Synodi Hierosolymitanæ: eamq; cùm legissent, gavisi sunt omnes super consolatione. Act. 15.g Et Paulus præcipit, ut Colossenses curent epistolam, ad se scriptam, etiam in Laodicensium ecclesiâ recitari; & Laodicensium literas ipsi quoq; legant: Col. 4.h Et adjuratione adstringit Thessalonicenses; ut epistolam suam omnibus sanctis fratribus recitent: 1. Thess. 5.i

Audierunt etiam in iis fratres aliunde advenientes; si quid voluerunt ad totam Ecclesiam referre. Nam Paulus & Barnabas, ab Ecclesiâ Antiochenâ ablegati, jussu Spiritûs sancti, cùm eò revertissent; congregatâ Ecclesiâ, retulerunt, quæcunq; Deus secum fecisset: Act. 14.k Paulus etiâ, cùm Hierosolymam venisset; intrabat ad Jacobum cum suis: & conveniebant omnes Presbyteri. quibus salutatis; narrat, quæ Deus fecisset inter Gentes per ministerium suum. Illi verò glorificabant Dominum: & persuadebant Paulo, ut propter Judæos credulos, qui offensi essent, quòd audissent Paulum passim Judæis persuadere, ut Judaismum abjiciant, juxta legem Mosis se-se cum aliis purificaret; & reipsa testaretur, se legem custodire: Act. 21.l

Contulisse etiam eos in ejusmodi congressibus de doctrinâ, constat ex Galat. 2.m ubi Paulus, Hierosolymam se abiisse, & privatim cum iis, qui in precio fuerint, contulisse, narrat.

Videntur etiam in ejusmodi congressibus tractâsse, de excommunicandis notoriè scelleratis: 1. Corinth. 5.n ità de eligendis & ordinandis Ministris Ecclesiæ: Act. 14.o

Exercuerunt in iis judicia ecclesiastica. 1. Tim. 5.p *Adversùs Presbyterum accusationem non admiseris; nisi sub duobus aut tribus testibus. Eos, qui peccant, coram omnibus argue: ut & cæteri timorem habeant.*

Judicarunt etiam de controversiis fratrum: ne opus haberent litigare sub infidelibus. 1. Corinth. 6.q

Necesse dubium est, quin in ejusmodi Synodis, cùm de doctrinâ agendum esset, ex sacris literis, & scripta Apostolorum, judicarint. In judiciis verò ecclesiasticis, de controversiis fratrum, verisimile est, eos secundùm Canones sive sententias Apostolorum, quos postea subjiciemus, pronunciâsse.

DE BONIS ECCLESIÆ.

HIerosolymitana Ecclesia initiò, sive ob ardentem & unanimem inter se invicem dilectionem & conjunctionem, sive per secessum injuriam, communem habuit ærarium: in quod liberè suas res contulerunt, non

ulum. Ei ærario præfuerunt primò Apostoli, ut distributores communes. ac cùm, crescente multitudine, non simul possent mensis ministrare, & vacare concionibus & precationibus: cum Ecclesiæ consensu septem viros, spectatæ probitatis, plenos Spiritu sancto & sapientiâ, creavit Diaconos; quos ei rei præfecerunt. Act. 6.r Dixi ne eam rerum communio Hierosolymis durârit; non admodum liquet. Stephano interfecto, cùm increbresceret plectuntio; omnes quidem dispersi, præter Apostolos, dicuntur: Act. 8.s Et Philippus, unus ex septem, Cæsareæ fuisse dicitur, Act. 21.t cùm Paulus postremò iret Hierosolymam. Sed, an reliqui Diaconi manserint Hierosolymis, aut alii sint substituti; an verò communio rerum eo tempore cessârit: incertum est. Ex eo autem, quòd discipuli Antiocheni, sub Claudio, fratribus in Judæâ habitantibus subsidium miserunt, per manum Barnabæ & Sauli; Act. 11.u & quòd Paulus Hierosolymam ad Sanctos collectam attulit; Rom. 15.x & 1. Cor. 16. 1. 24.y colligi posse videtur, eos adhuc rerum communione, eo etiam tempore, usos esse. Sed, cùm in paupertate collata dicantur, Gal. 2.z suum cuique hac in re relinquimus judicium.

In aliis Ecclesiis similem rerum communionem fuisse, neq; historiæ meminerunt; neq; aliâs probari potest. Constat enim, Romanos res proprias tenuisse: Rom. 12.a & Corinthios, 1. Cor. 6.b & Galatas, 6.c & Ephesios, 4.d & Philippenses, 4.e & Colossenses, 4.f & Thessalonicenses, 1. Thessal. 2.g & 4.h 2. Thess. 3.i & alias Ecclesias: ut patet ex 1. Timoth. 6.k ubi divitibus præscribit regulam, de usu subrui bonorum. Johannes etiam rerum proprietatem probat, 2. epist. 3.l Idem Paulus etiam Heb. 13.m & Jacobus, cap. 2.n facit.

Eusebium ? conatur *ex Philone* affirmare; Christianos Alexandrinos, per Marcum conversos, omnes res habuisse communes. Verùm ea non de Christianis; sed de Essæis quibusdam, verius, scripta à Philone videntur. Nam rationes, quas Eusebius profert, ad probandùm, quòd Philo de Christianis ista scripserit; conjecturæ tantùm sunt.

Sed tamen Ecclesias sua communia æraria habuisse, in quæ viritim, in publicis congressibus, singuli pro suâ facultate contulerint; patet ex Act. 11.o Galat. 2.p Rom. 15.q 1. Corinth. 16.r 2. Cor. 8.s & 9.t & Paulus, 1. Timoth. 5.u Ecclesiis sua bona esse indicat.

Præfuisse autem ejusmodi ærariis certos homines, ab Ecclesiâ constitutos; non dubium est: sive ii Diaconi, sive alii fuerint. Apostolos, ut Paulum; & Presbyteros seu Episcopos, ut Timotheum, & similes; in distributione & collocatione pecuniæ communis ærarii, suum quoq; edidisse consilium: patet ex 2. Cor. 8.x & 1. Tim. 5.y ubi Paulus jubet Timotheum curare, ne Ecclesia oneretur in alendis viduis, quibus aliâs suppetat; aut quæ habeant suos familiares, à quibus sustentari possint.

Ex communi autem ærario, stipendia suppeditarunt Apostolis. Nam Philippenses, Paulo sumtus suggessisse, & Thessalonicam etiam ei, & postea Romam per Epaphroditum misisse, dicunt, Phil. 4.z Alios etiam ministros Ecclesiæ indè aluisse vident. Gal. 6.a 1. Tim. 5.b *Dignus enim est operarius, ut, qui Evangelium annũtiant, de Evangelio vivãt.* 1. Corinth. 9.c Viduas egenas, & senio confectas, Ecclesiæ communibus alendas, Paulus 1. Tim. 5.d præcipit. Etiam in diversos peregrinos sanctos, tum domesticos; tum etiâ in Ecclesiæ totius Hierosolymitanos, ex communi ærario sumtibus eleemosynas: Act. 11.e Gal. 2.f Rom. 15.g 1. Cor. 16.h 2. Cor. 8.i 9.j

Qualia & quanta stipendia ministris Ecclesiæ singillatim sint data; non definitur. Sed, si secundùm ordinationem Domini, 1. Cor. 9.k & præcepta Pauli, 1. Tim. 5.l & Galat. 6.m Ecclesiæ fecerunt: tantum illis dederunt, ut se & familiam suam sustentarint, 1. Corinth. 9.n & victum & amictum, & omnis generis bona, habuerint. 1. Tim. 6.o Gal. 6.p

Apostolos aliosq; stipendia ab Ecclesiis accepisse, constat ex 1. Cor. 9.q Paulus verò à Corinthiis & Achaia, ut caveret dare scandalum, aut videretur obpera cum sacro Evangelio, nihil accepit: 1. Corinth. 9. 2. Cor. 11. Ecclesiæ stipendium recusasse, 2. Corinth. 11. notat: Certus Epistolæ ejusdem locus, excepta à stipendio, quò vobis insinuatum & cum eo [illegible] non utentes sui

gium. Nam, quid mihi dicerat, fuisse viros fratres, qui venerant à Macedoniâ, & se omnibus fecisse servire, ne cui esset onerosi: atq; ità fecerat.

Nec Apostolos, nec Episcopos Ministros, turpiter lucri fuisse studiosos; exemplum Pauli & Titi probat, *2.Cor.12.*[a] Et Pauli, Aquilæ & Priscillæ, qui suo labore, nempe tentoriâ, victitabant Corinthi: *Act.18.*[b] Et quòd Petrus, *1.epist.5.*[c] & Paulus, *1.Tim.3.*[d] & *6.*[e] & *Act.20.*[f] studium lucri & pecuniæ prohibent: & eam notam avaritiæ Pseudoapostolis tribuunt; *2.Pet.2.*[g] *Tit.1.*[h] *2.Cor.11.*[i]

DE BIBLIOTHECIS.

BIBLIOTHECARUM in scriptis Apostolorum mentio non incidit, sed non est dubium, cùm Judæi librorum sacrorum fuerint diligentes custodes, & cùm in Synagogis per singula sabbata legerint Moisen; *Act.13.*[k] & *15.*[l] eos jam Christianos factos, etiam operam in scribendis & reponendis libris, tum Propheticis, tum Evangelistarum & Apostolorum, navâsse.

Ecclesiam Corinthiacam propheticos libros legisse, patet ex *1.Cor.14.*[m] Quatuor verò Evangelistarum monumenta, & Epistolæ Pauli & Petri ac Johannis, cùm in Ecclesiis legi fuit solita: facilè æstimari potest, in bibliothecis ejusmodi libros asservatos & custoditos esse.

Cõstat etiam, Paulum librorum fuisse studiosum. Nam *2.Tim.4.*[n] Timotheum jubet secum Romam apportare libros; maximè autem membranas.

Bartholomæum Indis Evangelium prædicâsse; ibique Evangelium Matthæi hebraicè scriptum reliquisse: *Eusebius*[o] narrat.

DE SCHOLIS.

JUdæos suas Scholas habuisse, in quibus juventutem in Sacrarum literarum studio informarunt; dictum est libro superiore. Gentes etiam suas Academias, in quibus Artes & Philosophiâ tradiderunt, habuisse: constat ex *Act.17.*[p] ubi Athenienſium Philosophorum, cum Paulo disputantium, mentio fit. Et Tyrannus Scholam Corinthi habuisse dicitur, *Act.19.*[q] Cæterùm facilè existimari potest, Judæos & Gentiles cõversos, suas Synagogas in Scholas Christianas commutâsse. & quidem Paulus, in scholâ Tyranni cujusdam, Corinthi disputâsse, & suos discipulos erudiisse, dicitur, *Act.19.*[r] Et meminit idem congregationis, quæ sit in domo Aquilæ & Priscillæ, *Rom.16.*[s] & *1.Cor.16.*[t] & quæ sit in domo Nymphæ, *Coloss.4.*[u] & congregationis, quæ sit in domo Philemonis, *in epistolâ ad eundem.*[x] quæ quidem ecclesiæ, vidẽntur quasi domesticæ scholæ fuisse. Nam Aquilam & Priscillam, Apollinem instituisse exactius, *Act.18.*[y] dicitur. & literæ ad Philemonem, non ipsi tantùm; sed etiam Archippo & Apphiæ, inscribuntur: qui ei scholæ fortè unà præfuerunt.

Scholas ecclesiasticas, singuli Apostoli, ubicunque locorum egerint, aperuisse, non tantùm eò videntur; quòd passim in Synagogis docuerunt: sed etiam, quòd suos semper habuerunt discipulos; quos in sacris literis instituerũt, & ad ministerium præparârunt. Paulus enim se Timotheum docuisse, testatur, *2.Tim.3.*[z] *Tu autem assecutus es doctrinam meam, & institutionem.* Item: [a] *Scisti à quibus didiceris.* Eam cõsuetudinem Paulus etiam Timotheo cõmendat; quum *2.Tim.2.*[b] inquit: *Quæ audisti à me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus; qui erũt idonei, ut alios quoq; docẽt.*

Alexandriæ ab antiquo Scholam fuisse; *Eusebius*[c] testatur. Porrò, cùm Marcus ibi Ecclesiam colligit, Philosophis & Judæis ad Christianismum conversis, Schola illa Ethnica in Philosophica in Christianam commutata est.

DE FORMA ECCLESIARUM *(ut loquitur, earumq; collega,)* regimine.

COMMUNEM omnium Ecclesiarum, sive in unâ, sive in pluribus provinciis earum, gubernationem, administrabant duodecim Apostoli, (qui ità etiam erant vocati à Christo: ut Ecclesias colligerent & constituerent, non modò in Judæâ; sed in totos terrarum orbis) viri docti, donis linguarum & [illegible] instructi, quales fuerunt, Paulus Apostolus, Barnabas, Judas, Silas, Philippus, Johannes, Marcus, Titus, Timotheus, Artemas, Tychicus, Zenas, Philemon, Archippus, Epaphras, Aristarchus, Demas, Lucas, Epaphroditus, Clemens, Junias, Andronicus, Priscilla & Aquila, Apollo, Sosthenes, Sylvanus, & alii plures; quorũ passim fit mentio *in Epistolis Pauli, & in Act.* Sunt, qui pleroſque ex his referant inter septuaginta Christi discipulos. Sed septuaginta discipulorum catalogum nusquam reperiri amotum; Baronius[d] judicat & plures, quàm septuaginta fuisse, probat ex eo; quòd Paulus dicat; Christum *à pluribus*, quàm quingentis fratribus, præter Apostolos, esse visum: *1.Cor.15.*[e] Et *Act.1.*[f] fit mentio 120 congregatorum; & virorum, qui cum Christo inde à baptismo Johannis conversati sunt.

Certos verò inter hos gradus, seu majorinates, non reperias. Nam Apostoli *se-le invicem fratres* appellant. Petrus enim Jacobum, non archiepiscopum; sed fratrem appellat: *Act.12.*[g] & Paulũ *dilectum suũ fratrem* vocat, *2.epist.3.*[h] Et Paulus, nullo titulo prærogativæ cujusdam præ altero, Petrum, Jacobum, aut Johannem, ornat: *Gal.2.* Idemq; minimum quidem Apostolorum *2.Corint.15.*[i] sed magnis Apostolis non-inferiorẽ, *2.Cor.11.*[k] dicit. Idem Corinthios graviter objurgat; quòd alii Paulum, alii Apollo, alii Cepham, tanquam excellentiorem, jactitarent. & docet, *omnes esse ministros Christi.1.Cor.3.*[l] Et Petrus, Marcum, *filium suum*; & Sylvanum *fidelem suum fratrem* appellat. *1.Pet.5.*[m] Epaphroditum nominat *suum fratrem, & collegam, & commilitonem, Apostolum verò Philippensium*: Philip.2.[n] & Clementem, *& alios, cooperarios suos*: Phil.4.[o] *Epaphram, conservum suum, & fidum Christi ministrum.* Col.1.[p] *Tychicum* etiam, *fratrem dilectum, & fidum ministrum, & conservum suum*: Coloss.4.[q] *Aristarchum, concaptivum suum*: ibidem.[r] *Priscillam & Aquilam, adjutores suos in Christo*: Rom.16.[s] *Andronicum & Juniam, concaptivos suos, & insignes inter Apostolos*: Roman.16.[t]

Porrò, Apostoli, eorumque collegæ, non solebant in uno aliquo semper residere loco, ibique docere; sed ex alio in alium transibant locum: &, ubi non erat annuntiatus Christus, prædicabant Evangelium; & colligebant constituebantq; Ecclesias, creatis & constitutis oppidatim Presbyteris & Diaconis. Nam ex *Act.8.*[u] patet; Philippum Samariæ prædicâsse Christum, & collegisse Ecclesiam. Et dispersi fratres, ob persecutionem in Stephanum & alios motam, usque ad Phœnicen, & Cyprum, & Antiochiam, propagarunt Evangelio: *Act.11.*[x] Viri Cyprii, Antiochiam ingressi, etiam ibi colligebant Ecclesiam: quæ adventu Barnabæ & Pauli confirmata & ampliata, in numero jam excrevit multitudinẽ; adeò ut discipuli eo in loco primùm Christiani appellarentur. *Act.11.*[y] Paulus & Barnabas, emissi ad Gentes, collegerunt passim Ecclesias; iisq; creârunt Presbyteros: *Act.13.*[z] & *14.*[a] Sic Barnabas & Marcus in Cyprum navigarunt; Paulus verò & Silas exierunt in alia loca, constituturi Ecclesias: *Act.15.*[b] & *16.*[c] Et Paulus, se ab Hierosolymis usq; ad Illyricum Ecclesias plantâsse, commemorat: & quòd soleat ibi docere Christum, ubi antea non sit annuntiatus, indicat: *Rom.15.*[d] & *2.Cor.10.*[e]

Alii Apostoli etiam aliis in locis constituerunt Ecclesias. Nam *Eusebius*[f] ex traditione commemorat: Thomam, Parthiam fortitum esse; Andream, Scythiam; Johannem, Asiam; Petrum, in Ponto, Galatiâ, Bithyniâ, Cappadociâ & Asiâ, & Romæ, prædicâsse. *Idem*[g] Marcum ad Ægyptum missum, Evangelium prædicâsse, & Alexandriæ Ecclesiam constituisse, narrat. *Nicephorus*[h] etiam apud Cyrenæos eum Ecclesias construxisse; & clerum, & episcopos, & alia necessaria, ritè & ordine constituisse, dicit. *Idem*[i] etiam Philippum & Bartholomæum in Syriâ & Asiâ Ecclesias constituisse, & Sacerdotes ac Episcopos eis præfecisse: & [k] Thomam in Æthiopiâ, Parthiâ, Mediâ, Taprobanâ, Ecclesias plantâsse, commemorat. *Eusebius*[l] Bartholomæum in Indiâ Evangelium prædicâsse, dicit.

Porrò, eâ in re Apostoli ministerio suorum collegarum usi sunt. Nam, cùm Paulus in Cretâ plantasset Evangelium, & aliò properaret; reliquit ibi Titum, ut oppidatim presbyteros cõstitueret: *Tit.1.*[m] Et Timotheum etiam instituit,

quomodo in Ecclesiâ Dei versari debeat: *1.Tim.3.*[m] *Nicephorus*[n] narrat; successores Apostolorum, relictis rebus suis, aut in pauperes distributis, profectos esse ad gentes nondum conversas; ibique evangelium, & hinc inde Ecclesias condidisse.

¶ Cæterum, quod Apostoli inter se sortiti sint orbis terrarũ provincias; Eusebius[o] leviter videtur innuere, ex traditione. Verùm historiæ ipsæ testantur; iisdem in provinciis & locis plures Apostolos, tam uno & eodem tempore, tam diverso, Evangelium plantâsse, & Ecclesias constituisse. Nam duodecim Apostolos unà Hierosolymis, etiam post Stephani mortem, diversis aliis, mansisse; *Act.8.*[p] dicit Eusebius[q] ex Apollonio refert; quòd Dominus præceperit Apostolis, ne ante duodecimũ annum Hierosolymis discederent. Quod licet nõ exactè congruat cum historiâ: (nam & infra illos annos, Hierosolymâ discessisse significatur: & post duodecimum Christi annum, in Concilio ibi fuisse plerique memorantur, *Act.15.*[r] *Gal.2.*[s]) tamen in eodem loco simul aliquamdiu fuisse, & mansisse, indirè.

In Samariâ, simul Petrus, & Johãnes, & Philippus Diaconus docuerunt: *Act.8.*[t]

Antiochiæ etiam, viri Cyprii & Cyrenenses, & Paulus & Barnabas, Agabus, Simon Niger, Lucius Cyrenẽsis, Manahen, *Act.11.*[u] & *13.*[x] Silas & Judas, *Act.15.*[y] & Petrus, *Gal.2.* docuisse, commemorantur.

In Epheso Paulus, *Act.19.*[a] Timotheus, & Tychicus, *Ephes.6.*[b] & Johannes Apostolus, *Euseb.* Ecclesiam plantâsse dicuntur.

In Corintho etiam plures docuerunt: Paulus, Apollo, Cephas, *1.Cor.1.*[d] & Titus, *2.Cor.12.*[e]

Romæ etiam plures reperiuntur. nam ibi sunt, Andronicus & Julias, præcipui inter Apostolos; itèm Priscilla & Aquila, & alii: *Rom.16.*[f] Venit etiam eò Paulus captivus; & biennium in suo conducto fuit. *Act.28.*[g] Petrum etiam, circa finem vitæ, Romam venisse, & crucifixum esse; *Euseb.* & alii prodiderunt. *Libri Cognitionum Clementis*, Barnabam primùm Romæ Ecclesiam plantâsse, narrant.

In Asiâ Johannes & Petrus docuisse dicuntur: *Euseb.* Paulum etiam in Asiâ fuisse; Lucas testatur, *Act.19.*[k] & *20.*[l] In Galatiâ Paulũ fuisse; *epist. ad Gal.* testatur: & Petrum etiam in eâdem provincia docuisse, *epistola ejus prior.*[m] indicat.

¶ Deinde, non tantùm erant plantatores & constitutores Ecclesiarum Apostoli; sed etiam communes inspectores & visitatores. Nam, quòd soliti sint visitare & confirmare, sive à se-ipsis, sive ab aliis institutas Ecclesias; multis constat exẽplis. nam Paulus & Barnabas revertisse Lystrã, & Iconium, & Antiochiam; & denuò confirmâsse animas discipulorum, propter obortam persecutionem, dicuntur: *Act.14.*[n] Idem ad Barnabam dicit: *Revertentes jam, visitemus fratres nostros, per omnes civitates, in quibus annunciavimus sermonem Domini, quomodo se habeant: Act.15.*[o] Facto dissidio inter Paulum & Barnabam; Paulus Syriã & Ciliciam peragrâsse, & confirmâsse Ecclesias, dicitur: *Act.15.*[p] Hanc obcausam, tam crebras profectiones ad eundem locũ Paulus fuscepisse, passim in Actis cõmemoratur; ut visitaret & confirmaret Ecclesias: *Act.18.*[q] *Profectus est, perambulans ex ordine Galaticam regionem, & Phrygiam, confirmans omnes discipulos.* Idem alibi; dubio alii Apostoli etiam fecerunt. *Eusebius*[r] enim, ex *Clemente & Irenæo* refert; Johannem Apostolum, ex Pathmo reversum, Ephesi moratum esse Ecclesias, & quasi cõmunem inspectorem abiisse ad Gentium loca ut partim constitueret Episcopos; partim totas Ecclesias cõponeret; partim clerum ex his, quos Spiritus S. indicibiliter, sorte déligeret. Et *Epiphanius*[s] affirmat; Petrum, Ponti & Bithyniæ sæpè visitâsse, ob prædicationẽ Christi.

In ejusmodi verò visitationibus, ea, quæ necessaria ad ædificationem, cum in doctrinâ, tum in cæremoniis fuerunt, explicuerunt & ordinarunt. Nam Paulus se Corinthum venturum dicit; ut Pseudoapostolorum virtutem probet, & schisma inter eos componat: *1.Cor.4.*[t] ut malos objurget & excommunicet: *2.Cor.12.*[u] ut abroget ea, quæ inordinatè fierent; & cætera disponat: *1.Cor.11.*[x] Idem se Romam venturum dicit, cum plenitudine benedictionis Evangelii Christi: *Rom.15.*[y]

Porrò, quòd ipsi non potuerint pervenire; ad absentes suos collegas, sive cum literis, sive alias, de quibus eos, si quid in doctrinâ scrupuli haberent, *Acta* illa consulerent; & quid minùs rectè fieret, abrogarunt: & si quid instituendum aut ordinandum esset, instituerunt; & alia remedia curarunt. Nam, Petrus, ad Ecclesias Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, Bithyniæ, Sylvanum misit cum literis; ut adhortaretur eos ad cõstantiam in capitâ veritate: *1.Pet.5.*[z] Paulus Timotheũ ad Corinthios misit; ut iis in memoriã reduceret doctrinã Pauli, quemadmodum ubique in omnibus Ecclesiis docet: *1.Cor.4.*[a] Eundẽ etiã se ad Philippenses missurũ promittit; quò cognoscat statum eorum: *Phil.2.*[b] Eundem Timotheũ etiam ad Thessalonicenses se missile dicit; ut cõfirmet eos, & consoletur de fide suâ: ne quis quã turbaret in afflictionibus illis: *1.Thes.3.*[c] Eundẽ Ephesi jussit remanere, & ibidẽ Ecclesias instituere: *1.Tim.1.*[d] Per Titum etiã in Cretâ Ecclesias inspici, & Presbyteros oppidatim ordinari, curavit Paulus: *Tit.1.*[e] Per Titum & Lucã, & legatos Ecclesiarũ Christi, passim in Ecclesiis collectas fieri curavit: *2.Cor.8.*[f] Ad Philippenses etiã misit Epaphroditũ; ut Ecclesia eum videret, & gauderet: *Phil.2.*[g] Ad Colossenses Tychicum unà cũ Onesimo misit; ut exponerent iis omnia, quæ Romæ agerentur, & consolarentur corda illorum: *Coloss.4.*[h] Eundem Tychicum etiam ad Ephesios Romæ è carcere ablegavit; ut certiores redderet eos de rebus Pauli, & consolaretur corda eorum: *Eph.6.*[i]

Solebant etiam Apostoli, cum suis collegis, communes literas ad Ecclesiã scribere. Nam Paulus & Sosthenes, priorem ad Corinthios; *1.Cor.1.*[k] posteriorem verò, Paulus & Timotheus, *2.Corint.1.*[l] exararunt. Ad Ecclesias Galatiæ, Paulus, & omnes fratres, quos secum Romæ habuit, (inter quos videtur fuisse Epaphras, Marcus, Aristarchus, Demas, Lucas, & alii: ut patet *ex epistolâ ad Philemonem*[m]) cõmuniter scripserunt: *Gal.1.*[n] Paulus, Sylvanus & Timotheus, utramq; ad Thessalonicenses epistolam conscripserunt: *1.Thes.1.*[o] *2.Thes.1.*[p] Philemoni Paulus & Timotheus scripserunt: *Philem.*[q] Curaruntq; etiam literas suas in aliis Ecclesiis legi: *Col.4.*[r]

Solebant etiam Ecclesiis mittere fideles doctores eosq; iis commendare, & hortari, ut eos susciperent & adjuverent, iisq; obtẽperarent. Nam Paulus de Timotheo ad Corinthios[s] sic scribit: *Quòd-si venerit Timotheus; videte ut absque metu sit apud vos. Opus enim Domini operatur; quemadmodum & ego. Ne quis igitur eum spernat: sed prosequamini eum cum pace, ut veniat ad me. exspecto enim illum cum fratribus. Porrò, de Apollo fratre multum adhortatus sum illum; ut iret ad vos cum fratribus. & omninò non erat voluntas ut nunc iret: veniet autem, cùm opportunitatem erit nactus.* Et paulò pòst, his verbis commendat eis Stephanæ familiam: *Obsecro autem vos, fratres; nostis, familiam Stephanæ esse primitias Achaiæ, & quòd in ministerium Sanctis ordinaverunt se-ipsos: ut & vos subditi sitis talibus, & omni adjutori & laboranti.* *1.Corint.16.*[t] Ephesiis commendat Tychicum: *Eph.6.*[u] Philippensibus commendat Timotheum: *Phil.2.*[x] *Spero autem in Domino Jesu, me Timotheum brevi mittere vobis: ut & ego lætus sim animo, cognito statu vestro. Neminem enim habeo pari mecum animo proditum, qui germanè vestrâ curaturus sit. Nam omnes, quæ sua ipsorum sunt quærunt; non quæ Christi Jesu. Porrò probationem ejus nostis, quòd ut filius mecum, velut cum patre, servierit in Evangelio. Hunc igitur spero me missurum, mox ubi videro quæ circa.* Epaphroditum etiam Epaphroditum remittit; additâ commendatione: *Phil.2.*[y] Colossensibus commendat Tychicum, & Onesimum, & Marcum consobrinum Barnabæ, & Jesum justum; ut qui sint ex circumcisione, & fuerint soli cooperarii ad regnum Dei, & solati sint Paulum: *Col.4.*[z] Titum commendat Artemam, & Tychicum, & [illegible] & Apollo: *Tit.3.*[a]

Ecclesiæ solebant etiam suos [illegible] mittere: ut tum ea in communi [illegible] res Ecclesiæ [illegible] & ea in ordine [illegible] [illegible]

b ver. 18
c ver. 24. 29.
d ver. 17 18.
e ver. 7 8
f ver. 12
g ver. 23.
h ver. 11.
i ver. 2.
k ver. 14
l ver. 28 29.
m ver. 1 2.
n ver. 5.
o ver. 8 9.
p ver. 6. & sqq.
q ver. 4.
r ver. 20
s ver. 14.
t ver. 17.
u ver. 10.
x ver. 9 10.

rum ei fuerunt. *Phil.4.*[b] & summi Pontifices ei, quotidianæ cum populo vitæ fuit. *Rom.2.*[c] Cornelium Centurionem Sanctissimum, & Formosissimum, & Athenarum, ad Pedum martyrio, qui ubique sui memoriam commendationem, quæ illic [illegible] & vestigia exhibent ad Ecclesiam: *Act.10.*[d] Cornelium centurionem Italicæ [illegible] & orationibus & eleemosynis [illegible] Misericordiam eam obtinuit apud Deum, quam ex Col.4.[e] cùm ejus commendatione Colossenses; & Philemonem, [illegible] *Philem.22.*[f]

Si quid ita [illegible] Ecclesiæ, [illegible] Apostolus literas, [illegible] familiares Timotheo ad Philippenses de conversatione, quæ esset inter Corinthios de matrimonio Corinthiorum ad immunicatos de ingressione eorum in Ecclesiam, de [illegible] de mulieribus non-velatis; de Coenæ dominicæ profanationes; de *ordine* in congressibus publicis; de opinione quorundam, non fore resurrectionem mortuorum; & aliis rebus: *1.Cor.1.*[g] Et videntur Thessalonicenses eum Paulo indicâsse quorundam opiniones, de jam instante extremo die: *2.Thess.2.*[h] Et Paulus jubet eos per literas sibi notari, qui non obedirent sermoni suo. *2.Thess.3.*[i]

6 Apostoli gerebat curam omnium Ecclesiarum. Nam Paulus, *2.Corinth.11.*[k] ait: *Incumbit mihi quotidiana cura omnium Ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis offenditur; & ego non uror?* Nec earum tantum, quas ipse plantarunt; sed etiam aliarum, quæ Apostolos non viderunt. Inquit enim *Col.2.*[l] *Volo vos scire, quantam sollicitudinem habeam de vobis, & his qui sunt Laodiceæ, & quotquot non viderunt faciem meam in carne: ut consolationem accipiant corda illorum.*

Non autem dominabantur Ecclesiis *2.Cor.1.*[m] nec semper imperiosè iis mandabant prosuo more: sed interdum per charitatem orabant. Nam Paulus ad *Philemonem*[n] sic scribit: *Quamvis multam in Christo fiduciam habeam, injungendi tibi id, quod tui erat officii; tamen propter charitatem potius rogo, &c.*

Si qua incidebat gravis inter Apostolos controversia: vocatâ synodo, & re discussâ, communi decreto statuebatur ex verbo Dei, & non hominum prosopolepsiâ: [illegible] communis omnium sententia, patuit Ecclesiis universis, per literas synodales & legatos. Constat hæc ex *Act.15.*[o] & *16.*[p] *Cum transirent civitates, tradebant eis servanda decreta, quæ erant ordinata ab Apostolis & Presbyteris, qui erant Hierosolymis.*

Si quos Apostoli excommunicassent; etiam aliis significabant ut eos pro excommunicatis haberent, & vitarent. Nam Paulus Timotheo, Hymenæi & Alexandri, *1.Tim.1.*[q] Hermogenis & Phygelli, *2.Timot.1.*[r] Hymenæi & Phileti, *2.Tim.2.*[s] & Demetrii *2.Tim.4.*[t] defectione & excommunicatione, indicat. Johannes, *epist.3.*[u] Diotrephen, primatum affectantem, & abnormem potestate clavium, accusat.

DE CONSOCIATIONE IN unâ provinciâ.

INTER Ecclesias singularum provinciarum, unam aliquam ab Apostolis primam, & aliam secundam, aliam verò tertiam, & sic deinceps alias ordinatas fuisse; quarum suprema, tùm cum suo Episcopo, dominaretur aliis, & sine quâ nihil liceret aliis facere; nusquam in Sacris literis legitur. nec quidem fas fuisset, ad ejusmodi ordinem aliquas Ecclesias. Nam regnum Christi adversus personatos [illegible] locum habere non posse, aut debere; Apostoli docebat. Hinc nulla [illegible] mentio Archiepiscoporum, Metropolitanorum, [illegible] gradus dignitatum.

[illegible] Ecclesiæ in provinciis, erant quidem in aliquo [illegible] tum propter Apostolos in iis docentes; tum propter Presbyteros, Ministros, eruditione & constantiâ præstantes; tum propter beneficia, quæ alii vicinis exhibebant Ecclesiis. Sed nihil amplius juris in aliis habebant; quàm eas munis officiis in rebus ad communem Ecclesiæ ædificationem pertinentibus colebant.

In Palæstinâ, Ecclesia Hierosolymitana [illegible] tum propter ibidem [illegible] & alios, qui Christum [illegible] & Spiritum [illegible] fecerant modo accepissent. Vetera ea ponunt [illegible] ex primatu aliarum, nec dominabatur iis, nec jacentes, ut Apostolicæ [illegible] Ecclesiæ confirmarent [illegible] ex Græcis aut Asiaticis Chiopheis [illegible] [illegible] [illegible]

manum, de rebus ad Ecclesiam pertinentibus, statuerit.

DE CONSENSU TOTIUS ECCLESIÆ in primatu Petri.

Sciant itaque Cardinales, neque Apostoli docuerunt, neque eorum quisquam primatum obtinuit aliquem ejusmodi, qualem sibi vendicant Romani Pontifices: quod ex ipsa totius antiquitatis consuetudine, & ex omnium Ecclesiarum, quæ tunc erant, consensu facilè probari potest. Nam Ecclesia Romana, quæ tunc erat Episcopos, quos habebat, aliis posteriores suscitabat, ita ut Anacletus, & Clemens ordinarentur à Petro, & Linus, & Cletus à Paulo, qui tamen omnes Romæ fuerunt Episcopi. Quod si Petrus habebat potestatem supremam Episcopum, figendi & rescindendi quos vellet, alios ante alios potiùs ordinandi, & cujus sedem Antiochenam ipse primus occupaverat, deinde Romanam, & qui habebat jus vitæ, mortis, potestatem & terminandi in neque hoc seculo, neque futuro requirendum, ubinam gentium sint Jacobus, Jerusalem, sive Hierosolymarum, sive Antiochena, sive Constantinopolitana, sive Ephesina, sive Alexandrina, sive Romana, sive alia alius; neq; quisquã Apostolorum, sive Petrus, sive Paulus, aut alius nec quisquam eorũ, qui ab Apostolis Ecclesias gubernandas acceperunt, sibi ejusmodi primatum arrogavit. Nam Apostolos pari jure & societate, sine ullius alterius, tanquam supremi, dispositione & gubernatione; sed suã plenã à potestate, à Christo & Spiritu sancto accepta, singulos passim planãsse Ecclesias rostensum est in superioribus. Et licèt Petrus videatur præcipuus inter Apostolos fuisse; sive propter insignia sua dona, sive propter ætatem: tamen ejusmodi primatum eum inter Apostolos non gessisse, ut universalis Ecclesiæ esset Episcopus; & quicquid alii facerent, ejus solius autoritate esset ratum aut irritum; probant hæc argumenta.

ARGUMENTA CONTRA primatum Petri.

I. Quia Paulus aliquoties, *in epistolâ ad Galatas*, clarè testatur: se quidem esse Apostolum Gentium; Petrum verò Judæorum: ejusq; apostolatum inter Judæos; suum inter incircumcisos esse. Verba ejus, *cap. 2.*[o] hæc sunt: *Cognoscentes, quòd* MIHI SIT CONCREDITUM *Evangelium præputii, sicut* PETRO CIRCUMCISIONIS. *Nam, qui in Petro efficax fuit ad apostolatum circumcisionis, efficax fuit in me erga Gentes.* Ibidem paulò pòst:[p] *Jacobum, Cephan, & Johannem, qui videbantur esse columnæ, dextras dederunt mihi ac Barnabæ societatis: ut nos in Gentes; ipsi verò in circumcisionem. apostolatum obirent.* Primùm divinam ordinationem; deinde dextrarum pactionem, statuisse ait: ut alter sit Judæorum; alter Gentilium Apostolus. Hæc profectò clarissimè, ac sinè omni ambiguitate ostendunt: Petrum nõ esse summum Episcopum in totâ Ecclesia. Nam, si Christus eũ universalem Apostolum supra omnes gentes constituisset: obsecro, quomodo vel ipsemet, vel Paulus, ausus fuisset ejus functionem, decimo-octavo demum pòst passionem Christi anno, tantoperè coarctare; idque tam facto pacto? Sed superiùs clarè testatus est Paulus; Petro divinitùs eas metas circumscriptas, ut sit circumcisorum Apostolus.

In eadem locis Pauli animadvertimus: Petrum, divino & humano jure, particularem; & non universalem, Episcopum constitutum. Item, quàm latè se extendat illud *Joannis 21.*[q] *Pasce oves meas.* Neque hoc jus, hanc ejus functionem distinctionem irritam facit; quòd aliquando, per occasionem, & Paulus Judæis, & Petrus Gentilibus; est concionatus. De jure enim hic, non de facto, disputamus.

II. Quia Christus aliquoties, contendentibus Apostolis primatum, negavit eos debere imperare & regnare. Inquit enim:[r] *Reges gentium dominantur eis; vos autem nõ sic.* Nec tantummodo vult non dominari; sed etiam vult eos servire, & subjectos esse: cùm inquit; *Qui vult esse maximus, sit minister.* Se quidem proponit se eis pro exemplo: qui venerit interrogatus, non ut alii ipsi serviant; sed ut ipse aliis ministret: idque summã & divinissimã ratione: ne quis existimet, se constitutum judicem earum politicarum prohibetque fieri, se quempiam magistratum, aut dominum appellare. Consonat hæc sententia Pauli[s] *1. Cor. 4.* qui dicit, Petrum, & Paulum, & reliquos Apostolos Ecclesiæ non esse Ecclesiarum [illegible] ministros quotidianæ Redemptionis Christi, per quorum prædicationem homines ad Dei cognitionem [illegible] & Petrus docet, *1. epist. 5.*[t] *Nolite dominari in cleris, sed forma facti gregis.* Non constituit igitur Christus Petrum, dominum super Ecclesias, Archiepiscopum, Patriarchas, Episcopos, aut alios, qui sint Archiepiscopi, Patriarchæ, sive Primates, aut Galeatis aut Cappatis à Petro ordinati sint; quibus omnes Christiani sub pœna mortis, obedire cogantur.

III. Quia Petrus, haud dubiè functionem sibi à Christo mandatã verè & integrè functus est: [illegible] Christi minister; ac sincerè oves Christi pavit. Non [illegible] fuit, cum neq; voluisse dominari Apostolos de clero, [illegible] cæteris Presbyteris ea quibus appellat eum in [illegible] terum, *1. Pet. 5.*[u] Nutrite minimè gladium, & politicã [illegible] nem, sibi usurpãsse; & Reges ac Cæsares sibi subjectos [illegible] rendisse: quin potiùs mãdasse Christianis omnibus; ut [illegible] suis magistratibus subjecti. *1. Pet. 2.*[x] Si igitur Petrus [illegible] suã functione functus est; neq; tamen superioritatem [illegible] Apostolos usurpavit: imò etiam patienter Pauli [illegible] tionem, tanquam inferior, tulit; neq; politicam gubernationem sibi rapuit: sequitur necessariò, quòd illa non pertinuerint ad Petri officium.

IV. *Act.*[b] scriptum est, quòd Apostoli miserint Johannem & Petrum in Samariam. Non mittit autem inferior superiorem; sed cõtrà. Quare sequitur Petrum non fuisse super omnes Apostolos dominum: sed singulis Apostolis æqualem; toto autem Concilio inferiorem.

V. Illud verò in-primis observandum est; quòd, postquam Christus dixerit ad Petrum, *Tues Petrus, &c.* [illegible] orta est inter Apostolos dubitatio, & cõtentio de primatu, quisnam primus inter eos esse in-posterum deberet: ut semel, *Luc. 22.*[c] jam in ultimâ cœna. Quæ profectò dubitatio & contentio orta non fuisset: si Christus semel unum reliquis omnibus præfecisset. Ad hæc, & Christus eis respondisset; se jam unum Petrum semel cæteris præposuisse, ei reliquos omnes obtemperare debere; nec de re à se penitus conclusâ adhuc litigare. Verùm ille ibidem, *Luc. 22.*[d] contrariũ respondet: neminẽ illorũ debere alteri præferri; verũ omnes sibi mutuò, ac omnibus aliis Christianis, promptè ministrare. Sed adscribam & verba Evangelistæ: *Orta est autem & contentio inter eos; quis eorum videretur esse major. Dixit autem eis: Reges gentium dominantur eis; & qui potestatem habent in eos, benefici vocantur. Vos autem non sic: sed, qui major est in vobis, fiat æqualis juniori; & qui princeps est, æqualis ministranti. Nam uter major est? qui accubat, an qui ministrat? nonne qui accumbit? Ego in medio vestrùm sum, ut qui ministrat.* Hinc igitur manifestè apparet: tum Petro ante passionem non fuisse datũ primatum; tum etiam Christum planè noluisse constitui superioritatem inter Apostolos, & penitùs istam Antichristi ambitionem damnãsse.

VI. Christus dicit ad discipulos, *Johannis 20.*[e] *Sicut me misit Pater; ità & ego mitto vos.* Certo certius est, Christum non missum à Patre, ut constituat regna ac politias; nec habuisse gladium politicum. Negat enim, suum regnum esse de hoc Mundo;[f] aut se hic constitutũ judicem. Igitur nec ullus Apostolorum, aut Christi vicarius, debet [illegible] quam tale usurpare; quod ipsi Christo à Patre [illegible] tum non fuit. Adhæc, eodem jure dicit se [illegible] nulli igitur dat aliquam prærogativam.

VII. Quod attinet ad locum *Matt. 16.*[g] *Tu es Petrus, & super hanc petram, &c.* haud dubiè verissima [illegible] tio Pauli, Augustini in multis locis, Hieronymi, Lyrani super hunc locum, & Esaiæ [illegible] Petrus qui dicit, *Petra erat Christus.* Super Christum enim, qui est firma petra non super Petrum, ædificata est Ecclesia: qui etiam post [illegible] fionem Christi perniciosè [illegible] paulò pòst *Satanæ* appellatus fit. [illegible] memorum ædificii Ecclesiæ poni, [illegible] præter Christum. Quod porro [illegible] dale clavis regni Petro scripturis [illegible] dirigatur, [illegible] promissum, [illegible]

VIII. Ita

[o] *ver. 7. 8.*
[p] *vers. 9.*
[q] *vv. 16. 17.*
[r] *Matth. 20. vers. 25. &c.*
[s] *Luc. 22. ver. 24.*
[t] *Matth. 23. ver. 8. 9. 10.*
[u] *v. 1. 2.*
[x] *vers. 1.*
[a] *vers. 2.*
[b] *vers. 14.*
[c] *vers. 24.*
[d] *vers. 25. &c.*
[e] *vers. 21.*
[f] *Joh. 18. vers. 36. & Luc. 12. ver. 14.*
[g] *vers. 18.*
[h] *vers. 19.*
[i] *vers. 23.*
[k] *vers. 18.*
[l] *Matt. 16. vers. 19.*
[m] *vers. 23.*

VIII. Ista quæstio dudum à Paulo definita est. Nam Pseudoapostoli quidam, inimici justitiæ gratuitæ Christi; tempore Apostolorum, omnes Ecclesias, piè à Paulo institutas, hoc potissimùm telo infesti, perturbabant: *Petrus & Jacobus sunt supremi Apostoli: illi cum Domino Jesu multùm versati; & ab eo, tanquam principes Apostolorum, plurimi facti sunt: illa potiùs credendi est, quàm Paulo, qui eo nullo modo par est. Nos porrò simus illorum discipuli; jam verò ab eo venimus: sic illi servant & docent. credite nobis, &c.* Contra hos seductores, justitiæque Christi subversores, acerrimè pugnat Paulus, *ad Galatas*[n] *& Corinthios*: [o] contendens, se nullam prorsus superioritatem, vel Petri, vel aliorum, agnoscere; se docere sinè Petri ordinatione aut permissione: se nihil ab eo didicisse aut accepisse: se adeò non agnoscere eum superiorem; ut etiam in faciem coram plurimis ausus sit eum objurgare: neq; se, neq; Petrum, esse dominum Ecclesiæ, nec pro eâ crucifixum; sed omnes Apostolos ex æquo esse Ecclesiæ ministros: Ecclesiam verò esse Christi, Christum autem Dei.

IX. Quòd Paulus, cùm toties faciat mentionem capitis Ecclesiæ, nusquam Petri meminerit: *1.Cor.12.*[p] *Ephes.1.* *Col.1.*[q] *& 2.*[r] Et quidem Petrus ipse, *1.epist.2.*[s] Christum angularem lapidem Ecclesiæ facit.

X. Refert *Eusebius*,[t] *ex 6. & 7. Hypotyp. Clementis*; quòd Dominus, post resurrectionem, scientiam tribuerit Jacobo Justo, & Johanni, & Petro: ii verò reliquis Apostolis tradiderint; & Apostoli septuaginta discipulis. Quod si verum est: satis indè apparet; Jacobum Justum, Johannem & Petrum æquales à Christo esse constitutos; & nulli primatum sigillatim competere.

XI. Paulus *2.Thess.2.*[x] docet, Antichristum sessurum in templo Dei, hoc est, in Ecclesiâ; & se-ipsum ostentaturum esse Deum; seq; elaturum adversùm omnem prædicatum Deum aut cultum: hoc est, Antichristum affectaturum primatum super omnes Ecclesias, & super Magistratum; depravaturum doctrinam Christi, & corrupturum & deformaturum sacramenta à Christo instituta. Quòd si Paulus sciviſſet; Petro, ejusq; successoribus, divinitùs primatum esse concessum: nõ Antichristum, Diaboli filium, ejusmodi notis insigniret. Quare necesse est, aut Petrum non universalem Ecclesiæ Episcopum divinitùs constitutum; aut ipsissimum Antichristum fuisse.

¶ *Deinde*, neq; Hierosolymitanam Ecclesiam super alias accepisse primatũ; patet ex eo: quòd ea urbs vastata est prorsus, Ecclesiâ illâ in Pellam migrãte. itèm, quòd non ipsi Apostoli; sed Jacobus, & Simeon Cleophæ, ibi fuerint Episcopi. *Euseb.*[y]

Nec Antiochenã gessisse primatum; ex eo apparet: quòd, in cõtroversiâ de Lege, ad judiciũ Apostolorũ appellat; & quòd literæ Synodales ei nullam majoritatem præ aliis attribuunt: *Act.15.*[z] Ministri etiam ejus Ecclesiæ, ut Evodius & Ignatius, Episcopi & gubernatores *ab Euseb.*[a] appellantur.

Ephesina Ecclesia præclaros quidem habuit doctores; Paulum, Tychicum, Timotheum, & alios: sed tamen primatum ei nullum, super omnes terrarum Ecclesias, Paulus tribuit; *Eph.1.*[b] *& 6.*[c] nec Timotheo, quẽ ibi reliquit. *1.Tim.1.*[d] Vel leviter saltèm moneret eâ de re: cùm tamen ei ex professo præcepta tradat, quomodo debeat versari in Ecclesiâ, tanquam in domo Dei. *1.Tim.3.*[e]

De Romanâ quid dicemus? Paulus & Petrus Romæ à Nerone interfecti, & sepulti dicuntur; *teste Tertull. & Caio apud Euseb.* At, ut neutri illis primatũ super omnes Apostolos & Ecclesias acceptum; & uterq; docuit, eam fore Antichristi notam: *2.Thess.2.*[f] *& 1 Pet.2.*[g] ità nec ad eũ locum, & ad eã Ecclesiam, & successores Episcopos, œcumenicum primatum affixisse, ullo fide-digno teste probatur. sed contrariũ constat ex Actis Apost. & Epist. Pauli ad Romanos, & aliis; & ex ipsissimis Petri epistolis. Nam, si quid Lucas eâ de re novisset: absq; dubio Ecclesiã Romanã singulari titulo ornâsset. Sed, tanquã ignarus, Romanam Ecclesiam esse omnium aliarũ caput, tantùm dicit: Paulum Romã venisse; & à fratribus, obviàm usq; ad Appii forũ & tres Tabernas prodeuntibus, exceptum esse. *Act.28.*[h] Nec Paulus, cùm scribat ad Romanos, indicat, eam Ecclesiã debere primatũ gerere super alias omnes; sed, quasi præcius futurorum, fideliter eos monet; ne sint arrogantes, & ne se super alios efferant: *Rom.12.*[i] & ut obediãt magistratibus; nec resistant ordinationi divinæ, ad sejunctionem gladii rapientes: *Rom.13.*[k] nec præceptis de observatione dierũ, & de discrimine ciborum, judicent & perturbẽt infirmos fratres: *Rom.14.*[l] *& 15.*[m]

Quũ esset Romæ Paulus in carcere; plures ibi scripsit literas; quas ad Ecclesias passim misit. verùm in iis nusquã meminit primatûs ejus Ecclesiæ. Quod omnino fecisset; si quidã existimãsset, de necessitate salutis esse, eã Ecclesiã, ejusq; Episcopũ, pro capite Ecclesiæ Christi agnoscere, & colere.

Petrus certè debuisset Ecclesiis in Ponto, & Galatiâ, & Cappadociâ, & Asiâ, & Bithyniâ, indicare; se Romanam Ecclesiã, ejusq; Presbyterũ, universalem ordinare Episcopũ, caput Ecclesiæ, & vicarium Christi, utrumq; gladium gerentem. Sed nihil legas eâ de re in ejus priori epistolâ. Posterior ad omnes Ecclesias videtur scripta; & sub finem vitæ Petri. at nihil eâ dicit de Lino, aut Cleto, aut Clemẽte, Romanæ Ecclesiæ Episcopis; quòd pro summo vicario Christi, & capite Ecclesiarum omnium, agnosci & observari debeant. Imò vetat, ne dominium in cleros exerceant Presbyteri: *1.Pet.5.*[n] & fallos doctores se-se supra Ecclesiam elaturos, & magistratum contemturos, hoc est, utrumque gladium affectaturos, dicit. *2.Pet.2.*[o]

Nec Johannes Apostolus, in suis epistolis, ullius primatûs, sive Romanæ, sive aliarum Ecclesiarum, meminit: imò *epist.3.*[p] Diotrephen, affectantem primatum in Ecclesiâ, & excommunicatione abutentem, redarguit. Idem Johãnes, sub Domitiano, Apocalypsin (teste *Irenæo*) vidit; cùm jam Petr[us] & Paul[us] essent mortui. *& Apoc.2. & 3. capitibus* dictante Christo, scribit septem epistolas, ad Episcopos & Ecclesias septẽ in Asiâ. ibi sanè non desiisset Christũ & Johannem, celare Ecclesias illas; quòd debeãt agnoscere Romanã Ecclesiã, ejusq; Episcopũ, pro universali capite. Ac nullum eâ de re in iis fit verbũ, de alio capite Ecclesiæ; quàm de ipso Christo, sedente ad dextrã Dei, & adhuc gubernante suam Ecclesiam. Refert *Eusebius*[q] *ex Clemente*; Johannẽ, ab exilio revocatum, moderatũ esse Ecclesias Asianas; & cõstituisse passim Ecclesias, & ordinâsse Episcopos. Id verò omninò fuisset crimen læsæ majestatis, & in alienã messem mittere falcẽ: si Romanus Episcopus solus ordinãdi Episcopos potestatẽ habuisset in Asiâ, & in toto orbe terrarũ. Idem *Eusebius*, cùm de successione in Romanâ Ecclesiâ loquit[ur], dicit,[r] Linũ Romanæ Ecclesiæ episcopatũ sortitũ esse; & non, Ecclesiarũ totius orbis terrarũ: [s] & eundẽ Romanæ Ecclesiæ ministeriũ Anacleto tradidisse: [t] & Clementem Anacleto, Romanæ Ecclesiæ Episcopo, successisse.

Quàm verò nugaces sint *Epistola Clementis ad Jacobum*, de tui ordinatione; sequenti libro dicetur.

¶ *Postremò*, Angelus Dei Johanni apertè indicat; eam urbem, quæ teneat imperium in Reges terræ, (hoc est, Romam) sedem esse meretricis Babylonicæ, seu Antichristi: *Apoc.17.*[u] Antichristum autem, suum primatum à Diabolo accepturum; Paulus prædixit, *2.Thess.2.*[x] Non ergo Dei; sed Diaboli jure, Romanæ Ecclesiæ, à Paulo, & Johanne, & Petro, tribuitur primatus.

¶ Mutuis aũt officiis Ecclesias, etiã diversarũ provinciarũ, in causis cõmunibus, propter charitatẽ, se juvisse; *primã* indè patet; quòd præceptũ Pauli omnibus piis cordi fuit; *Eph.4.*[y] quo mandat, ut singuli studeãt se invicem tolerare per charitatẽ, & servare unitatem spiritũs per vinculum pacis: hoc est, ut in doctrinâ consentiant omnes; & fideliter mutuis officiis inserviant. *Deinde* etiam exempla idem comprobant. Nam Ecclesiæ in Macedoniâ & Achaiâ, fecerunt cõmunicationem in pauperes sanctos Hierosolymitanos: *Rom.15.*[z] *1.Cor.16.*[a] *2.Cor.8.*[b] *9.*[c] Itèm, Ecclesiæ in diversis locis; se-se invicem salutarunt per literas. Nam Ecclesia, quæ Babylone erat, per Petrum salutat Ecclesias in Ponto, Galatiâ, Asiâ, Bithyniâ, Cappadociâ *1.Pet.5.*[d] Ecclesiæ Christi salutant Romanã: *Rom.16.*[e] Ecclesiæ Asiæ salutant Corinthiacam: *1.Cor.16.*[f] Hebræas Ecclesias salutant Itali. *Heb.13.*[g]

Schismatibus & dissensionibus, in unâ aliquâ exortis, mederi conatæ sunt aliæ. Nam *Eusebius*[h] narrat; quòd, cùm sub Domitiano suscitata esset Corinthi dissensio; Clemẽs,

tanquam

i vers.9.
k vers. .
l vers.1
m vers.1 & 2.

n cap.1. & 2.
o 1.epist.1. & 3.

p ver 13.
q ver. 22
r ver. 18
s vers.10.
t vers.6.
u l. 2. c.1

x vers 4.

y lib.2. ca.1 & l.3.c.11.

z vers.2. & 23
a lib 3.c.22.

b ver.1.
c vers 23. 24.
d vers.3.
e vers.15.

f vers.4.
g vers 3.

h vers.14. 15.

n vers 3.

o ver 10 & 16

p vers 9 10.

q li 3. ca 2.

r li.3 ca.2.

s lib.3.ca.13

t lib 3. cap. 14.

u ver 18
x vers 9.

y vers.2.3.

z vers.26.
a vers.3.
b vers.1. 2.
c vers.5.
d ver.13.
e vers.16.
f vers 19.
g ver.24

h Lib 3 c.16 & li.5. c.6

tanquam è Romanâ Ecclesiâ, sed eam quæ Corinthi erat, exaverit gravissimis literis; quibus ad pacem & veritatis agnitionem fuit revocati.

In refutandis & excommunicandis Hæreticis, etiam Ecclesias per diversa loca mutuas navâsse operas; indè conjici potest, quòd Eusebius[1] testatur; hæreses (nempe Menandri, Ebionitarum, & Nicolaitarum) hoc sæculo ortas, dicto citiùs extinctas esse. Id verò non esset factum: nisi Ecclesiæ, earumq; doctores, passim eas refutassent; & alios monuissent, ut ab eorum fanaticis opinionibus sibi caverent.

Ad eligendos & ordinandos Episcopos, in illustri aliquo loco, plures ex diversis locis, sive Apostolos, sive post eos Presbyteros, convenire solitos; ex rumore (si quid ei tribuendum est, quem Eusebius[k] recitat) conjecturam facere licet. Dicit enim; *vulgari rumore ferri, quòd post martyrium Jacobi, & vastationem Hierosolymorum, Apostoli, & discipuli Domini, qui tùm fuerint adhuc in vitâ superstites, in unum undique, unà cum cognatis Domini secundùm carnem, sint congregati; & consilium ceperint de eo, quem Jacobo in ministerio Hierosolymis substituerent: & quòd communi consensu Simeonem, Cleophæ filium, sedi patriæ Hierosolymitanæ* (ut Eusebius loquitur) *dignum judicarint.*

Aliæ aliis commendarunt fideles doctores, & Ecclesiæ ministros. *Act. 18.*[l] *Cùm Apollo vellet ire in Achaiam, exhortati fratres scripserunt discipulis, ut susciperent eum: qui cùm venisset, contulit multum cum his, qui crediderunt per gratiam.*

Ecclesiæ etiam solebant, tùm Apostolos, tum eorum collegas, tum alios doctores, ad se venientes, excipere reverenter; & omnibus officiis pietatis juvare & promovere. Sic Ecclesia Corinthiaca Titum, Corinthum ad Paulum in Macedoniam tranſeuntem, cum timore ac tremore excepit; eiq; obedivit: *2. Cor. 7.*[m] Monet etiam eundem Paulus; ut curet, quò Ecclesiæ illæ Cretenses discant bonis operibus præesse, ad necessarios usus: & ut studiosè Zenas & Apollo deducantur. *Tit. 3.*[n] Et Johannes commendat Gaium; quòd eos, qui profecti erant ad prædicandum Gentibus, dignè Deo deduxerit. *epist. 3. Johannis.*[o]

CANONES APOSTOLORUM, EX *vetustis & catholicis codicibus descripti.*

DE rebus ad gubernationem Ecclesiæ pertinentibus, Apostoli certos quosdã canones tradiderunt: quos ordine subjiciemus.

Canon de Gradibus.

Christus dedit alios quidem Apostolos; alios verò Prophetas; alios autem Euangelistas; alios autem Pastores ac Doctores: ad instaurationem Sanctorum, in opus administrationis; in ædificationem corporis Christi: donec perveniamus omnes in unitatem fidei. *Eph. 4.*[p]

Canon de variis generibus Donorum.

Huic per Spiritum datur sermo sapientiæ: alii verò sermo scientiæ, secundùm eundem Spiritum: alii verò fides, per eundem Spiritum: alii verò dona sanationum, per eundem Spiritum: alii verò efficaciæ potentiarum; alii verò prophetia; alii verò discretiones spirituum; alii verò genera linguarum; alii verò interpretatio linguarum. Sed omnia hæc efficit unus ille & idem Spiritus, dividens peculiariter unicuique, sicuti vult. *1. Cor. 12.*[q]

Canon de Usu donorum.

Unusquisq; accepit donum; ità alius in alium illud administret, ut boni dispensatores variæ gratiæ Dei. Si quis loquatur, loquatur ut eloquia Dei: si quis ministrat, ministret ex virtute, quam suppeditat Deus: ut in omnibus glorificetur Deus, per Jesum Christum: cui est gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen. *1. Pet. 4.*[r]

Canon de Apostolis.

Euntes docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti: docentes eos servare omnia, quæcunq; præcepi vobis. *Matth. 28.*[s]

Eritis mihi testes, non solùm Hierosolymis; verùm etiam per universam Judæam Samariamque, denique usq; ad extremum terræ. *Actor. 1.*[t]

Canon de Episcopis, seu Presbyteris.

Si quis Episcopi nomine [illegible]

[1] *lib. 3. c. 29.*
[k] *Lib. 3. c. 11.*
[l] *vers. 27.*
[m] *vers. 14. 15.*
[n] *vers. 8. & 13.*
[o] *vers. 6.*
[p] *vers. 11. 12. 13.*
[q] *vers. 8. &c.*
[r] *vers. 10. 11.*
[s] *vers. 19. 20.*
[t] *ver. 8.*

deram. Oportere igitur Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris maritum, vigilantem, sobrium, modestum, hospitalem, aptum ad docendum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum: sed æquum, alienum à pugnis, alienum ab avaritiâ: qui suæ domui bene præsit; qui liberos habeat in subjectione, cum omni reverentiâ. Quòd-si quis propriæ domui præesse non novit: quomodo Ecclesiam Dei curabit? Neophytum item: ne inflatus in condemnationem incidat calumniatoris. Oportet autem & illum bonum habere testimonium ab extraneis: ne in probrum incidat, & laqueum calumniatoris. *1. Tim. 3.*[u] Item: Oportet Episcopum irreprehensum esse, tanquam Dei dispensatorem: non præfractum, non iracundum, non vinosum, non percussorem, non turpiter lucri deditum: sed hospitalem, bonarum rerum studiosum, sobrium, justum, pium, temperantem; tenacem, qui secundùm doctrinam est, fidelis sermonis: ut potens sit etiam exhortari per doctrinam sanam; & contradicentes convincere. *Tit. 1.*[x]

Canon de Diaconis.

Ministros itidem compositos: non bilingues, non multo vino deditos, non turpiter lucri avidos: tenentes mysterium fidei cum purâ conscientiâ. atq; hi probentur primùm deinde ministrent sic, ut nemo possit illos criminari. Uxores similiter modestas; non calumniosas: sobrias, fidas in omnibus. Diaconi sint unius uxoris mariti: qui liberis rectè præsint, & propriis familiis. Nam, qui bene administraverint; gradum sibi bonum acquirunt, & multam libertatem in fide, quæ est in Christo Jesu. *1. Tim. 3.*[y]

Canon generalis, de Officio ministrorum Ecclesiæ.

Obtestor igitur coram Deo, & Domino Jesu Christo, qui judicaturus est vivos & mortuos, in apparitione sua, & in regno suo: prædica sermonem; insta, tempestivè, intempestivè: argue, increpa, exhortare, cũ omni lenitate & doctrinâ: *2. Tim. 4.*[z] Item: Loquere, & hortare, & argue, cum omni præcipiendi studio. *Tit. 2.*[a]

Canon specialis, de Lectione sacrarum literarum.

Attende lectioni. *1. Timoth. 4.*[b] Sacræ literæ possunt te eruditum reddere ad salutem, per fidem, quæ est in Christo Jesu. Omnis scriptura divinitùs inspirata, & utilis ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem; ad institutionem quæ est in justitiâ: ut integer sit Dei homo, ad omne opus bonum apparatus. *2. Timoth. 3.*[c] Idem Canon *Rom. 15.*[d] repetitur, & *2. Pet. 1.*[e]

Canon de Modo docendi.

Formam habeto sanorum verborum, quæ à me audisti, cum fide & charitate, quæ est in Christo Jesu. Egregium depositum servato, per Spiritum sanctum, qui inhabitat in nobis. *2. Timoth. 1.*[f] Stude te-ipsum probatum exhibere Deo, operarium non-erubescendum, rectè-secantem verbum veritatis. Cæterùm profanas vocum inanitates prætermittito: ad majorem enim proficient impietatem. *2. Timoth. 2.*[g] Stultas & indoctas quæstiones respue, sciens eas parere pugnas. *2. Timoth. 2.*[h] Stultas quæstiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legales, omitte; sunt enim inutiles, & supervacaneæ. *Tit. 3.*[i] Profanas & aniles fabulas rejice. *1. Tim. 4.*[k]

Canon de summâ Euangelii.

Certus sermo, & dignus, quem modis omnibus amplectamur: quòd Christus Jesus venit in Mundum, ut peccatores salvos faceret; quorum primus ego sum. Verùm ideò misericordiam sum adeptus; ut in me primo ostenderet Jesus Christus omnem clementiam: ad exprimendam exemplar iis, qui credituri essent in ipso, in vitam æternam. *1. Tim. 1.*[l]

Magnum est pietatis mysterium. Deus manifestatus est in carne; justificatus est in spiritu; visus est Angelis; prædictus est Gentibus; fides illi habita est in Mundo; receptus est in gloriâ. *1. Tim. 3.*[m] Memento, [illegible] Jesum Christum resurrexisse à mortuis, ex semine David, secundùm Euangelium meum. [illegible] sanorum

[u] *vers. 1. &c.*
[x] *vers. 7. & 9.*
[y] *vers. 8. &c.*
[z] *vers. 2.*
[a] *vers. 15.*
[b] *ver. 15. 16. 17.*
[c] *cap. 4.*
[d] *vers. [illegible]*
[e] *vers. 12. 14.*
[f] *vers. 13. 14.*
[g] *vers. 15. 16.*
[h] *ver. 23.*
[i] *vers. [illegible]*
[k] *vers. 7.*
[l] *vers. 15. &c.*
[m] *vers. 15. &c.*

[illegible]

Canon de subordinatione subditorum.

Seniores, qui sunt inter vos, obsecro consenior, et testis Christi passionum, qui et communicator sum futuræ gloriæ, quæ revelabitur in tempore. 1 Pet. 5.[a]

Canon de subordinatione juniorum.

Seniores Diaconi, qui præsunt rectè, duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in verbo et doctrina. 1 Tim. 5.[b] Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in verbo et doctrina. Dicit enim Scriptura: Non alligabis os bovi trituranti. Et: Dignus est operarius mercede sua. Adversus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus. Peccantes coram omnibus argue, ut cæteri timorem habeant. Testificor coram Deo et Christo Jesu, et electis angelis, ut hæc custodias sine præjudicio, nihil faciens in alterutram partem declinando. Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis. 1 Tim. 5.[c]

Seniorem nolite increpare, sed obsecrate, ut patrem: juniores, ut fratres: seniores non-graviores, ut matres: juniores, ut sorores, in omni castitate. 1 Tim. 5.[d]

Canon de Ordine Sacerdotum.

Sunt multi inobedientes, et vaniloqui, et seductores; maximè qui de circumcisione sunt: quibus oportet obturare os, qui universas domos evertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia. Dixit quidam ex ipsis, propria quidam propheta Cretensium: Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri. Testimonium hoc est verum. Quam ob causam increpa eos durius: ut sani sint in fide, non intendentes Judaicis fabulis, et præceptis hominum, aversantium veritatem. Tit. 1.[e]

Canon de Presbyteris, de quibus alibi scribitur.

Quorundam hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad judicium; quosdam verò et subsequuntur. Similiter et bona opera annè manifesta sunt: et ea, quæ secùs habent, occultari non possunt. 1 Tim. 5.[f]

Canon de notoriis Peccatoribus.

Eos qui peccant, coram omnibus argue, ut cæteri timorem habeant. 1 Tim. 5.[g]

Canon de non accusandis presbyteris absque testibus.

Obsecro te coram Deo, et Domino nostro Jesu Christo, et electis Angelis, ut hæc custodias sine præjudicio, nihil faciens in alterutram partem declinando. Adversus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus. 1 Tim. 5.[h]

Canon de Continentia Presbyterorum et Audientium feminarum.

Per multas afflictiones oportet nos intrare in regnum Dei. Act. 14.[i]

Omnes, qui volunt piè vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur. 2 Tim. 3.[k]

Arbitror, quòd Deus nos, qui sumus Apostoli postremi, ostendit tanquam mortis addictos. Quoniam spectaculum facti sumus Mundo, et Angelis, et Hominibus. Nos fatui propter Christum; vos autem prudentes in Christum: nos infirmi; vos autem validi: vos clari; nos contemti. Ad hanc horam esurimus, et sitimus, et nudi lumbis, et colaphis cædimur, et instabiles vagamur sedibus, et laboramus operantes propriis manibus: maledicimur, et benedicimus: persecutionem patimur, et sustinemus: blasphemamur, et obsecramus: tanquam purgamentum hujus mundi facti sumus, omnium peripsema usque ad hanc horam. 1 Cor. 4.[l]

Canon de Castitate in viro.

Castum in afflictionibus. 2 Tim. 2.[m] Et ornatum Evangelii, juxta potentiam Dei. 2 Tim. 1.[n]

Canon de Continentia.

Sic et vestrum alligatum, ut bonum agonem agas, ut lucha... Nemo autem Christi... Deum in pace... 1 Tim. 4.[o]

Canon de [illegible] propter exemplaria gregis.

Sis exemplaria gregis. 1 Tim. 4.[p] Et omnes... prehens formam... vicem, ... 1 Tim. 4.[q] ... [illegible]

Canon de Obedientia Presbyterorum.

Obedite præpositis vestris, et cedite eis. Ipsi enim pervigilant pro animabus vestris, tanquam rationem reddituri: ut cum gaudio hoc faciant, et non gementes. Hæc enim inutile vobis. Hebr. 13.[r] Rogamus vos, fratres, noveritis eos, qui laborant inter vos, et præsunt vobis in Domino, et commonent vos: ut habeatis illos abundantius propter opus eorum. In pace... cum illis. 1 Thess. 5.[s]

Canon de [illegible] presbyteris.

In cathedrâ Moysis [illegible]. Quæcumque ergo dixerint vobis, facite et servate: secundùm verò opera eorum nolite facere. Dicunt enim, et non faciunt. Matth. 23.[t]

Canon de Ordinationibus.

Manus cito nemini imposueris; neque communicaveris peccatis alienis. 1 Tim. 5.[u]

Alius canon de Ordinatione.

De traditione divinâ, et apostolicâ observationi, servandum est, &c. ut ad ordinationes non celeriter adsumantur, nisi quem plebem, cui præponitur, ordinator, et provinciæ proximi quique comprobaverint, et electus fuerit, plebe præsente, quæ singulorum vitam penitùs novit, et omnis cujusque actum plenissimè perspexerit.[v]

Canon de probandis spiritibus et fidelibus.

Quod [illegible] Ne cuivis [illegible] fias. Per [illegible] qui confitetur [illegible] et. Et omnis spiritus, qui solvit Jesum, ex Deo non est: et hic est Antichristus. 1 Joan. 4.[w]

Canon de præcipuis virtutibus [illegible] ministerium.

Si peccaverit in te frater tuus, vade, et argue eum inter te et ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si verò te non audierit, adhibe tecum adhuc unum aut duos; ut in ore duorum aut trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit eos: dic Ecclesiæ. Quod si Ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Matth. 18.[x]

Canon de Continentia viduæ.

[illegible] et reminiscitur vobis, nolite [illegible] omnium hominum. Luc. 6.[y] Tuas autem [illegible] nie Domine, quoties peccabit in me frater meus, et dimittam ei? numquid septies? Dicit tibi Jesus: Non tibi, sed septies in die septies. Dicit tibi Jesus: Non tibi, sed septies in die septies. Considerate vobis metipsis, ne [illegible] quæretis. Gal. 6.[z]

Canon de [illegible] et continentia [illegible].

Quæ [illegible] Dei [illegible] Dei [illegible] Dei

[illegible] Ecclesiæ, & peccatis per eum admissis. *Tit.* [illegible]

Considera ne per [illegible] & odiosa contra delictum, [illegible] declinatis ab illis. *Heb.* [illegible] Exercitatio [illegible] Ghellonum fermonis, per hoc vocatis & per blandiloquentiam, & [illegible] [illegible] [illegible] *Rom.* 16.

Cæterùm, etiamsi nos, aut Angelus è cœlo, prædicaverit vobis Evangelium, præterid quod prædicavimus vobis, anathema sit. *Gal.* 1.

Canon de excommunicandis aliis notoriis Peccatoribus.

Si quis, cùm frater appelletur, fuerit fœrator, aut avarus, aut simulacrorum cultor, aut convitiator, aut ebriosus, aut rapax: cum ejusmodi ne cibum quidem capiatis. *Et posteà:* Profligate istum, qui malus est, ex vobis-ipsis. *1 Corinth.* 5.

Præcipimus autem vobis, fratres, &c. ut subducatis vos ab omni fratre, qui se inordinatè gerit; & non juxta institutionem, quam accepit à nobis. *Et posteà:* Quòd-si quis non obedit sermoni nostro; per epistolam hunc indicate: & ne commercium habeatis cum illo; ut pudore suffundatur: neq; velut inimicum habeatis; sed admonete ut fratrem. *2 Thessal.* 3.

Canon de recipiendis Lapsis.

Sufficit istiusmodi homini increpatio hæc, quæ facta est à pluribus; adeò ut è diverso magis condonare debeatis, & consolari: ne quo modo fiat, ut immodico dolore absorbeatur hujusmodi. Quapropter obsecro vos, efficite, ut valeat in illum charitas. *2 Cor.* 2.

Si præoccupatus fuerit aliquis homo in aliquo delicto; vos, qui spirituales estis, instaurate hujusmodi, spiritu mansuetudinis. *Galat.* 6.

Canon de absolutione & ligatione Peccatorum.

Accipite Spiritum sanctum. Quorumcunque remiseritis peccata, erunt remissa: quorumcunque retinueritis peccata, erunt retenta. *Johan.* 20.

Amen dico vobis; quæcunq; ligaveritis super terram, erunt ligata in cœlo: & quæcunq; solveritis super terram, erunt soluta in cœlo. *Matth.* 18.

Canon generalis, de ingressu in Congressibus fieri debeant.

Omnia ad ædificationem fiant. *Item:* Omnia decenter & secundùm ordinem fiant. *1 Cor.* 14.

Canon, quòd in Ecclesiâ ad populum utendum sit linguâ vulgari, & non ignotâ.

Qui loquitur linguâ, se-ipsum ædificat: at qui prophetat, (hoc est, Scripturam interpretatur & exponit) congregationem ædificat. *Item:* Sivequis linguâ loquitur; fiat [illegible] ad summum ternos: idque vicissim, ut unus [illegible] Quòd-si nō sit interpres; taceat in Ecclesiâ: [illegible] sibi-ipsi loquatur, & Deo. *1 Cor.* 14.

Canon, quòd Doctores Ecclesiæ suam doctrinam debeant subjicere judicio Ecclesiæ, & aliorum rectè-sentientium.

Prophetæ verò duo aut tres loquantur: & cæteri dijudicent. Porrò, si alii fuerit revelatum assidenti; prior taceat. Possetis enim singulatim omnes prophetare: ut omnes discant, & omnes consolationem accipiant. & spiritus prophetarum prophetis subjiciuntur. *1 Cor.* 14.

Canon de Baptismo Infantum.

Arguebantur illum pueros; ut tangeret illos. Discipuli verò increpabant eos, qui adducebant. Cùm vidisset autem Jesus, indignatus est, & dixit illis: Sinite pueros venire ad me; ne prohibueritis illos: talium enim est regnum Dei. Amen dico vobis; Quicunq; non acceperit regnum Dei, [illegible] [illegible] Insuper & benedicebat eis, [illegible] *Marc.* 10.

[illegible]

[illegible]

[illegible] *Quòd Mulier velato capite [illegible] & non.*

Omnis autem mulier orans aut prophetans non velato capite, dehonestat caput suum. Alioquin tondeatur mulier [illegible] *1 Cor.* 11. Quòd-si tonderi aut radi, turpe est mulieri, [illegible] velet. *1 Cor.* 11.

Quòd Viri nudo capite, cum orant, cum prophetant in Ecclesiâ, debeant.

Omnis vir orans aut prophetans, quicquam habens in capite, probro afficit caput suum. *1 Cor.* 11.

Canon de communibus Precibus.

Ante omnia fiant deprecationes, obsecrationes, interpellationes, gratiarum-actiones, pro omnibus hominibus; pro Regibus, & omnibus in eminentiâ constitutis: ut placidam ac quietam vitam degamus cum omni pietate & honestate. *1 Tim.* 2.

Canon de Verbi Dei studio & usu, & Psalmodiâ.

Sermo Christi inhabitet in vobis opulenter, cum omni sapientiâ: docetcq; & commonete vosmet invicem canticis & laudibus, & cantilenis spiritualibus, cum gratia canentes in corde vestro Domino. *Col.* 3. & Implemini spiritu, loquentes vobis-ipsis per psalmos, & hymnos, & cantiones spirituales; cantentes ac psallentes in corde vestro Domino: gratias agentes semper de omnibus, in nomine Domini nostri Jesu Christi. *Ephes.* 5.

Canon de Confessione veræ doctrinæ.

Sitis parati, ad respondendum cuilibet petenti; ut loquamini de eâ, quæ in vobis est, spe, cum mansuetudine & reverentiâ, conscientiam habentes bonam. *1 Petr.* 3.

Canon generalis, de Vocationibus.

Unusquisq; in eâ vocatione, quâ vocatus fuit, maneat. Servus vocatus es? ne sit tibi curæ: quinetiam, si potes liber fieri, potiùs utere. Etènim, qui in Domino vocatus est servus, libertus Domini est. Similiter & qui liber vocatus fuit, servus est Christi. *1 Cor.* 7.

Canon de Matrimonio.

Honorabile est inter omnes conjugium, & cubile immaculatum. *Hebr.* 13. Propter stupra vitanda, suam quisque uxorem habeat; & suum quæq; virum habeat. *Item:* Qui se non continent, nubant. nam satius est, matrimonium contrahere; quàm uri. *1 Cor.* 7.

Canon de Divortio.

Dico vobis: quòd, quicunq; repudiârit uxorem suam, nisi ob stuprum; & aliam duxerit; is committit adulterium. Et qui repudiatam duxerit, is adulterium committit. *Matth.* 19.

Uxor à viro non separetur. Quòd-si separata fuerit, maneat innupta, aut marito reconcilietur. & maritus uxorem ne dimittat. *1 Cor.* 7.

Canon de Conjugio Christiani & Infidelis.

Si quis frater uxorem habet infidelem; & hæc [illegible] ut habitet cum illo: ne dimittat eam. Et mulier [illegible] maritum infidelem; & is assentitur, ut habitet [illegible] dimittat illum. Sanctificatus enim est maritus [illegible] per uxorem; & sanctificata est uxor [illegible] Alioqui filii vestri immundi essent: nūc [illegible] Quòd-si incredulus discedit; discedat. Non [illegible] subjectus frater aut soror in hujusmodi: sed in pace vocavit nos Deus. *1 Cor.* 7.

Canon de Secundis Nuptiis.

Uxor alligata est matrimonio [illegible] Quòd-si dormierit maritus [illegible] velit nubere; nubat [illegible] Domino. *1 Cor.* 7.

Volo viduas juniores nubere, liberos [illegible] domum [illegible] *1 Tim.* 5.

Canon de [illegible] Matrimonio.

[illegible]

[illegible] ut [illegible] quasi [illegible] uxores, tanquam non habentes: 1 Cor. 7.

Canon, quid sit, ut habeat [illegible] tempus, libere [illegible] ad vitam aut ad tempus.

Quod si quis existimat se turpiter agere erga virginem suam, si major sit in florem ætatis, & ita [illegible] fuerit: quod vult faciat, non peccat: jungantur matrimonio. Cæterum, qui firmum habet cor suum, non habens necessitatem, sed potestatem habet propriæ voluntatis: & hoc decrevit in corde suo, ut servet virginem suam virginem: bene facit. Itaque, qui eloco[illegible] virginem, bene facit: & qui non eloca[illegible] melius facit: 1 Corinth. 7. [d]

Canon de Officio Maritorum erga uxores.

Viri, diligite uxores; & ne fiatis amarulenti adversus illas. *Coloss. 3.* [e] *Ephes. 5.* [f] *1 Petr. 3.* [g]

Canon de Officio Mulierum in Maritos.

Uxores, propriis viris subditæ sitis; veluti Domino: quoniam vir est caput uxoris; quemadmodum & Christus est caput Ecclesiæ: & idem est, qui dat salutem corpori. Itaque, quemadmodum Ecclesia subdita est Christo; sic & uxores subditæ sint viris suis in omnibus. *Ephes. 5.* [h] *Coloss. 3.* [i] *1 Petr. 3.* [k]

Canon de Parentum officiis in Liberos.

Patres, ne provocetis ad iram liberos vestros; sed educetis eos, per eruditionem & correptionem Domini. *Eph. 6.* [l] *Coloss. 3.* [m]

Canon de Officiis Liberorum in Parentes.

Filii, obedite parentibus vestris, in Domino. nam id justum est. Honora patrem tuum, & matrem tuam: quod est primum præceptum in promissione; ut bene tibi sit, & sis longævus in terrâ. *Ephes. 6.* [n] *Coloss. 3.* [o]

Canon de Dominorum officiis in Servos.

Vos domini, æquitatem & æqualitatem servis exhibete: scientes, quòd & vos dominum habeatis in cœlis. *Coloss. 4.* [p] *Ephes. 6.* [q]

Canon de Officiis Servorum in Dominos.

Servi, obedite iis, qui Domini sunt juxta carnem, cum timore ac tremore, cum simplicitate cordis vestri; tanquam Christo: non ad oculum servientes, velut hominibus placere studentes; sed tanquam servi Christi, facientes quæ vult Deus, ex animo: cum benevolentiâ servientes Domino; & non hominibus: illud scientes, quòd unusquisque, quod fecerit boni, hoc reportabit à Deo; sive servus fuerit, sive liber. *Ephes. 6.* [r] *Col. 3.* [s] *Tit. 2.* [t] *1 Tim. 6.* [u]

Canon de vitâ Viduarum.

Quæ verè vidua est, ac desolata, speret in Deo, & perseverat in obsecrationibus ac precationibus nocte diéq; porrò, quæ in deliciis versatur, ea vivens mortua est. *1 Tim. 5.* [x]

Canon, quid Vidua à suis familiaribus, si habeant, ali debeant.

Si quis fidelis, aut si qua fidelis, habet viduas: suppediteat illis; & non onerentur Ecclesiæ: ut iis, quæ verè viduæ sunt, supperat. *1 Tim. 5.* [y]

Quales Viduæ ali debeant, quæ alantur Ecclesiæ sumtibus.

Vidua allegetur non minor annis sexaginta, quæ fuerit unius viri uxor; in operibus bonis hominum testimonio comprobata: si filios educavit; si fuit hospitalis, si sanctorum pedes lavit; si afflictis subministravit; si in omni opere bono fuit assidua. Porrò, juniores viduas rejice. cum enim luxuriare cœperint adversùs Christum; nubere volunt: habentes condemnationem, quod primam fidem rejecerint. simul autem otiosæ discunt circumire domos: imò non solùm otiosæ, verùm etiam garrulæ & curiosæ, loquentes quæ non oportet. Volo ergo, juniores nubere, liberos gignere, domum administrare; nullam occasionem dare adversario, ut habeat maledicendi causam. *1 Tim. 5.* [z]

Canon de Moribus Senum.

Senes sint sobrii, graves, modesti, sani in fide, charitate, patientiâ. *Tit. 2.* [a]

Canon de Moribus [illegible]

[illegible] habitum, quo religiosi [illegible] ministri, non vestimento ornato serviemus [illegible]

[illegible] potestatem habeant, [illegible] Dei ordinationi resistit. [illegible] sibiipsis judicium accipient. [illegible] ergo omnibus, quod debetur: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. *Rom. 13.* [k]

Canon, quòd in rebus contra Deum non sit obediendum Magistratui.

Reddite Cæsari, quæ sunt Cæsaris: & Deo, quæ sunt Dei. *Matth. 22.* [l]

Oportet Deo magis obedire, quàm hominibus. *Act. 5.* [m]

Canon de Divitibus.

Difficile est, eos, qui fiduciam in pecuniis habent, in regnum Dei ingredi. Facilius est, camelum per foramen acûs ingredi; quàm divitem in regnum Dei ingredi. *Matth. 19.* [n] *Luc. 18.* [o] His, qui divites sunt in præsenti sæculo, præcipe non sublimes sint animo: neque spem ponant in divitiis incertis; sed in Deo vivêre, qui præbet nobis omnia affatim ad fruendum: ut benefaciant, ut divites sint operibus bonis; ut facile sint ad impertiendum, libenter communicantes; reconditores sibiipsis fundamentum bonum in posterum: ut apprehendant æternam vitam. *1 Tim. 6.* [p]

Canon de Fine omnium [illegible] Deum.

Sive editis, sive bibitis, sive quid aliud [illegible] gloriam Dei facite. *1 Cor. 10.* [q]

Quicquid egeritis, sermone aut facto; omnia in nomine Domini Jesu facite: gratias agentes Deo & Patri, per illum. *Coloss. 3.* [q]

Canon de abrogatione Legis.

Lex & Prophetæ usq; ad Johannem. *Matth. 11.* [r]

Nunc ergo, quid tentatis Deum: ut imponatis jugum super cervices discipulorum; quod neque patres vestri, neque nos portare potuimus? *Act. 15.* [s] *Rom. 3.* [t] *Gal. 4.* [v] *Hebr. 7.* [x]

Canon de indifferenti usu Ciborum.

Edite, quæ apponuntur vobis. *Luc. 10.* [y]

Omne, quod in macello venditur, edite; nihil [illegible] propter conscientiam. Domini [illegible] *1 Corinth. 10.* [z]

Nemo vos judicet in cibo aut potu. *Col. 2.* [a]

Canon [illegible] Idolothyta

[illegible]

Abstinete ab his, quæ [illegible] & sanguine, & suffocato. *Act. 15.* [a] *& 21.* [b]

Non potestis [illegible] Domini [illegible] daemoniorum [illegible] Dei in potestate, & [illegible] *1 Cor. 8.* [c]

Canon de [illegible]

[illegible]

Digitized by Google

Canon, quòd res media, si accedat opinio necessitatis & cultûs, aut scandali, fint vitanda.

Ecce, ego Paulus dico vobis: quòd si circumcidamini; Christus nihil vobis proderit. Contestor autem omnem hominem, qui circumcidítur, quòd debitor est totius Legis servandæ. Christus vobis factus est otiosus, quicunque per legem justificamini: à gratiâ excidistis. *Gal.5.* m

Sed videte, ne quo modo facultas ista vestra offendiculo sit his, qui infirmi sunt. Etenim, si quis conspexerit te, qui habes scientiam, in epulo simulacrorũ accumbentem; nonne conscientia ejus, qui infirmus est, ædificabitur ad edendum ea, quæ sint simulacris immolata? Et peribit frater, qui infirmus est, in tuâ scientiâ; propter quem Christus fuit mortuus. *1 Cor.8.* n

Quòd si quis vocat vos infidelium; & vultis ire: quicquid apponitur vobis, edite; nihil interrogantes propter conscientiam. *1 Cor.10.* o

De rerum mediarum usu, ad ædificationem.

Omnia mihi licent; at non omnia expediunt. Omnia mihi licent; sed non omnia ædificant. *1 Cor.10.* p

Equidem, cùm liber sim ab omnibus; omnibus meipsum servum feci, quò plures lucrifaciam: & factus sum Judæis, quasi Judæus; ut Judæos lucrifaciam: his, qui sub lege sunt, quasi sim sub lege; ut eos, qui sub lege sunt, lucrifaciam: his qui sine lege sunt, tanquam sim sinè lege; (cùm non sim sinè Lege Deo; sed obnoxius legi Christi) ut lucrifaciam eos, qui sunt sine lege. Factus sum infirmis, quasi infirmus; ut infirmos lucrifaciam. Omnibus factus sum omnia; ut omninò aliquos faciam. *1 Cor.9.* q

Canon de Libertate Christiana.

In libertate, quâ Christus vos liberavit, state: & ne rursus jugo servitutis implicemini. *Gal.5.* r

Precio emti fuistis: nolite fieri servi hominum. *1 Cor.7.* s

Canon de Traditionibus humanis.

Frustra me colunt, docentes doctrinas, præcepta hominum. *Matth.15.* t

Quomodo convertimini denuo ad infirma & egena elementa; quibus iterum ab integro servire vultis? Dies observatis, & menses, & tempora, & annos. *Gal.4.* u

Itaque, si mortui estis cum Christo ab elementis Mundi; quid, quasi viventes in Mundo, decretis tenemini? Ne tetigeris: neque gustâris: neque contrectâris. quæ omnia pereunt abusu, juxta præcepta & doctrinas hominum. *Col.2.* x

Non attendentes Judaicis fabulis, & præceptis hominum avertentium veritatem. *Tit.1.* y

Canon de Sacerdotio novi Testamenti; quòd omnes Christiani sint Sacerdotes.

Ipsi quoque velut vivi lapides ædificemini, domus spiritualis, sanctum sacerdotium; ad offerendum spirituales hostias acceptabiles Deo per Jesum Christum, &c. Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus adquisitionis, ut virtutes annuntietis illius [illegible] Patrem. Legite & secundum Deum & Patrem [illegible]

Canon de [illegible]

Canon, quòd res, alioquin in se media, fiant vitandæ, [illegible] aut scandalum [illegible] vel [illegible] de carnis, & [illegible] Christi.

Ego accepi à Domino, quod & tradidi vobis: quòd Dominus Jesus, in eâdem nocte [illegible] & postquam gratias egisset, fregit, & dixit: Hoc meum est corpus, quod pro vobis frangetur. Hoc facite in mei commemorationem. Ad eundem modum & poculum, postquam cœnâ dixit: Hoc poculum novum testamentum est, in meo sanguine. Hoc facite quotiescunque biberitis, in mei commemorationem. Quotiescunque enim comederitis panem hunc, & de poculo hoc biberitis: mortem Domini annuntiabitis, donec veniat. Itaque, quisquis ederit panem hunc, aut biberit de poculo Domini indignè; reus erit corporis & sanguinis Domini. Probet autem homo seipsum: & sic de pane illo edat, & de poculo illo bibat. Nam, qui edit aut bibit indignè, judicium sibi ipsi edit & bibit, non dijudicans corpus Dominicum. *1 Corinth.11.* b

Canon de Exercitio corporalium.

Corporalis exercitatio paululum habet utilitatis. *1 Timoth.4.* c

Canon de Jejuniis.

Cùm jejunaveritis; ne fitis, velut hypocritæ, tristes. obscurãt enim facies suas; quò perspicuum sit hominibus, ipsos jejunare. Amen dico vobis; habẽt mercedem suam. Tu verò cùm jejunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava: ne cõspicuum sit hominibus, te jejunare; sed Patri tuo, qui est in occulto. & Pater tuus, qui videt in occulto, reddet tibi in propatulo. *Matth.6.* d

Canon de Eleemosyna.

Attendite, ne eleemosynam vestram præfletis coram hominibus; quò spectemini ab illis: alioqui præmium non habetis apud Patrem vestrum, qui est in cœlis: Itaq; cùm præstas eleemosynam; ne tubis canatur antè te: quemadmodum hypocritæ faciunt in conciliabulis & in vicis; ut glorificentur ab hominibus. Amen dico vobis; habent mercedem suam. Cæterùm, cùm tu præstabis eleemosynam; neſciat sinistra tua, quid faciat dextra tua: ut sit eleemosyna in occulto. & Pater tuus, qui videt in occulto, reddet tibi in propatulo. *Matth.6.* e

Canon de Oratione.

Cùm oraveris; non eris quemadmodũ hypocritæ. nam illi solent in conciliabulis, & in angulis platearum, stantes orare; quò conspicui sint hominibus. Amen dico vobis, quòd habent mercedem suam. Tu verò cùm oras; introito in conclave tuum: & occluso ostio tuo, ora Patrem tuum qui est in occulto, & Pater tuus, qui videt in occulto, persolvet tibi in propatulo. Verùm, orantes ne fatis multiloqui, sicut ethnici. putant enim, fore, ut ob multiloquium suum exaudiantur. Ne igitur efficiamini similes illorum: novit enim Pater vester, quibus rebus opus sit vobis, priusquàm petatis ab illo. Ad hunc ergo modum estote vos. Pater noster, qui es in cœlis; Sanctificetur nomen tuum: Veniat regnum tuum: Fiat voluntas tua, quemadmodum in cœlo; sic etiam in terrâ: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: Et remitte nobis debita nostra, [illegible] nos remittimus debitoribus nostris: Et [illegible] in tentationem; sed libera nos à malo. Quia [illegible] regnum, & potentia, & gloria, in sæcula sæculorum. Amen. *Matthæi 6.* f

Canon de Juramento.

Ego dico vobis; ne juretis omnino: neque per cœlum, quia thronus Dei est: neq; per terram, quia scabellum pedum illius: neq; per Hierosolyma, quoniam civitas est magni Regis: neq; per caput tuum juraveris, quia non potes unum pilum album aut nigrum facere. Sit autem sermo vester, Eſt, eſt; Non, non. Porrò, quod abundantius [illegible] est, à malo est. *Matth.5.* g

Canon de [illegible]

[illegible]

Nemo, quod iustum est, quærat, sed quisq; quod alterius. 1 Cor.10.[1]

Quæ sunt pacis, sectemur, & quæ sunt ædificationis, alius erga alium. Rom.14.[2]

Adhortemini vos invicem, & ædificetis singuli sicut facitis, etc. Semper quod bonum est sectemini, tum erga vos invicem, tum erga omnes. 1 Thess.5.[3]

Tolerate vos invicem per charitatem; solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Ephes.4.[4]

Invicem alii onera portate. Gal.6.[5]

Canon de Ordine in conversatione inter Christianos.

Alium quisque præstantiorem se existimet. Philip.2.[6]

Alius alium honore prævenientes. Rom.12.[7]

Subditi vicissim alius alii in timore Dei. Ephes.5.[8]

Canon de non-affectando primatu in Ecclesiâ.

Si quis vult primus esse; is erit omnium postremus, & omnium minister. Marc.9.[9]

Scitis, quòd, qui videntur imperare gentibus, dominium exercent adversùs illas; & qui magnates sunt inter eas, potestatem exercent in illas. Verùm non ita erit inter vos: sed, quicunq; voluerit inter vos fieri magnus, erit minister vester: & quicunq; voluerit ex vobis esse primus, erit omnium servus. Nam & Filius hominis non venit, ut sibi ministraretur: sed ut ipse ministraret, & daret animam suam redemtionem pro multis. Marc.10.[10] Matth.20.[11] Luc.22.[12]

Non velut dominium exercentes in cleros, 1 Petr.5.[13]

Non quòd dominemur vobis nomine fidei; sed adjutores sumus gaudii vestri. 2 Cor.1.[14]

Omnia vestra sunt; sive Paulus, sive Apollos, sive Cephas, sive Mundus, sive vita, sive mors, sive præsentia, sive futura: omnia, inquam, vestra sunt; vos autem Christi; Christus verò Dei. 1 Corinth 3.[15]

CANONES DE ANTICHRISTO.

I. De Loco, ubi sedem sit habiturus.

Mulier, quam vidisti, est civitas magna, quæ habet regnũ super Reges terræ. Apoc.17.[16]

II. De Fine ejus, quem cooperatus Diabolo acquirat super Ecclesiam & Magistratum.

Homo sceleratus, filius perditus: qui est adversatus & effertur adversùs omnẽ, qui dicitur Deus aut numen: adeò ut in templo Dei sedeat, ostentãs se ipsum esse Deum, &c. 2 Thessal.2.[b]

III. De causâ efficiente Antichristi.

Adventus ejus secundùm operationem Satanæ, cùm omni potentiâ, & signis ac prodigiis mendacibus, & cum omni deceptione injustitiæ, in iis qui pereunt: pro eo, quòd dilectionem veritatis non receperunt, in hoc ut salvi fierẽt. 2 Thessal.2.[c]

IV. De Doctrinâ Antichristi.

Hic est Antichristus, qui negat Patrem & Filium. 1 Joh. 2.[d] & 4.[e] Non confitentur Jesum Christum venturum in carne: 2 Joh.ult.[f] Inter vos erunt falsi doctores, qui clàm inducent sectas perniciosas; etiam Dominum, qui illos mercatus est, abnegantes. &c. 2 Petr.2.[g]

Attendentes spiritibus impostoribus, & doctrinis dæmoniorum, per simulationem falsiloquorũ, cauterium habentium conscientiam: prohibentium contrahere matrimonium; jubentium abstinere à cibis, quos Deus creavit, ad sumendum cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognoverunt veritatem. 1 Tim.4.[h]

V. De revelatione Antichristi.

Quem Dominus conficiet spiritu oris sui, & abolebit claritate adventus sui. 2 Thess.2.[i] Apoc.14.[k] 18.[l] 20.[m]

VI. De Fine ejus, pœnitentiæ & conciliationis cum Antichristo.

Exite de illâ, populus meus: ne fias particeps delictorum ejus, & de plagis ejus non accipias. Quorum pervenerunt peccata ejus usq; ad cœlum; & recordatus est Deus iniquitatum ejus. Reddite illi, sicut & ipsa reddidit vobis: & duplicate ei duplicia, secundùm opera ejus. Apoc.18.[n]

Non habete societatem cum infidelibus. Quod enim est consortium justitiæ cum iniquitate? aut quæ [illegible] cum tenebris? aut quæ [illegible] concordia Christo cum Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? aut quod convenit templo Dei cum simulacris? 2 Cor.6.[o]

VII. De pœnâ eorum, qui conciliationes cum Antichristo fecerunt.

Si quis adoraverit Bestiam & imaginem ejus, & acceperit characterem in fronte suâ, aut in manu suâ, & biberit de vino iræ Dei, quod mixtum est mero in calice iræ ipsius, & cruciabitur igne & sulphure, in conspectu Angelorum sanctorum, & ante conspectum Agni: & fumus tormenti eorum ascendet in sæcula sæculorum. Nec habet requiem die ac nocte, qui adorant Bestiam, & imaginem ejus, & si quis accepit charakterem nominis ejus. Hic patientia Sanctorum est: hic qui custodiunt mandata & fidem Jesu. Et audivi vocem de cœlo, dicentem mihi: Scribe. Beati mortui, qui in Domino moriuntur à modò. etiam, dicit spiritus, ut requiescant à laboribus suis: sed opera illorum sequuntur illos. Et vidi; & ecce nubem candidam: & super nubem sedentem, similem Filio hominis; habentem in capite suo coronam auream, & in manu suâ falcem acutam. Et alius Angelus exivit de templo, clamans voce magnâ ad sedentem super nubem: Mitte falcem tuam, & mete: quia venit tibi hora, ut metas; quoniam aruit messis terræ. Et misit, qui sedebat super nubem, falcem suam in terram: & demessa est terra. Et alius Angelus exivit de altari, qui habebat potestatem super ignem; & clamavit voce magnâ ad eum, qui habebat falcem acutam, dicens: Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros terræ; quoniam maturæ sunt uvæ ejus. Et misit Angelus falcem suam acutam in terram; & vindemiavit vineam terræ: & misit in lacum iræ Dei magnum, & calcatus est lacus extra civitatẽ: & exivit sanguis de lacu, usque ad frenos equorum, per stadia mille sexcenta. Apoc.14.[p]

Canon de præmiis fidelium Ministrorum.

Cum apparuerit ille pastorum princeps; reportabitis immarcessibilem gloriæ coronam. 1 Petr.5.[q]

Certamen bonum certavi: cursum consummavi: fidem servavi. quod superest, reposita est mihi justitiæ corona: quam reddet mihi Dominus in illo die, qui est justus judex: non solùm autem mihi; sed & omnibus, qui diligunt adventum ipsius. 2 Tim.4.[r]

JUDICIUM DE CANONIBUS, QUI vulgò *Apostolorum* appellantur.

Canones illos, qui à Clemente Romano versi dicuntur, & nomine Apostolorum inscribuntur, ab Apostolis non esse conscriptos; nec hoc seculo tales extitisse: multis firmis argumentis probari potest.

Nam primò, reperiuntur inter eos aliquot Canones, qui probatis authenticis, quos paulò antè recensuimus, Apostolorum canonibus & doctrinæ adversantur. Quales sunt: *Canon 17.* qui secundas nuptias damnat. quas tamen Paulus, 1 Tim.5.[s] & 1 Cor.7.[t] mandat & præcipit.

Canon 27. tantùm Clericis, & Lectoribus & Cantoribus, nuptias permittit; aliis verò non obicurè vetat. quod est contra doctrinam [illegible] 1 Timoth.3.[u] & 1 Cor.9.[x] & 1 Tim.4.[y]

Ad Jejunia, in quadragesimâ Paschæ, & feria quartæ, & sextæ, alligant conscientias, in *Canone 66.* contra illud Pauli: Nemo vos judicet in cibo aut potu, aut parte diei festi [illegible] Porrò, cùm decreta de prohibitione coniugii, & [illegible], & dierum, sint doctrinæ dæmoniorum [illegible] 1 Timoth.4.[z] quis credat ea ab Apostolis facta esse?

Deinde, inter eos reperiuntur Canones, pugnantes inter se: recipientes, quales sunt, *6.17.* & *27.* & *40.50.* Quorum alii nuptias Sacerdotum damnant, alii verò admittunt. Et *Canon 65.* vetat jejunare die dominico, aut sabbati. *Canon* verò *68.* mandat jejunare Quadragesimam Paschæ, & quartam feriam, & Parasceven, sub pœnâ excommunicationis.

Tertiò, multi Canones apertissimam Clericis præcipiunt. Namque, qui inciderat in [illegible] excommunicatos, excommunicare jubet *Canon 13.* Laicos, [illegible] excommunicet reperit. *Canon 11.* Priores jejunia [illegible] dominico observata deponit Clericos, & excommunicat Laicos, *Canon 65.* Non-jejunantes Quadragesi-

nam Paschæ, &c. excommunicat *Canon 5t.* Vasa sacra in profanos usus assumentes, excommunicat *Canon 32.* Verùm, ob ejusmodi tam leves res, excommunicatione usi, seu abusi potiùs, Apostoli nusquam legantur. imò Paulus recinat catalogum excommunicandorum: *1 Corinth. 5.* [a] verùm in eo hujusmodi peccatores non annotantur. Deinde, *Canon 24.* triennium communione privari jubet Laicum, qui se contraverit. Sed Apostoli nusquam cuiquam pœnitentiam agenti tempus præscribunt, quando oporteat eum admitti ad communionem: ut patet ex *2 Corinth. 2.* [b] Nec illud cum Apostolorum doctrinâ congruit; quòd *Canon 25.* Episcopum, aut Presbyterum, aut Diaconum, in fornicatione aut perjurio aut furto captum, deponi ab officio præcipit; at communione privari veruit. cùm Paulus, *1 Corinth. 5.* [c] fornicatores & fures inter excommunicandos numeret.

[a] vers. 11.

[b] vers. 6 7.

[c] vers. 11.

Quartò, multa in iis dicuntur, quæ rebus hujus seculi & historiis refragantur. Nam, quòd *Canon 8.* de Paschæ celebratione, ne hæc cum Judæis, vetat; non consonat veritati. Suprà enim commemoratum est; Johannem, Philippum, & alios, Pascha eodem die cum Judæis celebrâsse, nempe decimâ-quartâ primi mensis.

Canon 20. damnat Clericos fidejussores. verùm hoc seculo, Apostoli & alii Legibus politicis magistratûs usi sunt: illud scientes, Euangelium non abolere politica justa & honesta, & verbo Dei non repugnantia.

Canon 36. „phibet, Episcopos ordinationes facere extra proprios terminos, in civitatibus & villis, quæ illis nullo jure sint subjectæ. Sed hoc seculo nondum ità fuerunt termini singulorum Episcoporum distributi; & solebant ex viciniâ convenire plures ad ordinationem: ut patet ex Canone Apostolorum, quem suprà ex *Cypriano* adscripsimus.

Canon 38. bis in anno Concilia celebrare jubet. Sed in historiis non reperiuntur ejus rei testimonia. Una synodus ab Apostolis semel celebrata legitur: *Actor. 15*, de aliis, quæ quotannis bis essent factæ, non fit mentio.

Quintò, etiam indè colligi potest, non ab Apostolis; sed ab aliis, & quidem seculis inferioribus, istos plerosque Canones, qui præsertim ab illis, quos suprà recensuimus, discrepant, compositos esse; quod plerique in Conciliis, quæ longè pòst habita sunt, nempe in Antiocheno, Niceno, Chalcedonensi, tùm conditi dicuntur; tùm ut à Patribus constituti allegantur.

Sextò, destituuntur etiam testimonio Autorum probatorum; qui sive hoc, sive sequentibus aliquot seculis, vixerunt. Nam neq; à Justino, aut Irenæo, aut Clemente, aut Origene, aut Eusebio, aut Hieronymo, aut Ambrosio, aut Athanasio, aut Augustino, aut etiam Gelasio, inter authentica Apostolorum scripta referri videas. Unde *Isidorus* de iis scribit, referente *Gratiano*; [d] *Canones, qui dicuntur Apostolorum, seu quia eosdem nec sedes Apostolica recepit; nec sancti Patres in consessum præbuerunt; pro eo, quòd ab Hæreticis sub nomine Apostolorum compositi dignoscuntur: quámvis in eis utilia inveniantur; tamen ab auctoritate Canonicâ & Apostolicâ veritate ipsa constat esse remotos, inter apocrypha reputata.*

[d] D. 16.

In tertio ab hoc seculo, *Zepherinus* quidam Rom. episcopus, solus, *in Epist. ad Episcopos per Siciliam*, dicit; Apostolos sexaginta sententias Episcopis præscripsisse, in quibus sit etiam de privilegio Romanæ Ecclesiæ. Verùm totâ illam Epistolam, ut alias, suspectâ esse multis nonnullis; infrà in hoc loco docebimus. nec inter Canones Apostolorum, qui Græcè exstant, aliquid de privilegio Romanæ Ecclesiæ habetur. & constat, in nullâ Synodo eos Canones pro authenticis & Apostolorum esse receptos; quàm in *sextâ Constantinopolitanâ*: quæ celebrata est demum circiter annum Domini 675. cujus *Canon 2.* sic habet: *Placuit sanctæ Synodo, ut à modò temporibus & rata sint Canonum Apostolorum 85. capitula.* Nec tamen postea defuerunt, qui negarunt esse Apostolorum. nam *Leo IX.* qui circiter annum Domini 1049. contra Epistolam Niceræ Abbatis scribit; contendit; exceptis 50. capitulis, Canones Apostolorum inter Apocrypha de numero *Dist. 16.* Sed rectiùs; *Leonis* tanta est auctoritas, ut Canones illos, quos ante eum Apostolorum esse negat, ipse scribere posit.

CAPUT IIX.

DE SCHISMATIS.

De Antiocheno schismate.

VIDAM è Judæâ venerunt Antiochiam, ipsos fratres, qui ministerio Apostolorum è converti fuerunt, docentes: *nisi circumcidamini secundum legem Mosi, non potestis salvari.* Ea doctrina videbatur concinna: quia Euangelii doctrinam Judaicæ conformabat. Sed mox schisma inde ortum est vehemens. nam Paulus ex adverso contendebat, finem Legis, finemq; operibus legis, salutem cõtingere. Rejicitur autem res ad censuram Seniorum, qui Hierosolymis adhuc vivebant. Componitur tandem hoc schisma, judicio & epistolâ Concilii Hierosolymitani. *Actor. 15.*

De Corinthiaco schismate.

IN Ecclesiâ Corinthiacâ schisma fuisse de dignitate personarum, Pauli, Apollo, Cephæ; cùm alii hunc, alii illum perferrent: ex *1 Corint. 1.* [*] apparet. Sed Paulus monet, dona quidem & labores differre; sed unum esse Christum, qui sit pro nobis crucifixus, & in quem sit credendum.

[*] v. 11. 12.

Accessit autem insuper in doctrinâ quædam dissentio. nam quidam negarunt Resurrectionem mortuorum: quos Paulus copiosè refutat, *1 Cor. 15.* Videtur quoque Titus in Ecclesiâ Corinthiacâ, priusquam ad Paulum veniret in Macedoniam transitu suo nonnihil hoc schisma sedâsse: *2 Cor. 7.* [*] Narrat *Eusebius*; [*] Clementem ad Corinthios prolixam epistolam scripsisse; eò quòd gravis apud eos orta esset dissensio. idq; ait *Egesippum* testari.

[*] vers. 15.

[*] lib. 3. c. 16.

Neque verò dubium est, quin multis in locis, propter Pseudoapostolos, schismata enata sint. sed, quia veris testibus destituimur; cogimur esse breviores.

De dissensione Pauli & Barnabæ.

ERant conjunctissimi socii Paulus & Barnabas, in propagandâ atque ornandâ Euangelii doctrinâ: incidit tamen inter eos, verùm sinè doctrinæ injuriâ, vehemens contentio. Dum enim constituissent, Ecclesias, quas plantarant, visitare: Barnabas sentiebat, Johannem, cognomento Marcum, sibi adjungendum esse; Paulus verò dissuadebat omnino: idque propter eam causam; quòd Pamphiliæ ipsos deseruisset. Sejungunt igitur se-se Paulus & Barnabas; diversas quidem profectiones, & socios diversos, accipientes: sed non mutant doctrinæ genus; & proculdubio conjunctionem suam postmodum retinuerunt integram. *Actor. 15.* [*]

[*] v. 36. &c.

CAPUT IX.

DE CONCILIIS.

DE HIEROSOLYMITANO CONcilio, sub Claudio.

CELEBRATUM est concilium Hierosolymitanum circa annum Domini 48. Claudii 6. decimoquarto verò anno post Pauli conversionem; ut ex ejus narratione *Galat. 2.* [*] apparet. Occasio hæc fuit.

[*] vers. 1.

Paulus & Barnabas, cũ aliis quibusdam pijs [illegible] synergis, Euangelii doctrinam Antiochiæ, [illegible] dextrè & perspicuè tradebant: inprimis [illegible] de Justificatione luculenter explicabant, [illegible] Lege, sinè operibus, solâ fide, per [illegible] meritum, justificemur homines. Veniebant [illegible] quidam ex Judæâ, fortè ex industriâ, eò: qui, [illegible] Apostolorum doctrinam amplecterentur; [illegible] publicè docebant non sufficere solam fidem in Christum [illegible] salutem; sed legem, seu propria bona opera, [illegible] meritoria [illegible] salutem: ritumque Mosaicorum [illegible] necessarió. Hæc plausibiliter proposita [illegible] illa legalis, ac labilis Legis atq; [illegible] tibus, propter aliquam, quæ [illegible] bia aliquo modo noxâ, blandiretur [illegible] Pseudoapostoli, & cum aliis [illegible] Apostolis ac pijs [illegible] ac dissentire Ecclesiam Hierosolymitanam, ubi Jacobus, Petrus, Johannes, & alii [illegible] Paulo in lege [illegible] inferiorem

...riorem esse neque ullis antiquis tribuendum, quasi rectius, quàm Apostoli, ipsos Hierosolymitanos majores Apostolorum meliorum; qui Hierosolymitani Judaico adhuc viverent.

Contrà Paulus & Barnabas & quidam alii [illegible] solâ gratiâ, solâque [illegible] operibus, utilitati [illegible] & vitus Mosaicos [illegible] quemquam [illegible] ad Christum recipiendum. Hæc sententia cum videretur tam-ridior, quàm pertinax & cupidis Scientiæ habenis non-frenata. Cæpit [illegible] Ecclesia Christi in duas veluti factiones findi: cum [illegible] Pseudoapostoli suos additamentores non [illegible] habebat, & Paulus quotidiam) vitium ex naturæ occursare crederet malum, ejus causâ ad Ecclesiam Hierosolymitanam rejecta.

Missi igitur sunt Hierosolymam, ab Ecclesiâ Antiochenâ, Paulus & Barnabas, & quidam alii. Ascendebant unà, qui ab ipsis in sententiâ hac variabant.

Cognitâ adventus causâ; Hierosolymis convenium Apostoli, qui quidem nam adhuc Hierosolymis subsistebant: & nominantur Petrus & Jacobus. Procul dubio & alii adfuerunt: licèt ipsorum nomina non sint expressa. Adfuit & Senioses, & Ecclesia, hoc est, homines in Christum credentes, non-paucos [illegible] de multitudine & totâ ecclesia [illegible] dicit. * Præterea adfuit Paulus, Barnabas; Judas cognomento Barsabas, & Silas; & coryphæi etiam Pseudoapostolorum.

Locum non exprimit Lucas. Forè [illegible] domo fuit ille conventus. Impii enim Pseudoapostoli, adhuc omni Christianis infensi.

In Concilio autem, procul dubio, initio contentionis origo ac; materia est proposita: deinde auditæ sententiæ, atque rationes utriusque partis, tam verorum, quàm falsorum Doctorum. Et vehemens suborta est contentio. nam Pseudoapostoli mordicus suam sententiam defenderunt: quibus & alii quidam ex hæresi Pharisæorum accesserunt, [illegible] operum ad salutem stabilientes & argentes. [illegible] illis velitationibus quasi, quæ utrinq; fiebant, & excussis argumentis utriusque sententiæ: Petrus sententiam dixit, atq; pronunciavit; *Gratiâ Domini nostri Jesu Christi salvari homines, absque operibus Legis: nec de Gentibus jugum legis imponendum.*

Rationes attexit hasce. I. A Christo se insigni miraculo vocatum esse, ut Gentibus Evangelium annuntiaret. Hic procul dubio visionem suam, & integram historiam de Cornelio, in medium protulit.

II. Deum Gentibus dedisse Spiritum sanctum; sicut & ipsis Apostolis neq; inter Apostolos & Gentes quicquam discreti [illegible]; eorumque illorum corda purificâsse.

III. [illegible] Dei, Gentibus imponere Legis jugum [illegible] neque Apostoli ipsi, possint legem præstare.

IV. Hanc se [illegible] articulum fidei habere immotum & inviolabilè; eadem per gratiam Domini nostri Jesu Christi credat salvari homines. Hac oratione, Petrus doctrinæ Paulinæ testimonium [illegible] & Adversariorum corruptelas damnavit. Mox [illegible] silentium est in totâ multitudine consecutum.

Postea Paulus & Barnabas, omnibus magnâ tranquillitate & attentione animi auscultantibus, commemorarunt; quanta signa & prodigia Deus in Gentibus, ad quas Evangelii doctrinam promulgarent, edidisset: ex quibus tanè manifestissimè, [illegible] doctrinam veram atque salutarem esse, & [illegible] permanere.

Tertio [illegible] probat [illegible] sum edicit: ex Prophetarum [illegible], ejusdem probans, quòd Deus voluerit Gentes vocare. [illegible], inquit, *ædificabo tabernaculum David, quod [illegible]; & diruta ejus reædificabo; & erigam illud: ut requirant, quicunque sunt homines, Dominum, & omnes gentes, super quas [illegible] nomen meum invocatum est, dicit Dominus, qui facit hæc omnia.* [illegible] Monet tamen, ad [illegible] observanda [illegible] ab idolis magnâ licentiâ [illegible] a fornicatione [illegible] abstinent. Rationem [illegible]; [illegible] Quia [illegible] Moses multi Judæi; ut & illi [illegible]

A pollinis. Deinde, quia fornicatio, & vesci idolothytis, ejusdem peccati [illegible] Gentes dicerentur; ut nonnullum de iis commentarent.

Consuluerunt deinde & reliqui Seniores, ac tota Ecclesia, suffragata [illegible], & obtinuit sententia: *Gratis homines, absq; operibus Legis, fide [illegible] in Christum, justificari.* Et damnata est contraria sententia; similiter, Operi Legis necessaria & meritoria esse ad salutem.

Laudanda [illegible] hujus venerandi Concilii decreta & ingenuitas: quod pacis dilectâ & perspicuâ adhortatione verum fructum, & declinatione falsæ, unitati atque tranquillitati Ecclesiæ consulere voluerit; quàm fusicâ & intempestivâ contentione, in qua meliori pars damnaretur, Ecclesiam in incerto, imò in pravorum & opinionum vorticibus, relinquere.

Decreta porrò Concilii, & literæ, communi suffragio Apostolorum, Seniorum, & totius Ecclesiæ, scripta & vivâ voce quotidiam fratrum præcipuorum, nempe Barsabæ & Silæ, ad Ecclesias in Syriâ & Ciliciâ, in quibus illæ contentiones ortæ fuerant, & maximè grassabantur, perferuntur. Literarum exemplar hoc erit: *Apostoli, & Presbyteri, & Fratres, his qui sunt Antiochiæ, & in Syriâ, & in Ciliciâ, fratribus qui sunt ex Gentibus, SALUTEM. Quoniam audivimus, quod quidam à nobis egressi turbaverunt vos, verbis subvertentes animas vestras, quibus non præcepimus circumcidi, & servare legem: quibus nō mandavimus: visum est nobis unanimes [illegible] congregatis, delectos viros mittere ad vos, cum dilectis nostris Barnabâ & Paulo, hominibus qui exposuerunt animas suas pro nomine Domini nostri JESU Christi. Misimus ergo Judam & Silam: qui & ipsi vobis verbis referent eadem. Visum enim est Spiritui sancto ac nobis, nè quid amplius vobis imponeremus oneris, quàm hæc necessaria: videlicet; ut abstineatis ab his quæ sunt immolata simulacris, & sanguine, & suffocato, & fornicatione. A quibus si conservaveritis vos ipsos: bene facietis. Valete.*

Non parcunt in hisce literis Apostoli Pseudoapostolis; licèt non-parvâ autoritate, ob doctrinam insignem, facundiam, & hominum gratiam, prædicti fuerint: sed apertè affirmant, eos sinè Apostolorum mandato vetita docuisse, & Ecclesias perturbâsse; & testimonium Paulo & Barnabæ publicum sanæ doctrinæ præbent.

Recitatur autem sententia Concilii, & Epistola, in Antiochenâ [illegible] ac reliquis, publicè, coram totâ multitudine: et [illegible] gaudio afficiuntur, & sententiæ veræ acquiescunt. Hoc [illegible] Ecclesia sanè tranquillitati [illegible] est: [illegible] proveheris, reverenti sane. Hæc omnia à Luca, [illegible], ad ejus memoriæ sunt prodita.

CAPUT X.

DE VITIS DOCTORUM Ecclesiæ hujus sæculi, & aliis viris illustribus.

De Simone Petro.



Simon, (qui & Cephas, & Petrus) filius fuit Johannis [illegible]; frater Andreæ: & piscationibus in mari Galilææ victum quæsivit. Ex quo apparet; Petrum fortè in juventute nullas admodum degustâsse literas: [illegible] procul dubio piscator, quamdiu in rebus humanis fuit. Et postea, præter omnem opinionem, à Deo [illegible] peculiariter fuisset ad sublimiorem functionem vocatus. Videtur quem Petrus fuisse civis Capernaitanus. [illegible] eorum tibi habuit: *Matth.*[a] & postea solvit didrachma exactoribus: *Matth.17.*[b]

Probat hoc ipsum quoq; Petrus, quia socrus sanitate [illegible] habuisse conjugem. Et Paulus, *1 Cor.9.*[c] apertè commemorat, Cephan (quam fuisse Petrum, ex *Joh.1.*[d] & *Gal.2.*[e] patet) circumduxisse [illegible]. Unde manifestum est, [illegible] eum [illegible] conjugem: ut [illegible] illi, illud à complicibus obiici. Eusebius [illegible] [illegible]; Petrum ac Philippum procreasse [illegible]. & Clemens *lib.7. Hypotyp.* inquit, *Beatum Petrum [illegible] videntem suam ductam ad mortem; lætatum [illegible] propter vocationem.*

a v. 5 14.
b vers. 27
c vers. 5.
d vers. 42.
e vers. 9
f lib. 3 c. 30

& quòd domum reverteretur: valde autem celebrando & confitendo, propriè nomine eam complectitur, dicens: Beata tu, mi mezta Domini. Tale erat beatorum matrimonium, & usq; ad amicissima perfecta affectio. Hæc ille.

Fuisse Petrum auditorem Johannis, qui circa Jordanem Messiam esse præsentem docebat, novamque Baptismatis ceremoniam ordiebatur; non levis est conjectura. nam *Johannes* 8 apertè testatur: Andream, Simonis fratrem, unum è discipulis Baptistæ fuisse; qui, monstratione sui magistri, ad agnitionem Jesu, tanquam veri Messiæ, pervenerit: & eum Simoni nuntiâ attulisse, se scilicet invenisse jam Messiam: moxque Simonem, flagrantem cupiditate videndi Christum, unà secum adduxisse. Jesum autè intuitum esse eum, ac dixisse: *Tu es Simon, filius Jona: tu vocaberis Cephas, quod idem valet, quod Petrus.* Sic Andreæ fratris operâ, Petrus ad agnitionem Christi deducitur; & novam accipit appellationem.

Neque verò dubium est; quin Petrus in scholâ Christi jucunditissimas audierit conciones, plurimisque de rebus optimè fuerit admonitus & instructus: fidemque in verum Messiam adeptus sit multò illustriorem, quam unquam antè habuerit. Nondum autē est inter eos Petrus, qui perpetuò debebant esse adjuncti Christo. Verùm non diu pòst vocatur; idq; tali ratione. Ambulat Jesus circa mare Galilææ, Genesareth dictum. ibi confluente magnâ hominum multitudine, è navi Simonis, paululùm à terrâ subductâ, Jesus docet. Sermone absoluto, *Δέσποτα* Jesus solvit; jubens Petrum, una cum suis socii., inter quos erant filii Zebedæi, Johannes & Jacobus, in altum adscendere, & laxare retia, ad capiendos pisces. Petrus ait, se totam noctem usq; ad defatigationem laborâsse; & nihil prorsus cepisse: verùm verbo ipsius laxaturum rete. haud obscurè significans, eam rationem pugnare cum arte piscatoriâ: verùm se jam didicisse, verbis ejus maximam inesse efficaciam; itaq; pariturum. Quid fit? tantam piscium multitudinem subitò retia comprehendit Petrus: ut & rete rumperetur; & ad exhrahendum solus cum iis, quos in suâ naviculâ habebat, non sufficeret. Advocatis igitur pluribus, qui alias habebant navim, tot extrahunt pisces: ut utræque naves implerentur; ità ut mergerentur. Hoc miraculum paulò altiùs expendens Petrus, Jesu ad pedes procidit, dicens: *Exi a me, Domine, quia homo peccator sum.* Consolatur autem Christus eum perquàm humaniter, ac cæteros omnes, qui propter capturam piscium obstupuerant: ne timeant quicquam; posthac ipsos homines esse capturos. ac illi relictis retibus, sequuntur eum. *Luc.5.*[h] Nondum autem videtur peculiaris seu plene facta esse vocatio: sed paucis diebus pòst fortè accidit, quòd iterum Jesus in littore ambulaverit, ac viderit Simonem & Andream fratres, retia sua in mare mittentes. Tunc dixit eis Jesus: *Venite post me; & faciam vos piscatores hominum.* Ibi demum, piscatoria functione desertâ, novam suscipiunt; voluntatiq; Jesu obtemperât. *Matth.4.*[i] *Marc.1.*[k]

In hac schola Christi paulatim Petrus plura addiscit, ac proficit. audit conciones attentè; spectat ingentem miraculorum vim; & totam Christi vitam, omnesque actiones, penitùs cognoscit: donec tandem in duodecim Apostolorum numerum prorsus cooptetur, & accipiat donum edendi miracula, & alia, quibus etiam cæteri ornati fuerunt. *Matth.10.*[l] *Marc.3.*[m] *Luce 6.*[n]

In hoc igitur gradu & dignitate constitutus Petrus adhuc discit quotidie à Christo plurima: & ipse quoque, jussu Christi, alios docet; & in nomine ipsius miracula facit. Non autem postremum inter alios Apostolos fuisse Petrum; historiæ sacræ testantur. Nam à Christo in montem ducitur, una cum Jacobo & Johanne; estque spectator mirandæ Christi transfigurationis: videt Eliam & Mosen, eosq; audit cum Christo colloquentes. Audit insuper vocem Patris cœlestis, quâ ornabatur Jesus; quòd esset suus dilectus filius, quem ab ipsis tocoque Mundo vellet audiri: *Matth.17.*[o] *Marc.9.*[p] *Luc.9.*[q] Jussu Christi piscem capit: in cujus ore, ut prædixerat Dominus, staterem invenit; quem pro utroq; Capernaumi exactoribus numerat. *Matth.17.*[r]

Celeberrima est confessio, quam de Christo, tum tum reliquorum Apostolorum nomine, edidit. Cæsarea

A Jesus in partibus Cæsareæ Philippi versabatur, quæsivit ab ipsis: *Quemnam se decrevit homines esse?* At illi respondent: *alii Johannem Baptistam; alii Eliam; alii Jeremiam, aut unum ex Prophetis.* Rursus interrogat Jesus: *Vos verò quem me esse dicitis?* Tùm Simon Petrus, unus pro omnibus, respondet: *Tu es Christus, Filius Dei vivi.* Ad hæc Christus: *Beatus es, Simon filius Jona: quia caro & sanguis non revelavit tibi; sed Pater meus, qui in cœlis est. Ego dico tibi, tu es Petrus: & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam; & portæ inferorum non prævalebunt adversùs eam. Matth.16.*[s]

B Alio tempore, Christus sermonem habet de Charitate, seu remissione peccatorum. Ibi Petrus quærit: *Quoties frater adversùs se delinquenti debeat dimittere? an usque ad septies?* septies fecisse? Respondet Jesus: *Non dico tibi, sed usque septuagies septies.* Ac postea, quâ ratione Deus peccatores justificet, & cur peccata illis dimittat, propositro typo, luculenter explicat. *Matth.18.*[t]

Porrò, sicut in monte glorificationē Christi conferit Petrus: ità & in horto propiùs ad illud mysterium certamen adducitur; in quo Christus, cum morte luctans, sanguineas guttas effudit.[u]

Postea ausus est domū Pontificis intrare, & observare; quēmnam exitū ista tragœdia cum Christo habitura esset: quamvis turpissimum (ut inferiùs paulò dicemus) ipsum ibi commitat. *Matth.26.*[a] *Marc.14.*[b] *Luce 22.*[c] *Joh.18.*[d]

C Factâ resurrectione, Angeli mulieribus ex mandato Dei injungunt; ut Petro hoc Euangelium vel in primis annuntiaretur: Jesum nempe revixisse, sicut antea prædixerat. *Marc.16.*[e] Accepto hoc nuntio per Mariam Magdalenam, Petrus se ilicò itineri dat, cum Johanne: qui, ut fortè viribus Petro præstitit, illum anteverit. Sed tamen Johanne, præ timore, non ingrediente in sepulcrum; Petrus nihil cunctatur: moxq; ingressus, omnia solicitè contemplatur, videt linteamina vacua; ac sudarium singulari diligentiâ convolutum, ac seorsim repositum. Interest deinde piorum cœtui, in quem Christus eodem die, & post octiduum iterum, januis clausis, venit; seseque vivum exhibuit. *Luce 24.*[f] *Joban.20.*[g]

Memorabilis etiam hæc est historia, ardentem fidem in Petro erga Christum declarans: quòd Petro aliisque, in mari Tiberiadis, frustra piscantibus per integram noctem, & manè subducentibus navem ad littus, Christus in littore apparet, nemine eum cognoscente; quærens, num aliquid esca haberent: Id cùm negassent; jubet eos ad dextram navigii rete mittere. Quòd ubi fecissent; centum-quinquaginta tres grandes pisces capiunt. Quâ rē motus Johannes indicat; Dominum eum esse, cujus jussu & benedictione tam feliciter piscati essent. Petrus, eo audito, tanto ardore erga Christum amoreque, mox insiliens aquam, uti erat nudus, ad littus, ubi non procul aberant, enatârit: aliis navigiolâ paulatim appellentibus. Sumto cibo, quem familiariter Christus, ut ante passionem solitus erat facere, discipulis distribuit, ad Petrum seorsim instituit sermonem: *Simon*, inquit, *Johanna, diligis me?* At ille: *Etiam Domine, tu scis quia amo te.* Dicit ei Dominus rursum: *Pasce oves meas*, & iterat repetit. Addit insuper & hanc gravissimā sententiam: *Amen amen, dico tibi; cùm esses junior, cingebas te, & ambulabas, ubi volebas: Cùm autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet, quò tu non vis. Hoc autem dixit, significans qua morte clarificaturus esset Deum.* Joh.

Adest etiam valedictioni, & ascensui Christi in cœlos. Accepto Spiritu sancto in Pentecoste, una cum cæteris prodiit in publicum, Euangelium Vitæ Christi palàm adnuntians. & cùm adessem, quidam irridentes docentes, quasi musto pleni essent: Petrus frequentem & gravem defensionē orditur: ac docet, istos ebrietatem neque ex temulentiâ promanare, sed fieri ista prophetiam divinam Joëlis 2. *Effundā de Spiritu meo, super omnem carnem.* Hæc jam in Apostolis esse completa. Deinde [illegible] filium præfinito Dei consilio pulsum, & [illegible] resurrexisse à mortuis, & allegat ex Psalmis [illegible] animā meam in inferno; nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem. Hunc ergo Jesum esse verum Messiam, qui tali ratione pepererit [illegible]

E

F

G

H

a verſ.1.
b verſ.1 & 2.
c verſ.1.
d verſ.1.
e verſ.1.
f verſ.1 & 2.
g verſ.1.
h verſ.1 & 2.
i verſ.18, 19, 20.
k verſ.16, 17, 18.
l verſ.1.
m verſ.13.
n verſ.1.
o verſ.1.
p verſ.2.
q verſ.27.
r verſ.27.
s verſ.13. & 19.
t verſ.21. & ſeq.
u verſ.38.
x verſ.14.
y verſ.14.
z verſ.25.
a verſ.7.
b verſ.12.
c verſ.4-6 19.

Quid autem ipsi fuit consilii Spiritum sanctum, verbis his quibus loquitur de justo regimine de viri Christi peculiare opus & donum. Atqui quod ipsorum fecimus, quod parricidæ filius Mariæ fuerint. Ita concionatum fuit fructuosè: ut circiter tria millia hominū, eo die, doctrinæ Christi accesserint, ac Baptismo salutari initiati sint. *Act.2.*

Accurrente deinde turbâ ob sanatum claudum, ad speciosam portam; egregiam Petrus concionem habet: quâ docet, non suâ; sed Christi virtute, hoc miraculū accidisse: Christum esse Filium Dei, verumque Messiam, verè ex mortuis resuscitatum. Inter alia autem & perspicuè ipsorum facinus taxat; quòd Messiam scelerate interfecerint: mones eos de pœnitentiâ; quam eâ ratione proponit, ut intelligant, Deum paratum esse, peccata ista, quantumvis atrocia, ipsis remittere: imò omnium maximè ad ipsos Messiam pertinere, de quo in veteri Testamento sint promissiones factæ. *Actor.3.*

Gravem ac ferium fuisse concionatorem Petrum, etiam hoc testatur: quòd Ananiam & Sapphiram, mentientes, se totum agri divenditi precium in commune referre, (cùm quidem fuisset eis liberum prorsus; quantum placuisset, donare ad communem piorum sustentationem) verbo punit; ut collapsi exspirarint subitò. *Act.5.*[d]

Labores in ministerio non defugit. nam & Samariam cum Johanne profectus, amplius eos, qui à Philippo conversi fuerant, confolidavit; & impositione manuum Spiritum sanctum impertivit. *Act.8.*[e]

Peragravit Petrus loca Palæstinæ pleraque. Fuit Lyddæ, Joppæ, Cæsareæ Stratonis; ubi &, singulari revelatione Dei, Euangelium Jesu Christi adnunciavit. *Actor.9.*[f] 10. ac defendit vocationem Gentium, apud fratres Judæos, acriter: *Actor.11.*[h]

In Concilio Hierosolymitano, ubi & reliqui contulissent sententias; Petrus quoq; sententiâ suam aperit: diserte pronuntians; Mosaicas cæremonias, exhibito nunc Messiâ, in posterum abrogatas esse; neq; iis gravādas esse Gentes. deinde, uno modo omnes salvari: nempe gratis, per fidem in Christum. Confirmat hanc sententiā Jacobus: non tanquam superiori; sed æquali, in veritate adstipulans. *Act.15.*[i]

Antiochiæ eum fuisse, ac docuisse; *ex epistolâ ad Galatas, cap.2.*[k] manifestum est.

Quòd in Ponto, Galatiâ, Cappadociâ, Asiâ, & Bithyniâ, verbum Christi seminârit; ex ejus *epist.1.cap.1.*[l] liquet.

In Babylone cum Christo Ecclesiâ collegisse, *1 epist.5.*[m] videtur ostendere his verbis: *Salutat vos Ecclesia, quæ est in Babylone collecta.*

Corinthi Petrum fuisse; colligi fortè ex *1 Cor.1.*[n] potest: eò quòd Cephæ ibi mentio fiat; & quidem cujusdam schismatis: quòd alii Cepham, alii Paulum, alii Apollo, plùs æquo extulerint; dum alius se hujus, alius alterius discipulum, jactaret.

Sunt, qui & Alexandriæ Petrum fuisse, Ecclesiamq; ejus loci plantâsse, asserant: inter quos & *Nicephorus* est, qui[o] inquit; *forte Petro Alexandriam contigisse; in quâ postea ordinâvit Marcum; & alias urbes adivit.*

In Actu, cap.15.[p] ait Petrus; se Gentibus Euangelium annuntiâsse. quo fortè alludit maximè ad historiam de Cornelio, & visione, quæ ei de vocatione Gentium facta fuerat. *In epistola ad Galatas, cap.2.*[q] Paulus commemorat; sibi à Jacobo, Cephâ, & Johanne, dextras societatis esse datas: ac ipse cum Barnabâ inter Gentes propagaret Euangelii [illegible] illi verò inter Judæos & circumcisos. Fuit hæc pactio fortè de certo tempore. nam postea omnes ad Gentes se convertere: cùm apud Judæos obstinatos Euangelium Jesu Christi parum haberet ponderis.

¶ De scriptis Petri, hodie Ecclesia Christi tantùm habet Epistolas duas: quarum posteriorem ait *Hieronymus* à plerisque negari esse Petri; idèque propter styli cum prioris dissonantiam. Idem habet *Eusebius*,[r] his verbis; *Petri epistola una, quæ prior dicitur, extra controversiam recepta est. Hanc & veteres olim Presbyteri: sine ullâ hæsitatione, in scriptis suis usi [illegible] verò, quæ posterior dicitur, non esse legitimam, accepimus [illegible], quia multis videretur esse inusitata. cum alia est [illegible] scripta. Alia verò, quæ sub nuncupatione & Euange-*

lium, quod sub ejus dicitur, & prædicationem ejus inscribitur, Apostolorum quos etiam, nusquam inter catholicas scriptas comperimus: eo quòd nec veterum, nec nostri temporis, quisquam commemoraverit, quorum ego sit testimonium. Romæ primùm ejus fuisse sepulcrum, idem author[s] *ex Papiâ* refert: quòd [illegible] [s] *1 lib.2.cap.15.*

¶ Quæ fuerit ejus doctrina; ex concionibus ejus, quas Lucas in Actis describit, & Epistolis duabus, manifestum est. Præcipuè illustrare studuit doctrinam de Jesu; quòd is filius Dei, & verus Messias. De salute; quòd per gratiam, fide in Christum, omnes salventur. De peccato Judæorum; quòd Messiam trucidarint. De abrogatione legum Mosaicarum; quòd Gentibus non sit istud jugum imponendum. De vocatione Gentium; quòd omnes homines, modò pœnitentiam agant, ad beneficium Christi pertineant. De bonis operibus; quòd justificati gratis, per fidem in Christum, bonis operibus debeant operam dare. De cruce; quòd nullus Christianus debeat pati, tanquam fur aut latro. De fine Mundi, ejusque instaurationes; quòd omnia sint igne consumenda, ac novos cœlos ac novam terram Deus sit conditurus. Primatum in Ecclesiâ tantùm Christo adscribit: & vocem, *Petra*, non de se; verùm de Christo, usurpat: Christum vocat pastorem & episcopum seu curatorem animarum; & principem pastorum.

Habet autem eam consuetudinem Petrus; quòd fermè ad sua dogmata veteris Testamenti sententias applicet; ut manifestum fiat, nihil à se cæterisque Apostolis novi tradi. Ut, articulum de justificatione per meritum Christi, docet & explicat ex *53.cap.Esaiæ*; & *Psalmo 118. Lapi, quem reprobaverunt ædificantes, is factus est in caput anguli.* Omnes gentes ad beneficia Christi pertinere; probat ex *Oseæ* prophetia *cap.2. Qui quondam erant non-populus, &c.* Ad doctrinam de novâ obedientiâ, seu de bonis operibus, citat sententiam ex *Levitico 19. Sancti eritis; nam & ego sanctus sum.* Item, vocat Hostias spirituales, credentium opera. Item, applicat illud *Psalmi 34. Qui vult vitam diligere, & videre dies bonos.* Arcam Noë dicit esse typum Baptismi. Ecclesiam vocat domum spiritualē, sacerdotium sanctum, genus electum: iisque phrasibus ad vetus Testamentum alludit. Quibus simul etiam indicat; in novo testamento sacerdotium esse spirituale; & non externum quoddam, quod in sacrificiis & oblationibus consisteret. Convenit præterea in compositione, rebus, ac phrasi, cum sancto Paulo: interdum etiam plura membra connectit. Meminit & epistolarum Pauli: quas etsi quædā habere dicit, quæ sint difficilia intellectu; tamen non obscurè significat, & Pauli doctrinam approbare: neque invidet ejus donis; sed ea reverenter & [illegible] prædicat. *2 epist.3.*[t]

[t] *v.15,16.*

¶ Inter alia dona, quæ habuit, etiam prophetiæ donum referri debet. Nam *2 epist.2.* prædicit & describit Antichristi fatum. & *2 epist.3.* de extremo die quædam satis perspicuè prædicit. Revelationes ipsi tantùm, veruntamen in communē Ecclesiæ usum factas, Lucas recenset duas. Una est; quòd mox post ascensionem Domini, in fratrum consessu, instinctu ac revelatione divinâ, proponit, alium Apostolum in locum Judæ eligendum esse. *Act.1.*[u] Concionem ejus, quia Spiritu sancto dictante facta est, adjiciemus. *Viri fratres*, inquit, *oportuit impleri Scripturam hanc, quā prædixit Spiritus sanctus per os David, de Juda; qui fuit dux his, qui comprehenderunt Jesum: quia coptatus erat in numerum nostrum, & sortitus erat partem ministerii hujus. Et is quidem possedit agrum ex mercede iniquitatis: suspensus, crepuit medius; & effusa sunt omnia viscera ejus. Et innotuit omnibus habitatoribus Hierosolymæ: ita ut appellaretur ager ille, lingua illā vernaculā, Aceldema; hoc est, ager sanguinis. Scriptum est enim in libro Psalmorum: Fiat commoratio ejus deserta; & non sit qui habitet in eā: & episcopatum ejus accipiat alter.*

[u] *vers.16 & seqq.*

Alterum est, quam Lucas *Actor.10.*[x] describit; quòd [illegible] Joppæ, in [illegible] adiret [illegible] circumcisi [illegible] Et cum [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] vidit [illegible] descendens ad [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] omnia quadrupedia [illegible] [illegible]

[x] *vers.9. & seqq.*

Et facilis est vox ad eum: surge Petre, macta, & vescere. Ait autem Petrus: Nequaquam Domine; quia nunquam vescor quicquam commune & immundum. Et vox iterum ad eum: Quæ Deus purificavit, tu communia ne dixeris. Hoc autem factum est ter, & rursum receptum est vas in cœlum. Et, dum apud se dubitaret Petrus, quid nam esset visio, quam vidisset; ecce viri, qui missi erant à Cornelio, percontati de domo Simonis, adfuerunt ad januam. Et vocato quopiam, interrogabant, an Simon, qui cognominaretur Petrus, illic haberet hospitium? Petro verò cogitante de visione, dixit Spiritus ei: Ecce, viri quærunt te, surge itaq; & descende, & vade cum eis, nihil hæsitans; propterea quòd ego misi illos. Descendens autem Petrus ad viros, qui missi erant à Cornelio ad ipsum, dixit: Ecce ego sum ille, quem quæritis, quæ causa est, propter quam venistis? Qui dixerunt: Cornelius centurio, vir justus, & timens Deum, & testimonium habens ab universâ gente Judæorum, oraculo admonitus est ab Angelo sancto, ut accerseret te in domum suam, audire verba abs te. Hæc visio, non tantùm propter Petrum accidit: sed multò magis, ut Deus vocationem Gentium illustri miraculo declararet & ornaret.

De aliis revelationibus, quas cum cæteris communes habet, suprà dictum est: qualis est, visio transfigurationis Christi; & deinde luctæ in horto: patefactiones item Christi à resurrectione, visibilis Spiritûs sancti infusio, & similes.

¶ Miracula, in nomine ac virtute Christi, haud dubiè plura præstitit, sicut & cæteri Apostoli; quàm literis memoriæq; tradita sint. sed nos tantùm ea recenebimus, quæ in sacrâ Scripturâ sunt annotata. Ante Christi passionem, sinè dubio quædam miracula fecit: verùm ea non sunt descripta: forte eo cõsilio, ut miracula, immediatè per Christum edita, magis extarent; nec abducerentur homines à Salvatore ipso ad Apostolos. Post Christi ascensionem, & Spiritûs sancti effusionem, variis est locutus linguis Petrus; sicut & cæteri Apostoli. *Act. 2.*

Quodam tempore, cum Johanne ingrediens templum Hierosolymitanum, orationis gratiâ, ad portam, quæ dicebatur Speciosa, incidit in quendam humi cubantem, (ex utero enim matris claudus erat natus) ætatem jam annorum circiter quadraginta habentem, ac rogantem abipsis eleemosynam. Petrus jubet hominem in se ac Johannem oculos dirigere; ac deinde adjicit: *Argentum & aurum non est mihi; quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine JESU Christi Nazareni surge, & ambula.* & apprehensâ manu ejus dextrâ, erexit eum. & protinus corroboratæ sunt plantæ ejus, & tali: & exiliens stetit, & ambulavit; & cum ipsis ingressus templum, Deum laudavit. Post hæc Petrus populum, miraculi dignitate obstupefactum, docet; id se non propriâ virtute; sed operatione JESU CHRISTI, quem crucifixissent, fecisse: ac monet eos de pœnitentiâ. *Act. 3.*

Ananias vendiderat agrum, ac fraudaverat de precio, sciente uxore conscià; afferens partem quandam ad Apostolorum pedes, quasi totum id, quod accepisset, offerret. Petrus autem, mendacium hoc peculiari Spiritûs sancti revelatione intelligês, Ananiam his verbis alloquitur: *Anania, cur tentavit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto, & fraudare de precio agri? Nónne poterat retinere agrum; vel etiam pretium, quod ex venditione accepisti, libere in tua potestate habere? Quare maluisti mentiri? Non es mentitus hominibus; sed Deo.* Ananias, hac voce, tanquam excommunicationis fulmine, gandità, mox corruit, & exspiravit. Post tres horas Sapphira, quid de marito factum esset ignara, advenit. cui Petrus: Dic mihi, Inquit, mulier, tantine agrum vendidistis? At illa affirmat. Ibi Petrus eam quoque tuis seriis verbis affatur: *Cur inter vos conspiratis, inquit, tentare Spiritum Domini? ecce, pedes eorum, qui sepelierunt virum tuum, ad ostium sunt, & efferent te.* Mulier hæc audiens, confestim & ipsa vitâ destituta collabitur, & animâ exhalat. Voluit autem Christus hac severitate, initiis fuæ in Ecclesiæ, declarare formidacium scelus detestari, & in aliis quoque punire. Istis miraculis Apostolorum, homines tantopere commoti sunt, ut in plateas efferentes infirmos, [illegible] Petri, [illegible]

[illegible] eò proficiscuntur: ac impotentes [illegible] Spiritus sanctus visibiliter in [illegible]

Lyddæ Petrus incidit in hominem, [illegible] annos conflictantem, & in grabbato decumbentem, [illegible] nomine; quem his verbis alloquitur: *Ænea, sanavit te JESUS Christus, surge, & sterne tibi.* Et confestim surrexit. Quod plurimi Lyddæ & Affuronæ conspicati, conversi sunt ad Dominum. *Act. 9.*

In Joppe erat quædam discipula, Tabitha nomine, quæ Dorcas per interpretationem, operibus bonis & eleemosynis celebris, ea morem obiit: lotaq; in cœnaculo reponitur. Cùm autem non procul abesset Petrus, (Lydda enim prope Joppen sita est) mittunt duos ad Petrum, ne gravaretur absq; morâ ad se venire. Neque diu cunctatus Petrus: venit ibi vidua præcât Tabithæ beneficentiam & eleemosynas; vestes ab ipsâ sibi factas & monstrantes. Ejectis autem omnibus foràs, Petrus positis genibus orat. & conversus ad corpus, inquit: Tabitha surge. At illa aperuit oculos suos; visoque Petro, resedit. Porrigens autem ei manum, erexit eam. Et cùm vocasset sanctos & viduas; produxit eam vivam. Profuit & hoc miraculũ, ad plurimorum conversionem & confirmationem. *Act. 9.*

In domo Cornelii concionante Petro, Spiritus sanctus cecidit super omnes, qui audiebant verbum. *Act. 10.* Plura in authenticis quidem autoribus, de mirandis Petri factis, non reperiuntur.

¶ Certamina in suo ministerio non-pauca sustinuit: in quibus omnibus singularem fidem & constantiam præstitit; neq; se vel minis violentis, vel blandimentis, à confessione Evangelii abterrere passus est. Contra Simonem Magum, qui pro pecuniâ facultatem imperiendi Spiritum sanctum sibi vendi, utpote secretiorem aliquanti magiam, petebat, Petrus ferió & acriter pugnat: *Pecunia, inquit, tua sit tecum in perditionem! quoniam donum Dei existimasti pecunia parari. Non est tibi pars, neque sors, hac in re. Cor enim tuum non est rectum coram Deo. Pœnitentiam itaq; age, & resipisce ab hac nequitiâ tuâ: & roga Deum; si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. Fel enim amaro video te esse, & ligatum iniquitate. Act. 8.*

Contra Pseudoapostolos in Hierosolymitana synodo contendit; nequaquam ipsorum doctrinâ esse veram, quæ affirmarêt, Sine bonis operibus neminem posse salvarisc contrà decernit; Tantùm per gratiam, fide in Christum, omnes ex æquo salvari. *Act. 15.*

Contra Pseudoprophetas, *2. epist. 2.* pugnat: & Epicureos confutat, *2 epist. 3.*

A politicis Magistratibus plurima pericula experta: neq; tamen ipsis minis aut lævitiâ fractus est; neq; voluntati ipsorum impiæ morem gessit. imò & divinas liberationes multas habuit. Postquam enim sanâsset claudum in nomine Christi; & deinde Christum annuntiasset; & Judæorum in ipsum facinus graviter taxâsset, vocans eos ad pœnitentiam: Sacerdotes, Magistratus templi, & Sadducæi, eum, cum aliis quibusdã comprehensum, in carcerem detrudunt: maneq; sistunt concilio, & objurgant, quòd in nomine Christi docuerint. At Petrus, Spirito [illegible] & de flagrãs, intrepidè defendit miraculum; & [illegible] nominat ipsum JESUM Christum. ipsos [illegible] arguit, quòd Messiam interfecerint: palam [illegible] tùm per eum salutẽ contingere. Perfectam [illegible] confidentiam Petri obstupescentes, & mittentes ipsum absq; nefario scelere negare non audentes, eandem in eam sententiam eunt: dimittendos esse Apostolos; verùm cum ea interminatione, ne amplius in nomine JESU loquerentur aut docerent. Petrus cum Johanne respondet: An [illegible] sit, ipsos potiùs audiendos esse, quam Deum; [illegible] debere judicium facere. Se non posse non [illegible] audierint, loqui. Verùm cum [illegible] gunt infracto animo palàm docere [illegible] donum, & expositâ sententiâ per [illegible] Ecclesia preces jungit: & quidem [illegible] à Deo petit, ut franget hostium minas [illegible] omni fiduciâ loqui verbum [illegible]

loco nihil sensibili motos conciunt. quæ res confirmabat
Deum audita esse piorum vota & gemitus. *Exod. 4.*

Alio tempore, Pontifices & Sacerdotes iterum injiciunt
in Apostolos manus: inter quos & Petrus erat. Noctu ar-
cerni, cùm essent in carcere clausi, Angelus Domini omnes
januas aperit; salvumque cunctos jubet in templo concio-
nari. Manè, cùm in carcere nemo esset inventus, & nuntio
accepissent Pontifices, capi vos suos in templo liberè do-
cere: Magistratus eos adit, & in concilium absque vi per-
ducit. Crimina proponuntur: quòd, contra edictum Ma-
gistratûs, in nomine Christi docuissent: quòd suâ doctrinâ
hæreticâ totam Hierosolymam complessent: quòd san-
guinem Christi nitantur in ipsos derivare: hoc est, ipsos
esse blasphemos & seditiosos. Hic Petrus pro se & reli-
quis diserè respondet: *Oportet Deo magis obedire, quàm ho-
minibus.* & rursus pœnitentiæ concionem acuit, affirmans,
ipsos Messiæ esse interfectores: & Christum esse Messiam.
Hac asperitate tenelli homines tantoperè commoventur:
ut consilium ceperint, de interficiendis tam pertinacibus
hominibus. Sed Gamaliel, autoritate, doctrinâ, & pietate,
reliquis facilè superior, ipsorum cruentos conatus magnâ
gravitate coërcet: ostendès exemplis Theudæ & Judæ Ga-
lilæi falsorũ doctorũ; hæreses seu ipsas plerunq; destruere. Relinquẽdos igitur esse istos homines: brevi eventũ de-
claraturũ esse, an ex Deo, vel hominibus, ista jam fiant. Etsi
autem nonnihil mitescerent reliquorũ animi: tamen priùs
cæduntur, ac deinde rursus dimittuntur Apostoli. *Act. 5.*

Anno Domini 45. Claudii 3. Herodes Jacobum majo-
rem necat; & Petrum, in Judæorum gratiam, in carcerem
conjicit. Jamq; eò res rediterat, ut postridie eum produ-
turus, & supplicio capitali affecturus esset. Ibi, cùm à tota Ec-
clesiâ preces fierent pro Petro, noctu res miranda accidit.
Petrus cubabat, vinctus catenis, inter duos milites: erat &
ostium, ne quà elaberetur, aliis custodibus probè muniũ.
Hic de improvito Angelus Domini adstitit; lumenque in
toto habitaculo fulget. & ille, percusso latere Petri, excita-
vit eum, dicens: Surge velociter. Et ceciderunt catenæ de
manibus ejus. dixitq; porrò Angelus: Præcinge te, & indue
calceos; meque sequere. Dum autem egrediuntur; Petrus
non aliter putat, quàm per somnum sibi hanc visionem ob-
ferri. Transeuntes ità primam & secundam custodiam, ve-
nerunt ad portam ferream, quæ ducit ad civitatem: quæ ul-
trò aperta est eis. Egressi transeunt vicum unum: & dispa-
ret Angelus. Petrus ad se reversus, agnoscit divinam ac mi-
raculosam liberationem: venitque ad Mariæ domum, ip-
matris Johannis, qui Marcus cognominatus est, in quâ
multi pii erant congregati; pulsat ostium; Rhoda, Rhode
nomine, progressa, ex voce Petrum agnoscit: nec mox præ
gaudio aperit; sed recurrit ad cœtum piorum, nuntians ad-
esse Petrum. Illi, rerum omnium ignari, dicebant eam in-
tanire. Verùm ipsâ asseverante, putant angelum Petri esse.
Tandem, cùm Petrus nõ desisteret à pulsationibus; intro-
missus, & ei singulari gaudio agnitus & acceptus est. *Act. 12.*

Reliqua pericula, quæ toto vitæ suæ tempore pertulit,
non habemus certis monumentis indicata: nec dubium, id
divino consilio factum; ut magis doctrinâ Apostolorum,
quàm alias inferiores res, spectarem" & magnificaremus.

¶ Operæprecium autem est, non modò singularia do-
na, quibus hi tumuli viri ornati fuerunt; sed simul etiam
ipsorum imbecillitates, peccata, & lapsus quosdam insi-
gnes de turpes, præsertim quorum non puduit ipsum Spi-
ritum Sanctum in monumentis sacris mentionem facere,
in conspectum producere & explicare. erudiunt enim pio-
rum animos; nullo modo omnibus numeris absolutam
perfectionem in Apostolis fuisse: posse vel præstantissi-
mos viros hallucinari & labi: ac non ipsos aliâ ratione,
quàm nos miseros peccatores, nempe gratis, per fidem in
Christum, remissionem peccatorum, justitiam, & vitam
æternam, consecutos esse. Sæpè increpat Christus discipu-
los, de fidei imbecillitate. Sæpè meminerunt Evangelistæ;
Apostolos doctrinam Christi, de suâ passione, aliisque re-
bus non intellexisse: quo quidem numero etiam Petrus
comprehenditur.

De vocationem Petrus, ex quadam curiositate, pe-

aliter, quàm in solidâ terrâ, incedentem: ideoq; postea pe-
riret, & in majora incidit peccata, nempe in dubitationem.
Nam evocatus, primò quidem aliquot passus facit: verùm
mox adversum ventum sentiens, ac procellas vastas ac spu-
mantes in se irruentes cernens, incipit fidei imbecillitate
laborare. id quod nominare, neq; ulla creatura; id Deus,
cordium scrutator, protinus agnoscit; & hoc peccatum eo
pacto manifestat, quòd mergi cœperit. Hic ille exclamat:
O' *Domine eripe me.* Jesus autem absq; morâ, apprehensâ
manu, eum extrahit; & palàm peccatum, quod mersioni
causam præbuerat, revelat: singulari eum gravitate, mixtâ
tamen benevolentiâ, increpans; *Modicæ*, inquit, *fidei, quid
dubitasti? Matthæi 14.* O' mirandam Christi mansuetudi-
nem & clementiam? qui imbecillitatem fidei etiam si exa-
rat: tamen pœnitentibus condonat; imò fidem ipsam ma-
gis excitat & corroborat.

Magnum erat encomium, quod à Christo reportabat
Petrus, editâ communi nomine confessione; quòd Jesus
esset Christus, Filius Dei viventis. Palàm enim beatũ prædi-
cat eum Dominus: & ait, eum hæc ex Patre cœlesti ha-
bere; eamque confessionem, petram & columnam perpe-
tuam suæ Ecclesiæ, futuram esse. Sed paulò pòst fœdum &
horrendũ lapsum committit. Mox enim incipiebat Chri-
stus, magnâ gravitate, docere de suâ passione; & quidem
ità expressè; ut diceret, Seniores, Scribas, ac Principes sa-
cerdotum, se-se brevi occisuros: tertiam verò die vivum
resurrecturum esse. Hic Petrus, præclarus ille coryphæus,
Dominum apprehendens, eum increpat, quòd ejusmodi
luctuosas res animo vertet: & dissuadet summoperè, ne se
passioni dedat. *Absit*, inquit, *a te Domine; nõ erit tibi hoc.* Per-
suadebat autem sibi Petrus, se-se peculiari hac in parte pru-
dentiâ excellere: ideò significat, se potiùs hortatorẽ esse; ut
paulatim, tanquâ verus Messias, ad majores gradus digni-
tatum & honorũ asscendat. Sed Dominus respondet: *Vade
post me Satana; scandalum es mihi: non sapis ea quæ Dei sunt;
sed quæ hominum.* Hisce verbis certè horrẽdus lapsus de-
scribitur, quo quidẽ æternam ille meruisset damnationẽ; nisi
ex ingenti misericordiâ esset retractus. Nec dubium est,
quin teriò tantum peccatum fuerit deprecatus. *Matth. 16.*

Testimonium singularis favoris, & gloriæ non parvæ
fuit; quòd Petrus unus ex istis est, qui transfigurationem
Christi oculis humanis ante passionem conspiciunt. Sed
in eo quoq; Petrus præ aliis impingit. nam visis istis rebus
omnibus, inquit: *Domine, bonum est nos hic esse. Si vis, faci-
mus hic tria tabernacula: tibi unum; Mosi unum, & Eliæ unum.*
Hic Marcus & Lucas addunt: *Non sciebat, quid diceret?* Ve-
cabat igitur Petrus, quòd, extra verbum Dei, memoriam
istius rei, culturamque cogitaret instituere. Imò & voce
Patris cœlestis ista superstitio Petri castigatur: & aperte
indicatur, ad quid ipsis hæc revelatio prodesse debeat; & de
quid ipsorum sit officii. *Hic est*, inquit, *Filius meus dilec-
tus, in quo mihi beneplacitum est; hunc audite. Matthæi 17.
Marc. 9. Luca 9.*

Est Petrus etiam unus ex discipulorum numero, & for-
tè non postremus, qui agitat quæstionem; *Quinam ipsi
futurus esset maximus?* Quam quidem inscitiam, & ambi-
tionem, Christus gravi oratione crebrò reprehendere cogitur.
Matth. 20. Marc. 9. 10. Luca 9. 22.

Videtur & hæc pars aliquid habere erroris; quòd Pe-
trus remissionem ad septenarium numerum conatur re-
stringere. Verum Christus ejus opinionẽ rejicit; ac docet;
toties remittendum, quoties petitur venia. *Matth. 18.*

Cùm Jesus de regno Dei verba faceret; Petrus inter a-
lios erumpit: se cum cæteris Apostolis reliquisse omnia, & se-
cutos ipsum; quidnam igitur pro eo officio recepturi
essent? Somniabat autẽ carnalia quædam præmia Petrus.
At Christus manifestè respondet; in futurâ vitâ compen-
sationem exspectandâ esse: in hoc verbo [illegible] fore plurima pro hoc nomine amittantur. *Matthæi*

[illegible] des; Petrus inscitia [illegible] gravi [illegible] se
admissurum, ut Christus ibi [illegible] æternum. Re-
spondet Christus: *Si te non [illegible] habebis partem mecum.*

Hic

Hîc rursus impingit Petrus. Non tantùm pedes, sed & manus ac caput, & totum prorsùs corpus. Contigit & hanc lectionem Christus: Surrexit hoc proposito sanè, ut posset lavare. Johan.13.

Deinde, Christo de passione, ad quam modò se accingebat, concionante: Petrus præ aliis de sui constantiâ præclarè & ipsum Christum, de ejus fœdâ negatione propè tantùm non, quasi mendacii arguit; se omninò vel mortem cum ipso paratum esse subire, tantùm abest, ut suam imbecillitatem agnoscere. B

Postea in horto, non semel tantùm, sed aliquoties, peccat. Jubet enim vigilare, & orare cum Christo, obdormiscit & fœdè: adeò ut nominatim etiam à Domino compellaretur. *Petre, non potuisti unam horam mecum vigilare?* Non diu post, contra Christi interdictum, gladio usitur; temerario & impio conatu, auriculam Malcho, Pontificis ministro, amputans. Audierat, à Domino dici, se jam divinitùs passioni destinatum; eaque ratione genus humanum esse redemturum. ibi ipse violentâ vi, Dei consilium, in Scripturâ prædictum, quantum quidem in ipso est, conatur impedire. Erat etiam Petrus ecclesiastica persona: quæ usum gladii adversùs impios magistratus, persecutionem ergà pios exercentes, non habebat. Easque ob causas ipsè Dominus, gravi oratione & objurgatione, Petrum reprimit; ac miraculo ejus errorem corrigit. Ad extremum, ubi vident simum Dominum vinctum abduci, non tantùm alii Apostoli, sed etiam præclarus & animosus ille heros, simul fugæ se-se mandat, & sit desertor sui Domini. Etsi autem ex fugâ redit, & in Pontificis atrium ingreditur: tamen ibi adhuc crassiùs & atrociùs labitur; adeò ut, post Judam, nemo Apostolorum, hoc ipso tempore, gravius & fœdiùs hallucinatus sit. Nam ancilla tantum eum compellat; an cum Jesu Galilæo fuisset? hîc ille negavit coram omnibus. Inertum alia ancilla idem quærit: ibi jurat, se ne novisse quidem hominem. Tertiò, objiciunt id alii quidam in atrio: verùm Petrus consternatus, cum exsecratione sui jurat, sibi cum Jesu nullâ prorsùs notitiam intercedere. Nequaquam autem habuit eam abnegationem Christus prorsùs indifferentem: sed inter suas angustias se-ipsâ ad Petrum convertit, maximè efficacissimo eum de horrendo lapsu cõmonefaciens. Nec potest diutiùs istorum hominum cõspectum sustinere Petrus; sed, agnitâ sibi tam turpi abnegatione, foràs egreditur, amaris lacrymis pœnitentiam suam declarans. *Matt.26. Marc.14. Luc.22. Johan.18.*

Cùm resurrectio Christi ei nuntiata esset; ipseq; magno ardore ad sepulcrum cucurrisset: non tamen eum articulum rectè percipere potuit, sicut expressè scriptum est; tam Petrum, quàm Johannem, nùm etiâ ignorâsse Scripturas: *Joh.20.** cùm quidem sæpenumerò de Scripturâ eos docuisset Christus.

* vers.9.

Curiositas Petri seriâ oratione compescitur; quando, cùm pascere oves, quærit de Johanne: *Quid autem hic?* Christus respondet: *Si eum volo manere, donec veniam; quid ad te?* Johan.21.*

* v.22.23.

Antiochiæ non rectè ambulavit Petrus ad veritatem. Nam cum Gentibus cibum capiens, rectè utebatur libertate Christianâ: sed, cùm quidam Judæi à Jacobo venirent, subduxit se-se, timens Judæos. eâque ratione, quod antè de libertate Christianâ ædificârat, rursùs destruebat; & necessitatem Judaicorum rituum, in gratiam Judæorum, ipso facto comprobabat. Ideò Paulus non veretur publico scripto obloqui; se Petro, quem & Cephan vocat, in faciem resistere. *Gal.2.**

* v.11. &c.

Hi nævi & lapsus Petri, non sinè consilio Spiritûs sancti, tantorum virorum in sacris libris traditi, fuitq; non postrema cura, nequid dubiò, ne Petro nimiùm attribueretur: id quod posterioribus seculis futurum esse, Deus prævidit.

* Quod Petrus loco omnes Apostolos princeps ac primus refert, quo jure id, in loco certo Mundi, pro suo arbitrio, vel debuisset, vel potuisset, Monarchiam ecclesiasticam, seu primatum super omnes in toto orbe terrarum, reliquis hîc successoribus omnibus, usque ad finem Mundi, nusquam, in Sacris literis mandatum est. Nam quod Christus dicit: * *Tu es super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*, &c. Matt.16. & 18.

C D E F G H

Primus quidem vocatur Petrus, Matth.10. quòd princeps cæteris omnibus: sic quasi [illegible] esset aliquis primo loco ponendus. Meliora tamen & dona præstantia, ob quæ primo loco retinet Petrus; sed post assensionem Christi, non ampliùs Apostolo primatu cessarunt; ut qui omnia rectiùs intelligeret, quàm antea. Neque est Petrus in Hierosolymitano Concilio primus aut summus Episcopus; sed cæteris par: imò tribuitur major Jacobo auctoritas tributa. Antiochiæ quoque non præfertur aliis.

In Concilio Hierosolymitano, neq; primo, neq; summo loco, dicit sententiam: sed Jacobus, approbans sententiam Petri, quæ erat veritati consentanea, diffinitionem tulit, ac decernit. *Act.15.*

In epistolis suis, Petrus Christum vocat petram; & verè servum Christi, presbyterum, ac apostolum.

Veniens in domum Cornelii Petrus, noluit se adorari, sicut inquit:* *Surge; & ego homo sum.* Jam, si vivus ille adorationem sui improbavit: multò minùs ei defuncto invocatio idololatrica, qualis quidem posterioribus seculis tributa est, convenit. Plura igitur Petro adscribere, quàm in sacris monumentis exstet, vel ipse etiam agnoverit; non exigua est in Ecclesiâ Dei impietas.

* Act.10. v.26.

¶ Romam Apostolum Petrum venisse; & quo tempore, quamdiu; diu ibi perseveraverit; non satis liquidò demonstrari potest: eò quòd in sacris literis ferè etiam conjecturæ, his de rebus, nullæ haberi possint. *Irenæus* tamen clarè affirmat; * *Petrũ & Paulum Romæ evangelizâsse, & Ecclesiam fundasse & cõstituisse, eo tempore, quo Matthæus scripturam edidit Evangelii.* Constat autem *ex Chronicis Eusebii*, 3. Caii, Christi verò 41. anno, Euangelium Dei editum esse, quo tempore Petrus adhuc Hierosolymis fuit; & Paulus cum Barnabâ ad Gentes prædicatum primùm abiit. Verùm Romam eâ profectione non venit. *Act.13. & 14.*

* lib.3. adv. Hæres. c.1.

*Origenes** inquit: *Petrus in Ponto, Galatiâ, Bithyniâ, Cappadociâ, & Asiâ, dispersis Judæis prædicâsse videtur: qui & cursu vitæ finem Romæ cõstitutus, capite deorsùm cruci affixus; ut quòd ipse hunc passionis modũ expetisset.* Idem & *Eusebius** affirmat; *Caium quendam, ecclesiasticum virum, & Dionysium Corinthium affirmare, Petrum Romæ fuisse.*

* lib.2. c.14.

Sub Claudio Romam Petrum esse profectum, plerique arbitrantur; & si secundo ejus Imperatoris anno, alii tertio, alii quarto factum esse putant: atq; adeò 25. annos ibi resedisse, ac docuisse. Hæc sic se habent: cur Lucas non facit ejus rei mentionem? Deinde constat, 6. Claudii Christi verò 48. anno, Synodum Hierosolymis celebratam esse, cui interfuit Petrus. neque ibi ibi mentio, Petrum Româ Hierosolymam advenisse: id quod Lucas haud dubiè, si ita factum fuisset, non intermisisset. Tribuendi præterea Petro aliquot anni sunt necessariò; quibus in Ponto, Galatiâ, Cappadociâ, Bithyniâ, atq; Asiâ totâ, docueris: ibi non ante; sed post synodũ Hierosolymitanã, factum esse. Quidam tradunt, quinq; annorũ spatio hoc esse [illegible] Antiochiæ septem cum fuisse annis, [illegible]

Ut-ut res se habeat: si saltèm à Synodo [illegible] nâ computaveris annos, usque ad Neronem [illegible] manifestum fit, Petrum ultra Neronem vixisse annos. & quomodo potuit ab eo trucidari? Si ad triennii autẽ plures ejus peregrinationis annos; ficta omninò rei ratio postulata magis elucesceret, Petrum vel non fuisse Romæ, vel alio tempore fuisse, ac breviùs. Accedit & hoc; quòd Paulo, venienti Romam, nullus Apostolus, nedum Petrus, in viâm venit. Et Paulus, in concione [illegible] degentes, ne syllabâ quidem unâ [illegible] ibi fidei fundamenta jecisset. Et scribens [illegible] circiter 13. Claudii annum, Christi [illegible] esset Petrum Romæ esse; omnino [illegible] expresso nomine salutasset de Petro [illegible] summam Ecclesiæ, una cum [illegible] rum prorsùs [illegible]

[illegible] Dominationes ordinum contemnit & pertrahat; modos [illegible] quibusdam ejus inserta, qui Simon Petro animum adimere posset: quæ [illegible] ejus essent, pro suis nomine gloriaretur.

Longum narrationem deerebus, quas Romæ Petrus gessit, & quo modo genere mortis vitam amiserit, *Egesippus* * [illegible] quam afferibamus; ne non vetus lectori lectio, quidquid autem, quantum vult, ei fidei arrideat. Erant tunc temporis, inquit, *Romæ Petrus & Paulus, doctores Christianorum, sublimes operibus, clari magisterio: qui virtutes suorum operum Neronem adversum fecerant; capitum Magi Simonis delinimentis, qui sibi animum ejus conciliaverat: cui adjumentum vilitate, subjectionis genium, vitæ longævitatem, salutis custodiam, seralibus artibus pollicebatur, atq; illo credebat, qui vim verum deferre examinare. denq; summum apud eum tenebat amicitiæ locum: quandoquidem etiam præsidium suæ salutis, vitæq; custodem arbitrabatur. Sed ubi Petrus ejus vanitates & flagitia detexit; & species illum rerum mentiri, non solidum aliquid aut verum efficere, demonstravit: indibria habitum, & divina eli consumtus morbo. Et quamvis, in aliis terrarum partibus, Petri esset experta potentiam: tamen prævenions Romam, ausus est jactare, quòd mortuos resuscitaret. Defuncta erat id tempore Roma adolescens nobilis, propinquis Cæsaris, cum universorum dolore. Admonuêre plerig,; experiendum, utrùm posset resuscitari. Celeberrimum in his operibus habebatur Petrus: sed apud gentiles nulla facili hujusmodi defertebatur fides. Dolor exigit remedium: perrectum est ad Petrum. Fuêre, qui etiam Simonem accersendum putarent. Ultrq; affuerunt. Ait Petrus; Simoni, qui se de suâ jactarat potentiâ, priores so-se partes dare: ut, si posset, mortuum resuscitaret. si ille non resuscitaret: se non defuturum, ut Christus operum ferret defuncto, quò posset resurgere. Simon, qui putaret, apud urbem Gentilium plurimum suæ virtutis artes; conditionem proposuit: ut, si ipse resuscitasset mortuum, Petrus occideretur; qui magnam potentiam (sic enim appellabatur) lacessendo, injurias irrogavisset: sin vero prævaluisset Petrus in Simonem; pari genere vindicaretur. Acquievit Petrus. Adorsus est Simon: accessit ad lectulum defuncti. incantare cœpit, obmurmurare dira carmina ut caput; visus est caput agitare, qui mortuus erat. Clamor ingens Gentilium; quid jam viveret, quid sequeretur cum Simone: ira & indignatio in Petrum, quid homo esset contra se-se tanta potestate. Sanctus Apostolus Jesu Christi, ut vidit defunctus; loquatur: si suscitatus ejus, fugat, exhibet, fugiatur. phantasma illud esse, nò veritatem, quid vigeret caput mortui. Deniq;, separetur, inquit, Simon à lectulo; & tunc ille quid efficere futurum. Abducitur Simon à lectulo: manet suæ fraudis manus auctor, qui mortuus erat. Adstitit Petrus longiùs; & intentâ mente per orationis ingenium, cum magnâ voce ait: Adolescens tibi dico, surge te Dominus JESUS. Et statim surrexit adolescens: & locutus est, & ambulavit, & cibum sumpsit. & dedit eum Petrus matri suæ. Qui cùm rogaretur, ut ab eo non discederet; ait: Non derelinquetur ab eo; qui eum fecit resurgere, cujus ne servi quidem fecura esse mater de Deo suo ingenium habet custodem suum. Et cùm populus in Simonem insurgeret, ut lapidaretur; ait Petrus: Satis est ad pœnam quod [illegible] artes nihil valere: vivat, & Christi regnū [illegible] invitus. Torquebatur magus Apostoli gloriâ. Collecta [illegible] omnem exercitus carnifici suorum potentiam, congregat [illegible] se dicit à Galilæa: reliturum se urbem, quam tuetur, Petrum. Omnes [illegible] volantis, quo superni solibus tenebantur; nec, quamdo velit, omnes patiatur. Confendit statuta die [illegible] & [illegible] valere cœpit. Mittit [illegible] potentiam, non [illegible] Christi. Tunc Petrus [illegible] Decidat Deus, [illegible]

* lib 3. c 2. de eccl. Judæis.

* lib 3. epist.

Hanc de Petro historiam etiã *Ambrosius* * recitat, in oratione in Auxentium, de basilicis tradidis. Testatur & Tertullianus, Petrum dominicæ passioni adæquatum esse.

Nicephorus insuper futuram & formam corporis Petri (quam unde habuerit, incertum est) pingit. Petrus, inquit, nè crassâ corporis statura fuit; sed quæ aliquantò esset eminentior: cute subpallidâ. & albâ admodũ: capilli, & capitis & barbæ rarâ & densi: supercilia propè evulsa: nasus autè longior, sed non tamen in acumen desinens, sed pressi simusq; magis.

* vers 41.

Andreas.

Natus patre Jonâ, in vico Galilææ Bethsaidâ, Andreas, Simonis Petri frater, quem major quidem Petro quemadmodũ [illegible] mon. Idem enim, [illegible] rario indicat. Fuisse eum [illegible] pulum; ejusq; ministerio ad Christi [illegible] nisse: Johannes *cap. 1.** clarè testatur. Cum enim de Christo conspecto aliquando Johannes dixisset; *Ecce agnus Dei*: omisso Johanne, Andreas, cum discipulo altero, illico Christum secutus est. Et cum eo per diem conversatus, fratrem Simonem invenit, ad ipsum quoq; adduxit. Hæc de conversione Andreæ Johannes recitat. Cæterùm, ad vocationem ad Apostolatum pertinere videntur ea, quæ *Matthæus cap. 4. Marcus, cap. 1. & Lucas, cap. 5.* expositit: à capiendis piscium vili professione, vocatũ esse à Christo [illegible] ad locum Genezareth, ad ministerium verbi Dei: [illegible] unumque, & Andream, & Simonem, dixisse; ut [illegible] rentur, factum se eos piscatores hominum. Nec [illegible] eo nos Apostolo sacræ literæ monstrabili quòd, [illegible] passionem & resurrectionem, tum ascensionem Christi cõmuni cum reliquis Apostolis functus fuisse [illegible] discendi à Christo, & docendi [illegible]

Post ascensionem verò Christi, [illegible] Orbis doctoribus, in Pentecoste, Spiritus [illegible] cùm ad docendũ, & propagandum [illegible] Apostolorum alii in alias terras abiere. Andreas [illegible] quem [illegible]

Nicolaitarum tradit. [a] In Epiro verbum Andreæ annunciat, crucem & literas. [b] In Achaia Patris proconsulem convertit.

Sed quis cuncta tam diligenter ex Andreæ doctis peregrinationibus, quæ à proposito Evangelii commentario plura sejungenda sunt, quàm ille, qui ea propemodum ex ipsis Apostolorum actibus, ac doctrinâ, quæ scripta sunt, ab hæreticis, ac fabulis segregare, ac dignoscere nō possimus. Commemorant igitur Andreæ *Bina libri*, duplex ejus circa fata, & pericula, & res gestas, & in primis mirabilem miraculorum, circa tantos in Deum propemodum populi conversionem, congressionisque planissimi narrationes obtendit, quæ tum à professione, tum à doctrinâ Apostolicâ, maximè discrepit. Quis enim cum virum congressum putet, quod narrat; *Matrem quidem partu infantis laborantis, & furentem, ut Diabolum profectò deprecaretur, abegisse: Diabolum ad eam nolle venisse, ac dixisse, Quidnam tale invenias? cum tibi nihil prodesse possim: sed magis Apostolum Dei Andream accede, qui in Achaia moratur, & ipse mederetur furenti.* Non solet enim Diabolus se se, quis sit, prodere; præsertim ubi cultus ei præstatur: imò magis ad se homines allicit, quàm abterret.

Et post aliquanto, de sene Nicolao scortatore scribit *Abdias*: *Hæc audiens* (quæ nimirum de lupanaribus tuis Nicolaus confectus fuisset) *beatus Andreas, cùm multa contra fornicationis disseruisset; prostratu genibus, expansisq; manibus, lacrimis orabat: emittens q; gemitus cum lacrymis, ab horâ diei sextâ usq; ad nonam, surgebat, ablutâ facie, nihil cibi accipere volens; dixitq; Non gustabo, donec cognoscam, si miserebitur Deus hujus hominis, & si sit reputandus inter salvatos. Et cùm jam esset etiam altera die: nihil tamen ei revelatum fuit de homine illo, usq; ad quintum diem, in quo flens vehementer, dicebat: Domine, pro mortuis obtinentium pietate tuâ: & nunc iste, qui tua cognoscere desiderat magnalia, cur non reverti tur, ut sanes illum? Hæc eo dicente; vox de cœlo delata est, dicens: Obtines Andreas pro sene: sed, sicut tu jejunio fatigatus es; ita & ipse studeat per jejunium, ut salvetur. Et vocans eum, prædicavit ei Apostolus abstinentiam, &c.* Ita prorsus ab Apostolorum exemplo, eorumque doctrinâ, sunt aliena. Non enim soliti sunt Apostoli, toc dies jejuniis præter necessitatem tribuere; neque aliis hominibus proponere: hoc præsertim fine, ut per jejunia salventur; uti Abdias narrat.

In Patris denique, civitate Achaiæ, in crucem, ab Ægeâ præfecto Edesenorum, actum eum, *Sophronius* prodidit. Quod & reliqui omnes *de Sancto* vulgatæ narrationes testantur: nisi quòd, apud Scythas passum eum, *Sabellicus* * dicit, quod eum mortis genus pertulisse, etiâ intertus operibus *Cypriani*, titulo *de Duplici martyrio*, liber affirmat. *Beatus Andreas*, inquit, *ut habet humana quidem historia, sed satis probata fides; gaudens, sibiq; gratulans, ibat ad crucem.* Et exstat inter *Augustini* libros quidam, falsò Augustino adscriptus, cum titulo, *De verâ & falsâ pœnitentiâ*; in cujus capite Andreæ leguntur. *In hoc desiderio erat Andreas; quem susceptum à Domino requirebat: Tempus est, ut cœmendas terræ corpus meum. Volebas autē cum plebs de cruce deponere. Ille autem cœpit Dominū rogare: Ne me permittas, Domine, deponere vivum: sed tempus est, ut cœmendas terræ corpus meū, &c.*

* *Simeon Metaphr. lib. 4.*

Jacobus Zebedæi.

Jacobum hunc, alterum Zebedæi fuisse filium, ex Maria Salome, quæ & Maria Jacobi dicebatur; & Domini consobrinum, fratrem Johannis: inter omnes convenit. Duobus Zebedæi, Evangelistæ Jacobum & Johannem discernendis eorumque meminerit. Jacobum verò hunc, cum suo fratre Johanne, ex piscatione in eorum discipulorum a Christo vocatum; deinde in numerum duodecim Apostolorum selectū in monte: *Matthæi cap. 4. & 10. Marci 1. & 3.* tradunt. Commendat ejus obedientiam, quâ [a] vocanti Christo sine morâ paruerit, *Matthæus*, his verbis: [a] *c. 4. v. 21. 22.*

[b] *vers. 17.*

[c] *Simeon Metaphr.*

Abdias nugas, quomodo dæmonum ministerio Jacobus, in accersendo Hermogene, usus sit; ac de mimarum Judarii ac scipionis ejusdem; ut asiles & Apostolo indignas, rejicimus.

De Johanne Evangelista.

Johannes Apostolus & Evangelista, natus est patre Zebedæo; matre verò Salome. Fratrem habuit germanum, Jacobum majorem. Quia autem parens erat piscator; ei se arti Johannes quoque, ex parentum voluntate, dediderat: ut hac suâ operâ œconomiam parentum juvaret. Etsi autem parens hunc suum filium, in patriâ religione, quantum quidem homo idiota, & piscationibus occupatus, potuit, diligenter erudierit: tamen vero simile est, Johannem ad studia literarum non adhibitū esse; licèt ingenio ad eas percipiendas non destitutus esset. Christo eum munus suum auspicante, & puriorem adferēte doctrinam, quàm hactenus à Judaicis doctoribus imbiberāt; secutus Zebedæum, unà cum liberis, summâ cum attentione & alacritate, ejus conciones audivisse.

Opportuno autem tempore, Jesus adiit eum, ubi piscatus fuerat pater cum filiis, jam [illegible] ria reficiebant: & utrumq; filium, quorum [illegible] erat (ut diximus) peculiariter vocat; ut [illegible] socios adjungeret. Illi autem statim [illegible] tre, secuti sunt eum. Ne enim ejusmodi [illegible] starent non tantùm auctoritate Christi [illegible], sed etiâ peculiari quâdam interiori Spiritus [illegible] executione, adducti sunt. Ad mare Galilææ [illegible] esse liquet ex Historiâ colligere. Nam circa id Petrus & Andreas [illegible] & mox sequitur: *Procedens inde, vidit alios duos fratres*, [illegible] etiam sequuntur ex Galilæa Christum. [illegible]

Utrumq; Johannis parentem [illegible] de in Christum proclivem fuisse, [illegible] pere sequuntur, & [illegible] nare, & [illegible]

Digitized by Google

ejus, alter ad sinistram, dignitate & honore fulgens, sederet. Familiariter autem Christus eam personam corrigit ac docet, qualis sit Messias futurus; nempe, qui crucem esset subiturus, &c. *Matth.20.*[b]

[b] v.20. &c.

Receptus porrò in collegium Christi Johannes, ità profecit in hâc divinâ schola: ut non fuerit inter reliquos postremus; imò præ aliis à Christo fuerit amatus. Indè Johannes ipse, in suo Euangelio,[c] se periphrasi quâdâ vocat *discipulum, quem Christus amârit.* Necesse igitur est, hunc Apostolum illustri Dei notitiâ, fide, cõfessione, morumq; sanctitate, excelluisse: quibus donis vehementer Christus fuerit delectatus. Dignatus est etiam peculiari eum honore, cum aliis quibusdam paucis. Nam in montem eum secum adduxit: in quo ille miraculosam JESU transfigurationem oculis carnalibus spectat: cernit Mosen & Eliam cum eo colloquentes: audit vocem patris è cœlo: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacitum est; hunc audite. Matth.17.*[d] *Marci 9.*[e] *Luca 9.*[f] Hæc longè sunt ampliora; quàm triumphum Cæsaris splendidissimũ intueri: in quo, præter delectationem oculorum, aliqua etiam animi recreatio est, propter superatos hostes, partamq; pacem. At hìc exhibetur Messias totius Mundi, magnifico & divino splendore; & quidem ab ipso Deo Patre, conditore cœli & terræ; non ut vana tantùm pompa oculos atq; animum pascat: sed ut sit doctor de voluntate Patris, in universo terrarum orbe; & reconciliationem, salutem, justitiam, atq; vitam æternam, toti hominum generi jam pariat.

[c] c.13.v.23 & 19. v.26. & 20. v.2. & 21 v.7.20.

[d] *vers.1.* [e] *vers.2.* [f] *vers.28.*

Postea, Johannes est unus ex iis, qui emittuntur à Jesu, ad præparandum locum, in quo volebat postremum Agnum paschalem comedere, ac Cœnam suam seu novum Testamentum instituere. *Luca 22.*[g]

[g] *vers.8.*

Singularis amoris & familiaritatis, & hoc argumentum est: quòd in Cœnâ Johãnes in sinu Jesu recubuerit; & Petri nutu motus, quæ fierit, quisnã ille esset proditor? At Jesus respondet: Eum esse, cum intinctũ panem porrigat. *Joh.13.*[h]

[h] v.23. &c.

Cùm etiam præfinitum tempus passionis advenisset: Johãnes est inter eos, quos Christus in horto propiùs vult esse spectatores suarum luctarum. Etsi autem, capto jam Christo à Judæis, Johannes quoq;, imbecillitate quâdam humanâ, fugæ se dederit; vestimentoq; relicto, nudus fuerit elapsus: (Johannem enim fuisse, plerique autumãt; cujus *Marci 14.*[i] mentio fit) tamen mox reversus est; & usque in atrium Pontificis, ut spectaret istius tragœdiæ finem, secutus est. nam & is Johannes putatur fuisse: *Johannes 18.*[k]

[i] v.51.52.

[k] *vers.15.*

Deinde, sub cruce Domini, unà cum Mariâ consistit: neque tantùm eum alloquio dignatur Christus; sed etiam commendat ei matrem. Sic enim ipse narrat in suo Euangelio, *cap.19.*[l] *Cùm vidisset Jesus matrem, & discipulũ stantem, quem diligebat; dixit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illâ horâ accepit eam discipulus in sua.* Non vulgaris ille honor fuit; quòd matri Domini tanquam tutor fuit.

[l] v.26.27.

In resurrectione denique Christi, Johannis non postremo loco mentio fit. Nam, acceptâ dulci famâ ex Mariâ Magdalenâ, Christi monumentũ esse adapertũ; eumq; non ampliùs in eo contineri: è vestigio Johannes unà cum Petro excurrit; & quidem Petrum antevertit. quæ res desiderium ejus, cognoscendi resurrectionem Christi, declarat. *Joh.20.*[m] Interest autem omnibus patefactionibus cæteris, quæ per quadraginta dies fiebant. Et ad mare Tiberiadis, Johannes primus agnoscit Christũ in littore stantẽ. *Joh.21.*[n]

[m] v.2. &c. [n] *vers.7.*

Claudus, ad portam templi Speciosam, à Johanne & Petro sanatur. *Act.3.*[o] Et, postea quàm Samaria à Philippo esset conversa; communi reliquorum consilio, Johannes cum Petro eò est ablegatus: ad quorum impositionẽ manuum, Spiritus sanctus est datus. *Actor.8.*[p]

[o] v.2. &c. [p] v.14 &c.

Sicut autem reliqui Apostoli, interdum in vicina loca Hierosolymis excurrunt, ad propagandum Euangelium Christi: ità procul dubio Johannes etiam factitavit; nihilominùs tamen subindè se rursus eò recepit. Johannem certè & Paulus, *Gal.2.*[q] inter columnas Ecclesiæ Christi recitat; qui cum aliis ei junxerũt Hierosolymis dextras societatis. Videtur autem hoc in Concilio Hierosolymitano factum esse. Nam ante illud, Antiochiæ segregati fuerant Paulus & Barnabas, in ministerium Gentium, divino jussum refert Lucas, *Actor.13.*[r] Postea verò ad Concilium profecti, hanc ab Apostolis comprobationem acceperunt. *Act.15.*[s]

[q] *vers.9.*

[r] *vers.*

[s] *vers.*

Tandem, cùm in longinquiores regiones egredi vellent Apostoli; Asiam Johanni obtigisse: *Eusebius*[t] indicat. Ephesi, tanquam pastorem, commoratum esse, plurimi affirmant: sed ex ejus monumentis non satis liquidò patet. Quo præterea id tempore sit factum; nõ satis liquet. Toto enim tempore, quo Paulus Asiam peragravit, summõq; ministerium complevit, non fit Johannis mentio. & constat, Paulũ Ephesinæ Ecclesiæ Timotheum dedisse pastorem: & duas ei epistolas scripsisse; quibus adhuc Ecclesia Christi utitur. Fortè igitur jam valdè grandævus, post Timothei obitum, Ephesum commigravit Johannes: cum priùs passim, in aliis Asiæ locis, ministerio suo functus esset. *Irenæus*[u] scribit: *Paulum quidem fundasse ecclesiam Ephesinam; sed Johannem ibi permansisse, usq; ad Trajani tempora.*

[t] *Euseb.*

[u] *Iren.*

Ephesi Johannem commoratum esse, quando suum Euangelium conscripsit; *Irenæus*[x] testatur: &, quia ex ejus Euangelio contra Hæreticos pugnat; librum hunc ejus authenticum esse, probat. Occasionem verò, quâ Johannes motus hanc Euangelii historiam cõtexuerit; idem autor[y] exponit: nimirum, quòd Cerinthi præstigiis voluerit obviam ire; qui fingebat, Christum nõ esse verè Dei Filium, ac Patri coëssentialem. *Hieronymus*[z] inquit: *Novissimus omnium scripsit Euangelium, rogatus ab Asiæ Episcopis, adversus Cerinthum, aliosq; hæreticos, & maximè tunc Ebionitarũ dogma consurgens; qui asserunt, Christum ante non fuisse. unde compulsus est, divinam ejus nativitatem edicere.* Hæc ille. Adfert & alteram causam *Eusebius*[a] & *Hieronymus*[b] quòd, visis Euangeliis Matthæi, Marci & Lucæ, Johannes probârit quidem ea, ut quæ verè omnia commemorarent: sed, quia videret quædam prætermissa esse, quæ ante Baptistæ captivitatem præcesserãt; putârit ea adjicienda esse. Affertur & hæc à doctis causa: quòd Johannes, cùm reliquos Euangelistas historiæ in-primis studiosos videret; plures cõciones Christi voluerit recitare: sicut iis eum abundare cernimus.

[x] *Iren.*

[y] *lib.3.c.11*

[z] *in Catal. script.*

[a] *lib.3.c.24.*

[b] *in cata log.*

Scripsit & Epistolas quasdam. Primam, ait *Eusebius* loco proximè-citato, tam à recentioribus, quàm à veteribus, absq; ullâ hæsitatione comprobari & recipi: reliquis verò duabus, quarum alteram Electæ cuidam dominæ & filiis ejus, alteram Gaio inscripsit, contradici. Fortè autem secundæ phrasis nõ multùm aliena est à primâ. Apocalypsin eum vidisse & cõposuisse, *Justinus* affirmat: sicut id quoq; refert *Eusebius*[c] Ac *Irenæus*[d] inquit: *Neq; enim ante multum temporis visum est; sed pene sub nostro seculo, ad finem Domitiani imperii.* In Patmo sibi ista omnia revelata esse; ipsemet *Apocal.1.*[e] scribit.

[c] *lib.4.c.18.*

[d] *lib.5. ad fin.*

[e] *vers.9.*

¶ Quid de singulis articulis docuerit; scripta ejus luculenter declarant. In-primis explicavit articulum de Christi divinitate; indeque etiam suum Euangelium est exorsus: evidentibus argumentis probans; Christum, quem Λόγον appellat, esse Deum; distinctam à Patre personam: unigenitum ejus Filium, coëssentialem, coæternum, coomnipotentem; & hanc personã, seu Λόγον, esse factum carnem. De reliquis partibus nõ vilum est hoc loco prolixam enumerationem instituere: cum suprà, in capite de Doctrinâ, pleraque sint expolita.

Dona in docendo habuit, ut reliqui etiam Apostoli, insignia: nempe, illustrem Dei notitiam, fidem, in tradendo dexteritatem & perspicuitatem, constantiam; & quòd ab articulis fidei nunquam deviaverit, atque in persecutionibus perduraverit.

¶ In phrasi quiddam habet peculiare; quod ingenii & zeli præstantiam in eo celebrat. Filium Dei appellat Λόγον; quæ appellatio in aliorũ Apostolorum monumentis non legitur: haud dubiè eam ob causam; ut ostẽderet, hanc personam omnibus ætatibus voluntatem Patris humano generi protulisse. In principio ait fuisse Λόγον, id est ab æterno. *Verbum erat apud Deum:* hoc est, distincta à Patre persona. *Verbum erat Deus:* hoc est, coëssentialis Patri. *Joh.1.*[f] *Deus est lux:* hoc est, autor lucis. *Et tenebræ in eo non sunt ullæ:* hoc est, odit mendacia & peccata. *1 Joh.1.*[g] *Christum venisse in carne:* pro eo, quòd Christus factus sit homo, & tatiste-

[f] *vers.1.*

[g] *vers.1*

cerit pro noſtris peccatis. *1 Johan.4.*[1] Habere unctionem: id eſt, Spiritum ſanctum. *Vos unctionem habetis à Sancto; & noſtis omnia.* Item: *Unctio manet in vobis.* Item: *Unctio docet vos de omnibus. 1 Joh.2.*[k] *Spiritus eſt veritas:* pro, eſt verax. *Deus eſt vita æterna:* hoc eſt, dat eam. *1 Joh.5.*[l] *Deus eſt charitas:* hoc eſt, fons ſeu autor charitatis. *1 Joh.4.*[m] Non peccare, & peccare non poſſe, intelligit de peccatis manifeſtis, quæ excutiunt Spiritum ſanctum. *Omnis, qui natus eſt ex Deo, non peccat:* ſcilicet peccatum ad mortem: *1 Joh.3.*[n] *Ambulare in tenebris:* id eſt, non agere pœnitentiam. *1 Johan.1.*[o] *Juſſa ejus, & præcepta, & ſermones ſervare;* idem valent: & complectuntur fidem cum fructibus. Item, *Verbum Dei manet in vobis:* id eſt, creditis verbo Dei. Item, *Eſſe in Chriſto, in eo, manere*, procredere, uſurpat. *1 Johan.2.*[p] *Perſuadere cor ſuum:* id eſt, credere, & tranquillam habere conſcientiam. *Credere in nomine Filii Dei:* id eſt, ponere ſpem in merito Chriſti. *1 Johan.3.*[q] *Charitas foràs ejecit timorem:* pro eo, quod eſt, innitens miſericordiæ Dei, non timet Deum, tanquam carnificem; ſed fiduciam habet in eo, tanquam filius. *Manere in charitate, & Manere in Deo*; eſt credere in Deũ, & inniti ejus miſericordiâ. *1 Joh.4.*[r] *Sanguis Jeſu Chriſti*, pro merito Chriſti. *1 Joh.1.*[s] *Non habere vitam æternam in ſe manentem*; eſt, alienum eſſe a gratiâ. *1 Joh.3.*[t] *Hæc eſt charitas Dei, ut præcepta ejus ſervetis:* pro, charitas Dei debet vos impellere, ad ſervanda ipſius præcepta. Item: *Præcepta ejus gravia nõ ſunt*, ſcilicet credenti. *1 Joh.5.*[u] *Facere juſtitiam*, & *Exercere juſtitiam*, eſt, facere bona opera. *1 Joh.3.*[x] *Ex Deo natũ eſſe*, ſignificat regenerationem, quæ fit per Spiritum ſanctum. *1 Joh.3.*[y] *Chriſtus venit per aquam & ſanguinem:* hoc eſt, Chriſtus inſtituit Baptiſmum & Cœnam ſuam: *1 Joh.5.*[z] *Mundus*, pro impiis. *Joh.1.*[a] *& 1 Joh.3.*[b] *5.*[c] *Ex Diabolo eſſe, & Filium Diaboli eſſe:* pro à Diabolo agi & gubernari. *1 Joh.3.*[d] Pios vocat *ſuos filiolos. 1 Joh.2.*[e] *Sermo ejus non eſt in nobis:* hoc eſt, non facimus ſecundùm Dei mandatum: *1 Johan.1.*[f] falſos doctores vocat *Antichriſtos. 1 Joh.2.*[g] Item, *Spiritus* promiſcuè appellat doctores: bonis addit deſcriptionem, quòd *ſint ex Deo:* malis contrà, quòd *non ſint ex Deo. 1 Joh.4.*[h]

¶ Certamina, tam longo tempore præſertim, & tantis hominum furoribus, non tuſtinuit exigua: verùm ea, ut alia multa, non ſunt memoriæ tradita. Contra Ebionis & Cerinthi deliramenta, ſuum Euangelium de Jeſu Chriſto oppoſuit: ac oſtendit ejus epiſtola, ei plurimũ negotii cum aliis quoque falſis doctoribus fuiſſe; qui multos à veritate agnitâ avulſerunt, & in tranſverſum rapuerunt. Deinde, procul dubio, & à perſecutoribus pluribus immaniter tractatus eſt. Cum Petro ſtatim inter primos Hieroſolymis traditur carceri: verùm poſtridie rurſus dimittitur. *Act.4.*[i] Et credibile eſt, Johannem, unà cum Petro poſtea rurſus beneficio Angeli liberatum eſſe. *Actor.5.*[k]

In Patmo ſe fuiſſe, ibique viſiones ſuas accepiſſe; *Apoc.1.*[l] teſtatur. Verùm, an exſilii nomine ibi ſe continuerit, non exponit. Poſteriores tamen id affirmant; quòd, Domitiano in Chriſtianos ſæviente, anno nimirum ejus 14. excuſſus ſit Epheſo, & relegatus in Patmum: unde, exacto anni ſpatio, Nervâ ſuccedente, ac reſcindente impia Domitiani decreta, reverſus ſit Epheſum.

Quòd Johannes in vas oleo calefacto plenum ſit immiſſus, ſalvusque indè egreſſus; incertiſsimum eſt: adeò ut quidam etiam de loco ambigant; Epheſi ne, an Romæ factum ſit. *Hieronymus* ſanè non facit ejus rei mentionem.

¶ Miracula haud dubiè plurima per vitam ſuam edidit: verùm cùm non ſint à fide-dignis & authenticis autoribus tradita; non eſt integrum, temerè quævis arripere. Quæ enim in *Julio Africano*, ſeu *Abdiâ* nuper edito, produntur; fide ſuâ vehementer laborant. Vix enim vero ſimile eſt; Johannem miraculis tantùm luſiſſe: aut gemmas tractas rurſus conglutinaret: ramos, arbores, lapillos, converteret in aurum; rurſuſque in ſuam priorem naturam reduceret.

Nec vacat ſuperſtitione, quod Johanni tribuitur: eum cujuſdam Druſianę factum probâſſe; quæ in matrimonio conſtituta, citra viri contentum, à conſuetudine ejus ſe ſubtraxerit.

Ejus generis & hoc eſt: quòd nimium flagitet & inculcet ſpontaneam paupertatem, divenditis atque diſtributis omnibus prorſus facultatibus. id quod neque cum doctrinâ Chriſti, neque Johannis ſcriptis, convenit. Singulare enim erat, quod illi diviti Chriſtus [m] præcipiebat; non univerſale. Et horrenda vox eſt, quam *Abdias* Johanni adſcribit: *Hæ virtutum opes habere non poſſe, qui voluerit divitias habere terrenas.* An non in ſacris quoq; libris opulenti legimus, qui nihilominus verè pii, Deoque chari exſtiterunt?

Proponitur ſpatium triginta dierum ad pœnitentiam: id quod nullum Apoſtolum ſolitum facere legimus. nam Chriſtus vult, in die ſeptuagies-ſepties remitti. [n]

Baſilicam inſuper in nomine Johannis, & quidem ipſo adhuc vivo, exſtructam eſſe Epheſi; prorſus novitatẽ olet. Conſtat enim, Conſtantini tempore primùm ſolita eſſe templa, in Sanctorum memoriam, ſumtuosè ædificari.

Narrat *Abdias*; orationibus Johannis, templum Dianæ Epheſinæ, unà cum idolo, deſtructum eſſe: venenum eum bibiſſe abſque læſione: & alia nonnulla; de quibus Lectori judicium relinquimus.

Hiſtoriàm ſanè elegantem *Euſebius*[o] *ex Clemente* recitat: quam non pigebit adſcribere. *Clemens*, inquit, *ſimul & tempus ſignificat; & hiſtoriam ſummè neceſſariam illis, qui honeſtu & utilibus delectantur, adjicit: cujus & opulentus quidam Sozomenus, in ſuo Commentario, meminit. Habet autem ſcriptum hoc illius, ſi legas, ad hunc modum. Audi fabulam non-fabulam; ſed verum ſermonem: qui de Johanne Apoſtolo narratur, nobiq; traditus ac memoriæ commendatus eſt. Poſt mortem tyranni, cùm ex inſulâ Patmo Epheſum reverſus eſſet; abiit etiam rogatus ad vicina Gentium loca: ut partim conſtitueret Epiſcopos; partim tot.as Eccleſias componeret; partim clerum ex his, quos Spiritus ſanctus indicâſſet, ſorte deligeret. Dum ergo ad civitatem quandam, haud procul diſitam, cujus etiam nomen nonnulli edicunt, veniſſet; ac inter cætera fratres recreâſſet: verſo ad eum vultu, qui ſuper cunctos Epiſcopos erat conſtitutus; adoleſcentem, corpore valido, & facie eleganti, animoq; ferventi, conſpicatus: Hunc, inquit, tibi ſummo ſtudio, teſtibus Chriſto & Eccleſiâ, commendo. Cùm ille commiſſum reciperet, & diligentiam polliceretur: ſecundò eadem locutus, obteſtatusq; eſt. Deinde, ipſe quidem Epheſum rediit: Senior verò acceptum adoleſcentem, ſibi traditum, domi educavit, continuit ac fovit; tandem etiam illuminavit, poſt ad tantam etiam diligentiam & obſervantiam pervenit: ut & eximium illi phylacterium, obſignationem velut Domini, adderet. Adoleſcens verò huic, cùm intempeſtivè remiſſior factus eſſet, coavi quidam otioſi, diſſoluti, & malis rebus aſſueti, perniciosè junguntur: & primùm eum ad ſumtuoſa convivia ducunt: deinde noctu, ad furandum & ſuppilandum egredientes: unà illum aſſumunt: poſt hæc potunt, ut majus aliquod facinus unà deſignet. Ille paulatim aſſuetus; & pro magnitudine ingenii, velut equus ore obdurato & robuſtus, rectâ viâ relictâ, morſo freno, amplius ad barathrum ferebatur. Tandem ſalute, quæ à Deo eſt, deſperatâ; jam nihil exigui meditabatur: ſed, quoniam ſemel perierat, magnum quid patrabat; parem cum alio ſortem ferre dedignatus. Arreptu itaq; ſocio, collectáq; latronum colluvie; factus eſt latronum dux violentiſſimus, homicidio addictiſſimus, & ſeviſſimus. Advenit interea tempus; ut, neceſſitate quâdam incidente, Johannem vocarent. Ille, cùm ea, quorum gratiâ venerat, conſtituiſſet; ad Epiſcopum: Age, inquit, Epiſcope, depoſitum nobis redde; quod ego & Chriſtus tibi, teſte Eccleſiâ, cui præes, concredidimus. Epiſcopus primùm obſtupuit; calumniam ſibi putans, propter pecuniam, quas non acceperat, intendi: & nec fidem dare potuit de illa, quæ non habebat; nec Johanni diffidere. Ubi verò Johannes dixiſſet; Adoleſcentem & animam fratris repeto: ſubmiſſo vultu, & ingemiſcens Senior adhuc, & illacrymans; Ille, inquit, mortuus eſt. Cui Johannes: Quomodo, inquit, & quâ morte? Deo, inquit hic, mortuus eſt. Evaſit enim malus & pernicioſus; & in ſummâ, latro: & nunc, contra Eccleſiam, montem hunc, cum ſimili ſuorum exercitu, occupavit. Ruptâ itaq; veſte, Apoſtolus, & magno cum planctu ſuum ipſius caput tundens; Bonum, inquit, cuſtodem animæ fratris reliqui. Detur jam equus mihi; & ſit mihi quiſquam via dux. Accepto equo, properavit ex Eccleſiâ, quantum potuit. Cùm autem ad deſtinatum locum veniſſet, ab excubitoribus latronum capitur, nec fugiens, nec detrectans; ſed clamans: Ad hoc ipſum veni; ducite me ad principem veſtrum. Qui interea, ut armatus erat, exſpectabat. Ubi verò accedentem agnovit,*

quòd

---

[1] verſ. 2.
[k] v.20.27.
[l] v.6.20.
[m] verſ.16.
[n] verſ. 9.
[o] verſ 6.
[p] verſ 3.5. 6.26.
[q] v.19.23.
[r] v.16.& 18.
[s] verſ 7.
[t] verſ 15
[u] verſ 1.
[x] v.7 10
[y] verſ.9.
[z] verſ 6.
[a] verſ 10.
[b] verſ.1 13
[c] verſ.19.
[d] v 8.& 10
[e] verſ.1.
[f] verſ 10.
[g] verſ.18.
[h] v 1 2.3.
[i] verſ.3.
[k] verſ 19
[l] verſ 7.8.

[m] Matt.19 verſ.21.
[n] Matt.18 verſ.22.
[o] lib.3.c.22

quid Johannes esset: pedissequum in fugam vertitur. Senex verò fugientem pro viribus insequitur, etatis fine oblitus, & clamans: Quid me, fili, patrem tuum fugis, nudum ac senem? Miserere mei, fili: ne timeas: habes adhuc salutis spem. ego Christo rationem pro te reddam: mortem, si necesse sit, pro te subibo, sicut & Christus pro nobis: animam meam pro te dabo. Crede mihi, Christus me misit. Ille verò cùm ista audisset: primùm constitit quidem; sed vultu demisso: deinde & arma projecit: mox intremuit etiam, & acerbè flevit. Accedentem verò senem complexus, flensq; respondens, ut potuit, lacrymis domabo patrem: & dextrâ dum exit occultatâ. Apostolus autem cum, cùm promisisset & juravisset; quid remissionis ipsi à Servatore impetraturus esset; erâ surrexit, & in genua procubuisset; ipsum quoq; dextram, tanquam per pœnitentiam jam repurgatam, osculatus est; ad Ecclesiam reduxit. Et cùm assiduis precationibus pro eo orâsset; continuoq; jejunio decertâsset; ac tandem illum variis sermonibus demulsisset ac confirmâsset: non recessit, sicut ajunt, priusquàm eum Ecclesiæ restituisset; atq; ità magnum vere pœnitentiæ exemplum, magnamq; regenerationis experimentum, ac trophæum visibilis resurrectionis, exhibuisset.

[f] *Lib 3 c 3.* Refert etiam *Irenæus* [f] historiâ memoriâ dignam. *Sunt*, inquit, *qui audierunt Polycarpum dicentem: quoniam Johannes, Domini discipulus, in Epheso ivit lavari, cùm vidisset intus Cerinthum, exsiluisse de balneo non lotus; dicens: Quid timeat, ne balneum concidat; cùm intus esset Cerinthus, inimicus veritatis.* Hæc Irenæus.

Postremò, de Johannis obitu nihil certi exstat. *Hieronymus* breviter ait; Johannem, &c. post passionem Domini anno, mortuum Ephesi, & juxta eam urbem sepultum esse. Aliæ *Legendæ* dicunt; Johannem vivum in sepulcrum, quod jusserat à suis excavari, ingressum, præcepisse, ut ie cerrâ obruerent: quo facto, mox indè & splendorem insignem, & manna, prodiisse. Verùm cùm certa & explorata tradere non possimus: Legendas legentibus relinquemus.

Philippus Apostolus.

[q] *vers 2.* [r] *Lib. 1. c 1.* [s] *vers 8.* [t] *Lib. 3. c. 31. & lib 5 cap. 24.*

CUm clarè dicat Lucas, *Act. 6.* [q] judicio duodecim Apostolorum, electos esse septem viros ex fratribus secretis, non ex Apostolis, Diaconos; quos de numero LXXII. discipulorum fuisse, *Epiphanius* [r] scripsit alium fuisse Philippum eum, qui Apostolus; aliumque eum, qui Diaconus fuerit; necesse est. Sed explicandi difficultatem parit: quòd, cùm Lucas *Act. 21.* [s] dicat, se Cæsareæ divertisse in ædes Philippi Euangelistæ, unius ex septem; cui fuerunt quatuor filiæ prophetantes; *Eusebius* [t] ex testimonio *Polycratis Ephesii*, illud-ipsum de filiabus tribuit Philippo Apostolo. In quo Eusebium erroris quidam arguunt: quanquam non sinè ullo discrimine Polycrates id retulerit. Cùm enim *Lucas* dicat; Philippo, uni ex septem Diaconis, quatuor fuisse filias prophetantes: *Polycrates* ità scripsit: *Philippus, unus ex duodecim Apostolis, obdormivit Hierapoli; & duæ filiæ ejus in virginitate consenuerunt. Et altera filia ejus, quæ in Spiritu sancto conversata est, Ephesi quiescit.* Ut verisimile sit, Philippo utrique filias fuisse. Et discrimen periculi est; quòd Lucas de quatuor Philippi Diaconi filiabus, prophetiæ domo claris, dixit.

De Apostolo igitur priùs dicemus: cui eundem fuisse cum Petro & Andreâ patriam, Bethsaida scilicet, vicum Galilææ; Johannes *cap. 1.* [u] clarè testatur. ac de vocatione Philippi ad apostolatum addit: [x] Christum, post conversos & vocatos Simonẽ & Andream, abiisse in Galilæam; ibique ad Philippum inventum dixisse, se ut sequeretur. Secutum igitur Philippum: paulòque pòst, prædicatione de Jesu, filio Joseph à Nazareth, de quo Moses & Prophetæ vaticinati essent, Nathanaelem convertisse. Exinde verò Philippum in convictu cum Christo semper fuisse, auditorem & spectatorem admirandorum operum; ex aliis Johannis narrationibus apparet. ut, quòd in monte, ad mare Tiberiadis, confirmandi Philippi gratiâ, Christum, de ratione pascendi immensam multitudinem, cum eo contulisse consilium cepisse: *cap. 6.* [y] *Capite* verò 12. [z] eum mortui miraculo, paulò antè à Christo Lazari resuscitati, Gentiles, Jesum videre cupientes, Philippum accessisse qui, rè cum Andreâ deliberatâ, hoc Jesu nuntiat. *Capite 14.* [a] Christus Philippum, è concione à Cænâ se interpellantem, ac dicentem; *Domine, ostende nobis Patrem*; reprehendit: ac confirmat dulci postea concione. *Tanto*, inquit, *tempore vobiscum sum; & non cognovistis me Philippe, qui videt me, videt & Patrem meum. &c.* Hanc igitur rationem consuetudinis Philippi cum Christo, ante ejus passionem & resurrectionem, fuisse; Johannes indicavit. Nec postea quicquam de eo sacræ literæ meminerunt. *Clemens* [b] narrat; Christum, *Matthæi* [c] ad Philippum, petentem tempus sepelendi patrem suum, dixisse: *Sine mortuos sepelire mortui sui.*

[u] *vers. 45* [x] *v. 44-46.* [y] *vers. 5.* [z] *v 21 22.* [a] *vers 8. 9* [b] *in Strom.* [c] *v 21 22*

Eusebius, [d] ex *Clementis* testimonio, maritum fuisse, liberis procreandis operam dedisse, & filias elocâsse, indicat. At quæ de filiabus ejus *Polycrates* scripserit, paulò antè retulimus.

[d] *Lib 3. c 30.*

In Scythiâ verò Philippum annis XX. concionatum; reliquum omne scriptorum vulgus, ut *Abdias*, *Vincentius*, *Bergamensis*, *Petrus de Natalibus*, &c. prodiderunt. *Isidorus*, [e] & *Freculphus*, [f] & *Hermus*, [g] autumant; Philippum Apostolum in Scythiâ tantùm novem annis docuisse; & indè ad gentes Oceano junctas venisse, eastq; ad fidem in Christum adduxisse.

[e] *in lib. de vita & obitu S. Patrum.* [f] *tom. 2 hom. 1. c 4* [g] *in Collectionib*

Tandem verò, Ebionitarum vi oppressum eum, & in crucem actum; *Sabellicus* [h] tradidit. *Abdias* contrà, & *Nauclerus*, reversum eum ex Scythiâ, Hierosolymam rediisse, ac mortuum esse sub Tito, Vespasiani filio, testatur. *Eusebius* in Chronico suo varians, crucifixum, & lapidibus obrutum Philippum annotavit; anno XII. Claudii, Christi verò LIV. Idem [i] ex *Polycrate*, *Philippus*, inquit, *unus ex duodecim, obdormivit Hierapoli.* Quomodo & *Sophronius* ait: *Philippus Apostolus in Phrygiâ prædicavit Euangelium; sepelitur autem Hierapoli cum filiabus honorificè.*

[h] *Ennead 7 lib 2.* [i] *lib 4. c. 24*

Bartholomæus.

[k] *vers 18.*

EST in Catalogo Apostolorum duodecim, nomen Bartholomæi, *Marci 3.* [k] Narrat autem, ex *Damasceno*, *Petro de Natalibus*; Syrum eum fuisse natione, solum ex omnibus Apostolis nobilitate carnali ornatum: ut qui Regis Syrorum nepos fuerit. Nihil autem ejus, aut historia Euangelica, aut prædicti Scriptores, retulerunt.

Indis concionatum eum, iisdemque Euangelium Matthæi Hebraicè scriptum reliquisse; consentiunt *Sophronius*, *Sozomenus*, [l] *Eusebius*, [m] & *Hieronymus*. [n] Sunt, qui in Lycaoniâ docuisse eum primùm tradiderint; indè in Indiâ; ac postremò Armeniâ. Ac *Autor Supplementi Chronicorum*, & *Sabellicus*, [o] & *Nicephorus*, [p] Philippum & Bartholomæum Syriam & Asiam superiorem fortitos, scripserunt.

[l] *lib 2 c 24* [m] *lib 5 c 10* [n] *in Catalogo de Patribus* [o] *Ennead 7 l. 6* [p] *lib. 2. c. 39.*

Abdiæ narratio de Bartholomæo, fabulæ, quàm historiæ, similior est. Quorsum enim hoc; quòd dæmonem finxit Abdias respondere de Bartholomæo: *Vigintisex annis sum, ex quo nunquam sordidantur vestimenta ejus: similiter & sandalia ejus, per viginti quinq; annos, nunquam veterascunt.* Et quòd per fores clausas introiisse eum ad Regem Polimium fabulatur. Tùm, quòd in concione eidè Regi Matthæum dicere fingit; Mariam servandæ virginitatis votum primùm Deo vovisse: aliàque similia, quæ ab Apostolicâ tum historiâ, tum doctrinâ, alienissima sunt.

Nicephorus, eum Hierapoli in crucem actum, miraculosè primùm evasisse; postea autem iterum suspensum periisse, retulit. *Autor* verò *Supplementi*, & *Sabellicus*, à fratre eum Palymnii Asiyage, Pontificum, qui dæmonibus servierant, insidiis, in Armeniæ urbe Albanâ, interfectum narrant; pelle priùs detractâ. Quod & pleriq; de Bartholomæo retulerunt: estq; verisimile. Nam inter supplicioru genera, excoriationẽ Persis habuisse, *Marcellinus* [q] scripsit; pœnam sinè dubio vicinis etiam gentibus cognitam.

[q] *lib. 23.*

De Matthæo Apostolo.

MATTHÆUM, qui se ipse *Matthæus* [r] ità nominat, *Marcus* [s] & *Lucas* [t] Levi vocat. Undè conflis, eum bicorporem fuisse. *Marcus* etiam parentem ejus Alphæum exprimit. Fuit autem publicanus Capernaumi, aut vicino loco: sicut ex historiâ Christi licet colligere. Testaturque hæc ipsa res; opes sanè, si non magnas, saltèm mediocres, sibi habuisse Matthæum. Etsi au-

[r] *cap 9 v 9 & 10 v 3* [s] *cap 2 v 4* [t] *cap 5 v 27*

tem vero simile est, unum initiò aliquandiu circà ministerium Christi fuisse, quibus eorum audierit ejus conciones, ac miracula spectârit, nemo nobis in Evangelicâ historiâ de hac re legimus. Vocatio ejus ad ministerium evangelicum, singulari simplicitate, sicut & reliquorum Apostolorum, facta est. Præterea enim Christus eum vocat, ubi Matthæus ad telonium sedebat, ait ad eum: *Sequere me.* Matthæus, hac voce auditâ, illicò surgit, relictisque rebus omnibus, Christum sequitur. Faciunt & Matthæum Christo magnum convivium; invitatis simul aliis publicanis quos procul dubio adduxit; ut & ipsi Christi conciones audirent, ac pœnitentiam agerent. Pharisæis deinde hoc factum Domini carpentibus, quasi fas non esset, hominem sanctum cum peccatoribus, quales vulgò habebantur publicani, cibum capere; diserte Christus respondet: se venisse, ut peccatores vocaret ad pœnitentiam: & scriptum esse ab Oseâ, [u] *Misericordiam volo, & non sacrificium. Matt. 9. Marci 2. Luca 5.* Postea & publicam quasi confirmationem, unà cum cæteris undecim, accepit. *Matthæi. Marci 3. Luca 6.* Erat autem vocationis ratio ejusmodi: ut ante resurrectionem Domini, in Judæâ tantùm, juxta mandatum ejus, docerent Apostoli. Factâ verò resurrectione; in totum terrarum orbem emittuntur: neque ampliùs illis angustis terminis constringuntur.

Dona accepit cum aliis Apostolis communia: nempe, non tantùm arcanâ Spiritûs sancti donationem; sed etiam visibilem in Pentecoste quasi infusionem, fidem præstantem, facultatem miraculorum, & alia.

Quæ porrò, & ubi egerit; sacris quidem literis memoriæ non est mandatum: nisi quòd de ejus fide, dexteritate, & ardore in propagâdo Evangelio Christi; historia Evangelica, ab ipso conscripta, tacis luculentum ferat testimonium, quæ quidem ejus studium, in investigandis & observandis rebus & concionibus Christi, præclarè commendat: & perspicuè ostendit, qualem ipse doctrinam solitus sit auditoribus proponere. Scribit *Eusebius* [x] Matthæum primùm Hebræis prædicâsse; &, cùm jam ad alios transiturus esset, patrio sermone Evangelium suum descripsisse: ut certam non modò historiam, sed quasi methodon doctrinæ Christianæ, haberent. Fortè & cavere voluit, ne aliud tanquàm supposititium quiddam substitueretur. Hebraicis literis eum scripsisse Evangelium suum; etiam *Papias* testatus est: ut refert *Eusebius*. [y] Nec videtur alienum, *Irenæi* etiam testimonium adscribere, [z] qui sic inquit: *Matthæus in Hebræis ipsorum linguâ scripturam edidit Evangelii; cùm Petrus & Paulus Romæ evangelizarent, & fundarent Ecclesiam.*

Hic locus *Irenæi*, etiam tempus indicat; quo adhuc in Judæâ continuit se Matthæus. In Chronicis *Eusebius* annotat, tertio Caligulæ anno, Matthæum hanc sacrâ Christi historiam contexuisse. Pantænum in Indiâ hoc Matthæi Evangelium reperisse, & quidem Bartholomæi operâ ibi relictum, (vel, ut alii volunt, ipsius manu exaratâ) ac Alexandriam deportâsse; *idem auctor* [a] affirmat. In Cypro, Matthæi Evangelium fuisse in tumulo Barnabæ inventum; ipsius quidem Barnabæ manu descriptum *Theodorus Lector* [b] ex historiâ Ecclesiasticâ testatur.

In Catalogo Virorum illustrium *Hieronymus* scribit; Matthæi Hebraicum Evangelium in Græcum translatum esse: verùm, quis id fecerit, incertum planè esse: Hebraicum verò, in Bibliothecâ Cæsariensi, suo etiamnum tempore exstitisse; quam quidem Pamphilus Martyr contulerit. Sibi quoque narrâsse Nazaræos, qui in Berrhœâ, Syriæ urbe, hoc volumine usi sunt, describendi potestatem esse factam. Testimonium veteris Testamenti Matthæum ait; juxtà Septuaginta interpretationem. ex quibus illa duo sunt: [c] *Ex Ægypto vocavi filium meum*: &, *Quoniam Nazaræus vocabitur.* Postremus Evangelium Matthæi Hebraicum adhuc hodie [illegible] versione *Sabesium Mamers.*

Capita doctrinæ Matthæi nihil refert enumerare, eadem quæ Christo, suæque & cæteri Apostoli, docuit. Ac apparet ex toto Evangelio; cum id obnoxiè egisse: ut demonstraret, omnia, quæ Jesus Christus fecerit, ille in Prophetis prædicta. Hinc est, quòd, in commemorandis historiis Jesu Christi, subindè citet & ipse Prophetarum

Sic *in primo capite* ex genealogiâ Jesu se ostendat ex promissione, Abrahæ & Davidi factâ. Et capite 2. [d] citat *Michæa* dictum *de Bethlehem.* item Oseæ: *Ex Ægypto vocavi filium meum.* & Hieremiæ: *Vox in Rama audita est, in luctu Matthæi vocantis.* Capite 3. [e] Johannis vocationem & officium ex Isaiâ probat. *Capite 4.* [f] allegat locum Isaiæ 9. de Jesu præfectione in Galilæâ. *Cap. 8.* [g] citat Isaiæ cap. 53. *Ipse infirmitates nostras accepit. Cap. 9.* [h] citat Psal. 78. *Aperiâ in parabolis os meum. Capite 21.* [i] citat dictum Zachariæ 9. *Dicite filiæ Sion. Capite 27.* [k] citat dictum, *de pretio tricenta argenteis.* Zach. 11. & Psal. 22. *Diviserunt sibi vestimenta mea.*

In *Julio Africano* (qui quidem nuper prodiit, & Matthæum præ se ferat verum, utrum loci fuerit conjectura, non recte) narratur; *Matthæum in Antiochiam, & quidem in civitatem magnam, Nadabar dictam, venisse: ibi, duos magorum unos Zaroën, alter Arphaxat, appellatos, &, fide eorum venditasse, filiâque miraculo plurimos docuisse: cum ipsos ab ipsis hominibus fanâsse: duos ipsorum discipulos, quum fama in civitatem venissent, sepiisse; & tandem ipsos, jussu manuetè urbe excedere: Regis Augustæ filium cum ejus, miraculo Regem, ejus liberos, totumque populum convertisse: item Eunuchum Reginæ Candaces, de quo in Actis Lucas mentionem fecit, servasse: demq; ab Hyrtaco Rege, qui Augustæ successerat, capite truncatum; quòd asseveraret Matthæum, Ephigeniam, Augustæ filiam, Christo dicatam, nec licere eam ducere uxorem.* Mulea autem in hac-ipsâ historiâ recitantur, quæ eam non injuriâ suspectâ faciant; & arguant, posteriori tempore, incerto autore, compilatâ fuisse. Nam Matthæo tuli tribuuntur; quæ ab historiâ ipsius Evangelicâ prorsùs discrepant.

Affirmat, *sanctis mortuis eundem evenisse.* at Christus inquit: [l] *Qui credit in me, habet vitam æternam.*

Item de Quadragesimâ inquit: *Dixit, sive Quadragesimæ, sive legitimorum jejuniorum temporibus, tam ab edacitate carnium, quam unctione corporum, quos non abstinuerit, non pollutionem solùm; sed etiam simul crimen incurrit: quod quidem est pœnitentiæ lacrymis eluendum.* at in Evangelio suo [m] docet; Christum tantùm duo jejuniorum genera, absque temporis præfinitione, docuisse: nempe id, quod adfert ipsa necessitas, seu inopia rerum; tempore præsertim confessionis: deinde temperantiam; ne corda graventur crapulâ & ebrietate, & curis hujus Mundi. Constat præterea, superstitionè de Quadragesimâ, non Apostolorûm temporibus; sed diu pòst, natam esse: imò non fuisse initiò talè conscientiæ laqueum; qualè fictus ficti Abdiæ Matthæus facit.

Ejus generis & hoc est, quòd paulo pòst asserat; eum, qui *cibum carnalem accipiat prius; quàm cibum spiritualè, nempe Cœnam Dominam, sumat; facere contra ordinè, contra justitiam, contra regulam Dei.* Atqui docet in Evangelio suo authentico Matthæus; [n] Christum vesperi, post cibum agni paschalis, Cœnam suam celebrâsse. Cur ergo hic fictus ille Matthæus peccatum mortale facit; post cibum corporalè sumptum, deinde cibo spirituali frui: cùm de tempore, neque à Christo, neque ab Apostolis, ulla sit facta determinatio?

Affirmat præterea; *Virginem Christo consecratam non posse nubere.* sed nusquam hoc habet ejus Evangelium: nec cæteri Apostoli eam necessitatem ullis imposuerunt.

Novitatem insuper sapiunt: quòd, congressum cum diaconibus Matthæus, consignârit se: quòd ædificaverit templum resurrectionis exstrui: quòd [illegible] centas virgines consecrârit in cœlibatum: & [illegible] sacrâ imposuerit: quòd Missam ab eo [illegible] populus: quòd tertiùs post mortem apparuerit. Legi [illegible] omnia Apostolis, ut ipsorum scripta luculenta [illegible] prorsùs facerent incognita. *Victorinus* in suo [illegible], & *Joachimus Perionius*, eadem audacter quidè [illegible] verùm Abdiæ nemo tribuit. Alter historiam Matthæi *Nicephorus* [o] recitat: *quòd apud Antiochiam, in civitate Myrmeni, decurrit; ex clavis domus, in terram fluxerint.* Verum [illegible] historia, quæ à superstitione non vacat [illegible] posteriori tempore ut damnare [illegible] pugnat. [illegible] non possunt. Actiones [illegible] ejusdem esse.

THOMAS.

Filius [illegible] Apostolorum Christi fuerunt, Thomas; qui & Didymus dictus est in Joan. & [illegible] [illegible]

[a] *Hist. eccles. lib 5. c. 10.*

[b] *lib 2. Collectan.*

[c] *Matth 15. & 23.*

[d] v. 6. & 15. [e] 11. & 24. [f] vers. 3. [g] vers. 15. [h] vers. 17. [i] vers. 35. [k] vers. 5. [l] v. 9. & 15. [m] c. 9. v. 15. & Luc. 5. v. 33. & Luc. 21. vers. 34. [n] cap. 26. v. 26. [o] lib. 2. c. 41. [p] vers. 20. [q] vers. 24.

prædi. Ex quibus ſit verendum ſit natus; quomodo ob-verſus ac vocatus, dictu exſtat: niſi quòd in numerũ Apoſtolorum immediatè ſit à Chriſto computus: *Matth.*10. *Marc.*3. *Luc.*6. Habuiſſe igitur omnia cum cæteris Apoſtolis communia: quæ non libet hoc loco prolixè repetere.

Magno eũ amore vergit Chriſtum, & præclarè ſibi, utiſſe; vel hæc ejus vox teſtetur quòd, Chriſto ſignificante, ſe in Judæam iterũ ad Lazarum deſtinãſſe; Thomas, cohortatus ſit diſcipulos, inquit: *Eamus & nos, ut moriamur cũ eo.* Videbatur enim adeò à periculoſo profectione abhorrere; ipſumq; Dominum cohortari, ne ſe in periculũ conjiceret, eò quòd Judæi inſidias ei ſtruerent. Tempore aũt paſſionis Chriſti; eodẽ, quo cæteri Apoſtoli, infidelitatis morbo laborasse: & poſt reſurrectionem Chriſti, præ cæteris imbecillitatem ſuã declaravit. Nã, cùm ab aliis diſcipulis audiret, quòd Jeſus tui coram ſe ſtetiſſet vivẽs, ipſe dixit: *Niſi videro in manibus ejus veſtigia clavorũ, & mittã digitum meũ in veſtigia clavorum, & mittã manum meam in latus ejus: nõ credam.* Et *poſt dies octo iterũ erant diſcipuli Chriſti intus, & Thomas cum eis. venit, Jeſus januis clauſis, & ſtetit in medio, & dixit: Pax vobis. Deinde dixit Thomæ: infer digitũ tuũ huc, & vide manus meas: & adnove manum tuã, & mitte in latus meũ: & noli eſſe incredulus, ſed credẽs. Reſpondit Thomas, ac dixit ei: Dominus & Deus meus. Dicit ei Jeſus: Quia vidiſti me, Thoma, credidiſti. beati, qui viderunt, & crediderũt. Joh.20.* Præclarè igitur fides ejus crevit: neq; mãſurus erat Chriſti diſcipulus procul dubio; ſi, poſt tantam parefactionem, pinacinor in imbecillitate præveràſſet. Poſtea rurſus, ſed mare Tiberiadis, cũ Petro & aliis vidit Dominũ; ac cũ eo cibũ cepit. *Joh.21.* Spectat etiã cum aliis credentibus Chriſti aſſenſionẽ: & juvat electionẽ Matthiæ. *Act.1.* Quæ porrò in functione ſuã egerit, in ſacris nõ habentur. ¶ Narrat *Euſebius*; Thomã Apoſtolum miſiſſe Abgaro, Edeſſenorũ Regi, Thaddæum; à q̃ tanitate ſit reſtitutus. Idem ait; Thomæ Parthiam in diviſione Apoſtolorũ obtigiſſe. Conſentit cũ eo *Hieronymus*, q̃ ſic ſcribit: *Thomas Apoſtolus, quemadmodũ traditũ eſt nobis, Parthis, & Medis, & Perſis, & Germanis, & Hircanis, & Bactris, & Magis prædicavit Evangelium Domini.* Evangelium quoddã Thomæ ab Hæreticis ſimulatũ eſſe; *Euſebius* indicat. ¶ Quo modo aũt in India fide geſſerit Thomas; liber, *Abdiæ* hodie adſcripti, valdè copioſè narrat. Verùm ea cum Apoſtolicâ & vitâ & doctrinâ minimè conſonant. Cõmemorat enim; *Chriſtũ quoddã, q̃ jam primùm nuptias celebrabãt, quadã apparitione à cõſuetudine conjugali revocaſſe, ut caſtè viverẽt.* Id q̃d Chriſtus nunquã factitavit. Deinde ait, *Thomam etiã aliquot honeſtas matronas ità cõvertiſſe: ut, deſertâ conſuetudine conjugali, perpetuæ caſtitati ſe ſe obſtringerẽt.* Quaſi verò Chriſtianiſſimus in eo cõſiſteret; q̃ legitimi cõjuges ſe ſe invicẽ relinquerẽ, & ipſorũ matrimonia diſſolverent! Paulus certè prorſus cõtrarium docet, *1 Cor.7.* Jubet præterea Thomas; *in illâ narratione, diviſis mulierẽ omnes facultates diſtribuere pauperibus.* Id quod etiã alienũ eſt ab Apoſtolorũ factis. Nam Chriſtianiſſimus in longè gravioribus rebus conſiſtit. Neq; convenit Apoſtolorũ temporibus, quod ibi de Thomâ relatum: *quòd Thomas caput totonderit; ædem ſeptem diebus ſignis impoſuerit; ſeptem mensis cruẽ ſanctũ effuderit.* Quæ res aliquem prodix; qui, dum poſt Apoſtolorum tempora, ejuſmodi ſuperſtitioſas res confinxerit.

In oratione poſtremâ, quæ Thomæ ante mortẽ tribuuntur, plurimùm differt Thomas illeâ Phariſæi oratione, *Luc.18.* qui etiam de ſuis bonis operibus magnificè gloriatur, neq; ullo fide in Chriſtum quicquã novit. Sic enim in Thomæ orationẽ, prædicationum prolixam ſuorum operum; ac de fide in Chriſtum, ne verbum quidem unum, reperias.

Eſt & hoc ſuperſtitioſum, & extra Scripturam: quòd Thomas poſt mortem rurſus apparuerit; & concionatus ſit. Mitto alia, quæ prima & extrema lector ibi deridebit.

Addit idẽ autor; lanceis Thomam tranſverberatum eſſe. Alii, gladio cũ penſum eſſe, teſtantur. *Hieronymus* ait, eũ dormiviſſe in civitate Calamina, quæ eſt Indiæ. Tandem Meſopotamiæ, reliquias Thomæ eſſe translatas; *Euſebius* alterum. Et *Socrates* ſcribit; Martyrium Thomæ eſſe in eã civitate. Quod *Sozomenus* Oratorium appellat. Sed cæteroquin ſenibus iſta omnia deſtinantur.

JACOBUS ALPHAEI, JUSTUS MINOR, frater Judæ, frater Domini.

DUos eoſdẽ ejuſdẽ nominis Chriſti diſcipulos; Evangelica hiſtoria, & in Actis apoſtolicis Lucas, etiam eorũdem clariſſimè docet, Judã, item fratrẽ Domini, ſed Minorẽ, & Jacobum Alphæi, dictũ; alterũ Thaddæi, & fratrẽ Johannis, ſuæ legitimi. Sed de Jacobo Alphæi, ſeu Juſto, ſi dicere quid *Euphemius* [i] cum Oblian, h.e. Murũ, cognominatũ narrat; & Nazarenum, i.e. ſanctum. Ac fratrẽ quidem Domini, vel propter convictũ & converſationẽ; vel propterea, quòd fratris ipſius loco Chriſtum habuerit. *Idem.*[k] Cùm tamẽ & in eâ fuerit opinione, Jacobum hũc Joſephi fuiſſe filiũ primogenitũ, ex aliâ uxore natũ, cùm annũ ætatis Joſephi 40. Quòd & alii multi, ſed parùm firmis tenuerũt rationibus; ut quæ *Abdias* nomine circũferatur hiſtoria, & *Petrus de Natalibus*: q̃ eũ ideò fratrẽ Domini dictũ fuiſſe exiſtimãt; quòd & formâ corporis, & morib. Chriſto fratris quàm ſimilimus, ac pro eo ſæpè judicatus ſit: nimirũ & tum, quem Judæi, Chriſtum capturi, pro Chriſto comprehenderint; quique findone rejectâ fugerit: quemadmodum *Marc.14.* dicitur. Sed hãc opinionem alii probabilioribus rationibus everterunt.

Ait *Sophronius*; Jacobũ Joſephi ex aliâ uxore fuiſſe filiũ, à nõnullis aſſeverari: ſibi aũt videri, Mariæ, etiam ſororis matris Domini, filiũ fuiſſe. Quod & *Hieronymus* aliquot in locis indicat; ut in *enarratione cap.1. epiſt. ad Galat.* ubi, *ſecundùm cognationẽ*, inquit, *frater Domini Jacobus dicitur; quia filia Mariæ Cleophæ, ſororis matris Domini, natus eſt.* In libro verò *adverſus Helvidiũ* plixè oſtẽdit; Alphæi (quẽadmodũ & *Matt.10.*[m] *Marc.3.*[n] *Luc.6.*[o] *Act.1.*[p] Jacobus Alphæi dicitur) & Mariæ Cleophæ filiũ fuiſſe Jacobũ: Joſephi aũt nuſquã meminit. In fine verò *enarrationis cap.12. Matthæi*, ide hoc modo repetit: *Quidam fratres Domini, de aliâ uxore Joſephi filios ſuſpicantur; ſequentes deliramenta Apocryphorum, & quãdam Eſchâ mulierculâ. Nos autem (ſicut in libro, quem contra Helvidium ſcripſimus, continetur) fratres Domini, non filios Joſeph; ſed conſobrinos Salvatoris, Mariæ liberos, intelligimus, materterã Domini: quæ eſſe dicitur mater Jacobi minoris, & Joſeph, & Judæ; quos & in alio Evangelii loco fratres Domini legimus appellatos.* Conſentit *Petrus de Natalibus*; qui in vitâ Jacobi in hunc modum ſcripſit: *Jacobus Apoſtolus, diſtinguitur; ſed frater Domini, cognomento Juſtus, ob virtutis præeminentiam, (ut Lyſobius ait lib.2. cap.1.) fuit filius Alphæi & Mariæ, ſororis matris Domini: ſecũ conſobrinus Chriſti fuit; propter quod, mox Judæorum, & frater Domini appellabatur. Minor dicitur, ad differentiam alterius Jacobi Apoſtoli, filii Zebedæi: qui Major ideò dicitur, quòd prior ejus frater vocatus. Juſtus appellatus eſt: propter ſingularitatem, &c.* Appellationis poſtremò, fratris Domini, rationem etiam hanc *Hieronymus* recenſuit, in loco paulò antè memorato: *Dicitur eſt*, inquit, *frater Domini, primùm propter egregiam merit, & incomparabilem fidem, ſapientiamq̃, non humanam. Secundò, quòd primus in Eccleſiâ præfuerit; quæ prima in Chriſtum credens ex Judæis fuerat congregata.* Atq; hæc de Jacobi appellationibus: cujus & in Actis aliquoties Lucas, & in epiſtolâ ad Galatas & Corinthios Paulus, meminerunt.

Act.12.[q] Petrus, per Angelum è carcere liberatus, nũtiari jubet ſuam liberationem Jacobo & fratribus. *Act.15.*[r] cùm legati ex Antiochiâ, Barnabas & Paulus, Hieroſolymã venirent, ſup controverſiâ de Lege & Circũciſione; Jacobus hic, præſentibus legatis, ad fratres cæteros ôcionẽ habet: & ex Amos vocationem Gentium poſſea probat: & rescribendum fratribus decernit, ne Gentibus Moſis jugum intoleratile imponant; ſed abſtinere eos jubeant, ab inquinamentis ſimulacrorum, & ſuffocato, & ſanguine, & fornicatione. A quo diverſum tamen eſſe videtur, quod *Act.21.*[s] narratur: quòd, in poſtremâ Hieroſolymam venũs profectione, ad Jacobum Paulus divertit: & convocatâ ſynodo omnium Presbyterorum, ejus Jacobo & cæteris perſuadet, ut, propter Judæos offenſos, ſe juſtificet in templo. in quod Paulus obtemperat. Qui certè non exiguus tunc doctoris fuiſſe videtur hoc, quòd non ſatis Chriſti cationem abrogationis Legis Moſaicæ fidelibus nõ per hoc excuſari poſſe; quòd non omnia veteris fœderis mutare potuerit, &

Synagogam cum honore (ut *Augustinus* inquit) sepeliendam putaverit. Aut certè hoc tenuit; quod Paulus ipse, [s] *1 Cor. 9. [s] Omnium me fecerim servum, ut plures lucrifacerem. factus sum Judæis tanquam Judæus, ut Judæos lucrarer. &c.*

[s] v. 19. 20

In epistolis suis citatis Paulus quendam, quæ in Actis etiam Lucæ de Jacobo recensuit, meminit, ut *Gal. 2.* [t] *Alium Apostolorum vidi neminem; nisi Jacobum fratrem Domini.* Et *cap. 2.* [u] *Cùm venisset Petrus Antiochiam; in faciem ei restiti: quia reprehensibilis erat. Priùs enim, quàm venirent quidam à Jacobo, cum Gentibus edebat. &c.* Ac rursus ibidem: [x] *Post annos 14. iterùm ascendi Hierosolymam, cum Barnabâ. sibi cùm cognovissent gratiam, quæ data est mihi, Jacobus & Cephas & Johannes, qui videbantur columnæ esse; dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis: ut nos in Gentes, ipsi autem in Circumcisionem. &c.* Quibus omnibus testimoniis, nusquam tamen expresè dicitur; Jacobum Episcopum fuisse Hierosolymorum: quòd constanter plerique affirmarunt. ut *Eusebius lib. 4. & in Chronico:* ubi primum Hierosolymorum Episcopum, ab Apostolis ordinatum, indicat, anno Christi XXXIII. anno verò Tiberii XIX. *secundum eundem, & Bedam, ac Nauclerum.*

[t] *Gal. 1. v. 19.*

[u] v. 11. 12.

[x] v. 1. & 9

De pietate, constantiâ, castitate, religione, permulta *ex Hegesippo & Josepho Eusebius* retulit: quæ mox subjiciemus. *Hieronymus* enim, [y] tantæ eum sanctitatis & autoritatis in populo fuisse, scripsit; ut fimbriam vestimenti ejus certatim cupierint attingere. *Idem* * & perpetuam præstitisse ei virginitatem, *ex Hegesippo* (quod & alii) retulit. *Epiphanius* & miracula ei tribuit: ut quòd, in ardenti siccitate, pluviam precibus è cœlo deduxerit.

[y] *cap. 5.*

[z] *in enarrat. cap. 1. ad Gal.*

* *adver. Helvidium.*

Præfuisse eum episcopatui Hierosolymorum, per annos triginta; ex *Eusebii* supputatione apparet: & *Sophronius, Nauclerus*, aliique testantur. Interfectum verò eundem à Judæis, post constitam de Christo confessionem, anno nati Christi LXIII. Neronis verò VII. post ascensionem verò Christi, anno circiter XXIIII. ætatis verò suæ anno XCVI. *Epiphanius* * indicavit.

* *Lib. 1. tom. 2.*

JACOBI JUSTI HISTORIA, EX CLEMENTE Alexandrino, Hegesippo, & Josepho, referente Eusebio, lib. 2. cap. 1.

STephanum secutus est frater Domini dictus; eò quòd & ipse Josephi sit filius nominatus. Hic autem Joseph. Christi pater putabatur; cui desponsata fuit Virgo: quæ, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto; sicut sanctorum Euangeliorum scriptura docet. Hunc Jacobum (quem & Justi cognomento Veteres, propter virtutis prærogativam, vocarunt) primùm episcopalem Hierosolymitanæ Ecclesiæ sedem sortitum esse, scribunt. *Clemens* hoc, in sexto Hypotyposeon libro, sic scribens asserit. *Petrum enim, inquit, & Jacobum, & Johannem, post assumptionem Servatoris, quàmvis ab ipso quasi Domino alios esse præstitos, gloriam tamen hanc sibi-ipsis non vendicarunt: sed Jacobum Justum Hierosolymorum Episcopum constituerunt.* Idem *Clemens*, in septimo Hypotyposeon, hæc quoq; de illo meminit. *Jacobo (inquit) Justo, & Johanni, & Petro, post resurrectionem suam, Dominus scientiam tribuit. Illi verò reliquis eam Apostolis tradiderunt: Apostoli postea septuaginta discipulis; è quorum numero erat & Barnabas. Fuerunt autem duo Jacobi: unus Justus ille, qui de pinnâ dejectus, instrumentoq; fullonis percussus, obierat; alter, qui capite truncatus est.* Ejus, qui Justus dicebatur, meminit & Paulus, dicens * *Alium autem Apostolorum non vidi quenquam; nisi Jacobum, fratrem Domini.*

* *Galat. 1. v. 19.*

Ex Cap. 23. Judæi, cùm paulò post appellationem ad Cæsarem factam, Romam à Festo misso, spem perficiendorum insidiarum, quas illi fuxerat, amisissent; in Jacobum, fratrem Domini, verosimile est, Hierosolymis, ab Apostolis, episcopalis sedes concredita fuerat. Consimiliter igitur adversum hunc quoq; præfuerunt, fuerunt eum in medium erigunt; etenim omni populo ac fidem Christi prænuntiare. Cùmque rem ille præter omnium exspectationem, libera voce, ac majore cum fiducia, quàm existimasset eum universa multitudine, Jesum filium Dei alle servatorem ac dominum nostrum, cùm eorum testimonium viri confirmare non valerent, eò quòd pertinacissimus ab omnibus, [illegible] liniarum plausu ac pinnâ, quam [illegible]

A rabat, crederentur; occiduntur eum, opportuniorem ad id Vicinorum ex interitu regni, nullo jam quidem Judæo in Judæâ morante, administratio ejus, primùm à principe ac procuratore destituta esset. Quo autem pacto sit occisus, ambajum quidem annè-addicta *Clementis* verba declarant, qui illum pinnâ templi dejectum, ac fullonis instrumento percussum, obiisse scripsit. *Hegesippus* verò, qui primæ successionis Apostolorum tempore vixit, rursùm hunc diligentissimè, in quinto Commentariorum suo, ad hunc modum describit; dicens: *Ecclesiam gubernandi Apostolis succedit Frater Domini cognomento Justus ab omnibus. A Nepote Domini ei hoc nomen datum. Alios multos Jacobi vocabulo fuisse, ex matre nato, scimus, unum & sacratum non habuisse, quod animum à carnis vestimentis abstinuerit: novacula in caput ejus nè adscenderat: oleo non ungebatur; nec balneo utebatur. huic soli in sanctuarium licebat ingredi: nec enim laneâ vestis, sed linea, induebatur. ac solus ipse in templum introibat, ita ut genua ejus, in morem camelorum, callum contraxerint; ex assiduitate videl. in illa precibus, quod Deum adorando, & remissionem populo petendo, faciebat. Propter eximiam itaq; justitiæ, Justus vocabatur; & Oblias, quod sonat, Sepimentum populi: sicut & prophetæ de eo dicebant. Igitur, cùm nonnulli ex hæresib. quæ in populo exstiterant, (de quibus antèa in Commentariis scripsi) quærerent: quis esset ostium Jesu, asservarent: respondit, hunc esse Servatorem. Unde alios Jesum esse Christum credebant. Hæreses verò prædictæ, nec resurrectionem nec venturum aliquem credunt, quæ unicuiq; reddituri sit secundùm opera sua. Quotquot autem credebant, propter Jacobum credebant. Cùm igitur multi etiam ex principibus credarent: factum est tumultus Judæorum, Scribarum & Pharisæorum, dicentium: Periculum est, ne totus populus Jesum hunc, tanquam Christum, exspectet. Congregati itaq; dixerunt Jacobo: Obsecramus te, cohibe populum: errant enim in Jesu, quasi ille verè sit Christus. Obsecramus te, persuade omnibus, qui ad festum Paschatis diem venerunt, de Jesu. Tibi enim omnes obedimus omnes & nos omnes, & populus omnis, testificamur de te, quòd justus sis, nec personam cujusquam accipias. Persuade igitur turbæ, ne in Jesum errent: cunctus enim populus, & nos, tibi obtemperamus. Sta igitur super pinnam templi: ut è superno conspicuus sis; & verba tua ab universo populo clarè percipiantur. nam propter Paschæ festivitatem hæc tribus, una cum ingressis ex Gentibus sunt. Statuerunt igitur Scribæ & Pharisæi Jacobum, supra pinnam templi, clamaveruntq; ei & dixerunt: Juste, cui universi obedire debemus; quoniam populus post Jesum crucifixum seducitur; annuntia nobis, qui sit ostium Jesu Christi? Et respondit voce magnâ: Quid me interrogatis de Jesu filio hominis; cum ipse sedeat in cœlo à dextris magnæ potentiæ, venturusq; sit in nubibus cœli? Cùm, ad multos usque pervenisset, Dominicæ confessionis Jacobi glorificarent, ac dicerent; Hosanna filio David: tunc Scribæ & Pharisæi inter se dicebant; Malè fecimus præbentes testimonium Jesu præstitimus. verum ascendamus, ejusque dejiciamus eum; ut, timore correpti, fidem illi negent. Et vociferati sunt dicentes: O! O! & Justus seductus est. Et implerunt Scripturam Isaiæ dicentis: Tollamus Justum, quoniam incommodus est nobis: quapropter germine operum suorum comedet. Ascenderunt itaq; & præcipitarunt Justum, dixerunt inter se: Lapidibus obruamus Jacobum Justum. cœperunt eum lapidibus impetere. nondùm enim fuerat mortuus, cùm ejectus: sed conversus genua sua posuerat, dicens: Obsecro, domine Deus pater, remitte eis: nè enim intelligunt, quid faciunt. dum autem eum lapidibus impeterent: unus ex Sacerdotibus filiis Rechabum, quorum testimonium apud Hieremiam prophetam refertur, clamavit: Quiescite: quid facitis? Orat pro nobis Justus. Et unus ex eis, quidam, exfullonibus arreptum [illegible] mittam exemit ac percussit, caput Justi genuit: ait: ita dabo testimonium prolis. Et sepelierunt eum in solo loco: [illegible] juxta templum adhuc manet. Hic ipse & Judæis & Gentibus verax fuit: quod Jesus est Christus. Illi ejusdem cum confessionem refutantes Judæorum pertinacissimi exstiterunt. Hæc fusè ab Egesippo dicta, cùm sententiis, quæ Clemens scripsit. Eusebius de Jacobo adhuc addit, de cognominibus justitiæ quæ [illegible] ut de Judæorum principibus, ob fidem ejus martyrii ejus. Hieronymus verò Christum [illegible] ob quæ illi Judæi succensuerint, [illegible] Christum [illegible] Jesum [illegible] pinnaculo templi [illegible] Jesum [illegible] Christum [illegible] Judæi [illegible] pinnaculi [illegible] Hæc fusè ab Egesippo dicta, cùm sententiis, quæ Clemens scripsit. Eusebius de Jacobo adhuc addit, de cognominibus justitiæ quæ [illegible] ut de Judæorum principibus, ob fidem ejus martyrii ejus. Hieronymus verò Christum [illegible] ob quæ illi Judæi succensuerint, [illegible] Christum [illegible] Jesum [illegible] pinnaculo templi [illegible] Jesum [illegible] Christum [illegible] Judæi [illegible] pinnaculi [illegible]

B C D E F G H

illum, cùm juſtiſſimus eſſet, occiderunt. Idem *Joſephus* etiam mortem ejus, in vigeſimo Antiquitatum libro, declarat, dicens: *Cæſar autem, audità Feſti morte, Albinum præſidem in Judæam mittit. Junior verò Ananus, quem Pontificatum accepiſſe diximus, contumaci erat & ſingulariter audaci ingenio. adhærebat autem hæreſi Sadduceorum; qui in judiciis atroces erant apud omnes Judæos: ſicuti jam antea ſignificavimus. Cùm itaq; talis eſſet Ananus: opportunitatem natum ſe ratus, ex eo, quòd & Feſtus mortuus, & Albinus adhuc in itinere eſſet; convocato judicum conſeſſu, fratrem Jeſu, qui Chriſtus dicebatur, (nomen ili erat Jacobo) & nonnullos alios, in medium adduxit: deq; eo accuſavit, quòd legem tranſgreſſi eſſent: ac lapidibus obruendos dedit.*

Annotavit *Sophronius*, atque ex eo alii; interfectum Jacobum, ad templum, unde præcipitatus fuerat, ſepultum fuiſſe: & inſcriptionem monumẽti, Titi & Hadriani deinceps temporibus, adhuc conſpectam.

JUDAS, LEBBÆUS, THADDÆUS.

IUdam, Lebbæum etiam, & Thaddæum dictũ; ex *Matt. cap.10.* [a] apparet. & meminit earum appellationum *Hieronymus, in expoſitione ejuſdem capitis Matthæi:* qui & Zelotem eum, atq; Simeonem dictum, *in enarratione cap.4. epiſt. ad Gal.* indicat. ubi, *Judas*, inquit, *Apoſtolus, ob inſignem zelo in ſe virtutem, Zelotæ nomen accepit.* Fratrem eum Jacobi, Lucas appellat, *cap.6.* [b] *& Actor.1.* [c] Et *Euſebius* [d] *ex Egeſippo*, fratrem Domini ſecundùm carnem. *Epiphanius*, qui Joſephi hos quatuor, Jacobum, Simeonem, Joſen, Judam, (ut diximus) filios fuiſſe, incerto tamen judicio, affirmat, ait; Judam filium Joſephi fuiſſe, natu minorem. Nec alia in ſacris literis Judæ hujus mentio fit: præterquam quòd Johannes *cap.14.* [e] indicat; in prolixo ſermone Chriſti: à Cœnâ, Judam quæſiiſſe à Chriſto: *quamobrem diſcipulis ſe ſuis, & non Mundo, oſtenſurus eſſet?* eiq; Chriſtum reſpõdiſſe hæc verba: *Si quis diligit me; ſermonem meum ſervabit, &c.* Sic etiam nihil de converſione, aut vocatione peculiari ad miniſterium, legitur.

Nicephorus, [f] vicinas eas regiones, ut Judæam, Galilæam, Samariam, Idumæam, Arabiam, Syriam, Meſopotamiam, percurriſſe, narrat. *Sabellicus*, [g] in Meſopotamiâ Judam Euangelium diu propagâſſe, tradit: quâ poſtea virtute, cũ Simone Cananæo, Perſidem ingreſſus ſit. *Euſebium* verò, [h] à Thomâ eũ, poſt Chriſti aſſumtionẽ, Edeſſam, ad Regem Abgarum, miſſum ſcribit. Niſi quòd inexplicabilem in eâ parte offundit diverſitatem: quòd & Thomam eũ, Judam appellatum; & Thaddæum (ſic enim nominat; nõ Judam) unum de LXX. narrat fuiſſe diſcipulis. Ad Abgarum tamẽ Regem, Judam hunc Thaddæum miſſum; etiam *Hieronymus* [i] ſenſit. *Euſebii* verba ſuprà, in capite De loco & propagatione, adſcripſimus.

De obitu ejus nihil legitur: niſi quòd *Abdiæ, Vincentii*, & aliorum narrationes ab hac diverſæ, (alium enim & Simeonem & Judam faciũt) utrumq;, Simeonem & Judam, in Perſidis Pontificum impetu, interemtos prodiderunt. quod & *Sabellicus* [k] retulit. *Nicephorus* [l] contrà, eũ Edeſſæ, poſt doctrinæ propagationem & miracula, placidâ morte tandem quieviſſe, ſcripſit.

¶ Hæc etiam de poſteris Judæ, ſub Domitiano, *ex Egeſippo Euſebius* [m] retulit, in hunc modum. *Supererant adhuc quidã de genere Domini, nepotes Judæ, qui frater illius ſecundùm carnem dicitur: quos detulerunt, tanquam exiſtentes de genere Davidis. hos Jocatus ad Domitianum Cæſarem duxit. Timebat enim ille adventũ Chriſti: ſicut & Herodes. Et interrogavit eos, num ex Davide eſſent? Quod cùm faſſi eſſent; rurſus interrogavit: Quantas poſſeſſiones haberent? aut quantũ pecuniarũ poſſiderent? Illi dixerunt: Ambobus tantũ ſunt novem denariorum millia; ita ut cuiq; dimidia ejus ſummæ portio competat. & hanc ſummã non habemus in argento; ſed in æſtimatione telluris, quæ non amplius continet quã triginta-novẽ jugera: ex quibus & tributa pendimus; & nos-ipſos labore noſtro ſuſtentamus. Deinde manus etiã ſuas illi in teſtimoniũ, quòd ipſi per ſe operarentur; & corporis quoq; duritiẽ, & callos in manibus, ex aſſiduis laboribus contractos, oſtenderũt. De Chriſto etiam & regno ejus, qualénam illud, & quãdo, & ubi apparituũ eſſet, interrogati, reſponderũt: Non eſſe regnum ejus mundanũ aut terrenum; ſed cæleſte & angelicum futurumq;, in conſummatione ſeculi; quando adveniens in gloriâ, judicaturus ſit vivos ac mortuos, & reddat unicuiq; ſecundùm facta ſua. His dictis, Domitianũ eos non condemnãſſe, ſed tanquã viles homines contemſiſſe, ac liberos dimiſiſſe: perſecutionem quoq; contra Eccleſiam motam, edicto ſuo ſedãſſe. dimiſſos verò Eccleſiæ præfuiſſe: ut qui ſimul & martyres eſſent; & de ſtirpe Domini deſcendiſſent. demiq; eos, pace factâ, ad Trajani uſq; tempora, in vitâ ſuperſtites fuiſſe.*

SIMON, SIMEON.

SImonem, alii Joſephi filiũ, alii Alphæi; & Jacobi fratrem, alii Cleopæ, faciunt. Joſephi eum filium *Epiphanius* * fuiſſe manifeſtè aſſerit: ex profeſſo affirmans, Joſepho filios fuiſſe, Jacobum, Joſen, Simeonem, & Judam. Quanquam ità ſibi conſtare non videtur, quòd alibi * ait; *Simeonem filium fuiſſe Cleophæ, & Jacobi ex ſorore nepotẽ: qui, cùm lapidibus Jacobus obrueretur procul adſtans, ad Judæos dixerit: Ceſſate, quid lapidibus obruitis Juſtũ? ecce pro vobis optima precatur.* Contrà, fratrem Jacobi Simeonem fuiſſe, *Sophronius* indicat. Contra quem rurſus *Henricus de Erfordiâ*, & ex recentioribus aliqui, Alphæi fuiſſe Simeonem & Judam, ex Mariâ Cleophæ, filios, oſtenderunt; ac fratres nihilominus Jacobi. Nec deſunt, qui hanc varietatem ità cõciliare ſtudẽt: ut neceſſe fuiſſe dicant, ut aut Alphæus Cleophas cognominatus fuerit; aut Alphæus ſecundus maritus Mariæ Cleophæ fuerit. Cùm veriſimile ſit, Alphæum priorem fuiſſe Mariæ ejus maritum; ex quo Jacobum, de quo diximus, ſuſceperit: & Cleopham poſteriorẽ; ex quo hunc Simonem genuerit. Nam & hoc *ex Egeſippo Euſebius* * ſenſit: ubi Simonem Cleophæ fuiſſe filium; & Cleopham Joſephi fratrem, ex eodem indicat. Quod & *Hieronymus* * velle, antè retulimus.

Sive igitur frater, ſive ſobrinus, ſive patruelis Chriſti, Simeon hic fuerit: Cananæum eum, *Matth.10.* * & Zelotem, *Actor.1.* * dictum legimus; unâ & eâdem appellatione: ſicut *Hieronymus* * indicat. *Simeon*, inquit, *Chananæus ipſe eſt; qui in alio Euangeliſtâ ſcribitur Zelotes. Chana quippe zelus interpretatur. Nam quod de vico Canâ Galilææ Nicephorus* * *& alii annotarunt, in medio relinquimus.*

De cõverſione ejus ad Chriſtũ, & vocatione ad apoſtolatũ, in ſacris literis nihil legimus: niſi quòd in catalogo, atq; publicâ ordinatione & cõfirmatione, recitatur. *Matt. 10. Mar.3. Luc.6.* Neq; Epiſcopum eũ Hieroſolymis, Jacobiq; ſucceſſorẽ fuiſſe, inter omnes cõvenit. Quidam enim volũt eſſe Simeonem, aliquẽ ex numero diſcipulorũ LXX.

Narrat, ſed ſinè certis teſtimoniis, *Nicephorus*; Euangeliũ Simeonem hunc propagâſſe per Ægyptum, Cyrenem, Africam, Libyam, regiones ad Occidentalem Oceanum ſitas, & inſulas Britannicas. Nec *Abdiæ* quidẽ, *Vincentii*, & aliorum, narrationem de ejus itinere, periculis, laboribus, & miraculis in Babylone & Perſiâ, moramur.

De epiſcopatu ejus hæc *Euſebius* * retulit: eũ in ſynodo omnium Apoſtolorum diſcipulorumq;, qui poſt martyrium Jacobi, & expugnationem Hieroſolymorum, ſuperſtites fuerunt, communibus ſuffragiis, quòd conſobrinus Salvatoris eſſet, Eccleſiæ Hieroſolymitanæ gubernatione dignũ judicatum. In quo præfuiſſe eum annos ad XLVII. aut circiter; ex ejuſdem Chronico colligitur. Nec aliud interim quicquam de vitâ, gubernatione, aut factis ejus, in tam longo curriculo, uſquam dicitur.

De martyrio ejus, hæc *Euſebius* * ad hunc modũ *ex Egeſippo* recenſuit. *Poſt Neronem*, inquit, *ac Domitianum, ſub eo Imperatore*, (Trajano) *cujus jam tẽpora inquirimus, rumor eſt, ſingulatim, & per civitates, per ſeditiones populares, motã eſſe cõtra noſtros perſecutionem: in quâ Simeonem, Cleophæ filium, quem alterũ fuiſſe Hieroſolymitanæ Eccleſiæ Epiſcopum ſignificavimus, martyrio vitam finiviſſe, accepimus. Et hujus rei teſtis Egeſippus eſt. hic enim de quibuſdam Hæreticis ſcribens, ſubjungit, ac ſignificat; quomodo prædictus Simeon ab illis eodem tempore variis modis accuſatus, tanquam Chriſtianus, plurimis diebus flagris cæſus ſit: ut ipſum judicem, & qui circa illum erant, plurimùm ſtupefecerit; atq; ita finem dominicæ paſſioni conformem acceperit. Nihil autem impedit, quò minùs ipſum hiſtoriographum, hæc ad verbum ſic narrantem, audiamus. Quidam ex illis, inquit, Hæreticis videlicet, Simeonem Cleophæ filium*

accu-

[a] *verſ.3.*
[b] *verſ.16.* [c] *verſ.13.* [d] *lib.hoc.20*
[e] *v.22.23*
[f] *lib.2 ca 40. & 44*
[g] *Ennead. 7. lib.4.*
[h] *lib.1. ca. ult. & lib. 2. cap.1.*
[i] *in cap.10. Matth.*
[k] *Ennead 7. lib.4.*
[l] *lib.2.c.40*
[m] *lib.3.c 20.*
* *lib.1. & 3 com.2.*
* *Lib 2. com.3.*
* *lib 3 c.11*
* *in narrat. de S Paul.*
* *verſ 4.*
* *verſ.13*
* *in cap 10 Matth.*
* *lib 4 c.40*
* *lib 3 c 11 & lib.4 cap 22.*
* *lib.3 c.32*

accusant; quod & de stirpe Davidis descendisset, & Christianus esset. Atq; ita martyrium subit, cum annos natus esset C X X. sub Trajano Cæsare & Attico Consulari. Et aliquanto pòst: Simeon, consobrinus Domini, filius Cleophæ, ab Hæreticis calumniam passus, & confimiliter eâdem de causâ sub Attico Consulari accusatus, multisq; diebus flagris cæsus, martyrium subiit: ita ut cunctis admirantibus, ipse quoq; Consularis, quomodo 120. annos natus ista perferret. ac tandem crucifigi jussus est, anno Christi (veluti in Chronico *Eusebius* idem indicat) *C X. Trajani verò. X.*

Matthias.

[a] lib. 2 c. 1 & lib. 3 cap. 12

[b] lib. 1 cap. 20

[c] vers. 26.

MAtthiam unum ex discipulis Domini, ac de numero discipulorum LXX. fuisse; *Eusebius,*[a] *Sophronius, & Epiphanius,*[b] testantur. Nec alibi in sacris literis mentio ejus fit; præterquam *Act. 1.*[c] ubi in synodo Apostolorum & discipulorum, post Christi ascensionem, in locum Judæ, per sortem electus, à Lucâ dicitur. Cætera, quam multa de Matthiâ *Abdias* narratio & aliorum habet; (ut, quòd nobilis familiæ fuerit; & parentibus de tribu Judâ divitibus, in Bethleem; ab ineunte ætate in Lege Dei institutus; usúsq; præceptore Simeone, doctissimo in lege divinâ) in medio & omnium judiciis relinquimus: quemadmodum & miracula ejus; & in civitate Galilææ, Gischalâ, cum Pontifice disputationem; & tandem martyrium. *Sophronius*, eum post ascensionem Christi, cùm in diversas terras, Evangelium docturi, discipuli Domini dispergerentur, in Æthiopiæ quandam maximè agrestem partem concessisse, scripsit; ibiq; mortuum esse. Meminit traditionum Matthiæ (incertum an Apostoli hujus) *Clemens,*[a] & inquit: *Dicunt, Matthiam sic docuisse: cum carne quidem pugnare, & eâ uti, nihil ei impudicum largiendo ad voluptatem; augere autem animam per fidem & cognitionem.*

[a] lib. 2. & 3 Stromat

Paulus Apostolus.

[a] vers. 3

[b] Homil. 15 in 3 cap. 1 ad Cor.

[c] vers. 19

[d] vers. 3.

[e] vers. 1.

[f] vers. 22.

[g] vers. 5.

NArrat *Hieronymus*, parentes Sauli habitâsse in oppido Judææ, Giscalis nomine: sed eo à Romanis capto, illos Tarsum Ciliciæ commigrâsse. Ibi verò Paulus se natum affirmat, *Act. 22.*[a] Nomina patris & matris ejus non sunt prodita memoriæ: ut *Chrysostomus*[b] indicat. Sed Judæum patrem ejus fuisse, & civem Rom. Hebræum ex tribu Benjamin, & Israëlitam, ex semine Abrahæ; manifestum est ex *Act. 21.*[c] *& 22.*[d] *Rom. 11.*[e] *2 Cor. 11.*[f] *Phil. 3.*[g] In pueritiâ eum Philosophiâ & Artes dicendi didicisse; indè colligitur: quòd *Strabo*, qui plùs-minùs 30. annis ante Paulum floruit, de Tarsensibus memoriæ prodidit: *tantùm eis circa Philosophiam, ἐς τοσοῦτον ἐπιδόσεως ἐλθεῖν τὰ καθ' αὐτὰ παιδεύματα. studium fuisse; ut Athenas, & Alexandriam, & alias Academias, superarint.* Deinde, eum evolvisse veterum Poëtarum monumenta; ut Arati, & Epimenidis, & Menandri, & aliorum; ex eo liquet: quòd eorum sententias in suis cõcionibus & epistolis citat. *Act. 17.*[h] *1 Cor. 15.*[i] *Tit. 1.*[k] *Hieronymus*[l] etiam, Paulum Græcam linguam ab ineunte ætate imbibisse, testatur. Artem etiam texendi tabernacula, seu aulæa, novit: quam etiã post conversionem exercuit. *Act. 18.*[m] *Chrysostomus*[n] eum in faciendis tentoriis pelles consuisse dicit.

[h] vers. 28.

[i] vers. 33.

[k] vers. 12.

[l] in epist. ad Algasiam.

[m] vers 3.

[n] in 8. cap. 1. epist. ad Cor.

Cùm jam prima fundamenta Artium dicẽdi & Philosophiæ percepisset: parens eũ Hierosolymam, in quâ ædes & templũ Dei, & summa Theologiæ academia erat, misit: ut ibi summos doctores, & divinæ Scripturæ interpretes, Scribas & Pharisæos, atq; etiã ipsos Sacerdotes summos, audiret; & doctrinam cœlestem, à Deo per Prophetas patefactam, de generis humani salute, exactiùs & perfectiùs cognosceret. Eò postquam venit; patris & amicorũ consilio, inter alios, quos audivit docentes, Gamaliele etiã (viro eruditione, prudẽtiâ, & autoritate, inter cæteros excellẽte; ut patet ex *Act. 5.*[o]) præceptore usus est. Nã ipse testatur, se Hierosolymis educatum, & ad pedes Gamalielis institutũ accuratè in patriâ lege esse: *Act. 22.*[p] Ut aũt erat ingenio solerti & industrio præditus, & studio pietatis deditus: ità præ aliis multis suis cõmilitonibus, in Judaismo, & institutis à Majoribus traditis, profecit. *Gal. 1.*[q] Et, cùm variæ tũc in populo Judaico sectæ essent: non Essæorum, neq; Sadducæorũ; sed potiùs Pharisæorum (utpote doctrinæ cœlestis sinceritate, vitæ sanctimoniâ, & autoritate, aliis antecellentiũ) se-se adjunxit societati & professioni. *Phil. 3.*[r]

[o] vers. 34.

[p] vers. 3.

[q] vers. 14.

[r] vers 5.

Legẽ verò Dei, & institutis à Majoribus traditis, ità accepit: ut verè existimaret, se per ea oportere sibi cõparare vitam æternã. Quare ità juxta Legẽ vitã instituit & exegit suam; ut irreprehensibilis secundùm Legis justitiam esset. *Phil. 3.*[s]

[s] vers. 6.

Docebat quidem eo tẽpore Christus, se esse Messiam; & miraculis suâ doctrinâ confirmabat: sed, quia minùs habebat propitios Pharisæos; & ab iis, ut Samaritanus, & obsessus à Diabolo, blasphemus, & seductor, & seditiosus, proclamabatur; & publicis decretis cavebatur, ne quis se ei adjungeret; ac tandẽ etiam Christus crucifigeretur: Saul, ut adolescens, cautam ipsam minùs cõsiderans, & zelo patriæ Legis flagrãs, & ipse Christum, exẽplo aliorum Pharisæorum, ut pestem & hostem Legis divinæ, abominatus est. Cùm aũt post Pentecostẽ, Apostoli, & Stephanus, & alii, Hierosolymis publicè Euangeliũ docerent; & Pharisæos accusarent proditores & interfectores Messiæ; & abrogarẽt paulatim ceremonias Mosaicas: Pharisæi, & alii, qui officio docendi fungebantur, in suos auditores, suis calũniis & detrectationibus, & terris mẽdaciis, instillabant acerbũ odium adversùs Apostolos, & Ecclesiã Christi: quòd essent turbatores patriæ & divinitùs-constitutæ religionis, & molirẽtur seditiones; & quòd ea, quę de Jesu Nazareno Messiâ dicerẽt, vana & ficta essent omnia; quodq; Deo præstaret cultum, qui hujusmodi pestes Religionis & Ecclesię è medio tolleret. Hujusmodi Præceptorũ clamoribus exasperati auditores; maximè verò adolescentes, qui ab ore & autoritate suorũ Præceptorum pẽdebãt; rẽ ipsam minùs secũ reputãtes, eã ante cognitionẽ damnabant & exsecrabantur. Resq; primùm disputationibus agebatur. qdã enim è Synagogis Libertinorũ, & Cyrenensiũ, & Cilicũ, & Asianorũ (in qrũ numero etiã Saul erat) cũ Stephano cõgrediuntur: verùm ab eo vincũtur. Id ægrè ferẽtes, & rẽ Deo gratã, & suis Præceptoribus acceptã, se facturos, arbitrãtes; conspirãt in necẽ Stephani, Saulus & alii: & subornatis falsis testibus, eum accusant; & dãnatũ lapidibus obruunt; Saulo custodiente vestimẽta interfectorũ Stephani. *Act. 6.*[t] *7.*[u] *& 8.*[x] *& 22.*[y] Placebat ea res Principibus sacerdotũ & Pharisæis: &, cũ viderẽt Saulum acriori animo & excitatiori zelo prædituũ; stimulis suis eum incitabãt adversùs Ecclesiã: ut pro patriâ lege celaret, & vindicaret in homines istos turbulentos, seditiosos, & blasphemos. Saul itaq;, acceptâ à Principibus sacerdotum potestate, rẽ strenuè agebat. Doctrinam enim Christianorũ (quasi vanũ & fictitium esset cõmentum, Jesum Nazarenum resurrexisse ex mortuis; & esse Messiam, in quem credẽtes salventur) refutabat, & blasphemabat. & eo modo cùm nõ proficeret; vim adhibebat, & persequebatur vehementer Ecclesiam Dei. *1 Tim. 1.*[z] *Gal. 1.*[a] *Philip. 3.*[b] Credentes in carcerẽ includebat, viros pariter ac mulieres: & cõpellebat eos blasphemare, & abnegare Christum. Id verò recusantes, cædebat in omnibus Synagogis; & latâ sententiâ, occidi curabat: & ampliùs insaniens in eos, persequebatur etiã eos in exteras usq; civitates. *Act. 22.*[c] *& 26.*[d]

[t] vers. 9.

[u] vers. 57.

[x] vers. 1.

[y] vers. 4.

[z] vers. 13.

[a] vers. 13.

[b] vers. 6.

[c] vers. 4. 5.

[d] v. 9. 10. 11

Sed Deus, cùm eum ab utero matris, ex immẽsâ misericordiâ suâ, ad proponendum in eo illustre suæ clementiæ exemplũ, segregâsset, & vocâsset; ut revelaret per eũ Filium suum; mirabili modo eũ convertit: & ex hoste & vastatore Ecclesiæ, Euangelii prẽconem, & Ecclesiæ platatorem studiosissimũ acerrimumq;, fecit. Nam, cùm Princeps sacerdotũ & totus ordo Seniorum cognovissent; Damasci etiã ab iis, qui Hierosolymis fugerãt, quosdã hæresi Christianâ esse infectos: cogitarũt, initiis obstandũ esse; & nõ tantùm Hierosolymis, sed etiã aliis in locis, sectatores ejus religionis esse opprimẽdos. Quare, cùm Paulus se strenuũ & vehementẽ præberet, in defendẽdâ autoritate suorũ Præceptorũ, & vindicãdâ Lege Mosis, & observatione traditionũ Judaicarum; eũ ad se accersunt, & delegãt ei munus Inquisitoris hæreticæ pravitatis, (ut hodie vocãt) datis epistolis & publicis edictis, ad Synagogarũ præfectos Damasci, de capiendis, & Hierosolymã adducendis, omnibus iis, qui Christum profiterentur. Saulus, temerario zelo ob Legem Mosis æstuans, & Christianis alioquin infensissimus, non recusat id officii; sed ultrò suscipit: teq; cõtinuò, cũ ministris sibi adjunctis, dat in viã. Itinere ferè confecto, appropinquabant Damasco. Ibi ex improviso, in ipso meridie,

è cœlo,

A

B

C

D

E

F

G

H

Tarsum. *Act. 9.* [1] Et ego vidi in regionibus Syriæ & Ciliciæ. *Galat. 1.* [2] Deambulabat ab Antiochia usque Antiochiam, cum videret gratiam Dei. *Tarsum* [3] & Sanctum eorum in Asiam *Antiochiam* [4] ... ambo docuerunt turbas ... appellarentur Christiani ... 4000. Eodem ex Hierosolymis ... Agabus, prædixit ventu[rum] ... collatis pecuniam misere[nt] ... riam & Paulum. *Act. 11.* [5] Facta ... tionis Pauli; Christi verò, 38.

[1] v. 11. [2] v. 21. [3] v. 26. [4] v. 22. [5] v. 29. & 30.

Tertia peregrinatio.

Explens ministerium, Barnabas & Paulus, assumpto Joanne Marco, redeunt Antiochiam. *Act. 12.* [1] Ibi prophetæ quosdam segregantur, impositione manuum, Paulus & Barnabas ad spargendum passim inter Gentes Evangelium. Egressi Cyprum, veniunt Seleuciam; quæ vicina est Antiochiæ, ... navigant in Cyprum; habentes adhuc secum comitem ministrum, Joannem Marcum. Et cùm peregrarentur totam insulam, tandem etiam perveniunt oppidum quod dicitur Paphus, ubi convertitur ad Christum Sergius Paulus Procônsul; opponens se doctrinæ Elymas magus; q imprecatione Pauli visum amittit. *Act. 13.* [2] Inde navigant Pergam Pamphiliæ: ubi cessit ferens Marcus, Hierosolymam redit. Illi verò Antiochiam Pisidiæ perveniunt, ubi ... principibus synagogæ, Paulus prolixe concionatur. Judæi verò, hac occasione tanti cœtus, cœcitant mulieres potentes, & primos civitatis, adversùs Paulum, qui eos ... ejicitur, abit Iconium. *Act. 14.* [3] Multo cum fructu Iconii docent, & miracula edunt: sed Judæi cœcitant Gentes, & exorta seditione ... & Barnabas fugiunt in Lycaoniam: & passim prædicant Evangelium, maximè verò Derbe & Lystræ. Sanatur ibi ... Paulus ... Lycaones ... pro Mercurio ... Judæi ... Antiochiæ & Iconii adveniunt, ... lapidat; & pro mortuo extra ... Discipulis ... Derben redimunt aliquandiu ... Lystra & Iconium, & Antiochiam. & ordinatis in ... ministris, trajectis per Pisidiam & Pamphiliam, venerat Perga, unde discedunt Attaliam, maximum urbem: & hinc navigant Antiochiam Syriæ; unde olim ... missi, ad propagandum Evangelium. Ibi convocata Ecclesia, exponunt, quid effecissent: & multum temporis ibi commorantur cum discipulis. *Act. 15.* [4] Eorum conversationem a Judæis, ... Gentium ... Judaicis, & præcipuè Circumcisionem, minantibus ... remittunt ad Apostolos & Presbyteros ... ab Ecclesia, transeunt Phœnicen & Samariam, ... gratulantes conversionem Gentium ... Hierosolymam, ubi celebratum ... universum, de libertate Christianorum ...

[1] v. 1. [2] v. 6. [3] v. 1. & 19. [4] v. 3.

Quæ Eusebius commemorat ... Irenæus & alii ... conversionem ... Hierosolymitanos. ...

[1] v. 13. [2] v. 29.

sionem. Nec. Quæreptant, 3. Hos enim [illegible] dulos esse: Paulum vero Barnabæ similem & verendum. Quo Paulum illa post synodum gessisse verisimilius dicamus. Verùm, quicquid sit de his dictis in loco, quem non vidit Lucas: certum est, Paulum commemorare, quod [illegible] Paulo post synodum acciderit, quod ejus auctoritatem eis, qui circumcisionem urgebant, infringeret. Paulum in alia loca, quàm ante, ire destinasse, non dicitur narratum esse, sed plenaq; omnia fuisse fratrum. Et sunt ab hominum expedito, ut Paulus fuit, multa quotidiana & trita memoratu, loca media pertransiisse.

Quarta peregrinatio.

Ex Syria & Hierosolymis rursùm, cum literis Apostolorum, Ecclesiarum Paulus & Barnabas; quibus adjunguntur Judas & Silas prophetæ, quos ultrò venerunt Antiochiam. ubi confirmatis fratribus, judas redit Hierosolymam: sed Silas manet apud Paulum & Barnabam. *Actor. 15.* Petrus etiam, Antiochiam veniens, & incompositè inter Gentes judaizans, à Paulo objurgatur. *Gal. 2.* Autore *Beda & Vincentio*, & aliis; inter Paulum & Barnabam, egressuros ad revisendas Ecclesias ethnicis, oboritur dissensio de comite Johanne Marco, à quo prius in Pamphiliâ fuerant deserti. Fit igitur separatio conjunctissimorum fratrum: & Barnabas, assumto Marco, in Cyprum navigat; Paulus verò eum Silâ, confirmaturus Ecclesias, transit per Syriam & Ciliciam. *Actor. 15.* [b] Ac pervenit Derben & Lystram. Ibi invenum discipulum, matre Judæam, patre Gentilem, Timotheum, circumcidit; & postea secum comitem itineris abduxit. Atq; ità unà transeuntes Phrygiam & Galatiâ, prohibiti sunt à Spiritu, loqui verbum Dei in Asiâ. Venerunt ergo in Mysiam: unde sunt iterum à Spiritu prohibiti, descendere in Bithyniam. Venerunt igitur Troadem: ubi Paulus visione nocturna vocatur in Macedoniam, quò cæteris comitibus navigaturus, pervenit in Samothraciâ; & sequenti die Neapolin. Inde pedibus adscendit Philippos: ubi mansit aliquot dies apud purpuræ venditricem. Cùm autem ex puellâ vatidicâ ejecisset spiritum Pythonem: à dominis puellæ, privatis quæstu, quæ prædictionibus merebatur ancilla, protractus ad magistratum civitatis; unà cum Silâ conjicitur in carcerẽ. ubi, post preces ad Deum factas, miraculosè ambo liberati à vinculis, cõverso ad Christum custode carceris, tandem à magistratu educuntur. *Actor. 16.* Indè egressi, transeunt per Amphipolin & Apolloniam. Et veniunt tandem Thessalonicâ: ubi tribus sabbatis Paulus concionatus in Synagogâ, multos cõvertit ex Ethnicis. Sed Judæi concitant cives contra Paulum & Silam. quos rapturi ad supplicium, cùm non invenirẽt; hospitem ipsorum Jasonem, & alios quosdam, protraxerũt in forũ: quos tamen, auditâ causâ, Magistratus absolvit. Nocte tamen à fratribus educti, Paulus & Silas, veniunt Berrhœam: ibi erant nobilissimi Thessalonicensiũ, qui magno studio amplexi sunt verbum. Cùm assistunt ex Thessalonicâ profecti Judæi cõcitantes populum: Paulus, relicto ibi Sila & Timotheo, adhuc cæci maris, navigat Athenas. Ubi dum opperitur comites Silã & Timotheum: disputat contra Philosophos, & publicè cõcionatur; occasione sumtâ ab arâ Ignoti dei. ubi cõvertit multos; inter quos est Dionysius Areopagita. *Act. 17.* Indè egressus, venit Corinthum. ibi invenit Aquilã, cũ uxore Priscillâ: q; recèns eò cõfugerat, edicto Claudii Imperatoris ejectus ex Italiâ. Ad eũ, artificẽ texendorũ auleorũ, [illegible] diverterit, ejusdẽ artificii peritus. Illic ad Paulũ redeunt Silas & Timotheus. Paulus aũt, docẽs Christum, à Judæis per sequentiã petitur. Sed per visionẽ cõfirmatus, [illegible] Corinthi sustinuit. Tandẽ à Judæis pertractus ad [illegible] Proconsulis Gallionis, dimittitur: sed à furioso [illegible] impunè verberibus afficitur, in cõspectu Proconsulis ante [illegible] Synagogæ. Paulus aũt, ad fratres Aquilã & Priscillã, ex Cenchreis navigat Ephesum: ubi [illegible] Aquilã & Priscillã, ipse profectus Cæsaream. [illegible] Hierosolymam, & salutat Ecclesiam. *Act. 18.*

Quinta peregrinatio.

Ex Hierosolymis [illegible] Antiochiam, [illegible] per Galatiam & Phrygiam, confirmans discipulos. *Actor. 18.* Venit Ephesum, & [illegible] *Actor. 19.* Ubi cum Aquilâ & Priscillâ, [illegible] Alexandrum, [illegible] [illegible] rat, relictus [illegible] Johannis baptistæ, [illegible] [illegible] rat sibi discipulos, [illegible] [illegible] mus doctrinã [illegible] ejecerint nomine Jesu prædicari. Paulo [illegible] ans. Libri [illegible] quinq; millia coronatorũ. Ex Ephesi Paulus Timotheum & Erastum præmittit in Macedoniam, [illegible] narrat. Sed decimus [illegible] quendam aurificem, Demetrium. *Act. 19.* Hic soluto, navigat in Macedoniam, in qua [illegible] ciam. Ubi commoratus [illegible], [illegible] ro in Syriam, à Judæis insidias [illegible]. Mutato [illegible] rodit in Macedoniam: & præmissis Timotheo, Sosipatro Berrhœensi, Aristarcho & Secundo Thessalonicensibus, Gaio Derbensi, & Timotheo, Tychico & Trophimo Asiaticis; Paulus, post Pascha Philippis egressus, [illegible] pervenit ad comites Troadæ: ubi cum eis [illegible] dies. & unâ sabbatorum in multam noctem concionatus, Eutychum juvenem, de tertiâ contignatione delapsum & extinctum, in vitam revocavit. Indè cæteris navigantibus, Paulus pedibus profectus est Asson Phrygiæ. Ibi [illegible] receptus, cũ illis venit Mytilenen; Lesbi insulæ oppidum, unde sequenti die appulit cõtra Chium. Et illinc postridie navigat in Samum; & pernoctat in Trogilio, distans [illegible] stadiis à Samo. & sequẽti die venit Miletum: præterveniens studiosè Ephesum, ne ibi detineretur. Cupiebat enim ab Pentecostes festum Hierosolymis esse. Sed tamen Miletum ad se evocatos Ephesios Presbyteros, longâ & gravi [illegible] oratione, cohortatur ad constantiã & vigilationem [illegible]. Et indè navigio pervenit in insulam Coon: [illegible] alterò die, in insulam Rhodum: indè in oppidum Lyciæ Patara: ubi [illegible] scendens navem, trajecturam in Phœnicem, relictâ à [illegible] nistra Cypro, indè defertur in Syriam; ac pervenit Tyrum. ubi apud discipulos mansit septem dies: à quibus per Spiritũ monebatur, ne ascenderet Hierosolymam. Egressus indè, navigat Ptolemaida: ibiq; commoratus unum diẽ, sequente ivit Cæsaream; ac diverterit ad Philippũ Evangelistam, unũ ex septem, cui erant quatuor filiæ prophetis. Apud eum Agabus, propheta Judæus, qui ante [illegible] annos famem prædixerat, Paulum, ligatus cingulo pedis, de futurâ captivitate prænonet. omnibus igitur dissuadentibus & deprecantibus profectionẽ, Paulus permanet in sententia, significans, se non tantùm ligari; sed & mori velle, pro nomine Christi. Egressus est igitur indè, deducẽtibus discipulis. Ex Cæsareâ pedibus venit Hierosolymã; ac diverterit ad Mnasonem Cyprium. Sequenti die, apud Jacobũ Apostolum cõgregatis omnibus Presbyteris, exponit successus sui ministerii inter Gentes & offert pecunias, quas pro egestate fratribus in Ecclesiis gentilibus collegerat. Deindè [illegible] tur ab Ecclesiâ; ut ritu purificationis satisfaciat Judæis [illegible] santibus pro lege Mosaicâ. cui consilio dum obtemperat Paulus, nondum cõpletis septem purificationis [illegible] spectus à Judæis Asiaticis in templo, corripitur [illegible] tur apud populum, de profanatione templi. [illegible] ne legis Mosaicæ. Extractus ex templo, & [illegible], tandem à superveniente Tribuno cohortis [illegible]. Claudio Lysiâ, tumultum sedaturo, Judæi [illegible] quo [illegible] impetrat, ex gradibus dicendi potestatem [illegible] populũ, ut [illegible]. Ubi commemorat historiam conversionis suæ, [illegible] rus se Judæis: sed [illegible] alibi. nam Judæi [illegible] tant eũ occidi. Clamoribus ergo [illegible] vestes [illegible] virgis cædi jubet Paulum: quem [illegible] Romanum, vinculis exsolvit. *Act. 22.* & sequenti die [illegible] Pontificum synedrio. Ibi Paulus [illegible] dicere, [illegible] Pontifice jubente [illegible] Quo [illegible] [illegible] adhuc primo [illegible], [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] Romæ [illegible] Claudii. Sequenti die, plures quàm [illegible] de interficiendo Paulo, dixerunt decem ex Judæis. Hæ insidiæ vetitæ à Pauli sororis filio, [illegible]. Tribunus decem è Paulum examinatum ad Felicem. Præsidem Judææ. *Act.23.*

Facta sunt hæc, 12. annis à conversione Pauli, & Claudii 13. Christi verò 45.

Tertia peregrinatio.

Ducentis igitur peditibus, septuaginta equitibus, & ducentis lanceariis, comitatus est Paulum; unà cum literis ad Felicem, judicantibus eos esse Judæorum, & innocentiæ Pauli. Milites aut egressi, post horam noctis tertiam, Paulo dedito, & accepto recessu, altero die redierunt in castra. Equites Paulum, per diem unum Cæsaream, coram Felice sistunt: quem is jubet custodiri in prætorio Herodis, donec accusatores ejus descenderent. *Act.23.* [k] Quinto autem die post, hoc est, 12. ab ingressu Hierosolymorum, Annanias, cum Senioribus, & oratore Tertullo, profectus Cæsaream, Paulum accusavit coram Felice, qui tamen adhuc Paulum clementer tractavit: & aliquoties accersitum, amanter accepit; sperans, cum pecuniâ redemturum se vitam suam. Ità biennium Paulus in carcere celebrabili detentus, à deposito Felice, Porcio Festo successori est relictus. *Act.24.* Festus, tertio die postquam venit in provinciam, ascendit Hierosolymam: ubi Pontificibus, vehementer accusantib. Paulum, respondet; se reum auditurum Cæsaræ, præsentib. accusatorib. Postero die reversus Cæsaream, accusatū Paulum & audivit Festus interrogans; an velit Hierosolymis suam controversiam agi? ubi cū Paulus provocâsset ad Cæsarem; promittit Festus, se Romam eum missurum. Paucis diebus interjectis, Agrippa Rex, cum Berenice conjuge, præfectus Cæsareā, salutaturus novum Præsidē, cùm de Paulo quædam ex Festo accepisset; petiit eum postero die corā se adduci, & audiri. *Act.25.* Permissâ igitur dicendi potestate; Paulus copiosè exponit Agrippæ conversionem suam, & doctrinam quam profiteret. Et Festus quidem, eum nimio studio literarum delirum factum dicit: sed Agrippa, & doctrinam ejus gloriatæ pronunciat, Paulum dimitti posse, nisi ad Cæsarem provocâsset. *Act.26.* Postea Paulus, cum aliis quibusdam captivis, traditi Julio, Centurioni cohortis Augustæ, devehendus Romam; ducens secum Aristarchum Thessalonicensem. Et altero die Cæsaream egressi, una venerūt Sidonē; ubi Paulo à Centurione fit potestas amicos visendi. Indè navigant in Cyprū; cùm haberent ventos adversantes. Postea accedunt Myra, oppidum Lyciæ, non procul à Pataris, ad Ortum, sitū: ubi inventa navi Alexandrinæ, in Italiam iturę, Centurio suos omnes imponit: ac difficili navigatione appellunt ad Cnidon, in extremo Cariæ situm. Indè adnavigant Cretæ, ad Salmonam, orientale insulæ promontorium. Unde legentes oram littoris, ægrè perveniunt ad Pulcrum portum; cui erat vicinum oppidū Lasæa. Indè cum vellent petere portū Cretæ meridionalem, Phœnicem dictum; spe frustrati, ventorū impetu feruntur ad parvam insulam Claudam; quam Claudii Ptolemæus vocat; & juxta Cretam versus meridiem & occidentem collocat. Deinde, multos dies in mari jactati sævissimâ tempestate, à Paulo, commonitione visionē nocturnam, confirmantur, & perpelluntur, ut corpora, debilitata inedià 14. dierum, cibo reficiant, ad ferendos labores reliquos. Et cùm exonerassent navem, factâ jactura, mane terram conspicati, ad eam tendunt. Erat autem insula Melita: [illegible] non procul abesset; navis, impingens in [illegible] quidam erant reatem scopuli, frangitur. [illegible] qui in navi erant, videlicet 276. homines, salvi [illegible] Pauli præditio, omnes animas servantis. *Act.27.* Inde privati insulæ habitatores, ejectos humaniter tractarunt: & Publius quidam, primas in insulâ, triduum [illegible] patrē, febri & dysenteriâ [illegible], & [illegible] egrotos, Paulus sanavit. *Act.28.* Tandem, [illegible] tres hybernos menses in Melita, navi Alexandrinæ, quæ [illegible] hiemaverat, vectatum Syracusas: [illegible] deinde, circumnavigato [illegible], vectūs Rhegium: & biduo post Puteolos: ubi [illegible]

A [illegible] cum [illegible] omnibus manſit 7. dies. ac tandem progressus Romam versus, obvios habuit fratres ex Româ, ad forum Appii, & tres Tabernas: à quibus deductus Romam, (anno 2. Neronis; Pauli verò conversionis, 25. & Christi, 58. *juxta Eusebium*[l] *& Hieronymum, & alios*) in clementi custodiâ fuit; ita ut quivis ex amicis ad eum admitteretur. Fixam in Actis tantum biennii mansione, quo Paul' Romæ docuerit, in domo à se conductâ, omnibus accurrentibus, sine prohibitione. *Act.28.*

Septima peregrinatio.

In biennio illo, quo in carcere Romæ fuit, plurimùm prædicatione fidei profecit: sicut ipse ad de re scribit, *Phil.1.* [m] *Scire vos volo, fratres, quod, quæ circa me sunt, magis ad profectum Evangelii evenerunt: ita ut vinculi mei manifesta facta sint in Christo, in omnem prætorio, & cæteris omnibus.* Quod *Hieronymus*[n] intelligit de domo Cæsaris. Inquit enim: *A Cæsare in carcerem missus, merito familiæ ejus factus, per quem domum Christi fecit Ecclesiam.*

Sub finem anni quarti Neronis, Paulus ad tribunal Cæsaris vocatus, dicit causam contra Judæos accusatores. & arbiturus, valedicit omnibus amicis, tanquam supplicio afficiendus. Sed in eo judicio nihil decernitur. Postea demùm productus, absolvitur à Nerone. *Euseb. 4.*[o]

Annis igitur illis decem, usq; ad ultimum Neronis, invisit Ecclesias Syriæ, Asiæ, & Græciæ. & indè reversus in Italiâ, Galliâ, & Hispaniâ, & aliis Occidentis partibus docuit Euangelium. Quod omnino sibi propositum ante liberationem: ut patet ex epistolâ *ad Philip.1.*[p] *Certo scio*, inquit, *quod manseram fim, & cum omnib. vobis permansurus sim in vestrum profectum & gaudium fidei: ut gloriatio vestra exuberet per Jesum Christum in me, per meum ad vos reditum.* Et *ad Philemonem*: [q] *Præpara mihi hospitium: spero enim, quod ex precum vestrarum donabor vobis.* Et ex *Rom.15.*[r] constat; eum in animo habuisse, proficisci in Hispanias. Eadem etiam alii autores asserunt: ut *Eusebius, & Athanasius.*[s] Paulum in Hispanias ascendisse; asserit *Epiphanius,*[t] *Sophronius*[u] *& alii. Henricus Erfordiensis* refert. Chrysostomum affirmare; Paulum, à Nerone dimissum, abiisse in Hispaniam & Teutoniam. Sed hæc minùs certa sunt.

¶ Deus etiam eum, ut esset idoneus ad muneris apostolici functionem, præclaris Spiritûs sancti donis ornavit; quibus nihilo inferior fuit eximiis & summis Apostolis. *2. Cor.11.*[x] *& 12.*[y] Nam donum linguarum eum habuisse, cum plurimorum Ecclesiarum fuerit Genesis, tam ipse ait, *1. Cor.14.*[z] testatur, inquiens: *Gratias ago Deo meo, quod omnium vestrum, quàm vos omnes, linguis loquor.*

Claruit dono [illegible] & scientiæ. Inquit enim: [illegible] *sim imperitus sermone; non tamen scientia.* [a] *2. Cor.11.*

In docendo, & disputando contra Judæos & Græcos & falsos fratres, & cohortando ad pœnitentiam & bona opera, ac etiam in reprehendendis vitiis; sua habuit eximia dona: ut postea dicetur.

In edendis etiam signis & prodigiis, non infimus Apostolorum fuit, *2. Cor.12.*[b] Elymam magum, veritati resistentem, gravi imprecatione excæcavit: *Act.13.*[c] Claudium à utero matris, Lystris sanavit: *Act.14.*[d] Spiritum Pythonissæ ejecit: *Act.16.*[e] Et virtutes non vulgares Eph[illegible] dedisse Deus per manus Pauli: ità ut etiam [illegible] deferrent à corpore ejus sudaria & semicinctia; & [illegible] abeis morbi, & spiritus mali egrederentur: *Act.19.*[f] Eutychum resuscitavit: *Act.20.*[g] Viperam de manu sua prædatorem excussit in ignem, sinè aliquo [illegible] damno: *Act.28.*[h] Patrem Publii, febri & dysenteriâ laborantem, [illegible] nat: *Act.28.*[i] & alia multa inter Gentes edidit signa & prodigia: *Act.15.*[k] *Rom.15.*[l] *2. Cor.12.*[m]

Visiones & revelationes non habuit paucas, quibus Deus eum instruxit de rebus necessariis. Vnam per revelationem accepit suam Evangelium à Christo: *Gal.1.*[n] Raptus [illegible] in tertium cœlum, & in paradisum, & audivit arcana [illegible] quæ [illegible] loqui. Hæc tenetur ambitiosè [illegible] revelationum [illegible] per [illegible] Per revelationem, cùm proficisci post annum vellet Hierosolymam, & duceret in templo; jubetur [illegible]

[illegible]

[l] *in Chronico.*

[m] *v.12.13*

[n] *Inscript. ad Phil.*

[o] *vers.17.*

[p] *v.25.26*

[q] *vers.22*

[r] *vers.24*

[s] *ad Dra cont. lib.1. cap.2.*

[t] *v.2.4.7*

exire: *Act. 22.* [u] Per revelationem ascendit Hierosolymã, post annos quatuordecim: *Gal. 2.* [f] Per revelationẽ accersitur in Macedoniam: *Act. 16.* [f] Corinthi Dominus nocte per visionem Paulum confirmat, & intrepidè docere mandat: *Act. 18.* [f] Dominus etiam ei nõdũ significat, quòd oporteat eũ Romam quoq; testificandi de Christo causa ire: *Act. 23.* [s] Naufragium, & incolumitatem nauarum, Angelus Domini Paulo denunciavit: *Act. 27.* [t]

Dono etiam prophetiæ insignis erat. Nam Presbyteris Ephesinis prædixit tristem Ecclesiæ statum, post suum abitum; propter lupos in gregem impressionem facientes, & viros inter ipsos exorientes, & perversa loquentes in perniciem Ecclesiæ: *Act. 20.* [u] Vivis coloribus Antichristũ depingit: *2. Thess. 2.* [x] & extremorum temporum corruptissimos mores annotat: *1. Tim. 4.* [y] & *2. Tim. 3.* [z] & *4.* [a] *Lactantius* narrat; Paulum & Petrum, Romæ, excidium Hierosolymorum prædixisse. Verba autoris adiciemus. *Sed & futura aperuit illi omnia; quæ Petrus & Paulus Romæ prædicaverunt: & ea prædicatio in memoriã scripta permansit. in qua, cùm multa alia mira; tum etiam hoc futurum esse dixerunt: ut post breve tempus immitteret Deus Regem, qui expugnaret Judæos, & civitates eorum solo adæquaret; ipsos autem fame sitiq; confectos obsideret. tùm fore, ut corporibus suorum vescerentur; & consumerent se invicem. postremò, ut capti venirent in manus hostium: & in conspectu suo acerbissimè conjuges suas vexarent cernerent; violari ac prostitui virgines; diripi pueros; allidi parvulos; omnia denique igni ferroq; vastari; captivos in perpetuum terrã sui exterminari: eò quòd exsultaverunt super amãtissimum & probatissimum Dei Filium. Itaq; post illorum obitum, cùm eos Nero interemisset, Judæorum gentem & nomen Vespasianus extinxit: fecitq; omnia, quæ illi futura prædixerant.*

Donum etiam continentiæ eum habuisse; colligi possevidetur ex *1. Cor. 7.* [c] & *1. Cor. 9.* [d] Sed tamen *Clemens ex Philip. 4.* [e] ubi quandam comparem germanam salutat, asserit; Paulum etiam conjugem habuisse: sed eam non secũ circumduxisse; ut expeditior esset ad ministerium. Refert *Eusebius* [f] *ex tertio Strom. Clementis.*

¶ Non tantùm autem vivâ voce præsens docuit Ecclesias: sed etiam absens scripsit Epistolas; quæ adhuc hodie in Ecclesiis extant, & leguntur.

Athenis scripsit utramq; *ad Thessalonicenses*: ut patet *ex Act. 17. 18.* [g] & *1. Thess. 3.* [h] & *ex subscriptione earundem.* Sunt, qui Corinthi eas scriptas existiment: propterea quòd Athenis non diu hæserit Paulus: & quòd Timotheum & Silã, non Athenas ad Paulum; sed Corinthum venisse, ibiq; cum eo aliquamdiu fuisse; constet *ex Act. 18.* [i] Factum id circiter annum Claudii 8. Christi 50. Pauli conversi 17.

Priorem ad Timotheum, proximè post has scripsisse videtur. Nam Timotheum cum Aquilâ & Priscillâ reliquit Ephesi; & ipse ascendit Hierosolymam: & indè descendit Antiochiam; & invisit Galaticam regionem & Phrygiã; & venit Laodiceã Phrygiæ: unde literas ad Timotheũ Ephesi commorantem, dedit: *Act. 18.* [k] Factum circiter annum Claudii 10. Christi 52. Pauli conversi 19.

Priorem ad Corinthios Ephesi scripsit: ut ex *Act. 19.* [l] & *1. Cor. 16.* [m] colligitur. Subscriptio habet, *è Philippis.* Circiter annum Claudii 11. & 12. Christi 53. & 54. & Pauli 20. & 21.

Eodem tempore, epistolam *ad Titum*, quidã ex Ephesoscriptã esse: alii ex Nicopoli; ut habet subscriptio.

Epistolam *posteriorem ad Corinthios*, Philippis in Macedoniâ scripsit; ut habet subscriptio. Colligi id potest ex *2. Cor. 1.* [n] & *9.* [o] Circiter annũ Claudii 13. Christi 55. Pauli 22.

Eodem anno etiam epistolam *ad Romanos* ex Corintho scripsit; quo tempore statuerat proficisci in Syriam: ut patet *ex Rom. 15.* [p]

Hõ biennio, quo Romæ in suo conducto mansit, scripsit *ad Galatas*; & *ad Ephesios*, per Tychicũ: ad quos etiam antea se scripsisse dicit, *Eph. 3.* [q] Una tantùm epistola exstat *ad Philippenses*, per Epaphroditum: ad quos etiã ante scripsisse videtur, *Phil. 3.* [r] ubi se eadem scribere dicit. Sed præter hanc alia non exstat ad Philippenses epistola. *ad Colossenses*, per Tychicum & Onesimum: *ad Laodicenses* ad Ephesios vicinos Colossis & Hierapoli; quæ hodie [illegible] *ad Philemonem* per Onesimum. Quòd [illegible]

mitteret literas; secum adhuc habebat Aristarchum, Timotheum, Marcum, Epaphram, Lucam, Demam: quorum mentionem facit *in epistolâ ad Col.* [s] & *Philemonem.* [t]

Epistola *posterior ad Timotheum* continuò [illegible] sed unde, & quando scripta sit, variant [illegible] *Lucas, Hieronymus, Nicephorus*, & alii, putant; à primâ liberatione post novem aut decem annos, paulò ante mortem, scriptam esse: eò quòd *2. Timoth. 4.* [u] ipse dicat, tempus suæ resolutionis instare. Alii verò recentiores eruditi, eam scriptam esse paulò ante primam liberationem: propterea quòd faciat mentionem multarum rerum, quæ manifestè pertineant ad ea tempora; quibus, ex Græciâ navigans, Hierosolymis captus sit, & Romam deductus. qualia sunt [illegible] *Lucas meum est solus.* Item: [x] *Tychicum misi Ephesum.* Certò enim cõstat, hunc missum esse in Asiam, in primâ hac Pauli captivitate; & non postremâ. Item: [y] *Salutat Priscam & Aquilam.* Item: [z] *Erastus mansit Corinthi.* Item: [a] *Trophimum reliqui in Mileto languentẽ.* Et videtur Paulus in Mileto Trophimũ reliquisse, cùm eâ trãsiret: *Act. 20.* [b] Et quòd dicat, instare tẽpus suæ mortis, & se damnatum iri in Neronis & postea absolutus, ea verba, quæ antea scripserat, non expunxerit.

Epistola etiam *ad Hebræos*, è Româ scripta videtur. sed quis ejus autor existimetur; dictum est suprà, in Loco de Scripturâ novi Testamenti.

¶ Porrò, quæ fuerit Pauli doctrina, de singulis doctrinæ Christianæ capitibus; in Dogmaticis suprà prolinè est cõmemoratum. Maximè verò studuit illustrare doctrinam de Jesu Christo: quòd sit verus Deus & verus Homo, & Messias in veteri Testamento prædictus; quem oportuerit pati, & resurgere, ascendere ad cœlos, sedere ad dextrã Dei, & perpetuum agere summum Sacerdotem, donec revertatur ad judicium. *Rom. 1.* [c] *1. Tim. 2.* [f] *2. Tim. 4.* & *Alter. 19.* [b] *26.* [i] *Ephes. 4.* [k] *Rom. 8.* [l]

Doctrinam de Lapsu hominis, & de depravatâ omnis hominum naturâ, & de Peccato, dilucidè explicavit. *Roman. 5.* [m] *& 1. Cor. 15.* [n]

Veram de Lege sententiam, apertiùs inter Apostolos, quantum ad scripta eorum attinet, nullus in lucem protulit: quòd ea quidem à Deo sit lata, & quòd habeat promissionem; sed quòd nullus hominum eam possit implere: & doceat agnitionem peccatorum, & ostendat iram Dei; verùm non tollat: quòd Christus Legem pro genere humano implèrit; & credẽtes absoluti sint à jure peccati & mortis, per Christum: quòd Lex Mosaica sit abrogata.

Illustravit etiam doctrinam de Euangelio: & sit concio de remissione gratuitâ peccatorum, propter Mediatorem.

Doctrinã de Justificatione, rectè Petrus, & Johannes, & alii Apostoli, etiã tradiderunt: verùm enucleatiùs & solidiùs Paulus. omnes enim causas elegantissimè passim exponit. De impulsivis: & in Deo fuerit misericordia, & gratia, & [illegible]; & in nobis, peccatũ & mors. De efficiente: & Christus suâ humiliatione, obedientiâ, & morte, nobis comparaverit gratiã, justitiã, & vitam. De materiâ [illegible] nostra justitia corã Deo, non sint opera, aut qualitates nostræ; neq; justa Dei ipsius æterna essentia: sed & sit totum opus Mediatoris, Domini nostri Jesu Christi, quod totum pro omnib. præstitit; nempe integra impletio Legis, quæ complectitur, plenã solutionẽ τῶ λύτρου. & peccato generis humani, h.e. mortem, & integram obedientiã, quæ [illegible] promissionem vitæ. De causâ formali: & fiat per [illegible] meritis mortis & obedientiæ Christi, applicata per fidem; [illegible] remissio peccatorũ, & imputatio justitiæ fidei. De finali: ut Deo, & Domino nostro Jesu Christo, [illegible] tribuat honos; & ut cõscientiæ habeant firmã consolationẽ.

Nec parùm illustravit & cæteri doctrinæ capita [illegible] De Pœnitentia: quòd oporteat primùm per Legem [illegible] sci peccata; & postea fide cordis [illegible] De Ministerio euãgelici officii: quòd [illegible] Obedientiã: quòd [illegible] eorum obedientiam & [illegible] De bonis [illegible] quòd [illegible] fide operum [illegible] Deo [illegible]

[illegible]

...onis; & quòd habeant sua præmia, in hac & futurâ vitâ.

Illustravit etiam doctrinam de Vocatione Gentium; ut is, q à Christo peculiariter ad id munus erat vocatus. Itèm, de Cœnâ Domini, & de Baptismo. De Adiaphoris; quòd, si ad ea accedat necessitas, scandali, opinio cultûs, & similia vitiosa accidentia, adiaphororum naturam exuant. De Antichristo: quem vivis coloribus depingit, *2.Thess.2.*[n] & *1.Timoth.4.*[o] De Extremo die, & Resurrectione mortuorum. *1.Cor.15.*[p] *1.Thess.4.*[q]

¶ In concionando, simplici & vulgari genere sermonis ie unum esse; ipse indicat, *1.Cor.2.*[r] Epistolas verò ejus graviores & validiores esse; in-primis Pseudoapostoli criminati sunt. *2.Cor.10.*[s] Sed, si verè & sincerè judicare velimus: genus sermonis, quo in Epistolis etiam usus est, satis planum & perspicuum est; nisi quòd hebraismos interdù interspergat. quales sunt: *Eum, qui non novit peccatum, fecit peccatum*: id est, victimâ pro peccato: *2.Cor.5.*[t] *Omnes peccaverunt, & carent gloriâ Dei*: hoc est, omnes sunt peccato obnoxii & rei: *Rom.3.*[u] *Justificari*, pro, absolvi & justum pronuntiari: *Rom.3.* & *8.*[x] *Filii incredulitatis*, pro incredulis: *Ephes.2.*[y] *Homo peccati, & filius perditionis*: *2.Thess.2.*[z] *Christus factus est nobis à Deo sapientia, justitia, sanctificatio, & redemptio. 1.Cor.1.*[a] *Per legem legi mori*: hoc est, per Euangelium absolvi & liberari à maledicto Legis: *Gal.2.*[b] *Vivere in Christo, & cum Christo crucifixum esse*, de imputatione dicitur: *Gal.2.*[c] & similes.

In compositione, hoc Paulo singulare est: quòd, cùm voluerit multa dicere, sæpè in unam periodum plura connectat membra; causas, & effectus, & circumstantias rei, experimentia. Exempla sunt in exordiis epistolarum *ad Ephesios & Colossenses*. Nonnunquam etiam schematibus rhetoricis utit: quales sunt anthypophoræ, μεσοτροφιαι, (*Philip.3.*[d] *Videte canes, videte malos, concisionem: nos enim sumus circumcisio*) Interrogationes, translationes, inversiones, egressiones, & similes. *Irenæus*[e] dixit; Paulum hyperbatis frequenter uti: sed tria tantùm citat exempla. Unû, ex *2.Cor.4.*[f] alterum, ex *Gal.3.*[g] tertium, ex *2.Thess.2.*[h]

Hieronymus,[i] ex superfluâ dictione quidem, in loco *Coloss.2.*[k] *Quæ sunt rationem quidem sapientiæ habentia, &c.* colligit; Paulum artis grammaticæ fuisse imperitû. Verùm, quàm levis sit ista probatio; quis non videt?

Si dispositio, & ipse ordo partium, in Epistolis ejus, mediocri diligentiâ attendantur: nemo sanus negabit, ordine, perspicuè, & nervosè, singula dici. *Epistola ad Romanos*, secundùm ordinem partium Pœnitentiæ scripta est. *Primum* enim docet; omnes homines, tam Judæos, q̃ Gentes, esse peccato, iræ Dei, & morti obnoxios, ppter transgressionem Legis. *Deinde*, doctrinâ de Justificatione subjicit: quòd peccatores, gratis, absq; operibus Legis, solâ fide, justificentur; imputatâ iis impletione Legis, hoc est, obedientiâ & morte Domini nostri Jesu Christi. Quam sententiam solidis & firmis munit argumentis. *Postea* verò, gratis-justificatos cohortatur ad novam obedientiam; præscriptis iis, quæ fieri deberent, operibus.

In epistolâ ad Galatas & Ephesios, eadem ferè methodus est. *In aliis verò epistolis*, quas eo nomine scripsit; ut justificatos cohortaretur ad bona opera, aut reprehenderet peccata: doctrinam de Justificatione, aut præsupponit; aut loco argumenti, quare debeant fieri bona opera, subindè interspergit.

Exordia epistolarum ducit à gratiarum-actione & oratione præmissâ epistolæ ad Galatas, & priori ad Timotheû, & ad Titum; in quibus à narratione orditur.

Petrus scribit; in epistolis Pauli quædam esse difficilia intellectu: quæ indocti parum confirmati detorquent, ad suam ipsorum perditionem: *2.Pet.3.*[n]

¶ In objurgatione peccantium, liberum & severum exhibuit; ut ex epistolis ad Corinthios & Galatas videre est: tamen subindè asperitatem lenire solet. Peccavit apud eum prosopolepsia. Petrum enim [illegible] vitii Antiochiæ: *Gal.2.*[o] Sæpè ob [illegible] eum [illegible] & luxit: *2.Cor.12.*[p] Non [illegible] hominibus; sed Deo: nec est [illegible]

A *sal.2.*[r] In consolando peccatores, & afflictos ob confessionem, suavis & dulcis est. In adhortationibus seriis, talibus uti solet verborum formulis; *Obtestor ego te coram Deo & Domino Jesu Christo. 2.Tim.3.*[s] *2.Tim.4.*[t] *Philip.2.*[u] *& alibi passim.*

Fundamenta suæ doctrinæ, ex veteri Testamento, tam in concionibus, tû in epistolis, jacere solitus est: ut ipse testatur *Act.26.*[x] *Nihil aliud dicens, quàm ea quæ Prophetæ prædixerant futura esse, & Moses: an passurus fuerit Christus; an primus ex resurrectione mortuorum, lumen annuntiaturus populo & gentibus.* Solet etiam res veteris Testamenti allegoricè interdum exponere: ut *1.Cor.10.*[y] *Gal.4.*[z]

B Inter ea, quæ ut verbum Domini Ecclesiæ proposuit, & quæ secundùm hominem, aut ut consilia in rebus mediis dedit, diligenter discernebat: ne conscientiis injiceret laqueos. *1.Cor.7.*[a] *2.Cor.1.*[b]

Similitudinibus interdum utitur, & collationibus: ut rem magis perspicuam reddat. *Rom.6.*[c] *11.*[d] *Gal.3.*[e] *4.*[f]

Historiam de nativitate, vitâ, passione & morte, resurrectione & ascensione Christi, solet breviter perstringere: de fructibus verò ejus prolixior est.

C Gentes subindè commonefacit; ut cogitent, quales aliquando fuerint: ut beneficia Dei celebrent; & sibi caveãt, ne in priores tenebras & impietates relabantur. *Roman.11.*[g] *Ephes.2.*[h] *& 4.*[i]

Ne suâ afflictione & cruce alii offendantur, & ob eam deficiant à veritate Euangelii; subindè Ecclesias monet: *Ephes.3.*[k] *1.Thessal.2.*[l]

Eadem scribere, & repetere & inculcare Ecclesiis, etiam non piguit: *Phil.3.*[m] Suum exemplum, tam in doctrinæ capitibus declarandis; ut *Rom.7.*[n] *Phil.3.*[o] tum etiã in cohortatione ad bona opera, & sui imitationem; ut *Gal.4.*[p] *Philip.3.*[q] *& alibi passim*, proponit.

D ¶ Cæremonias quasdam Paulum in Ecclesiis ordinâsse, ad ædificationem, & decorum, & bonum ordinem, utiles; constat ex *1.Cor.11.*[r] *14.*[s] *1.Tim.2.*[t] Abusum Cœnæ dominicæ in Corinthiacâ Ecclesiâ abrogavit; *1.Cor.11.*[u] *& 14.*[x] quâ plures simul loquebantur, & linguâ non vulgo notâ: *1.Cor.14.*[y] Timotheum circumcidit; *Act.16.*[z] eiq; imposuit manus. *2.Tim.1.*[a] Baptizavit Corinthi Crispum & Gajum, & Stephanæ familiam. *1.Cor.1.*[b]

¶ In suo ministerio, certamina multa & magna sustinuit. Nam disputavit passim contra Judæos in Synagogis; eosq; convicit, Jesum Nazarenum esse Messiam, in Prophetis prædictum. *Act.9.*[c] *13.*[d] *17.*[e] *18.*[f] Serò eos sæpè monuit; ut caverent sibi, ne, ob contemptum Euangelii, excæcationis pœnã incurrerent. *Act.13.*[g] *28.*[h] Aliquoties etiã coactus est, abiturus ad Gentes, gravi protestatione usus est. *Act.18.*[i] Illi verò contrà, Paulum vehementissimè sunt persequuti, passim in omnibus locis: ut supra commonemoratum est.

F Pseudoapostoli, & falsi fratres, eum etiam variis exercuerunt modis: contra quos gravissimè dimicavit, eorum dogmata refutando; & in errorê abductos in veritatis viã reducendo. Passim enim, à Paulo bene-constitutas Ecclesias, Pseudoapostoli perturbarunt. Nam, cùm Antiochiã venissent Pseudoapostoli, & publicè docerent; non posse Gentes servari, nisi circumciderent secundùm morê Mosis: Paulus & Barnabas adversùs eos graviter disceptarunt, nec priùs fedus est contentio; quàm Synodus Hierosolymitana suâ sententiâ controversiã dirimeret, & Pseudoapostolorum opinionê damnaret. *Act.15.*[k] Quam graviter & nervosè contra Pseudoapostolos, qui perturbabant Galatici Ecclesias, pugnârit; testis est *epistola ad Galatas*. Nec pepercit Pseudoapostolis & sciolis, qui in Ecclesiã Corinthiacã excitarant schismata: & Paulum criminabantur; quòd nõ esset Apostolus; quòd non vidisset Dominum; quòd non acciperet stipendium; quòd persona esset contemta; & vox exilis; quòd audax in absentes, ut patet ex *priori & posteriori epistolâ ad Corinthios*. Similiter etiam eos impugnavit, q̃ in Ecclesiã Colossensi [illegible] opinionis. Ex *2.Thess.2.*[l] apparet, [illegible] opinione. Ad ii[illegible] Sed [illegible] & [illegible] ne credulitas [illegible] quos etiam [illegible] nomine Pauli [illegible] Unde colligi potest, [illegible] ad decipiendum alios fingere & mentiri [illegible] tanquam ab Apo-

stolis scriptas. Quæ res Paulum adegit, ut epistolis suis, suâ manu eam adscriberet: *Gratia Domini nostri Jesu Christi sit cum omnibus vobis. 2.Thess.3.*[n]

Non tantum Pseudoapostolas habuit adversarios: sed etiam ex suis collegis & discipulis cum primæ doctrinæ defecerunt; contra quos eum oportuit severiore uti. Quod sanè scandala haud exigua præbuit Ecclesiis: ubi illi ipsi Evangelii doctores inter se non consentirent; sed alius alium excommunicaret. Nam Alexander, & Hymenæus, & Philetus, collegæ Pauli, naufragium fecerunt circa fidē; viam veritatis blasphemarunt; & dixerunt, resurrectionē jam esse factam: quos Satanæ se tradidisse, indicat, *1. Timoth.1.*[o] & *2.Tim.2.*[p] Asiani omnes, inter quos erant Phygellus & Hermogenes, Paulum tandem sunt aversati: *2.Timoth.1.*[q] Demas etiam à Paulo defecisse videtur: *2.Tim.4.*[r] Et *Phil.1.*[s] conqueritur, multos fratres, per invidiam & contentionem, non purè tradere doctrinam Christi; existimantes se afflictionem addituros vinculis suis. Et in eâdē epistolâ, *cap.2.* dicit, omnes alios, præter Timotheum, sua quærere; & non quæ sint Christi Jesu. & *Col.4.*[t] Marcum consobrinum Barnabæ, & Jesum Justum, solos ex Judæis cooperarios sibi ad regnum Dei, & solatio fuisse.

Pugnavit etiam contra Mysterium iniquitatis: quod jā tùm in Ecclesia agere cœpisse, *2.Thess.2.*[u] indicat. Videbat enim, spiritus impostores conari nuptias & cibos prohibere: & personas hominum, & præsertim Petri, à Pseudoapostolis nimiùm fieri; &, sub ejus prætextu, multa parari in Ecclesiæ perniciem.

Verùm, quibus argumentis Pseudoapostolorum erroneas opiniones refutârit & subverterit; dictum est suprà, in capite De Hæresibus.

¶ Ornavit autem suum ministerium, non tantùm eximiis donis, quibus claruit; & miraculis, quæ edidit: sed etiam aliis egregiis virtutibus, quibus excelluit. Inter eas verò haud postrema fuit illa; quam maximè in Ministro requiri docet, *1.Cor.4.*[x] nempe fides, seu fidelitas: quam etiā Bonam conscientiam interdum appellare solet. *1. Tim. 1.*[y] Nam eâ de re ipse dicit, *1.Tim.4.*[z] *Bonum certamen certavi: fidem servavi.* Fuit enim fidissimus & diligentissimus custos doctrinæ, divinitùs sibi à Christo revelatæ: & summâ navavit operam, ut eam aliis quàm-plurimis instillaret & propagaret. quâ in re nec laborum, nec molestiarum, nec periculorum, eum piguit unquam. Non occultavit quicquam, quod esset scitu necessarium: sed omne consilium Dei Ecclesiis annuntiavit. nocte ac die non cessavit, cū lacrimis etiàm, monere unumquemq; docuit publicè, & per singulas domos; testificans Judæis simul & Græcis eam, quæ est erga Deum, pœnitentiam, ac fidem, quæ est erga Dominum nostrum Jesum. *Actor.20.*[b] Paternum animum erga pios gessit; & impensè Ecclesias dilexit: ita ut paratus fuerit, pro Ecclesiis omnia pati, ac etiam vitam profundere. sicut ipse testatur, *2.Cor.12.*[c] *Non quæro quæ vestra sunt; sed vos. Non enim debent filii parentibus thesauros colligere; sed filii parentes. Ego verò libentissimè impendam, & expendar pro animabus vestris: licet, ubertim vos diligens, minùs diligar.* & 1.Thessal.2.[d] *Fuimus placidi in medio vestrū; perinde ac si nutrix foveat filios suos: sic affectu propensi in vos animo, cupiebamus impartire vobis, non solùm Evangelium Dei; verùm etiam nostras ipsorum animas: propterea quòd chari nobis facti estis.* Hinc & filios, & fratres, quam-amicissimè & familiarissimè compellat Ecclesias.

Cum tempore Dei in suo officio versatus est; tanquā ex Deo, in conspectu Dei, per Christum loquens; *2.Cor.2.*[e] & legatione Christi fungens; *2.Cor.5.*[f] Studens Deo, qui probat corda, placere; & [illegible] hominib. *1.Thess.2.* & *2.Cor.5.*[h] *Gal.1.*[i]

Magnâ etiam [illegible] fidelitate usus est; & non affectavit dominium [illegible] in Ecclesias, *1.Cor.3.*[k] *2.Cor.1.*[l] Non pro [illegible] provocavit, si quid voluit fieri sed submisse [illegible] *1.Cor.4.* *1.Thess.2.*[m]

Passus [illegible] molestiarum fuit. In magnis [illegible] & persecutionibus, non fractus est animo; sed [illegible] tamen edidit; & calamis [illegible] Pseudoapostolorum [illegible] usus est: qui pie vivere [illegible] & turbavit impiorum consilia [illegible]

in Concilio inter Pharisæos & Sadducæos [illegible] dissensionem; factâ mentione de resurrectione mortuorum. *Act.23.*[o] ad effugiendum insidias Judæorum, provocavit appellat ad Cæsarem.

Frugalis fuit; & labore manuum suarum victū Thessalonicæ. *1.Thess.2.*[p] & *2.Thess.3.*[q] Sed tamen [illegible] sumptus suppeditarunt: quib. adjunctis, Thessalonicæ & Corinthi gratis docere potuit. *Phil.4.*[r] & *2.Cor.11.*[s] Præterea boni consuluit. *Phil.4.*[t] *Ego didici*, inquit, *in quibus sum, sufficiens esse. Scio & humiliari; scio & abundare. ubique & in omnibus institutus sum; & saturari, & esurire; & abundare, & penuriam pati. omnia possum in eo, qui me corroborat.*

Etiam à licitis abstinuit; ne quam aliis præberet suspicionem mali, aut obesse videretur. Nam Thessalonicæ cum labore ac sudore nocte dieq; opus fecit, ne cui esset onerosus; non quòd sibi id non liceret; sed ut semetipsum exhiberet aliis exemplum. *2.Thess.3.*[u] Corinthi idem fecit, ejus temporibus Achaiæ; ut amputaret occasionem Pseudoapostolis: ut in eo, de quo gloriarentur, reperirentur, quemadmodum & ipse. *2.Cor.11.*[x] Omnibus est factus omnia, ut aliquos lucrifaceret. *1.Cor.9.*[y]

Honesta, non tantùm coram Domino; sed etiam coram hominibus, procuravit. *2.Cor.8.*[z]

Beneficus & liberalis in pauperes fuit. id quod patet ex eo, quòd tam diligentem pauperum habuit rationem, in colligendâ pro iis stipe. *Gal.2.*[a] *Rom.15.*[b] *1.Cor.16.*[c] *2.Cor.8.*[d] *9.*[e] & ep. indicat; Beatius esse, dare, quàm accipere. *Act.20.*[f]

Avaritiam summo studio fugit. *1.Thessal.2.*[g] Aurum & argentum nullius concupivit. *Act.20.*[h] Non quæsivit munera: *Phil.4.*[i] sed quæsivit hominum conversionem. *2.Corinth.12.*[k] Neminem læsit: neminem corrupit: neminem defraudavit. *2.Cor.7.*[l] Non expilavit Ecclesias per suos collegas, quos ad eos misit. *2.Cor.12.*[m]

Nec, superbiâ aut arrogantiâ inflatus, præ se contemsit alios: sed se minimum Apostolorum appellat. *1.Corin.15.*[n] Passim suum peccatum confitetur: quòd ignorans Ecclesiam Dei persequutus sit; & blasphemus ac violentus fuerit. *Gal.1.*[o] *Phil.3.*[p] *1.Tim.1.*[q] *Act.22.*[r] & *26.*[s] Et alios, ut Titū & Timotheum, & cæteros, vocat suos collegas, & fratres.

Gloriari de infirmitatibus suis solebat; & de beneficiis Dei: *2.Cor.10.*[t] *11.*[u] *12.*[x] & de ecclesiarum fide, constantiâ, & bonis operibus. Apud Titum enim de Ecclesiâ Corinthiacâ est gloriatus. *2Cor.7.*[y] De tolerantiâ & fide Thessalonicensium, passim in aliis Ecclesiis gloriatus est. *2.Thessalon.1.*[z]

Et ità quidem vitam suam justè, sanctè, & sobriè egit; ut haberet bonam conscientiam coram Deo & hominibus: *Actor. 24.*[a] *1. Thess.2.*[b] & nullius sibi esset conscius, *1.Cor.4.*[c] & irreprehensibilis. *Phil.3.*[d] Sed tamen à perfectione absolutâ se longè abesse, non semel ipse testatur. *Phil.3.*[e] *Non quòd apprehenderim, aut jam perfectus sim: sed sequor, si quomodo apprehendam; quatenus & apprehensus sum à Christo Jesu.* & 1. Cor. 4.[f] *Nullius mihi conscius sum: sed in hoc non sum justificatus.* & 1.Cor.13.[g] *Nunc cognosco ex parte: tunc verò cognoscam, quemadmodum & cognitus sum.* Idem de suâ imbecillitate, quòd Legi Dei non satisfaciat, *Rom.7.*[h] prolixè conqueritur. Itèm, de suâ imbecillitate se gloriatum dicit, *2.Cor.12.*[i] Ad imbecillitates ejus etiam hoc referendum videtur; quòd, in Asiâ supra modum gravatus, de vitâ desperavit: *2.Cor.1.*[k] & quòd à Barnabâ, ob [illegible] Marco, se jungi se passus est: *Act.15.*[l] & quòd [illegible] Jacobi, & aliorum, Judaicas ceremonias [illegible] discipulo observavit: quo magis confirmaret [illegible] videntur; quàm imbecilles fratres [illegible] *Act.21.*[m]

Notitiam & amicitiam multorum habuit. Cum Petro, & Johanne, & Jacobo fratre Domini, & aliis Apostolis & Presbyteris, in Synodo Hierosolymitanâ [illegible] *Galat.1.*[n] & *2.*[o] A [illegible] Apostolos, commendatus [illegible] & Cephas, & Johannes, [illegible] Lucas Societatis [illegible] [illegible] Aegeo, [illegible]

¶ Collegas & cooperarios habuisse videtur eos, quorum opera & auxilio usus est, in plantatione & constitutione Ecclesiarum. Sed horum fit mentio, ubi in Actis tum reliquis Pauli: videlicet Barnabæ & Johannis, *Act.13.*[a] Titi, *Gal.2.*[y] Judæ & Silæ, *Act.15.*[z] Timothei, *Act.16.*[a] Junis, *Act.17.*[b] Dionysii Areopagitæ, *Act.17.*[c] Aquilæ & Priscillæ, Crispi, Sosthenis, Apollo, *Act.18.*[d] Tyranni, Erasti, Gaii, Aristarchi, Alexandri, *Act.19.*[e] Sopatris Berrhœensis, Secundi, Gaii Derbæi, Tychici & Trophimi, *Act.20.*[f]

Priscillam & Aquilam adjutores suos appellat: & dicit, eos pro animâ suâ cervices suas supposuisse. *Rom.16.*[g] Epænetum vocat dilectũ suũ; qui sit primitiæ Achaiæ in Christo. *Rom.16.*[h] Urbanũ etiã adjutorem suũ salutat, & Stachyn, & Apellẽ. *Rom. 16.*[i] Ibidem meminit etiã pluriũ, ut sibi notorũ: nimirũ Ampliæ,[k] Aristobuli familiarium,[l] & Narcissi:[m] item Rufi,[n] Asyncriti, Phegontis,[o] Juliæ, Nerei, Olympæ,[p] Erasti, quæstoris ærarii civitatis,[q] Tertii, qui excepit Paulo dictante epistolam ad Romanos;[r] Gaii hospitis, & Quarti,[s] Stephanæ, Fortunati, & Achaici, meminit *1.Cor.16.*[t] Epaphroditi, *Phil.4.*[u] Marci cõsobrini Barnabæ, Jesu Justi, Epaphræ, & Lucæ Medici, & Demæ, & Onesimi, mentio fit, & Archippi, *Col.4.*[x] & *in epist.ad Philem.*[y] Onesiphorum laudat, *2.Tim.2.*[z] Carpi, Crescentis, Eubuli, Lini, mentio fit *2. Tim.4.*[a] Zenæ legis-periti, *Tit.3.*[b] Philemonẽ collegã vocat; & Archippum cõmilitionem suum: *epist.ad Philem.*[c] Clementem etiam suũ cooperariũ vocat, *Phil.4.*[d]

Hieronymus[e] affirmat: L. Annæum Senecam, virũ clarissimũ, frequenter scripsisse ad Paulũ; & hunc ad Senecã. Exstant utriusq; epistolæ: sed *Erasmus*, in operibus Senecæ, argumentis firmissimis probat; illas neq; Paulinæ majestatis, neq; gravitatis Senecæ, habere quicquam.

Fit etiam mentio quarundam Mulierum; quæ Paulo familiares fuerunt, eumq; in ministerio suo promoverũt. Nam *Rom.16.*[f] *Commẽdo vobis*, inquit, *Phœben sororem nostrã, quæ est ministra Ecclesiæ Cenchreensis: ut adsitis ei, in quocunque vestri egerit negotio. Nam hæc cum multis affuit etiã mihi-ipsi.* Salutat etiam Mariam; quam dicit multum erga se laborasse: & Tryphænam & Tryphosam, & Persidem dilectam, quæ multum laborârit in Domino: [h] & matrem Rufi, quam etiam suam appellat matrem; [i] & sororẽ Nerei. [k] Evodiam & Syntychen salutat, *Phil.4.*[l] Meminit etiam Apphiæ dilectæ, *in epist.ad Philem.*[m]

Cognatos suos appellat Andronicũ & Juniam, insignes apostolos; ut qui ante se fuerint Christiani,[n] *Rom.16.*[o] Herodionem,[n] & Luciũ, & Jasonẽ, & Sosipatrem.[p] Fit etiã mẽtio adolescentis, filii sororis Pauli; qui conspirationẽ Judæorũ, de interficiẽdo Paulo, refert ad Tribunũ. *Act.23.*[q]

¶ De statura Pauli, hæc *Nicephorus* annotavit. *Paulus erat corpore parvo, & contracto, & quasi incurvo, atque paululum inflexo: facie candidâ, annosq; plures præ se ferente; & capite modico. oculis multa inerat gratia: supercilia deorsum versùm vergebant: nasus pulcrè inflexus; idemq; longior: barba densior, & satis promissa: eaq; non minùs, quàm capitis coma, cana etiam respersa erat.*

In laudem Pauli, multa ab autoribus inferiorum seculorum dicuntur: quorum testimonia quædam adscribenda putavimus. Tertullianus:[r] *Nõne istis Paulum & Genesis olim repromisit? Inter illas enim figuras, & prophetica super filios suos benedictiones, Jacob, cùm ad Benjamin dixisset: Benjamin, inquit, lupus rapax; ad matutinum comedet adhuc, & ad vesperam dabit escam. Ex tribu enim Benjamin oriturum Paulum providebat, lupum rapacem, ad matutinum comedentem: id est, primâ ætate vastaturum pecora Domini, ut perfecturum Ecclesiarum. debinc ad vesperam escam daturũ: id est, devergente jam ætate oves Christi educaturum, ut doctorem nationum. Nam & Saulus primò asperitas infestationis erga David, debinc pœnitentia & satisfactio, bona pro malis recipientia, non aliud portendebat; quàm Paulum in Saule, secundùm tribus; & Jesum in David, secundùm Virginis census, &c.*

Eusebius:[s] *Paulus, qui inter omnes Apostolos eruditior etiam in verbo videtur, & in sensibus præpotens, nõ amplius quàm parvum Epistolarũ suarũ corpus reliquit; qui cùm sit immensa cõsecutus intrasse atq; innumera sacramenta: utpote qui etiã usq; ad tertium cœlum raptus, quæ geruntur, inspexerit: & in-*

[a] vers.25. [y] vers.1. [z] vers.22. [a] vers.1. [b] vers.5. [c] vers.34. [d] vers.2.3. 17.24. [e] v.9.22. 29.33. [f] vers.4. [g] vers.3.4 [h] vers.5. [i] v.9.10. [k] vers.6. [l] vers.10. [m] vers.11. [n] vers.13 [o] vers.14. [p] vers.15. [q] vers.23 [r] vers.17. [s] vers.18 [t] vers.17 [u] vers.6 [x] vers.12 [y] vers.2 [z] vers.21 [a] vers.11 [b] vers.1 [c] vers.2 [d] vers.23 [e] lib.3. c.4.

[f] vers.22. [g] vers.1.2. [h] vers.6. [i] vers.12. [k] vers.13. [l] vers.15. [m] vers.2 [n] vers.7 [o] vers.11 [p] vers.21. [q] vers.16. [r] lib.1.c.7.

lus, alter Phinees; imitabatur Jehu alter, Orestes, qui feritatem mentis ante libros commentus est furias. Paulus, alter David; qui, velut quondam Goliath, in certamine Diabolum provocat. Paulus, alter Helias, claudens cœlum in cultu. Paulus, alter Helisæus; qui gentes ab immundis spiritibus mundavit. Paulus, alter Ezechias; qui unus fuit Christo dilectior populus universis. Paulus, alter Jehu; qui abominationes Gentium disperdit & perdidit. Paulus, alter Johannes; qui Christo capite truncatus. Paulus, alter Petrus; nō de terrā, sed de cœlo vocatus ad evangelia. Paulus, alter Gabriel; qui Christi ortū cunctis gentibus nuntiavit. Paulus, alter Michael; qui Christianorū dux esse fortissimus dicit. Et (inter Angelorū, etiamsi Jubilationū circumvolet choros: nō invenio cōparationē, cui non tamen cumulo meritorū Paulus occurrat. Acclamatio populi, & post acclamationē etiā mortuum Paulum, ardentissima nobis theatra pietatis accendit. Sed quām-diu verso lingua; nūc jubilis vivis Paulū, nunc etiā Angelis, cōparando? Opulentissimū igitur hūc thesaurum, in nostris avidè pectoribus recondamus. Hauriamus certatim virtutes, ex abundāti ipso bonæ voluntatis fonte manantes: & cupiditate maximā feracissimæ hujus arboris pomis rapiamur: variisq; floribus ac fructibus plenū apostolicarū virtutū pratū metentes, fumosum è Paulo fulgentis ruris cubiculum; ligamus fidei florē marcescere nescientē: decerpamus ex eo uberrimos patientiæ fructus; & virtutū omnium flores colligamus. Debemus beato Paulo gloriā; ut dicat de nobis in futurum: Ecce ego, & pueri, quos mihi dedit Deus. Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

z Hom. 1 1. Idem: [z] Propheta dicit: Qui facit angelos suos spiritus; & ministros suos ignē urentē. Sed hoc etiā in Paulo possumus invenire: qui velut ignis & spiritus totū hūc terrarū gyrum ivit; orbēq; gentilē dogmatis purgavit. Sed necdū cultū ipse fortium est: et hoc omnino mirabile, quia talis versabatur in terris; & mortali adhuc carne circūdatus, cū incorporalium virtutū potestate certabat. Quātā ergo summa cōdemnatione digni; cum uno homine bona cuncta in se congregante, ne minimā quidē eorū partē studemus imitari? Hæc assidue mente volventes, & nos-ipsos inculpabiles præbeamus; & ad illum zelum studeamus accedere, ut ad eadem bona pervenire mereamur gratiā & misericordiā Domini nostri Jesu Christi: cui gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

¶ Postremò, in tuā apostolicā functione, pter peregrinationes, quas tuprà exposuimus, pericula sustinuit plurima. Nam in periculo vitę, ob psequutorū furores, subinde versat: ut Damasci, *Act.9.* a & Hierosolymis, cùm adversùs Græcos disputasset: *Act.9.* b Iconii, *Act.14.* c Thessalonicæ, & Berrhœæ, & Athenis, *Act.17.* d Corinthi, *Actor.18.* e Ephesi, *Actor.19.* f Fuit etiā in piculis itinerationis pter latrones; in piculo navigationū: in fluminibus & mariter naufragiū fecit; pter illud, quod Romā navigās sustinuit: *Act.27.* g nocte ac die egit in profundo: picula ei crearūt Judęi, & Gentes, & falsi fratres: piclitatus est omni tempore. *1.Cor.15.* h Habuit aūt infinitas molestias; ut vigiliarū, famis, sitis, jejuniorū, nuditatis, cōtentus, contumeliarū, malæ famæ: *2.Cor.4.* i & *2.Cor.6.* k & *11.* l Curas etiā longè-maximas gessit omnib. Ecclesiis non tantùm à se plantatis; sed etiā ab aliis: *2.Cor.11.* m & *Col.2.* n Sēp mortificationē Domini Jesu in corpore circūtulit: *2.Cor.4.* o Variis em̄ supplicioru generibus passim afflictus est nam carceri inclusus est Philippis: *Actor.16.* p capitur Hierosolymis: *Act.21.* q & biennium detinetur captivus Cæsareæ: *Act.24.* r Romam etiam captivus abductus est; ac biennium in suo conducto mansit. *Act.28.* s *Ephes.3.* t *2.Tim.2.* u A Judæis quinquies quadragenas plagas, una minus accepit: ter virgis cęsus est: semel lapidatus est: *2.Cor.11.* x *Act.14.* y & *16.* z Cū bestiis Ephesi pugnavit. *1.Cor.15.* a Ea de re *Nicephorus* b multa fabulosa & ridicula narrat.

Tentationes etiā spirituales, & ignita tela Diaboli, experta est. Nam angelus Satanæ eū colaphis cecidit. *2.Cor.12.* c Quod *Hieronymus*, d quosdam de dolore capitis, quo sæpè laborārit, intelligere, dicit. In Macedoniā cùm ei tot malā habuit retia: tum afflictus in omnibus fuit foris pugnis, int[us] sētiret timores. *2.Cor.7.* e Cum voluit Thessalonicā ubire; semel atq; iterū obstitit ei Satanas. *1.Thes.2.* f Confessiones Satanæ notat. *2.Cor.12.* g Et hæc dicit [illegible] quod *Ephes.6.* h scribit: *non esse nobis colluctationem adversus carnem & sanguinem, sed adversus principes & potestates, mundi rectores tenebrarum hujus, adversus spiritualia nequitiæ in cœlestibus.*

Tandem verò etiam, ob imperitiam & tumultuosissimo cyranno Nerone, i apud inferos est Romæ; & in via Ostiensi sepultus: eodem anno & die, quo Petrus crucem actus est, nimirum 14. Neronis, qui fuit post passum Christi 37. post ascensionem Christi 70. conversionis Pauli 37. Autores sunt, *Eusebius, Hieronymus, Nicephorus, Pathasius Diaconus.* Autor vitæ Pauli, quæ falsò aliis adscribitur, dicit; duobus à passione Petri annis, Paulum, 3 cal. Julias, interfectum esse. *Epiphanius* k verò dicit, Petrum & Paulum, XII. Neronis, interiisse.

i Eus. l. 2. cap. 2.

De causâ mortis ejus, veluti illi *Eusebius & Hieronymus* figillatim nihil commemorant: haud dubiè eò, quòd nihil certi aliud memoriæ proditum cognoverunt, quàm quòd ob fidem & confessionem Domini nostri Jesu Christi, ut alii Christiani, quos Nero persequebatur, interfectus sit.

k Eus. l. 2. cap. 2. & supersat. vitæ ejus.

Chrysostomus l tamē hęc scribit: *Paulus pellicem Neronis, quę deperibat, ac in deliciis habebat, cùm, ad fidem inducens, religionis sacramenta suscepere, simul etiam impurum congressum declinare, persuasisset: Nero Paulum corruptorem, rebellantem, & flagitiosum hominem vocans, primùm eum conjecit in vincula: deinde popposcit, ut puellæ ejusmodi consilia monstrave dare desineret. quod cum à Paulo impetrare non posset; necavit tandem virum sanctissimum.*

l Chrys. in epist. ad Ephes. 3.

Petrus de Natalibus, & alii *Martyrologici* narrant; Paulū, Patroclū quendā pocillatorē Neronis, mortuū ex casu, resuscitâsse: eumq; corā Nerone confessū esse, se in Regem Christum credere. quâ re Neronem motū, jussisse omnes Christianos, ut seditiosos, & aliū Regē agnoscentes, quàm se, in vincula conjici, & variis generibus supplicioru affici. atq; ità etiā Paulū esse captū; & editâ confessione damnatū, & securi percussum, pro sanguine lac emanâsse: & Paulum post mortem, ut prædixerat Neroni, apparuisse.

Hieronymus l dicit; Paulum Neronis gladium cruentâsse. Verùm hæc, tum fabulosa, tum etiam superstitiosa, antiquitatis testimonio destituuntur.

l in epistol. ad Ephes. 1.

Curriculum igitur vitæ ejus, quo ministerio apostolico functus est, fuit 37. annorum: & quadriennio ante excidium Hierosolymorum, ex hac vitâ evocatus est; ne videret suæ gentis, pro quâ anathema fieri optavit, *Rom. 9.* m lamentabiles miserias, & tristissimum interitum. Fuit autem verè organon electum & salutare; quo Dominus noster Jesus Christus usus est, ad Ecclesiæ inter Gentes plantationem & propagationem. *Rom.15.* n & *2.Cor.13.* o

m vers. 3.

n vers. 16. o vers. 3.

MARCUS EVANGELISTA.

MArcus Evangelista fuit ex circūcisione: si modò ea omnia, q̄ in sacris inveniunt̄ literis, de hoc Marco nostro intelligēda sunt. Matrē habuit Mariā quādā, q̄ Hierosolymis ppriā habuit domū: in quā plurimi Christiani soliti sūt cōvenire. Nā Lucas *Act.12.* p inquit: *Petrū, necdū miraculosè ex carcere liberatū, venisse ad domū Mariæ matris Johannis, q cognominat̄ est Marc*; *ubi erāt multi cōgregati & orātes.*

p vers. 12.

Consobrinum Barnabæ fuisse; ex Paulo, *Col.4.* q cōstat. Quomodo aūt, vel cōversus sit, vel pceptus Evangelii effector; non est literis traditū. Apparet, parentes ejus Christo ejusque Apostolis familiarissimos, atq; adeò erga eos beneficos & hospitales fuisse. Hac occasione, & ipse Marcus salutis doctrinā imbutus, fide ac reliqs Spiritūs sancti donis ornatus fuit: ità ut charus Apostolis esset; q cū [illegible] operariū adiciverunt: variisq; orbis terrarū locis [illegible] peregravit. Etsi aūt semel in Pamphyliā defecerit [illegible] (quis, q fuerint causæ, nō indicat) tamē non [illegible] propagatione Evangelii Jesu Christi laborare: Barnabas, licet rūm Paulus quē ei nolle ad suam pfectionem recipere, eo asserente, navigat in Cyprū, sicut *in Actis cap.15.* r cōmemorat. Fuit igitur in celebri Hierosolymitanā synodo: & audivit eorum colloquia Apostolorū, & aliorū piorum, de rebus maximis gravissimis. *2. Tim.4.* s scribit Paulus: [illegible] addux te tecum: est enim mihi ut [illegible] Lucas & in epistolā *ad Philemonem*: Paulo, Marcus cooperarius Romæ manente Neronis [illegible] Hunc Marcum quoque nonnulli tradunt [illegible] Marcus evangelium [illegible] mandata di[illegible] vel, ut quidam [illegible] quamdiu fidus [illegible] fuit. [illegible] Ecclesia, quæ

r vers. 37. & c.

s vers. 11.

t vers. 24.

u vers. 10.

x vers. 13.

a vers 25
b vers. 29.
c vers 2
d vers 4 13 19
e vers 18
f v. 29 &c.
g vers. 41.
h vers. 30.
i vers. 12.
k vers 4-5
l v. 23 &c.
m vers 28
n vers. 1.
o vers. 10.
P vers. 24
q vers. 27
r vers 27.
s v. 16 30.
t vers. 1.
u vers. 9.
x v 24 25
y vers 19.
z vers 22.
a vers 52.
b lib. 2. c. 25.
c vers 7
d in cap. 4. ad Gal.
e vers 5.
f vers. 18.
g vers. 21
h vers. 12

vitæ Babylonis relatæ, & Marcum fuisse. Plura dicere (cum aliquidem nominatim non exstent)

Historiam autem Euangelicam conscripsit summâ fide & perfecutate; ficut etiã à Petro differtim enarratam audiverat: ficut *Eusebius* [f] ex Papiâ illa verba recitat: *Marcus quidem, cum Petri esset interpres; quæcunq; memoriæ tradidit, accuratè scripsit: non quidem eo ordine, quæ à Domino dicta sunt, aut facta; neque enim audivit Dominum, neque secutus est illum; sed Petri postea, (ficuti dixi,) assectatoris fuit: qui doctrinæ suæ, juxta quod necessitas exigebat; non ut ordinationem sermonum Domini faceret: ita demonstravit. ut ne quid deliqueret Marcus; quid quidem ita ut scripsit, scorsa memoria tradidit. Deo enim unus fuit animus; ut quod eorum, quæ audierat, omitteret; aut quid in eis, quod falsum esset, traderet.* Hæc Papias. Ex *Irenæo* [g] scribit: *Post horum (Petri & Pauli) excessum, Marcus, discipulus & interpres Petri, & ipse, quæ annuntiata erant, prascripta nobis tradidit.*

Occasionem ejus scriptionis, *Eusebius*, [h] ex sexto *Institutionum Clementis*, recitat, his verbis: *Cum itaq; divinum illud verbum illo venisset; confestim Simonis vanitas ipso protinus extincta est & destructa: ac ultrà tantæ pietatis splendor mentibus illorum, qui Petrum audiebant, illuxit; non sufficerunt illis semel audita: nec contenti fuerint non-scriptâ divinæ prædicationis doctrinâ; sed Marcum, cujus Euangelium circumfertur, omnigenâ obsecratione obtestati sunt, ut commentarios ipsis doctrinæ ejus, quam verbo traditam accepissent, literis comprehensos relinqueret: nec destiterint, donec vivo persuaserunt. atque ità causam dederunt Euangelio, quod secundum Marcum nominatur, conscribendo. Ajunt autem, Apostolum, cùm ex instinctu Spiritûs sancti factum hoc cognovisset, delectatum esse virorum istorum voluntate; & scripturam hoc Euangelium Ecclesiis, ad legendum, autoritate suâ confirmâsse.* Quod autem *Augustinus* ait; Marcum abbreviatorem esse Matthæi: non sic accipiendum est, quasi studio ejus Euangelium voluerit decurtare; sed quòd alioqui breviùs pleraque attigerit; & quasi delibârit.

Marcum Euangelistam etiam vitam Barnabæ scripsisse græcè; testis est *Beda*: qui eam latinè reddidisse fertur.

In Ægyptum primùm esse missum; atque Alexandriæ suum, quod composuerat Euangelium prædicâsse: *Eusebius* [b] scribit. Et *Hieronymus* [c] idem narrat: qui de interitu ejus nihil aliud scribit; quàm eum Alexandriæ, octavo Neronis anno, mortuum esse, ac sepultum, succedente sibi Amano.

In Legendis varia variè de Marco leguntur. Asserunt, eum in Africâ, non modò Ægyptum; sed etiam Libyam, Marmaricam, Ammonicam, & Pentapolim, peragrâsse. id quod finè non est alienum à veritate. Postea dicunt, eum tractum per civitatem interiisse.

Verùm, cùm in probatis nihil de ejus miraculis & exitu vitæ exstet; nolumus esse proliziores.

LUCAS EVANGELISTA.

LUCAS fuit genere Antiochenus: ut *Eusebius* testatur. Apparet, ex honestis parentibus, de quorum nominibus nihil proditum est, fuisse progenitum: non modò, quia ingenii excellentiâ antecelluit; sed quòd in optimis literis, à primâ statim pueritiâ, institutus videatur. Nam scripta ejus singularem eloquentiam præ se ferre, *Hieronymus* judicavit. & Medicum professione fuisse; ex eo, quod Paulus *Col. 4.* [d] inquit; *Salutat vos Lucas Medicus*; Eusebius aliique affirmant. Constat autem, Medicinæ peritiam, sine totius Philosophiæ cognitione, vel saltèm mediocri degustatione, percipi nõ posse. Non igitur dubium est; Lucam, præter cæteras artes, Physicæ etiam studia, ex optimis quibusque autoribus, non segniter delibâsse. Cumq; in his rebus Græci potissimùm excelluerint: consentaneum est, eum in Aristotelis & aliorum scriptis summâ diligentiâ & felicitate versatum esse. Neq; hîc operam Lucæ; sed Medicinæ arte atq; exercitio floruisse videri, Eucere præterea bonitas naturæ in ipso; quod non [illegible] vitæ humanæ utilissimam professionem, aversâ doctis [illegible] ad artes quæstuosas, quibus [illegible] Proselytum fuisse, *Hieronymus* [illegible] Lucam igitur conjunxit corporum medicina [illegible]

[illegible] ciorum mentis humanâ ornatissimâ meritò censetur. Decet alioqui Medicinæ studiũ homines, quasi prehensâ manu, ad agnitionem Dei. Nam illa sanitior hominis (quem non inepti [illegible] fugaces & præstantes homines appellarunt) constitutio, partium harmonia, mirabilesq; actiones; finis nemo, de ipso Sapientissimo architecto, ex fabricæ inspectione, non obscurè commonefaciunt. Et recte dictum est:

Exemplum Dei quisq; est in imagine parvâ.

Quin & rerum terrâ-natarum, ad insignes utilitates hominum notitia, usq; interiorum virium investigatio, applicatio, effectus; Dei aliquam cognitionem non prorsus monstrosæ naturæ suggerunt. ut de herbis etiam verè & eleganter dictum sit:

Prosatenq; refert quælibet herba Deum.

Imò & morborum rationes, incrementa, mirabiles vicissitudines, mutationes, variiq; eorum; ad Deum, hominum salutis autorem & gubernatorẽ, animos hominum, etiam non-verâ pietate imbutorum, cogunt respicere. Maximam igitur Medicinæ studium atque professio, cum universâ Theologiâ habet affinitatem. Nec dubium est, istis naturæ magistris, Lucam etiam aliquo modo cupiditate verum Deum cognoscendi accensum esse.

Atqui, cùm Judæi certiora ac illustriora de Deo, ex Prophetarum monumentis, & miraculis parefactionibus in ipsis comprehensis, traderent; locumq; Synagogæ Judaicæ Antiochenses publicum in civitate concessissent: labra quasi huic sacro fonti admovens, mox veriorem de Deo doctrinam hausit, relictis ethnicis lacunis; Judaicâq; religione eorum initiatur. Etsi autem Pharisaicæ caligines Judaicam religionem obscurabãt: tamen verisimile est, cum Messiæ desiderio, quia ex piis cognovit, tempus quo exhibendus esset instare, nihil cum multis aliis flagrâsse. Ubi igitur Apostoli Christi Antiochiam venerunt, lætissimum Euangelii nuncium de Christo donaro, deq; ejus merito & beneficiis, publicè annuntiantes; attentè singula expendit, & cum fundamẽtis prophetiicis accuratè contulit. Adspexit & miraculosas sanationes, quæ fiebant ab Apostolis: resuscitationes mortuorum, visibilem Spiritus sancti in Baptismo effusionẽ, & similia. quæ quidem eum tandem, Spiritu sanctõ in corde ejus facem subministrante, expugnavêre; ut, veritati patefactæ subscribens, Christo nomen dederit.

Fortè ex eo, quòd tam fidus comes & socius laborum Pauli, in pluribus Asiæ Europæq; locis, fuit, colligi non absurdè potest; eum à Paulo conversum esse: qui Antiochiam venit, anno Domini 38. sed affirmare certum non habemus. Nam ante ipsum, Cyprios & Cyrenenses quosdam, & Barnabam, Antiochiæ semina Euangelicæ doctrinæ satis uberi provenu sparsisse; ex historiâ, quæ *in Actis cap. 11.* [f] extat, liquet. *Nicephorus* affirmat; Lucam Thebis, quæ septem portas habuit, ad Paulum venisse: ibiq; ad Christum, cùm patrio errori renuntiâsset, accessisse. Verùm unde hoc sumserit, incertum est. Ut-ut autem sit; certè auditor atq; sectator Pauli fuit. cujus fortè in docendo dexteritatem, & fundamentorum nervos, magis quàm aliorũ, expetivit & suspexit. Quàm enim ingeniosè, quàm densè, solitus sit S. Paulus solidissima fundamẽta Christianæ doctrinæ, quasi acies quasdam, constipare; scripta, quæ beneficio Dei adhuc in Ecclesiâ Christi conservantur, argumento sunt. Ac solent ingenia literis exculta, doctrinarum demõstrationes, & quasi abscondita earum recessus, cum indagare diligentiùs; tum etiam avidiùs amplecti, quàm vulgus: cujus tamen pia simplicitas, simplici veritati, præsertim cœlesti, omnes sensus humanos transcendenti, acquiescens, laude non-parvâ digna est.

Putat *Epiphanius*; Lucam unum ex septuaginta Christi discipulis fuisse: quem postea, ex eo numero, Paulus sibi asciverit per totius orbis fines socium. Verùm hæc opinio [illegible] confirmet Lucæ in historiâ Christi, [illegible] Apostolum: nec magis [illegible]

certè tantò posterùs quàm ceteri apostoli fuisse.

Theophylactus autem; quoddam affirmare, comitè Cleophæ, in itinere ad castellum Emaus, fuisse Lucam; ac revelationem reliquisse Christo conspexisse. Verùm id nullâ facis antiquâ auctoritate, vel conjecturâ probabili, nititur. Discrepans indè *Anthyssa*, Ammonium quendam cum Cleophâ in eum locum ivisse, scribit. Utique pariter incertum, unde ista mutuatus sit. Sed hæc non sunt magni momenti ad majora veniamus.

Vocatum esse Lucam ad munus omniâ amplissimum, nempe quod proximum erat apostolico; ut propagationem Evangelii in totum terrarum orbem adjuvaret: res ipsâ comprobat. Quòd non sponte ac temerario impetu se-le ingesserit; neq; linè gravi consilio, ab Apostolis, tanti muneris administrationi præfectus sit; vel indè satis manifestum est: quòd ipsi Paulo, præstantissimo Apostolo, cooperarius charissimus, & saluberrimus, in Ecclesiâ Dei colligendâ, fuerit. Imò 2. *Corinth.* 8.[1] Paulus scribit: *Lucam* (de eo enim plerique intelligunt) *ordinatum esse ab Ecclesiis comitem peregrinationis suæ.* Credendum est, non subitò Lucam in collegium Apostolorum coopetatũ esse; (sic enim vocari solebat, sicut ex *Tertulliano, Eusebio, & alio*, constat; quorum vocatio non erat adstricta loco; sed potiùs orbi) sed priùs percognitum & probatum satis. Perspecta sunt igitur in hoc viro, singularis Evangelicæ doctrinæ scientia, fides, zelus; dexteritas in docendo, & refutandis Judaicis & ethnicis præstigiis ac corruptelis; constantia, laborum atq; afflictionum tolerantia; aliaque ejus generis dona, quæ ad ejusmodi ministeriũ sunt necessaria. Fortasis Apostolos & hoc movit: quòd viderent eum Græcæ linguæ peritiâ excellenter instructum; ac judicarent, in Græcis gentibus Christo lucrifaciendis, cum maximo fructu docere posse. Accessit præterea ipsa necessitas. Nã soli Apostoli omnia loca adire, inq; singulis singula administrare, non poterãt. Peculiare insuper est; quòd à vocatione, in quâ aliquamdiu versatus erat, in aliâ transferatur: neq; ipse præfert tranquillam, minimeq; odiosam functionem, tam periculosæ, tam molestæ, tam ærumnosæ, tam invidiosæ; ut est Apostolica. Verùm intellexit Lucas, se divinitùs in aliam quasi stationem collocari: neq; putavit, sibi integrum esse reluctari. Intellexit, coram Deo ac totâ Ecclesiâ Christi, longè majus & excellentius esse munus, animæ medicinam suppeditare; quàm corporis. Nórat idem usuvenisse Apostolis quos à retibus, à telonio, & similibus vocationibus, ipse Christus abstraxerat. Neque verò hæc specialia & peculiaria facta, regulam generalem infringunt: quâ jubetur unusquisq; in eâ vocatione permanere, ad quam vocatus est. Testatur enim experiẽtia, alioqui mutationes vocationũ, sinè necessariâ & gravi causâ susceptas, non esse felices.

Positus itaque in tam excelso Ecclesiæ Christi loco; ut non modò auditor & fautor, sed etiam præco Evangelii destinatus esset: sicut antea studiosè fecerat, ut esset : *Actor.* 16. ita nunc quoq; mansit discipulus Pauli, apud quem discendi occasionem semper habuit: & simul rectè-percepta, summâ fide & dexteritate, alios docuit. Etsi autẽ conciones, sive confessiones Lucæ, quas quolibet loco edidit, non exstãt: tamen, quia singulari perspicuitate res gestas & doctrinam, tum ipsius Christi, tum etiam Petri, Pauli, & aliorum, publicis scriptis exposuit; seseque comitem ac *συνεργὸν* eorum fuisse affirmat: dubitandum non est, quin & fundamenta doctrinæ Christi optimè intellexerit; & prorsùs eadem, quæ Apostoli, professus sit, ac omninò dextrè (quod dici solet) tradiderit. Quæcunque igitur, de singulis fidei articulis, doctrina Apostolorum & Apostolicorum virorum publicè sonuit; ea Lucæ quoque, inter Apostolicos viros non postremo, jure tribuenda est.

Illustravit Lucas, una cum Paulo caeteris que synergis, doctrinam de Deo: aperè docens, unum esse Deum in essentiâ; trinum in personis. Monuit Patriarchæ & Prophetæ quoque Trinitatem. Vidit Abraham Deum, specie trinam virorum; quos tamen in singulari, tanquam unum, appellat. verùm obscuriora fuerunt obscuriora. At Christo revelatore, omnium clarissimè cœpit hæc de Deo doctrina elucescere. Exponit Lucas suis scriptis

A velationum Dei illustrissimam; quæ ad Jordanem facta est: ubi Pater è cœlis hanc vocem promit; *Hic est filius meus dilectus*: Filius Dei, homo factus, in Jordane ab à Johanne accepit: Spiritus insuper. Ipse Dominus, ex alto se demittens, in caput Christi residet. ut patet ex ejus Evangelio, in quo eam patefactionem describit. Hæc Dei notitia, ad fidẽ & invocationẽ Dei necessaria est. k *vers.* 22.

Deinde, curæ erat Lucæ, cum cæteris fidelibus, illustrare articulum de Messiâ; & omnes homines ad veram ejus notitiam perducere.

B De Personâ ejus docuit: non esse alium, quàm eum qui ex Mariâ virgine, per Spiritum sanctum, esset natus: verum esse Hominem; sed etiam Filium Dei, patri coæternum. eamque mirandam copulationem, & unionem duarum diversissimarum naturarum, in unâ personâ Christi; factam esse propter redemptionem ac glorificationem generis humani.

De Officio Messiæ docuit: eum propter peccata humanum Legis exsecrationi subjectum; ut impletæ Legis, justitia, benedictio, vita æterna, eis omnibus donari posset.

C Erant sanè à Prophetis ista indicata; sed umbrâ quibusdam involuta. & errabant Pharisæi, à Diabolo fascinati spe mundanæ potentiæ & gloriæ, in utrâque re; nempe de personâ & officio Messiæ. At nunc in luce ipsoq; meridie omnia versabantur. Neque est alius, (ut suo loco dicemus) qui historiam nativitatis Messiæ ex Mariâ, & accuratiùs, & luculentiùs, publicis quidem literis commemoravit; quàm Lucas.

Illustravit Legis divinæ genuinam sententiam. Nam cum Christo & Paulo docuit: Lege divinâ, non tantùm externa facta, (ut Pharisæi opinabantur) taxari; sed etiam interiorem immunditiem accusari: neque posse hanc integram Legis obedientiam præstare ullum in hac vitâ mortalem: idcirco omnes reos esse, ac destitui gloriâ impletæ Legis coram Deo.

Docuit, non esse frena laxanda vitæ licentiæ: & monuit de vero Legis usu; etiamsi justificare nos in judicio Dei non possit.

D Docuit, normam obedientiæ esse Decalogum: ac discrimen cæremonialium ac moralium operum fideliter præsit. Indicavit, quæ sit differentia Legis & Euangelii.

E In-primis autem illustravit doctrinam propriissimè Euangelicã, de Justificatione & Remissione peccatorum coram Deo gratuitâ; quòd nimirũ justificatio coram Deo, sit gratuita imputatio obedientiæ ac meriti Christi, per ipsam fidem accipienda, sinè lege & operibus. Hæc licet in Prophetis etiam comprehensa erant: tamen multò luculentiùs, expressiùs, & magnificentiùs, jam sub tonitrua voce istarum tubarum Domini, resonabant. Horrendæ tenebræ in populo Dei ingruerant: quibus Pharisæi hanc dulcissimam doctrinam, non modò quasi obnubilarunt; sed penè etiam extinxerant. Discussis autem nebulis istis, Filius Dei, in Palæstinâ, ardentem facem in cæcam mediamque noctem importaverat: quam postea Lucas, Paulus, ac cæteri cooperarii, in totum orbem, miserandâ caligine oppressum, præeunte Christo, ferunt; & cunctis mortalibus promtissimè communicant.

F Illustravit articulum de universali Vocatione Ecclesiæ, de Abolitione legum Mosaicarum; de discrimine Dei Christi & mundi: docens, jam completis omnibus, non ampliùs cultum Dei uni loco alligatum esse; sed Judæos ac Græcos, (ut præceptor ejus Paulus loquitur) jam unam Dei Ecclesiam coalescere.

Repetivit sanctionem Christi, de Apostolicæ legationis institutione & autoritate.

G Docuit, notas Ecclesiæ veræ, non esse locum, dignitatem, opes; sed sinceram Euangelii doctrinam, conformem cum Prophetarum scriptis, & legitimam Sacramentorum Christi usum, & confessionem. Cultum Dei non esse pulchrum & elegans, aut filiorum ostentationem: sed invocationem, confessionem, exultationem, & similia.

H Illustravit doctrinam de Invocatione Dei: quod ea non nisi Christo mediatore fieri, & ad quæ omnia ad Patrem pertinent petenda sint.

Excelsus

...dit & doctrinam de novis Sacramentis à Christo ...ditis ac mandatis: de Baptismi dignitate & efficaci...
...Testamento veteri compotis & ...Davidis, de ...
...sissimâ voce Abrahæ initi, quâ ea fœdera ...
...eorum applicatio & confirmatur, in nomine omnium ...
...potentiâ atque efficaciâ, Domini nostri Jesu Christi ...
...dique virtute Clavis Davidis.

Approbavit præterea dubio sententiam Pauli, Adversus pollutum intesta.

Docuit de Magistratu, de Conjugio, & omnibus officiis, in hac morali vitæ nostræ genere necessariis.

Denique, erudivit passim hominum de Extremo judicio: quis judex futurus: quæ ibi sententia, non tantùm super bonos, sed & super malos, fonitura.

Breviter, quæ Paulus, aliique Apostoli Christi ministri, constanter & dilucidè professi sunt & tradiderunt; in iis se Lucas [illegible] & præstantem [illegible] præbuit: eique eam aliquam partem propagati Evangelii in Gentes, tanquam Christi organo, tribui, par est.

Hæc autem omnia Lucam fideliter tradidisse; constat ex ejus Evangelio. Cùm enim in eo referat conciones Christi pleraque: quis dubitet, eum & eadem amplexum esse, & ad alios propagasse? Eundem doctrinam quoque Apostolorum, quæ eadem est cum Christi, tenuisse; ac in suo ministerio aliis tradidisse & inculcâsse: quis est qui dubitet; si acta Apostolorum, à Lucâ conscripta, legat? In iis enim multæ Petri, & aliorum Apostolorum, Stephani, & Pauli, conciones commemorantur.

Videamus nunc, in quâ parte Mundi potissimùm suum ministerium obierit. Sicut autem vocatus erat, ne uni soli ùm civitati præesset; quemadmodum ii, quos Episcopos vident Apostolus propriè appellare; sed passim, in regionibus omnibus, potestatem & mandatum docendi haberet: ità etiam fidum se comitem & laborum socium Paulo præbebat, quocunque tandem excurreret. Satis, ut nos quidè existimamus, manifestè apparet; quòd post Synodū Hierosolymis celebratam, primùm cum Apostolo iter ingressus sit, (quod factum est 6. Claudii anno; Domini verò 48.) & rursus eò Asiæ minoris loca peragrârit. Nam ibi historiæ narrationem Lucas ordinem instituit; ut ipse quoque non ambiguâ oratione complectatur: utrumque eo usque in tertiâ personâ omnia commemorasset: hicinquit; [1] *Quæ cùm proficisci in Macedoniam, visa facta, quòd certi essemus Deum &c.*, [m] *Erasmus in hac urbe &c.*, [n] *Eunti bus nobis ad orationem*: & quæ eo in loco occurrunt alia plura. Quòd autem nomen suum non exprimit, modestiæ ipsius imputandum est: ut qui meminerit, res mirabili consilio & potentiâ Dei gestas cognoscit; quàm personas extolli. Præterea, alia Dei excellentis organa sibi piâ humilitate anteferebat.

Facit ipse in Acts cap. 15.[o] mentionem horum locorum: quòd in Syriâ, hoc est, in regione circa Antiochiam, primùm Evangelii semina diffuderint: postea versùs Septentrionem ac Occidentem se contulerint; ac Ciliciæ civitates, quas, tanquam natale solum, Paulus amabat, (Tarsus enim, ex quâ Paulus oriundus erat, in hac regione non ignobilis urbs est) petierint. Inò (ut ipse [illegible] recenset) Derben & Lystram, civitates Lycaoniæ, profecti; expeditoibi ministerio, Galatiam & Phrygiam adiere; & in Mysiam eandem Troadem veniunt. ubi Paulus de Angelo earum revelationem accipit; ut in Europam trajectus, & in Macedoniâ jucundissimam Evangelii vocem adhuc dum. Hanc igitur celeberrimæ propagationis spectator & auditor Lucas est, sanè non incommodus, propter linguæ Græcæ peritiam. Docet itaque simul in Samothraciâ, Neapoli, Philippis, [illegible] (ut *Actor. 17.* exponit) Thessalonicæ, Berrhœæ, in famosissimis Athenis; & (ut sequenti *cap. 18.*[q] indicat) in ipsa Corintho, quæ civitas in Peloponneso Isthmo sita erat. Illis [illegible] navigans, simul ministerium Evangelii & [illegible] locis, exequitur; quæ [illegible] *Actis cap. 20.* [illegible] Deinde autem Paulo [illegible] Macedoniam [illegible] (ut *cap. 20.* narrat) [illegible] ac [illegible] multis Macedoniæ & Græciæ [illegible] Troade [illegible] Asiæ [illegible] Hierosolymam: quò collectas ex Ecclesiis passim factas, in subsidium pauperum, [illegible] simulerum. Ibi cùm Paulo, procul dubio [illegible] eam non abjecit Lucas: imò etiam vinctum Paulum Romam usque secutus est; ibique egregiam operam in doctrina [illegible] id quod vel in primis [illegible] Romæ [illegible] Paulus tribuit: [illegible] Lucæ [illegible] Ecclesiæ quoque mentionem [illegible] Hinc, Paulo traducto, in quas regiones, propagandi Evangelii causâ, se contulerit; non dubium est. Ephesum ac non tantùm in Macedoniâ & Italiâ, sed etiam in Dalmatiâ & Galliâ, Lucam docuisse. Quod unde acceperit, non meminit. Habeat sanè meritò primas Paulus: sed tamen comministri ipsius, suâ laude non privandi sunt, suoque gradu: Lucas quoque Asiæ atque Europæ doctor non minùs celeberrimus. Non adeò obscurus fuisse doctores Lucas; ex testimonio Pauli 2. *Corinth. 8.*[r] judicari potest, quod inquit: *Misimus fratrem nostrum, cujus laus est in Evangelio per omnes Ecclesias.*

¶ Porrò inter veri Doctoris officia Paulus non tantùm collocat, ut summâ fide salutarē Evangelii doctrinā proponat; sed etiā, ut prōmus ac potens sit, [illegible] id quod non est, (ut nonnulli in calumniam rapiunt) odiosè & protervè rixari de re non necessariâ: aut exhorrescere, aut maledicere: sed, propugnandæ [illegible] veræ ac sinceræ doctrinæ gratiâ, sycophantias [illegible] ac corruptelas, ad normam verbi divini, detegere [illegible] tanquam ad judicium vocare; & mendaciorum nebulas, ac fœdas strumas, toti Mundo patefacere, damnare, execrari. In ejusmodi verò certaminibus, quæ non vulgarem sanæ doctrinæ intellectum, fidem, & animi robor, requirunt; non segniter est versatus noster Lucas. Passim enim in Asiæ ac Macedoniæ civitatibus, (ut in Actis videre est) judæi Synagogas habebant; qui nonnullos suas opiniones tenentes, Apostolicam doctrinam, tanquam hæreticam, plùs quàm Vatiniano odio persequebantur. Hic non tantùm Paulo, reliquorum primario duci; sed etiam comministris ejus, multæ acerrimæ disputationes, aut colluctationes potiùs, sustinendæ fuēre: explicandæ Veteris Testamenti scripturæ: ostendenda consonantia Apostolicæ doctrinæ & Propheticæ. Nec dubium est; plures in illis [illegible] Judæorum Synagogis fuisse, ingenio, doctrinâ, facundiâ, auctoritate & veneratos viros, qui se se concioni Evangelii opposuerint. Præconceptam [illegible] hoc alieni pectore: etiamsi eos omnes [illegible] validissimis & [illegible] argumentis, sibi fine [illegible] videntur.

Subtilius deinde certamen cum falsis fratribus subortum: insigni calliditate discrimen Legis & Evangelii confundentes, ac conformitatem Religionum maximo applausu quærentes, instillarunt hominibus eam sententiam, Legis observationem ad salutem esse necessariam. Nemo enim putet, in Synodo Hierosolymitanâ, hanc suavem (scilicet!) & concinnam Legis & Evangelii mixturam fuisse penitùs sublatam. Imò recruduit subindè: ficut vel ex eo liquet, quòd Galatis, Romanis, & aliis scribens Paulus, totis viribus in hoc unum incumbit; falsorum fratrum commenta, de necessitate Legis ad salutem, refutet & [illegible] penitusq; ex hominum pectoribus evellat. In tot [illegible] tationibus, Paulo quasi auxiliares præbuit manus Lucas: eandem cum ipso militiam subiepent.

Cum Gentilium opinionibus ubiq; etiam rixandum ei fuit; qui & antiquitate veteri confidebant: ac difficillimum erat, animos, erroris sententiis tanquam callo quodam induratos, ad Evangelii doctrinam, quæ videtur ratione humanæ meritò paradoxis rebus esse, traducere.

Nec postrema virtus in Ministris Evangelii, ea constantia, quam eosdem in [illegible] [illegible] lucere; & habet [illegible] [illegible] rumque, [illegible] [illegible] rum, [illegible] rum rationem pro veritate & gloriâ Dei, fidem, spem, [illegible] rerum mundanarum similes. Nihil [illegible] nihil pernicio", nihil [illegible] Deo [illegible] quâ, in omnium gravissimis [illegible] [illegible] in solo,

Ecebo-

1. *Actor.* 16. *vers.* 10.
m *vers.* 12.
n *vers.* 13.
o *vers.* 41.
p *vers.* 1. 6. & 9.
q *vers.* 11. 12.
r *vers.* 1. 10 15
s *vers.* 1.
t *vers.* 4.
u *vers.* 13.
x *cap.* 4. *vers.* 14.
y *cap.* 4. *vers.* 11.
z *vers.* 18
a
b
c
d
e
f
g
h

Ecebolum aut Vertumnum agere; aromatitis vitam, levi aurâ, nunc huc nunc illuc impelli & vacillare; nullo esse stare loco; attemperare religionem, sive nostris, sive aliorum, secularibus, caducis, fluxissimis commodis; pro voluntate potentiorum laxare & restringere omnia; & breviter, placentia (ut ekkia Prophetâ [a]) dicere, aurem; hominum fricare. Quid enim sublimi[us] est ipsâ Dei gloriâ? quid dignius cœlesti veritate? Quæ jactura tristior, animæ vel defectione, vel pestifero contagio? Insanissimum sanè est, propter studium asserendæ veritatis, propter seriam gravemq; sophistarum & corrupelarum refutationem, propter veræ pœnitentiæ flagitationem & inculcationem, incurrere in hominum odia, in paupertatem, in discrimen vitæ: audire alios, plùs quàm tribunitiâ aut prætoriana auctoritate invidiosè declamitates; eos, qui sic ministerii partes exsequuntur, esse Stoicos horridos, contentionũ tubas, seditionum faces, meritò Deo hominibusq; exosos. Talia multa Paulus cum collegis suis, inter quos & Lucas noster fuit, sensit, audivit, tulit. Quando igitur legimus, Paulum non modò convitiis virulentis proscissum; sed squaloribus carcerum, flagris, lapidibus, bestiis, fuisse vexatum: mêtè repetemus, Lucam immunem nullo modo fuisse; ut qui tum adfuerit Paulo semper, tũ eandem simul doctrinã professus fuerit: quamvis in Paulum, tanquam *novatoris* ejus doctrinæ, omnium maximè Diabolus sævitiam exercuerit. Mirũ profectò est, quòd tantis fluctuationibus, inopiâ, diris afflictionibus, non fuerit fractus Lucas; nec prætulerit tranquillam & favorabilem Medicinæ professionem: quâ, si non opes magnas; saltèm mediocrem victum, sibi comparare potuisset. Sicut nũc quosdam audimus, deserta functione Ecclesiæ, ob pericula, odia, iniquitatem hominum, ad forensium causarum actionem, & rerum civilium tractationem, animum adjicere: qui quidem non arundines, non chamæleontes tantùm; sed apostatæ & hostes Ecclesiæ Dei, publicè censeri ac proclamari debebant. Sed Spiritus sanctus Lucam & alios erexit, confirmavit, sustentavit: ut per istas tempestates infracto pectore perruperint. Exemplum itaq; Lucas eximiæ constantiæ præbuit: qui eundem animum, zelum, confessionem, ubiq; retinuit; imò alios quoq; hac in parte excelluit. Cujus rei præclarum testem, ipsum nempe Paulum, nactus est; qui *2. Tim. 4.* [b] Româ, ex suis vinculis, in hunc modum scribit: *Demas me dereliquit, diligens hoc seculum, & abiit Thessalonicam; Crescens in Galatiam; Titus in Dalmatiam: Lucas mecũ est solus.* Cribrat fortuna, & probat amicos; præsertim si diutiùs adversa sit. Verùm, nõ modò in hoc facto constantia in amicitiâ; sed multò magis in confessione Euãgelii, & periculorũ contemtu, inclarescit.

Neque verò quisquam ea, quæ hactenus commemoravimus, pro vanis conjecturis habeat: sed in ipsâ historiâ non obscurè comprehendi existimet. Licèt nõn sit ubique nomen Lucæ expressum: constat tamen, eum Paulo quasi in ejusdem navi ventorum & procellarum impetu quassatâ, proximum fuisse.

Verùm non tantùm viva à voce cœlestis doctrina ad posteros transmitti potest: ac divino consilio, non modò historia Ecclesiæ Dei; sed etiam revelationes, confirmationes, & explicationes articulorum fidei, certis libris conscriptæ & servatæ sunt; ut propagatio fieri posset. Quãnam chaos in Mundo foret; si monumẽtis Prophetarum destitueremur? Sic non dubium est, peculiari Dei inspiratione esse factum; quòd aliquot certi testes historiam sacram Christi liberis tam complexi: præsertim, cùm illud ipsum, judicio omnium doctorũ, *in Ezechiele* [c] fuerit prædictum duplici typo tuo, in quatuor Animalibus: quorum primo facies hominis erat; 2. leonis; 3. vituli; 4. aquilæ altero, in Rotis quatuor facies habentibus. Congruentia Euangelistarum, in mutuo consensu; celeritas propagationis, alis & curru, abunde testatur. Manifestum igitur nunc, tum ex priori, tum ex posteriori esse Lucã quoq;, non ambitione, non proprio ductu; sed instinctu Spiritus sancti, historiam Christi in lucem revocasse: qui postea adjecit veram narrationem de primitivæ Ecclesiæ, Christo in cœlos sublato, mirabili propagatione, qui quidem duo libri adhuc media [illegible] Ecclesiæ commodo, edit[illegible] Mat[illegible]

tem Euangelicam historiã descripsit, quàm Apostolicam. Hanc enim Romæ, cùm Paulus biennio captivus detineretur, cõposuisse videtur: eò quòd ad ea usq; tempora historiam Pauli cõtexuit. Illam verò, dum adhuc liberi Paulus Macedoniã & Asiam peragrat, collegit. Nam *Actor. 1.* [d] ejus Euangelii Apostolus (ut sentiunt classici in Ecclesiâ doctores) facit mentionẽ. *Hieronymus* [e] ait; in Achaiæ Bœotiæq; partibus, Lucam Euangelium suum condidisse. Scripserant autem ante eum Matthæus & Marcus: ille quidem Hebraico; hic verò Græco sermone. quàmvis in quibusdam *Damasi* libris [f] exstet; Marcum Latino stylo id fecisse: quę quidem opinio non est ab aliis recepta. Didicit autem historiam Christi, non tantùm ex relatione Pauli; à cujus ore quotidie pendebat: sed etiã ex commemoratione aliorum Apostolorum, & qui nõ vulgarem de rebus omnibus habuerũt notitiam. sicut ipsemet, in præfatione suâ in Euangelium [g] inquit: *se comperisse historiam ab iis, qui ab initio & spectatores & ministri Verbi fuerunt.* Minus certè & sagacissimus inquisitor fuit maximarum rerum: quod ipse liber satis probat. Acta verò Apostolorum maximâ ex parte ipse vidit, unus de synergis ipiorum exsistens.

Operæ precium est autem, expendere, quibus in rebus Euangelistas reliquos antecellat; vel etiam ab ipsis varietur. Non tamen hujus loci est, integram collationem instituere: sed, quæ maximè sunt conspicua, auditores considerẽt. Historias, de Johannis Baptistę conceptione, & nativitate; de Zachariæ prophetiâ; de ipsius Christi mirabili conceptione, patefactione nativitatis per Angelos, purificatione; testimonio Simeonis & Hannæ; accuratè expositi nec sciret eas Ecclesia certò; nisi Lucas nobis retulisset. Nam, quod in *Protevangelio Jacobi* recensetur, quia fabulam resipere videtur; jam olim à piis repudiatum est. *Epiphanius* [h] diserte inquit; Lucam ideò historiam Christi scripsisse: ut compleret ea, quæ in Matthæo & Marco desiderantur. *Eusebius* & hanc occasionem refert; quod alii quidam falsa quædam narrarint. In reliquis historiis, Matthæo, cui meritò primæ tribuuntur, ut qui vitã proferat, secundus est. nam, veteri jam opinione, Marcus pro Matthæi abbreviatore habetur. In historiâ autem resurrectionis Christi, rursus in quibusdam vincit. Nam plures Christi patefactiones, & conciones ejusdem perpetuâ memoriâ dignas, quæ ab aliis prætermissæ sunt, pertexit.

Quod ad historiam Apostolicam, imò potiùs Christi post ascensionem; palmam obtinet solus. Meminit *Eusebius* [i] quosdam Acta Andreæ & Johãnis edidisse. verùm, ab Hæreticis esse profecta, palàm adjicit. Vel solùm hanc ob causam, æternâ laudem meretur Lucas: quòd aliquam narrationem de vocatione Gentium per Apostolos, ejusq; cooperarios, posteritati reliquerit cognoscẽdam [k], regni Christi, post ascensionem illius, efficaciam, potentiã, progressum; sicut erat in Prophetarum concionibus prædictum. Quid dulcius est audire; quàm quomodo in Gentes Spiritus sanctus visibiliter sit effusus? Quòd nõ modò in Asiâ sonora Euangelii vox permanserit; sed jussu divino in Europam etiam perlata sit: quòd Romæ, tanquam in præcipuo, tunc quidem tẽporis, Imperii Europæi theatro, [illegible] passim illi-ipsi primi ipsius Christi legati, in alias partes Europæ loca progressi sint? Exempla conversionum; vocationum; miranda piorum liberationes, & [illegible] pœnæ; omnibus ætatibus Ecclesiã Christi [illegible] temporibus erudiunt, & sæpenumerò jucundam [illegible] impeditam. Legunturcum delectatione, & [illegible] aliquo, res gestæ Alexandri Magni, Cæsaris, & aliorum heroum: sed in hac sacrâ historiâ, duce Spiritu sancto gesta, multò gratiorem & firmiorẽ recreationẽ cordi [illegible] multò majores fructus animæ pariter & corporis [illegible] & æternæ vitæ, præbent. Quod aliquãdo Cæsar Romæ fecit & fanci[illegible] culare & momentaneum [illegible] fio, sive Legatus [illegible]

Unumq; volumen [illegible] Græcum,

[a] *Esa. 30. vers. 10.*

[b] *vers. 10 11.*

[c] *cap. 1. v. 5. 10. & 15.*

[d] *vers. 18.*

[e] *in Præfat. sup. Matt.*

[f] *de Pontifcib.*

[g] *Luc. 1. vers. 2.*

[h] *Hæres. 71.*

[i] *lib. 3. cap. 25.*

[k] *in cap. 6. Apoc.*

Lucæ tum in Euangelio, quem ex Actis constare cœpit, tum in Epistolis, quem ex Actis constare cœpit, tum in Epistolis, quem ex Actis constare cœpit, tum in Epistolis

tempore imperatorio; sed in diversis locis. Ubi et annum hæc res habeat, traditionum autores consentiunt.

IOSEPH.

HIerosolymis[a], consobrinus Domini, Jacobo & Judæ, ab eodem admonente; ut diximus. Qui *Epiphanio* Joseph, & frater Jacobi, Simonis, & Judæ; quos omnes filios, ejus Josephi putavit, & Josen natum primò post Jacobum, ante Simonem.

PHILIPPVS DIACONVS. Evangelista.

PEr idem cum sit, totam illam narrationem de Philippo, *in Actis cap. 6. & 21.* ad Philippum Diaconum, quem & Evangelistam Lucas nominat, & quatuor ei fuisse filias virgines prophetantes ait, *Act. 21.*[b] pertinere. Quis verò, aut cujus fuerit, aut quâ occasione cœtui Ecclesiæ Hierosolymis se adjunxerit, nusquam dicitur. Sed quibus donis præditus fuerit, indè colligi potest, quòd in Diaconatum tales eligi Apostoli jubent, qui boni sint testimonii, & pleni Spiritu sancto. Et proximus post Stephanum, plenum fide & Spiritu sancto, commemoratur, *Act. 6.* Deinde, cap. 8. narrat Lucas; Philippum eum, in dispersione discipulorum & fratrum, Hierosolymis ortâ, ex persecutione, cum alii in alias terras Evangelium prædicaturi exirent; in Samariæ civitate, magnâ cum autoritate & fructu, cœpisse & miraculis, quibus spiritus immundos expulerit, claudos & paralyticos sanârit, admodùm claruisse: magnam item multitudinem hominum ad Christum, per Evangelii prædicationem, adductam, baptizâsse. Quin & Simonem quendam, qui magicis præstigiis & impostoris populum omnem longo tempore seduxerat, motum magnitudine virtutis & signorum Philippi, credidisse; seque baptizatum Philippo adjunxisse. Sed simulata fuit Simonis hæc res ex Lucæ commemoratione clarum est.

Ex illa civitate Samariæ, post objurgatum & damnatum Simonem simulatorem, Philippus cum Petro rediit Hierosolymam: & in multis civitatibus Samariæ prædicavit Evangelium. Postea, ab Angelo admonitus, Gazam abiit: cùm in Æthiopem, Candacis reginæ thesaurarium, Hierosolymis, ubi religionis gratiâ fuerat, decedentem, in curru sedentem, ac legentem Esajam Prophetam, incidit: & à Spiritu monitus, ad currum accedit, atq; Æthiopem legentem interrogat, utrùm, quæ legat, intelligat? Negante illo, sine doctore & monstratore intelligere se posse: invitatus currum ascendit; & à verbis, quæ fortè Æthiops legerat ex Esa. 53: *Tanquam ovis, quæ ad mactationem ducitur, &c.* occasione sumtâ, Christum Æthiopi prædicat; eaq; concione conversum baptizat: & à spiritu (quem *Hieronymus*[d] Angelum fuisse, quorundam opinione, indicat) rursus, Æthiope non animadvertente, abripitur. *Act. 8.*[e] Invenitur autem postea in Azoto civitate, ex quo loco iter ingressus, civitatibus finitimis omnibus prædicat: & ad postremum Cæsaream venit. *Act. 8.*[f] Ubi Paulus, ex Ptolemaide profectus, ad eum divertit: ut *Act. 21.* 8 Lucas commemorat. Ibidem & tranquillâ morte tandem eum decessisse; *Vincentius*[h] *Petrus Natalis*,[i] & alii, retulerunt.

BARNABAS.

EXstat in Actis Apostolicis utrumq; nomen, Barnabas, & Barsabas: quod seu nomen, seu cognomen, cuidam ex discipulis Christi Josepho fuit; qui Barnabas postea & Barsabas dictus est. Sic enim *Act. 1.*[k] *Joseph. qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Justus.* Et *Act. 4.*[l] *Joses, qui cognominatus est Barnabas ab Apostolis, id est, filius consolationis.* Levitam, ubi de Cypriam ejus nationis fuisse, additur. Sed quâ occasione conversus sit; clarè nusquam exprimitur.

De vocatione ejus ad ministerium, ac zelo in eo, industriâ, fide, diligentiâ, constantiâ; multa perspicuè in Actis explicata sunt: quem ordinem, quantum in Actis narrationes nobis suppeditabunt, recipimus.

Primùm, in cœtu Apostolorum, mox post ascensionem Christi, Hierosolymis, Barnabas & Matthias delecti, & in medium nominati fuerunt, utrum sors jacta post orationem ostenderet; in locum Judæ amissi & damnati inferendus. Sorte Matthias, sortitione declaratus, Apostolus[m] fuit. *Act. 1.*[n] Quæ narratio indicat; Barnabam, nec Christum

Ascensionem, in discipulorum fuisse numero; & fuisse dubium nemini antiquioribus.

Deinde, cum bonorum quandam communionem, tum Evangelii propagandi commoditas, tum loci ejus & temporis illius, Apostolis imposuisset; multis, quicquid possiderent facultatum, venderent, & in commune pecunias conferrent: Barnabas etiam, cùm agrum haberet, vendidit; & pretium pro eo, in communem usum, Apostolis contulit. *Act. 4.*[o] Interea cõversus Paulus, & baptizatus, cùm Damasci, ubi Christum prædicaverat, Judæorum insidias evasisset, ac Hierosolymam venisset: Barnabas primus fuit, qui Paulum, hospitem acceptum, ad Apostolos deduxit. *Act. 9.*[p] Quod factum est anno XXII. Tiberii; nimirum anno à conversione Pauli 4. Christi verò, 37.

Sub idem tempus, cùm, post Stephani lapidationem, Ecclesiæ apud Antiochiam multiplicari ac florere cœpissent, adeòque ex Gentibus etiam multi ad Christum converterentur; eaq; fama Ecclesiæ Hierosolymis nuntiata esset: communi ejus Ecclesiæ, seu explorandæ veritatis, seu confirmandi potiùs eos, qui ad Christum accessissent, cõsilio, Barnabas legatus Antiochiam missus est. sicut, in legationibus Ecclesiæ lubentis, aliisq; ministerii negotiis necessariis procurãdis, singularis hujus doctoris videtur fuisse industria, & usus frequens: eoq; eũ etiam nomine Lucas peculiariter commendarit postea dicemus. Venit igitur, hac occasione, Barnabas Antiochiã; &, quæ Domini ibi gratia operata esset, cum gaudio vidit: omnesque tum fratres, tum eos qui ad Dominum recèns converti fuissent, ad cõstantiam exhortatus est. Ex diversè, hoc in loco, textus in Actis inquit: *Erat vir bonus, & plenus Spiritu sancto, & fide. Act. 11.*[q]

Tarsum deinde profectus, Paulum ibidem inventum Antiochiam produxit: ubi communi docendi officio, annum integrum, cum Paulo functus est. quo tempore primùm discipuli Christiani cognominati sunt Antiochiæ. *Act. 11.*[r] quod & *Eusebius*[s] annotavit.

Excitii famâ numerosæ & florentis apud Antiochiam Ecclesiæ, iisdem diebus eò venerunt Prophetæ ab Hierosolymis. ex quibus Agabus, Spiritu S. motus, futuram per omnem terrarum orbem famâ prædixit: quæ & sub Claudio Rom. Imperatore accidit. Quo tempore Ecclesia Antiochena, factâ deliberatione, de sublevandâ fratrum per Judæam egestate, necessaria ad victum iisdem per Barnabam & Paulum misit. *Act. 11.*[t] & *Eusebius*[u]

Præcipuam deinde in Ecclesiâ Antiochena fuisse autoritatem Barnabæ; hoc testatur: quòd, doctores & apostolos in eâdem Ecclesia Lucas recenseat, primum Barnabæ mentionem facit. *Erant*, inquit, *in Ecclesiâ, quæ erat Antiochea, prophetæ & doctores: in quibus Barnabas &c.* Ac deinde, quæ Barnabæ & Paulo, ut Evangelium Christi Gentibus annuntiarent, vocatio divina fuerit, hoc modo subjicit: *Ministrantibus illis Domino, & jejunantibus, dixit Spiritus sanctus: Segregate mihi Paulum & Barnabam, in opus, ad quod assumsi eos. Jejunantes igitur illi, & orantes, imponentesq; manus, dimiserunt illos. Act. 13.*[x]

Igitur per Seleuciã, cum Paulo, itinere factoin [illegible] Cypri Barnabas venit: ac Salamine, in Synagogis Judæorum, cum eodem cõcionatus est. Indè totam [illegible] docens peragravit: & in Papho, unà cum [illegible] Paulum Proconsulem ad fidem Christi [illegible]. Et post aliquot Pauli suavissimas conciones, [illegible] contradicentibus, cum Paulo respondit: *Vobis primùm oportebat loqui verbum Dei: sed, quoniam repellitis illud, & indignos vos judicatis vita æterna, ecce convertimur ad Gentes. Act. 13.*[y] Nec multo post, cùm communi impetu Gentiles irruere Gentiles & Judæi decrevissent, ad civitates Lycaoniæ, Lystram & Derben, cum Paulo confugit. ubi Pauli miraculis [illegible] ta multitudo, deorum honores [illegible] acclamabam, Jovem [illegible] Paulum, Mercurium [illegible] in Iconium & Antiochiam [illegible], post cõcionem [illegible] cum [illegible] & Barnaba [illegible] & Paulo & Antiochia. Hic rursum Barnabæ Mercurio [illegible] Paulo Jovi [illegible] gentilis tempus [illegible] est. *Act. 14.*[z]

Cùm ibi [illegible] & Judæâ cõcur-

[illegible]ia; Cil-

a in fine capitis 1. Matth.
b vers. 9
c vers. 3.
d vers. 4. & 1999.
d in cap. 6 Esai.
e vers. 25. & 1999.
f vers. 40
g vers. 8
h l. 7. c. 92.
i hist. cap. 91.
k vers. 23.
l ver. 36.
m vers. 23
n vers. 24. & 26.
o vers. 34. & 37.
p vers. 27.
q vers. 22. 23. 24.
r vers. 25. 26.
s lib. 2. cap. 3. & 8.
t vers. 27. & 30.
u ibid.
x vers. 1. 2. 3.
y vers. 4. & 1999.
z vers. 1. & 1999.

ri, [illegible] recipiendo ille [illegible]
bus; imò cum Paulo ille contradicit, ac eò Romam potest
Ecclesiæ consilio, cum eatenus, Hieronymi verbis, judicium super eâ omnis controversiâ, à fratribus Hierosolymitanis petitum. Indè ejus per Phœnicen & Samariam cum Paulo profectus; explicatâ quæstione, cum literis Apostolorum & Seniorum, comitibus additis primariis fratribus, Antiochiam redijt. atq; eo ex tempore bene ejus remanet usus: quoad usque, dissensione, super Johanne Marco, Barnabæ consobrino, inter utrumq; ortâ, à Paulo Barnabas separatus, cū Johanne in Cyprū navigavit. *Act.15.*

Atque hæc de Barnabâ, ex narratione Lucæ, in Actis Apostolorum, historia est; cujus aliquot membra *Eusebius* recensuit, libro & capitibus suprà indicatis. Qui & [z] in numero eum LXX. discipulorū fuisse; & inter adulterina liberi, quæ circūferatur Barnabæ epistola, indicem. Ac meminit ejus Epistolæ *Hieronymus, in enarratione Isaiæ, cap. 43.* [a] *Ex scholis, inquit, Vitalem, qui pro anima immolatus est, & multa Scripturarum loca, & præcipuè Barnabæ epistola, quæ habetur inter scriptura apocryphas, nominat.* At meminit *Tertullianus* hunc Barnabam, pro auctore Epistolæ ad Hebræos, à quibusdam habitum.

Recenset ejus in Cypro miracula aliquot, *Petrus de Natalibus* ridē quæ absurditate suâ ipsa sepe, quàm fint falsa, produnt. Infirmos air per eam insulam sanitati restituisse, per impositionem Euangelii Matthæi. *Idem* & in Cypro, funibus extra civitatem protractum, cremarum narrat. Quod cùm receptorum scriptorum, quibus jure fidas, nemo admonnerit; in medio relinquimus. Affirmat & *auctor Supplementi Chronicorum*, quod dicitur; in Salamine eum passum. Sed cùm diversa à Lucâ & cæteris adsignet ei itinera; ut in Italiam, Lombardiam, Galliam cisalpinam, & Mediolanum, ubi Episcopum eum fuisse dicit: neque hoc pro vero asseverare possumus. Quidam scribunt, eum circa septimum Neronis annum interfectum.

Agabus.

[b] Agabum de LXXII. discipulorum numero fuisse; *Petrus de Natalibus* [c] *tradidit.* Nobis duo de Agabo explicata in Actis fidelium testimonia. Primum; quòd, quo tempore celebris esse cœpisse Ecclesia Antiochiæ, eoq; jam venissent Paulus & Barnabas, incrementa sua Ecclesiæ gratulaturi; eodem simul, cum aliis plurimis prophetis, venerit ex Hierosolymis Agabus is, & Spiritûs sancti motu, magnum per universum orbem esurrā famem futuram, sub initium (ut videtur) Imperii Claudii, prædixerit: quæ postea etiam, anno IV. Claudii; Christi verò *(juxta Eusebii Chronicon)* XLVI. evenit. *Act.11.*[d]

Deinde quòd anno circiter ejusdem Imperatoris XIII. idem Prophetes ex Judæâ Cæsaream venerit; ibiq; apud Philippum Euangelistam offendens Paulum, quo is supplicio periturus esset, prædixerit. *Cùm ad nos* (inquit Lucas *Act.21.*[e]) *moram apud Cæsaream aliquot dierum facientes, venisset quidam è Judæa propheta, Agabus nomine; tulit zonam Pauli, & alligans sibi pedes ac manus, dixit: Hæc dicit Spiritus sanctus; Virum, cujus est zona hæc, sic alligabunt in Hierusalem Judæi, & tradent in manus Gentium.*

Timotheus.

[f] Delicia Pauli Timotheus, patre Græco, matre verò fideli muliere, (quam Eunicam appellatam fuisse, *2 Tim.1.*[g] Paulus indicavit) natus fuit Lystris Lycaoniæ; ut putatur: quia ibi eū Paulus primùm invenit, *Act.16.*[h] adolescentem admodum, & valetudinarium; quemadmodum ex *priori ad eum Pauli epist. cap.4.*[i] & 5.[k] colligitur: & virum non habuisse; quod de *Athanasio*[l] retulit erudituum verò à puero ut *sacris literis, & pietate: 1 Timot.3.*[m] & *2 Timoth.3.*[n] Cujus eum laude eximiam habuisse, non solùm quàm cum erudiendum & confirmandum Dominus, post dissidium inter ipsum & Barnabam natum, ad Lystram accipieret; *Act.16.*[o] Lucas clarè ostendit. *Erant, inquit, fratres, qui Lystris & Iconii erant, & testimonium ei reddebant, qui Lystris esset & Iconii.* Futurum igitur cum comitē sibi idoneum Paulus [illegible] adjunxit eum sibi; & primùm circumcidit [illegible] Judæis; ut pater cum gentili natum sibi [illegible] redderet; & majori cum fructu ministerio suo [illegible]. Ad

[illegible] culpæ se fuisse Paulum, qui, ut omnes, quantum fieri ejus posset, Christo lucrifaceret, sicut ipse ait, [i] Judæis se gentilem, & Judæis Judæum præbebat) Lucas indicat. *Act.16.*[p] Atque hac occasione comitem & ministrum Timotheum Paulus sortitus, usq; adeò eum temporis & consuetudinis ejus processu dilexit; ut nec carius eo quicquam, nec precibus unquam laboriosius (ut ipsius summâ fide, in ministerio, Paulo Timotheus adjuvit. Hinc ille dulcissimus Timothei, & ex vero paterno pectore affectu, appellationes *Timotheus filius meus dilectus & fidelis in Domino: 1 Cor.4.*[q] & *2 Tim.1.*[r] Et *dilectissimus Timotheus frater noster, ministrum Dei, & adjutorem operis nostri in Euangelio Christi: 1 Thes.3.*[s] Et *Timotheo germano filio in fide: 1 Tim.1.*[t] Et *neminem habeo alium æqui mecum animo: qui ea sincere, meorum, relictis suis, patre, fervidè in Euangelium: Phil.2.*[u] Ac donis eum singularibus præditum fuisse, fidei, sinceritate & integritate; in aliis locis testatur; ubi & ordinatum eum ministrū Euangelii, per manuum impositionem, indicat. *1 Tim.4.*[v] *Ne negligeres, quod in te est donum; quod datum est tibi per prophetiam, cum impositione manuū presbyterii.* Et *2 Tim.1.*[x] *Commonefacio te, ut resuscites donum Dei, quod est in te, per impositionem manuum mearum.*

Ubi autem ejus primùm ministerio Paulus est, in peregrinando, in docendo, sicubi secum unà esset, ac legationibus. Thessalonicâ per tumultum ejectus, cum ibi cum Silâ reliquit. Athenas verò cùm pervenisset, datis ad eos mandatis, ad se revocat: *Act.17.*[y] Timotheum, è Macedonia cū Silâ itinere facto, Paulum invenit Corinthi: *Act.18.* Unde rursus Thessalonicam eum, ad cōsolandos Christianos, ne afflictionibus turbarētur, misit: *Act.19.*[z] & *1 Thes.3.*[a] Reversus indè ad Paulum, venit Corinthū. Ex quo loco Paulum, suscipientem iter in Macedoniam, comitatur usq; in Asiā: *Act.20.*[b] Ubi à Paulo rogatus, ut Ephesi maneat, ibiq; Ecclesiam instruat, (de quâ re ei præcepta, *per suam priorem ad Timotheum epistolam*, Paulus præscribit) Ephesi substitit. *1 Tim.1.*[c] Quâ occasione, *Eusebius*,[d] *Sophronius*, & alii plerique, primum eum Episcopum factum Ephesiorū, existimarunt. Missum verò antè ad Corinthios, etiam ministerii gratiâ; ex *1 Cor.4.*[e] & *16.*[f] apparet: ac cōmuni quidem operā, cum Paulo posteriorē ad Corinthios epistolā scripsisse: *2 Cor.1.*[g] quia & eū Paulo Romæ fuisse sub Nerone, ex *Phil.2.*[h] conjicitur. Sed quorsum & quamdiu, Ephesinæ Ecclesiæ doctor & gubernator præfuerit; explicari & certi nihil apud aliquem probatum scriptorem traditū, quare nec pro certo affirmare possumus; cum Ephesi, ubi quod ad primum templi Dianæ propiùs accedunt, idolorum Ephesiorū redarguisset, palinis & lapidibus obrutum, martyrium consummâsse. quod plerisq; tradiderunt ut *Antoninus*,[i] *Procentus*,[k] *ex Polycrate Presbytero*; *Henricus de Erfordiâ*, qui sub Nervâ occisum Timotheum tradidit: *Nicephorus* verò,[l] sub Domitiano.

Titus.

Nominat & Titum Paulus, dilectum suum filium secundùm fidem: *Tit.1.*[m] & fratrem suum: *2 Cor.2.*[n] Socium item suum, & adjutorem: *2 Cor.8.*[o] Uno denique spiritu, iisdemq; vestigiis, se cum Tito ambulâsse, scribit *2 Cor.12.*[p] Ac omninò, tum ex iis, tum ex aliis, quos indicabimus, locis apparet; Paulum Titi operâ, in propagando Euangelio, & cōfirmandis Ecclesiis, familiarissimè usum. Græcum fuisse; non Judæum: *Gal.2.*[q] Paulus indicat: ubi comitem eum sibi fuisse ait, profectum Hierosolymam post annos quatuordecim; ac propter ingressos falsos fratres, cùm Græcus esset, notatum circumcidere. Corinthi eum aliquamdiu fuisse, post scriptam ad eos primā à Paulo epistolam; ex *2 Cor.7.*[r] conficitur. Cùm enim Titum Paulus quæreret, cum gratia in Macedoniam abiisset; venit eò ad eum Titus è Corintho, cum gaudio Paulo referens, quanā cum pietate & officiis à Corinthiis exceptus ipse [illegible] & quòd moneri sibi obedissent ex [illegible] magno Pauli labore, [illegible] desiderio; dolore, quòd eam [illegible] different. Apparet & ex sequentibus duobus capitibus [illegible] epistolæ, 8. nimirum & 9. Titum Corinthi, in necessariam fratrum egentium Hierosolymis, (quemadmodum Lucas indicat,

z *lib.1.c.12.*
a *vir.10.*
b *Eb.32.118.*
c *v.27.28.*
d *v.10 11*
e *verf.5.*
f *verf.1.*
g *verf.12.*
h *verf.23.*
i *Epist. ad Oracont.*
k *v 13.14*
l *verf.15.*
m *verf.2.*
n *verf.17.*
o *verf.2.*
p *verf.2.*
q *v 20.22*
r *verf.14*
s *verf.5 6.*
t *verf.14.*
u *verf.5*
x *verf.22.*
y *verf.2 3.*
z *verf.4.*
a *verf.2*
b *4.3 c 14*
c *vers.17*
d *vers.10.*
e *verf.1*
f *verf.9*
g *38 c 10*
h *43 c 71.*
i *verf.3.*
k *verf.12.*
l *verf.23*
m *verf.1*
n *vers 5 6.7.*

Aliorum autorum colligere copiam. Cùm igitur, qui in Macedoniâ & Achaiâ olim Christiani, liberaliter contulissent: Paulus, Corinthios exhortatus, ut & ipsi liberaliter conferrent, mittit ad eos Titum, cum fratribus & ipsis aliis. Ex quo satis etiam colligitur, epistolam illam datam ad Corinthios, per Titum esse exhibitam. Quâ deinde occasione cum eodem in Cretam Paulus pervenerit; tum sacris cœtui Abentem se indè, Titum in eâ reliquisse: ut quæ ibi constituenda Ecclesiæ ratione deessent, sarciret; ac per singulas civitates, quales ordinem Creta habuit, Presbyteros ordinaret: (quam ob causam & epistolam ad Titum è Nicopoli misit) ipse indicat, Tit. 1.[p] Atq; in ejus epistolæ fine, [q] Nicopolin ut ad se veniat Titus, monet: & paulò post, Artemam & Tychicum, ut Titi in Cretâ officio incumbant longeretur, mittit. Hinc eũ *Eusebius*, [r] *& Sophronius*, primum constitutũ à Paulo Episcopum Crecentium, scripsêrũt. *Sophronius* & in Cretâ diem fatum obiisse, ibidemq; sepultum Titum, tradidit. Sed in Dalmatiam eum abiisse, cùm Paulus Romæ secundò captivus teneretur; significatur 2. Tim. 4.[s]

[p] vers. 5. [q] c. 3. v. 12. [r] lib. 3. c. 4. [s] vers. 10.

SILAS, SILVANUS.

FElix hic Silas; Pauli & Barnabæ cõmes; cui idẽ, quod Judę, Lucas *Act. 15.*[t] tribuit: donum videlicet prophetiæ, & præcipuam inter fratres Hierosolymitanos autoritatem; studium etiam confirmandi fratres Antiochiæ. ubi & mansisse eũ, Judâ regresso; & dissidio postea inter Paulum & Barnabam exorto, cum Paulo in Syriam & Ciliciâ, ad confirmandũ Ecclesias, abiisse: *Act. 15.*[u] atq; in eo itinere eidem cum Paulo fortunam expertum esse; accusationem scilicet, percussionem, incarcerationem, Philippis, cùm ibi spiritũ Pythonis è puellâ Paulus expulisset, affirmat. *Act. 16.* Indè igitur, post miraculosam è carcere liberationem, conversio prius carceris præfecto, & multis aliis; cum Paulo profectus, venit Thessalonicam; atq; indè rursus Berrhœã. ubi cùm, seditione & tumultu in Paulum cõcitato, Paulus à fratribus ad mare clàm deductus esset; Silas cum Timotheo, quem paulo antè comitem Paulus assumserat, ibidẽ remãsit. *Act. 17.* Postea accersitus à Paulo per literas, Corinthum ad eum redit cum Timotheo. *Act. 18.*[x]

[t] vers. 22 & 32. [u] v. 33 & c. [x] vers. 5.

Quòd unum è numero 70. discipulorũ, Episcopũ verò Corinthiorũ fuisse, & in Macedoniâ martyrẽ eũ tandẽ obdormiisse, *Petrus de Natalib.* tradidit: in medio relinquim[y].

Quòd Paulo idẽ fuerit Silas & Silvanus; indè apparet: quòd eũ Timotheo Silvan[z] aliquot in locis cõjungitur. nã Lucas, Silam & Timotheum, Paulum secutos, scripsit. ut, *2. Cor. 1.*[y] *Dei Filius Jesus Christus, qui in vobis per nos prædicatus est, per me & Silvanum & Timotheum, &c.* Ac probè convenit, quòd Lucas *Act. 18.*[a] ad Paulum ex Macedoniâ rediisse Silam & Timotheum, veluti diximus, indicavit. Deinde, & in exordio utriusq; epistolæ ad Thessalonicenses conjunguntur, Paulus, Silvanus, & Timotheus. Nisi quòd & Petrus Silvani cujusdam meminit: qui utrùm seu idem, qui Paulo adhæsit, seu alius fuerit; incertum est. Sic enim habet Petrus, *1. epist. 5.*[b] *Per Silvanum, fidelem fratrem, vobis, ut arbitror, breviter scripsi.* Quòd alium Silvanum à Silâ *Petrus Natalis* concendit, ideò, quòd alter Thessalonicæ: alter in Macedoniâ, sepultus sit: parũ habet ponderis.

[y] vers. 19 [z] vers. 5 [a] vers. 12. [b]

JUDAS, BARSABAS.

JUdæ cujusdã Lucas *in Actis* meminit *cap. 15.*[c] quẽ inter fratres ecclesiæ Hierosolymitanæ primarium, & prophetam quidem fuisse, tradit; ac interfuisse synodo Hierosolymis, super controversiâ de necessitate Circumcisionis, cùm ex Legati ex Antiochiâ Paulus & Barnabas venissent: quibus postea, cum literis Synodi, digredientibus, comes additus sit; & Antiochiam pervenerit: ubi aliquã diu commoratus, concionibus multis fratres exhortans & confirmarit: tandem verò Hierosolymam redierit.

[c] v. 22. & 32. 33.

ARISTARCHUS.

ARistarchum, Macedonem ex Thessalonicâ, & Pauli fuisse comitẽ, & socium variorum eorum illius, ac tandem captivitatis; ex aliquot Actorum locis, & Pauli epistolis, apparet: ut *Act. 19.*[d] ubi Lucas, Ephesi, post damnum ex cultu Dianæ, à Demetrio argentario, raptos [illegible] Asiæ motâ multitudinis furiâ narrat Aristarchum & Caium: De [illegible]

[d] vers. 29.

[illegible] Græciâ per Macedoniam reditum, rursus Paulo Asiæ parcimus, cui discipulo aliquot fratribus, comitatus est. *Act. 20.*[b] Eundem & Cæsaream jam profectũ, simul vinctus fœminæ est. *Act. 27.*[c] unde & conceptivum suum vocat. *Col. 4.*[d] Meminit ejus deindè Paulus & in epistolâ *ad Philemonem.*[e]

[b] vers. 4. [c] vers. 2. [d] vers. 10. [e] vers. 24.

AQUILA, ET PRISCA SEU Prisilla.

NArrat Suetonius, Claudium Judæos, assiduè tumultuantes, Româ omnes expulisse, quod de *Act. 18.*[f] significatur. Quâ occasione Aquilam, Ponticum genere, aliorum textorem, cum Priscâ seu Priscillâ uxore, in Asiam venisse, seque cum Paulo conjunxisse; Eusebius[g] scribit: eo tempore, quo Paulus ab Hierosolymis, per Illyricum usque accessisset. Venit ad eos Paulus, Athenis digressus, Corinthum: cum eò primùm ex Italiâ commigrassent. Indè verò cum illidem in Syriam abiisset; atq; Epheso illos reliquisset, ubi Apollo [illegible] Judæum, non integrè in fide Christi institutũ, exactius docuerunt. *Act. 18.*[h] Prædicat beneficia & fidem, Aquilæ & Priscillæ in se, magnoperè Paulus, *Rom. 16.*[i] ubi & Ecclesiæ eorum domesticæ meminit; sic scribens: *Salutate Priscillam & Aquilam, adjutores meos in Christo Jesu; qui pro anima mea suam ipsorum cervicem supposuerunt: quibus non ego solùm gratias ago, sed & cunctæ Ecclesiæ Gentium: & domesticam Ecclesiam eorum.* & 1 Cor. 16.[k] *Salutat vos*, inquit, *in Domino multùm Aquila & Priscilla, cum eâ quæ in domo ipsorum est Ecclesiâ.*

[f] vers. 2. [g] lib. 2. c. 18. [h] vers. 1. 2. & 18. 19. & 24. 25. 26. [i] v. 3. 4. 5 [k] vers. 19.

ARCHIPPUS.

PAuli fuit Archippus, ut videtur, in ministerio socius, in Ecclesiâ Colossensi. In epist. enim ad *Col. 4.*[l] hæc jubet nuntiari Archippo. *Dicite*, inquit, *Archippo: Vide ministerium, quod accepisti a Domino, ut illud impleas.* Appellat eum deinde, *in nuncupatione epist. ad Philemonem.*[m] suum commilitonem. *Hieronymus.*[n] Archippum putat fuisse Episcopum, aut alioqui Doctorem, Ecclesiæ Colossensis.

[l] vers. 17. [m] vers. 2. [n] in epist. ad Philem.

ALEXANDER.

VIdetur & Alexander quidam ex iis fuisse, qui cum Paulo senserunt. Fit ejus mentio *Act. 19.*[o] in narratione de tumultu Ephesi orto; propterea quòd Dianæ cultum Paulus acculaverat. In eâ enim turbâ extrahitur è cœtu, propellentibus eum Judæis.

[o] vers. 33.

ANDRONICUS, ET JUNIAS.

Rom. 16.[p] Andronicum & Junian vocat Paulus suos cognatos, & concaptivos, ac nobiles Apostolos. Sive autem Romæ, sive alibi, ante Paulum, Euangelium prædicarint: affirmat eos ibidem ante se fuisse in ministerio Euangelii. *Ante me*, inquit, *fuerunt in Christo.*

[p] vers. 7.

LUCIUS CYRENENSIS.

ENumerans Lucas, *Act. 13.*[q] prophetas & doctores in Ecclesiâ Antiochenâ; meminit & Lucii Cyrenensis: quem *Rom. 16.*[r] Paulus videtur appellare *suum cognatum.* Qui sine dubio ex Cyrenentibus illis unus fuit; qui Antiochiam ingressi, Græcis magno cum fructu, & conversione credentium, Christum prædicarunt: *Act. 11.*[s] Meminit & *Epiphanius*[t] Lucii cujusdam; quem cum Johanne Hieronymi & Cerintho sæpè contradixisse scribit. Ac recentis memoriæ *Johannes Aventinus*, Lucium hunc Cyrenensem, commilitonem & cognatum Pauli, in Vindelicia & Rhetiis, provinciisque Danubio conterminis, Christianæ pietatis semina propagâsse, narrat.

[q] vers. 1. [r] vers. 21. [s] v. 20 21 [t] lib. 2. tom. 1. hæres. 51

ANANIAS.

ANaniam in Damasco *discipulum* fuisse Lucas vocat, *Act. 9.*[u] Paulus verò, *Act. 22.*[x] virum pium secundùm legem, & testimonium habentem ab omnibus Judæis habitantibus. Is est, quem, ubi territum & percussum è cœlo Saulum, Dominus ire jubet in vicum, ubi visu privatus Saulus & orans jacebat; manusque ei [illegible] reponeret, imponeret. Quod factum Paulus, Hierosolymis, vitæ & professionis [illegible] apud Judæos explicans, refert; atque [illegible] testatur est, *Act. 22.* [illegible] ad me, & [illegible] Damasco [illegible] 13. eâdem horâ re[illegible] Vide dicta. Ad [illegible] Dei patrum nostrorum præordinavit, ut [illegible] & videres id quod

[u] vers. 10. [x] vers. 12.

[illegible]

fuisset ei; & audires vocem ex ore ejus: quia eris testis illi apud omnes homines eorum quæ vidisti & audisti. Et nunc quid cunctaris? Exsurge, & baptizare; & ablue peccata tua, invocato nomine Domini.

FORTUNATUS, ET ACHAICUS, & Stephanas.

[a] *ver. 15. &c.*

DE his Paulus *1. Corin. 16.*[a] ad hunc modum: *Nostis, inquit, fratres, familiam Stephanæ esse primitias Achaiæ, & quòd in ministerium Sanctis ordinarunt seipsos: ut & vos subditi sitis talibus, & omni adjuvanti & laboranti. Gaudeo verò de adventu Stephanæ, Fortunati, & Achaici: quoniam id, quod mihi deerat vestri, hi supplevérunt. Refocillaverunt enim spiritum meum & vestrum.*

CRISPUS.

ARCHISYNAGOGUM fuisse Crispum Judæorum Corinthi, & credentem à Paulo, cum domo suâ totâ, baptizatum; Lucas narrat, *Act. 18.*[a] Repetit idem Paulus *1. Cor. 1.*[b]

[a] *verſ. 8.*
[b] *verſ. 14.*

CHLOE.

DE Chloë tantùm habetur; ex ejus scilicet familiaribus Paulum certiorem factum, contentionum & dissidiorum inter Christianos Corinthi. *1. Cor. 1.*

CARPUS.

[c] *verſ. 13.*

CARPUM amicum & hospitem fuisse Pauli in Troade, ex *cap. 4. posteriorum ad Tim. epistola* conjicitur; ubi de Carpo breviter habetur: *Penulam, quam reliqui in Troade apud Carpum, veniens affer, & libros, &c.*

APOLLO.

[d] *verſ. 24. &c.*

JUDÆUS fuit Apollo, genere Alexandrinus; quemadmodum clarè dicitur *Actor. 18.*[d] quo in loco amplissima ejus à Lucâ commendatio texitur, hoc modo: *Venit Ephesum Appollo*, (quod sub Claudio factum videtur) *vir eloquens, potens in Scripturis, edoctus viam Domini, fervens spiritu, loquens & docens diligenter ea quæ sunt Jesu, sciens tantùm baptisma Johannis. hic cæpit agere per fiduciam in Synagogâ.* Institutus postea exactiùs ab Aquilâ & Priscillâ in viâ Dei, (cujus rei & *Hieronymus*[e] meminit) *abiit cum literis fratrum Ephesi in Achaiam: quò cùm venit, cum credentibus multum contulit. Judæos verò vehementer potenter convicit; publicè per Scripturas probans, Jesum esse Christum.* Ex Pauli autem narratione, quâ Corinthios dissentientes inter se reprehendit, *1. Corint. 1.*[f] apparet; Appollon cum ex illis fuisse, qui seu unà cum Paulo, seu post eum, Euangelium Corinthi prædicarunt. Meminit ejusdem Paulus, in eâdem epistol. *cap. 16.*[g] ubi *fratrem* vocat: & ostendere videtur, Corinthios à se petiisse, ut Apollo ad eos remitteretur. ait enim: *Apollon fratrem multùm hortatus sum, ut iret ad vos cum fratribus. nunc autem ire noluit: veniet autem, cùm opportunitatem fuerit nactus.*

[e] *Epiſt. ad Princip.*
[f] *verſ. 12.*
[g] *verſ. 12.*

ZENAS.

MEMINIT, simul cum Apollo, etiam Zenæ cujusdam, Paulus, semel tantùm; & Legisperitum vocat. *Tit. 3.*[h] *Zenam legis-peritum & Apollon studiosè deduc ite, ne quid illis desit.* Veri simile est autem, eum idem officium, quod Apollos, in propagâdo Euãgelio, sustinuisse. quemadmodum *Hieronymus*[i] testatur, hæc de utroque in hunc modum referens: *Apollas vir fuit Alexandrinus, ex Judæis, valdè eloquens, & perfectus in lege; Episcopus Corinthiorum: quem, propter dissensiones, quæ Corinthi erant, ad vicinam insulam Cretam, cum Zena legis doctore, putandum est transvectasse; & Pauli epistolâ dissensionibus, quæ Corinthi ortæ fuerant, temperatis, Corinthum redisse. Zenam verò legis doctorem, de alio scripturæ loco, quis fuerit, non possumus dicere; nisi hoc tantùm: quòd & ipse Apostolicus vir, id operis, quod Apollo exercebat, habuerit; Christi ecclesias exstruendi.*

[h] *verſ. 13.*
[i] *In cap. 3. epiſt. ad Tit.*

ARTEMAS.

[k] *verſ. 12.*

VIDETUR & Artemas de collegio Pauli fuisse. Meminit ejus, *Tit 3.*[k] *Cùm ad te misero Artemam aut Tychicum; da operam ut ad me veniat Nicopolin.*

TYCHICUS, ET TROPHIMUS.

[l] *verſ. 4.*

ASIANOS fuisse, Pauli sectatores & socios, Tychicũ & Trophimum; Lucas commemorat *Act. 20.*[l] Hi Paulum, per Macedoniam euntem, comitari sunt: ac postea præcedentes, in Troade eum expectarunt. Cæterùm, Tychicum Paulus vocat fratrem, & fidum ministrum: *Ephes. 6.*[m] ubi & missum eum Româ, è vinculis Pauli, cum epistolâ ad Ephesios, significarat; ut certiores eos de Pauli rebus faceret, & consolaretur. Quâ ejus operâ ad Colossenses etiam Paulus usus est: sicut ex *cap. 4.*[n] *epist. ad Coloss.* perspicitur. ubi, *De omnibus, inquit, rebus meis, certiores vos faciet Tychicus, dilectus frater, & fidus minister, & conservus in Domino: quem misi ad vos ut cognoscat quid agatis, & consoletur corda vestra.* Denique & Ephesum legatus missus est à Paulo: quemadmodum ait *2. Timoth. 4.*[o] *Tychicum misi Ephesum.*

[m] *verſ. 21. 22.*
[n] *verſ. 8 9.*
[o] *verſ. 12.*

Trophimum Ephesiũ fuisse, *Act. 21.*[p] dicitur: quem cùm in templum Hierosolymis Paulus introduxisset; in magnum venit periculum. Agnito enim Trophimo à Judæis Ephesiis; concitatâ multitudine, Paulum comprehensum accusarunt, quòd Gentilibus introductis sanctum locum profanâsset. Meminit Trophimi & *2. Tim. 4.*[q] *Trophimum reliqui in Mileto languentem.* Quem tamen alium esse ab eo, cujus in Actis mentio fit; sunt qui putent.

[p] *verſ. 29*
[q] *verſ. 20*

ONESIMUS.

ONESIMUM fuisse Colossensem, fortè conversum Romæ in vinculis à Paulo; videtur, ex *epist. ad Philemonem:*[r] cujus rei & *Hieronymus*[s] meminit. *E servo, inquit, clericum factum criminatur: cùm & ipse nonnullos ejuscemodi clericos habeat; & Onesimum legerit, inter Pauli renatum vincula. Diaconum cœpisse esse de servo.* Deculit is Onesimus epistolam ad Colossenses, cũ Tychico; scriptã Romæ à Paulo, in vinculis, sub Nerone. *Coloss. 4.*[t] Exstat gravissima ejus, & verè-paterna Pauli commendatio, in epistolâ *ad Philemonem:*[u] *Obsecro te pro meo filio, quem genui in vinculis, Onesimo, &c. quem tu ut mea viscera suscipe.*

[r] *verſ 10*
[s] *ad verſ. 10 Vulg. Ed. Erasm.*
[t] *verſ 7 9*
[u] *verſ. 10. 12.*

ONESIPHORUS.

ASIANUS fuit Onesiphorus: cujus pietatem & officium in se, studium etiam in ministerio Christianorum, amplissimè Paulus prædicat, *2. Tim. 1.*[x] *Det, inquit, misericordiam Dominus Onesiphori domui: quia sæpe me refocillavit; & catenam meam non erubuit. sed, cùm Romam venissem; solicitè quæsivit me, & invenit. Det ei Dominus, ut inveniat misericordiam apud Dominum, in die illâ. Et in quàm multis Ephesi ministraverit, melius tu nosti.*

[x] *verſ. 16 17. 18.*

CRESCENS.

INTER sectatores Pauli, Crescentem numerat *Eusebius*,[y] hoc modo: *Ex sectatoribus Pauli Crescentem in Galliam missum esse, ab ipso Apostolo testimonium habet.* ad illud alludens, quòd *2. Tim. 4.*[z] Paulus Crescentem in Galatiam abiisse scribit. Autor est & *Sophronius*; Crescentem in Galliâ Euangelium propagâsse, atq; in eâ tandem mortuum esse.

[y] *Hiſt. 3. cap. 4*
[z] *ver. 10.*

EPAPHRODITUS.

ANTE captivitatem Pauli Romæ, sub Nerone, Epaphroditus, (quem *fratrem, collegam, & commilitonem suum*, Paulus vocat) Philippẽsibus in Euangelicâ doctrinâ ministrâsse videtur: Româ autem à Paulo ad eos emissus, cum epistolâ Pauli, & commendatione eximiâ ad Philippenses. *Phil. 2.*[a] *Operæ-pretiũ arbitratus sum, Epaphroditum, fratrem & collegam & commilitonem meum, vestrum autem apostolum, quiq; mihi subministrat in necessitate meâ, mittere ad vos. Quanquã desiderabat omnes vos, anxius animi: propterea quòd audisseris eum infirmitatum esse. Et certè fuit infirmus, ità ut esset vicinus mortis: sed Deus misertus est illius. at non illius tantùm; sed & mei: ne dolorem haberem super dolorem. Studiosiùs itaq; misi illum: ut, cùm videretis illum, denuò gaudeatis; & ego magis vacem dolore. Excipite igitur illum in Domino, cum omni gaudio: & qui hujusmodi sunt, in precio habete. Quoniam propter opus Christi eò accessit, ut morti proximus fuerit; non habitâ ratione vitæ: ut suppleret id, quod in vestro erga me officio fuit diminutũ.* Et rursus *Phil. 4.*[b] *Recepi omnia, & abundo; posteaquam accepi ab Epaphrodito, quæ à vobis missa fuerant, odorem bonæ fragrantiæ, &c.*

[a] *verſ. 25. &c.*
[b] *verſ 18.*

EPAPHRAS.

MEMINIT Epaphræ, plurimâ laude pietatis & studii in ministerium, Paulus, *in epist. ad Colossenses, & Philemonem.* Docuit autem Euãgelium apud Colossenses; cùm Paulus captivus, sub Nerone, Romæ detineretur: &

ad eum à Coloſſenſibus miſſus, de ſtatu Eccleſiæ Coloſſenſium ad Paulum retulit. Verba ipſa adſcribimus. *Salutat vos Epaphras, qui ex vobis eſt, ſervus Chriſti; ſemper anxiè laborans pro vobis in precationibus. Teſtimonium enim illi perhibeo, quòd habeat multum ſtudium pro vobis, & his qui ſunt Laodiceæ, & his qui Hierapoli.* Col. 4. Et ad Philemonem: *Salutat te Epaphras, concaptivus meus in Chriſto Jeſu.*

c verſ. 12.
d 13 verſ. 23.

EUBULA, & ARTEMILLA.

CLarorum virorum Epheſi conjuges, Eubula & Artemilla, noctu ad Paulum incarceratum veniunt; in fide inſtruuntur, & ab eo baptizantur. *Nicephorus.*[e]

e li. 2. c. 25

GAIUS.

GAIUM quendam Lucas nominat, *Actor. 20.*[f] Derbæum, Theſſalonicenſem: quem Paulum, proficiſcentem in Macedoniam, Aſiam uſq; comitatum fuiſſe, ait. Eum, ſive aliũ ejus nominis, (neq; enim explicatè diſcernuntur) Paulus ſe in Corintho indicat baptizâſſe: *1. Corint. 1.* Et *Rom. 16.*[h] Gaium hoſpitem ſuũ ac totius Eccleſiæ vocat. Ad quod congruit; quòd *epiſtola Johannis tertia*[i] Gaium, eumdem ſinè dubio, à pietate, & officiis in fratres & hoſpites, ac totam denique Eccleſiam, plurimùm commendat.

f verſ. 4
g verſ 14.
h verſ. 23.
i verſ 5. 6

HERMES, & HERMAS.

Roman. 16.[k] Paulus Hermen & Hermã (nam utrumque nomen habet) ſalutari jubet. Librum apocryphum, vulgò *Paſtoris* dictum, nonnullos ad alterutrum iſtorũ, ut autorem, referre, *Euſebius*[l] indicat: ſed falsò, quod & *Sophronius* indicavit. Librum tamẽ Paſtoris utilem eſſe, & ab antiquis citari, *Euſebius*; *Sophronius*, publicè etiam in Græcis Eccleſiis legi ſolitum, tradiderunt.

k verſ. 14
l li. 3 c 3.

MNASON.

CYPRIUS fuit Mnaſon, diſcipulus antiquus, & civis Hieroſolymitanus: cujus hoſpitio Paulus, Hieroſolymã ex Cæſareâ veniens, cum ſuis, uſus ſcribitur, *Act. 21.*[m]

m verſ. 16

SOSTHENES.

SOSTHENEM, principem Synagogæ Corinthi fuiſſe; Lucas narrat, *Act. 18.*[n] Quem, Paulo ibi conſtanter docente, Judæi in rabiem verſi, ſub Gallione Proconſule Achaiæ comprehenſum, ad tribunal verberarunt. Scripſit idem Soſthenes, cum Paulo, epiſtolam priorem ad Corinthios: quemadmodũ in epigraphe ſignificatur, *1. Cor. 1.*[o] Quod & *Euſebius*[p] indicavit; qui, Soſthenem unum ex 70. diſcipulis Domini fuiſſe exiſtimatũ ab aliquibus, tradidit.

n verſ. 17.
o ver. 1.
p li. 1. c. 12

SECUNDUS.

THESSALONICENSIS fuit Secundus, ex Pauli collegio: qui eum, ex Græciâ in Macedoniam proficiſcentem, comitatus eſt. *Act. 20.*[q]

q verſ. 4.

STACHYS.

MEminit Stachys Paulus in ſalutationibus, *Rom. 16.*[r] *Salutate*, inquit, *Stachyn dilectum meum. Nicephorus,*[s] Epiſcopum eum in ſolo Byzantino conſtitutum, pro more ſuo dixit.

r verſ 9.
s li. 2 c. 39.

DE PLURIBUS PAULI, SEU SOCIIS, ſeu amicis; quorum in poſtremo cap. epiſt. ad Romanos meminit.

RECENSET longum catalogum multorũ in ſalutationibus, *Rom. 16.* Paulus: ſed nominetenus tantùm; adjectâ interdum brevi circumſtantiâ: ut quòd *Epænetum*, primitivum vocat Eccleſiæ Achaiæ.[t] *Mariam* commendat à ſtudio & officio erga ſe.[u] *Ampliam* appellat dilectum ſuum in Chriſto.[x] *Herodionem*, cognatum ſuum.[y] *Apellam*, probatum dicit in Chriſto.[z] *Ariſtobolum*,[a] *Narciſſum*,[b] eorumq; familiares, ſalutat; qui Paulo videntur fuiſſe conjuncti. *Tryphenam & Tryphoſam*, alia mque quam *Perſidam* vocat, ſibi chariſsimam, plurimùm ait laborâſſe in Domino.[c] *Ruſum* electum vocat in Domino: *matremq; ejus*, à pietate forſan, & officiis in ſe ejus, matrem ſuam dicit.[d] *Aſyncritum, Phlegontem, Hermam, Patrobam, Hermen*, cum aliis qui cum iis ſunt fratribus;[e] *Philologũ* item, *Juliam, Nereum* cum ſorore ejus, & *Olympam*, ſalutat, & ſanctos dicit.[f]

t verſ 5.
u ver 6.
x verſ 8.
y verſ 11.
z verſ 10
a verſ 10.
b verſ 11.
c verſ 12.
d ver 13.
e verſ 14.
f verſ 15.

DE IIS, QUORUM NOMINE Romanos ſalutat.

ROmanos viciſsim multorũ nomine ſalutat, *in eod. ca.* Paulus: quos ſeu ſocios, ſeu hoſpites, ſeu amicos eſſe, ſcribit. *Jaſonem & Soſipatrem* appellat ſuos cognatos. 5 Jaſonis verò hoſpitio uſum Paulum Theſſalonicæ, eum Silâ; propter quod & in ædes Jaſonis impetum fecerunt Judæi: ex *Actis* apparet, *cap. 17.*[h] Soſipatrem Berrhœenſem fuiſſe, & comitatum Paulum in Macedoniam; *Act. 20.*[i] dicitur. *Tertius* ipſe ſignificat, ſe Pauli fuiſſe amanuenſem. ſic enim ait:[k] *Saluto vos ego Tertius, qui ſcripſi epiſtolam hanc in Domino. Gaium*, vocat hoſpitem ſuum.[l] *Eraſtum*, ærarium civitatis, ſeu quæſtorem.[m] Meminit ejuſde Lucas, *Act. 19.*[n] ubi miſſum eum, cum Timotheo, à Paulo in Macedoniã, ſcribit. Rurſus, *2 Tim. 4.*[o] ſignificat Paulus, Eraſtum à ſe relictum Corinthi. *Quartum* appellat fratrem.[p]

A
B
C
D
E
F
G
H

6 verſ. 21.
h verſ 5. &c.
i verſ. 4.
k Rom. 16. verſ. 22.
l verſ. 23.
m ibid.
n verſ. 22.
o verſ 20.
p Rom. 16. verſ. 23.

EUBULUS, & PUDENS.

ROmæ cum Paulo fuiſſe Eubulum & Pudẽtem, quo tempore epiſtolam alteram ad Timotheum Paulus ſcripſit; ex *2 Tim. 4.*[q] clarum eſt. Meminit & *Euſebius.*[r]

q verſ. 21.
r lib. 3. c. 2.

EPHODIA, & SYNTYCHE.

PHilippenſes Chriſtianas mulieres fuiſſe Euodiam & Syntychen, & cum Paulo in miniſterio laborâſſe; ex epiſt. *ad Phil. cap. 4.*[s] apparet. Commendat eas Paulus uxori germanæ: *Euodiam*, inquit, *rogo, & Syntychen deprecor, id-ipſum ſapere in Domino. Etiam rogo & te germana compar, adjuva illas; quæ mecum laboraverunt in Evangelio.*

s verſ. 2 3

EUTYCHUS.

PAULO in Troade concionante, Eutychus puer, obdormiſcens, cadit de feneſtrâ: eoque caſu extinctus, à Paulo reſuſcitatur. *Act. 20.*[t]

t verſ. 9. 10.

JUSTUS.

CORINTHI Paulus à Judæis blaſphemiis exceptus, ſeceſſit in domum cujuſdam Juſti, colentis Deum; cujus domus erat contigua Synagogæ. *Act. 18.*[u]

u ver. 7.

MANAHEN.

IN catalogo Prophetarum & Doctorum, in floremq; Eccleſiâ Antiochiç, ante Barnabæ & Sauli ad Evangelium prædicandum per Gentes ſegregationem, Manahen etiam quendam Lucas habet, *Act. 13.*[x] quem Herodis Tetrarchæ collactaneum fuiſſe ait: qui & ſinè dubio inter eos fuit, qui Antiochenos primùm ad Chriſti agnitionem & fidem converterunt. *Actor. 11.*[y]

x ver. 2.
y verſ. 19.

PHILEMON.

PHilemonem Coloſſenſem fuiſſe, *Hieronymus*[z] teſtatur; & Oneſimi dominum: quem transfugam ab eo, in vinculis Romæ converſum, Philemoni *per epiſtolam* Paulus commendat; ac, ut recipiat, orat, & pro eo ſpondet. Philemonis autem ſingularem pietatem & fidem laudat: quòd & Eccleſiam domeſticam habeat; & beneficentiam eximiam Sanctis declarârit. *Viſcera*, inquit,* *Sanctorum requieverunt per te.*

z Evanvas. epiſt. ad Philem.
* verſ 7.

THEOPHILUS.

DE Theophilo planè nihil uſpiã exſtat; ex quo, quis aut ubi fuerit, conjecturâ ſaltèm cõſequi liceat: niſi quòd Acta apoſtolica Lucam ei nũcupâſſe legimus, *Act. 1.*[*]

* verſ. 1.

GAMALIEL.

TARSENSIS fuit Gamaliel, Phariſæus, Legis doctor venerabilis: *Act. 5.*[a] à quo Paulus, ſe in Lege paternâ ad pedes ejus eruditũ, apud Tribunum Epheſi narrat. *Act. 22.*[b] Unde & Pauli, doctoris Gentium, *διδάσκαλον* Gamalielem, *Athanaſius*[c] dixit. Cùm irritata Hieroſolymis, in Johannem & Petrum, Judæorũ multitudo, de interficiendis illis, conſilium caperent: retraxit eam Gamaliel, prudenti admodum conſilio. quod ad hunc modum Lucas, *Act. 5.*[d] narrat. *Surgens*, inquit, *quidam in concilio Phariſæus, nomine Gamaliel, Legis doctor, honorabilis univerſæ plebi, juſſit foràs ad breve Apoſtolos fieri; dixitq; ad illos: Viri Iſraëlitæ, attendite vobis ſuper hominibus iſtis, quid acturi ſitis. Ante hos enim dies exſtitit Theudas, dicens ſe eſſe aliquem: cui conſenſit numerus virorum circiter quadringentorum. qui occiſus eſt: & omnes, quicunq; credebant ei, diſſipati ſunt, & redacti ad nihilum. Poſt*

a verſ. 34.
b ver. 3.
c lib. de paſſione imag. Domini.
d verſ. 34. &c.

hunc exstitisse Judam Galilæum, in diebus professionis; & avertisse populum post se. & ipse periit: & omnes quotquot consenserunt ei, dispersi sunt. Et nunc itaque dico vobis; discedite ab hominibus istis, & finite illos. quoniam, si est ex hominibus consilium hoc, aut opus, dissolvetur: si verò ex Deo est; non poteritis dissolvere: ne fortè & Deo repugnare reperiamini. Cui consilio consensisse indicat universam multitudinem; & Apostolos cæsos dimissos esse. Refert idem *Eusebius*[c] *Athenæum*, in eo quem diximus libro, narrat; *Nicodemum, imaginem Christi effigiatam, moriturum Gamalieli huic tradidisse: Gamalielem verò, & ipsum mortis victimâ, Jacobo eam reliquisse: ità ut Hierosolymis, ad subversionem usq;, integra asservata fuerit.*

[c] *lib.2.c.11*

DEMAS.

REcenset Deman, inter socios & coadjutores suos, Paulus, *in epist. ad Philemonem.*[f] ex quo apparet, eum cum aliis Pauli collegis fuisse Romæ; quo tempore vinctus Paulus, sub Nerone, speraret liberationem, & ad Philemonem epistolam scriberet. Cui ibidem adfuit etiam, cùm ad Colossenses scriberet. *Col.4.*[g] Sed defecisse ab eo Deman, Paulus conqueritur, *2.Tim.4.*[h] ubi, *Deman*, inquit, *me reliquit, amplexus præsens seculum.*

[f] *vers.24.*
[g] *vers.14.*
[h] *vers.10.*

DIOTREPHES.

DIotrephen, quicunque is fuit, ut malitiosum, ingratum, malignum, pingit *epist.3. Johan.*[i] *ad Gaium*, his verbis: *Scripsi Ecclesiæ; sed is, qui amat primatum gerere in eis, Diotrephes, non recepit nos. Propter hoc, si venero, indicabo facta illius, quæ facit; verbis malitiosis garriens in nos: & nec in his contentus, non solùm ipse non recipit fratres; verùm etiam volentes recipere prohibet, & à congregatione ejicit.*

[i] *vers.9.10.*

DEMETRIUS.

COntrà, *ibidem*,[k] Demetrium, à pietate, & officiis in fratres peregrinantes, commendat Johannes, hoc modo: *Demetrio testimonium redditum est ab hominibus, & ab ipsâ veritate: sed & nos testimonium perhibemus; & nostis, quòd testimonium nostrum verum est.*

[k] *vers.12.*

PLATO, ET FULVIANUS.

FAbulæ similius, quàm historiæ, videtur, quod de Platone & Fulviano recitat *Nicephorus.*[l] *Platonem* ait *Episcopum fuisse in oppido Myrmenâ, apud Antropophagos, à Matthæo ibi Apostolo constitutum: Fulvianum verò Principem ejus civitatis; quem, plurimis miraculis editis, nequiverit convertere Matthæus: tamen, eo extincto, crediderit, & cum omni suâ gente baptisatus sit: Matthæi etiam, occulto quodam Apostoli ductu, filio nomine imposito, ac regno suo abjecto, Presbyter primùm à Platone, deinde Episcopus, per nocturnâ visionem, à Matthæo consecratus sit:* denique, *Euangelio viriliter administrato, multisq; conversis, mortuus sit.* Hæc Nicephorus.

[l] *lib.2.c.41.*

HIEROTHEUS.

DE Hierotheo hæc *Nicephorus.*[m] *Hierotheus familiaris Dionysii Areopagitæ fuit: cui, unà cum Dionysio, Paulus, de cœlesti Hierarchiâ & de Theologiâ, omnia communicavit.* Libro eodem,[n] *ex Dionysio* affirmat; *Hierotheum cum Dionysio adfuisse Mariæ morienti.* Quod, quomodo verum sit, judicent qui velint.

[m] *lib.2.c.20.*
[n] *cap.22.*

APELLES, ET NIGER.

EPIPHANIUS[o] ex LXXII. discipulis fuisse tradidit Appellem & Nigrum.

[o] *lib.1.tom.1 hæres.20.*

PROCHORUS, NICANOR, Timon, Parmenas.

PROCHORI, Nicanoris, Timonis, & Parmenæ, Lucas *Act.6.*[p] meminit: quòd fratres fuerint, bono testimonio præditi, & Spiritu sancto pleni: ideoque in Diaconos, cum aliis adhuc tribus, sint delecti. Nec dubium, quin eâ in re fidem ac diligentiam præstiterint. Alia de ipsis non habemus.

[p] *v.3.5.*

EVODIUS.

DE Evodio hæc *Eusebius*,[q] Inter eos, inquit, qui Antiochenam Ecclesiam gubernarunt, primus Evodius fuisse cognoscitur. *Idem* in Chron. Primus Antiochiæ Episcopus ordinatus Evodius, anno Christi XLV. Claudii Imp. III.

[q] *lib.3.c.22.*

ANIANUS.

PRimum, post Marcum, Alexandriæ Ecclesiæ Episcopum ordinatum Anianum, *Eusebius* tradit;[r] anno Neronis 8. qui Christi fuit 64. Quanquam *in Chronico*, nono id factum Neronis anno; Christi verò 65. annotavit. Eundem verò & præfuisse ei Ecclesiæ per annos 22. ac mortuum, testatur,[s] anno 4. Imperii Domitiani.

[r] *li.2.c.24.*
[s] *lib.3.c.13 & in chron.*

ABILIUS.

ANiano in Episcopatu Alexandrino successit Abilius; eodem, quo Anianus decessit, anno. Præfuit annis 13. Decessit, cùm Imperium Romanum invasisset Nerva, anno Christi 100. *Eusebius.*[t]

[t] *lib.3.ca.13 & 21. & in Chronico.*

AQUILA ALIUS, FRATER Clementis.

NArrat *Nicephorus*;[u] quomodo Petrus, Româ à Nerone expulsus, in familiam Clementis, Romani postea Episcopi, inciderit; eamque unà cum ipso Clemente converterit: Aquilam scilicet & Nicetum, fratres. De quibus multa, fabulis non dissimilia; ut de cognitione horum duorum fratrum post matrem inventam, &c. habet *libet 2. Clementis.*

[u] *lib.2.ca.31*

EUNUCHUS CANDACES.

DE Eunuchi Candaces, Reginæ Æthiopum, conversione & baptismo; suprà, in narratione de Philippo Diacono, ex Actis nonnulla retulimus. Hic *Eusebii*[x] de hoc verba adscribimus; quæ sic habent. *Cùm salutaris prædicatio quotidie augescendo prægrederetur: dispensatione quâdam divinâ factum est; ut indè ex terrâ Aethiopum, primus quidam Regina veniret, quæ regnum illic patrio more obtinebat. Hic primus ex Gentibus à Philippo, per apparitionem divini sermonis, sacra consecutus est: primitiasq; fidelium per orbem habitantium factus, ubi ad patriam terram reversus est; cognitionem Dei omnium, ac vivificum ad homines Servatoris nostri adventum, evangelizâsse narratur. ità ut operè adimpleta sit per eum prophetia, quæ dicit: Aethiopia præveniet manum ejus Deo.* Ait & *Hieronymus*;[y] hunc Eunuchum, à Philippo, occasione lectionis prophetiæ ejus, conversum, Apostolum postea Æthiopum genti missum esse. *Sophronium*, eum in Arabiâ felici, & Taprobanâ insulâ maris rubri, Euangelium prædicâsse, ac martyrium ibi tandem fecisse; testatum reliquit.

[x] *lib.2. c.1.*
[y] *Eusebius cap.53.*

SANCTINUS.

SUb Domiciano claruisse Sanctinum, Episcopum Meldensem, cum Antonio quodam, *Henricus de Erfordiâ*[z] retulit. *Vincentius*[a] ordinatum eum à Dionysio Areopagitâ, scripsit. Quod offendere tantùm obiter oluimus.

[z] *cap 9.*
[a] *lib.10.c.22.*

EUTROPIUS.

EUtropium, in 14. Domitiani annum, *Henricus* rejicit. Narrat, eum ex nobili fuisse, in Persiâ, familiâ: & patrem habuisse Xerxen; qui Simonem & Judam Apostolos audierit. Ipse verò Eutropius, Petri Apostoli consilio, in Galliis Euangelium prædicans, martyr ibidem obierit. Prolixâ de hoc narratione habet *Vincentius*,* & *Antoninus.*

* *lib.11. cap.18 19. 20. & 21.*

APOLLINARIS.

DIscipulum fuisse Petri Apollinarem; tradunt, *Henricus*,[a] *Naucleru*s,[b] *Vincentius*;[c] Martyremque obiisse, anno 3. Vespasiani, Ravennæ.

[a] *cap.7.*
[b] *Genera.ti 2*
[c] *li 10.c.7.*

MATERNUS, ET AEGISTUS.

DUos hos de numero LXXII. discipulorum fuisse, ac à Petro in Germaniam missos; *Henricus*[d] prodidit: Maternum quidem Treverim; Ægistum Bardovicum, ubi cum Mariano Diacono martyrium fecerit. *Naucleru*s,[e] tres simul præstantes doctores Ravennam missos scribit; Maternum scilicet, Valerium, & Eucharium.

[d] *cap.5.*
[e] *Genera.2.*

HERMAGORAS.

COnversus ad fidem Christi à S. Marco Hermagoras, à Petro Episcopus Aquilegiæ constitutus est; & sub Nerone martyrio defunctus. *Bergomensis*,[f] *Erfordiensis*, & *Vincentius.*[h]

[f] *lib.4.*
[h] *cap.*

Sed, consilio quodam nostro, reliquos, quos hoc seculum doctores & personas ecclesiasticas habuisse, à *Vincentio, Antonino, Bergomensi, Naucleru, Hermanno, Henrico, Tem-*

Digitized by Google

porum fasciculu, &c. proditum est, omnes enumerare, supersedemus: tum, quia non necessarias & ambiguas commemorare historias, nec utile, nec necesse est: tũ quòd, qui illis delectãtur, ex scriptoribus iis, quos diximus, petere possũt.

DIONYSIUS AREOPAGITA.

i *vers 34.*

MEminit Lucas, in fine *cap. 17.*[i] *Actorum apostolicorum*, Dionysii cujusdam Judicis seu Areopagitę: quem ex Pauli concione, cùm in Areopagum tractus fuisset, conversum scribit. Nec aliud quicquam de iis, quę postea Dionysius, Christo credẽs, egerit; aut in illâ, aut aliâ Euãgelicæ

k *l. 3. c. 4. & l. 4. c. 23.*

narrationis parte, reperitur: nisi quòd *Eusebius*,[k] ex autoritate Dionysii alterius cujusdam Corinthiorum Episcopi, primum hunc Areopagitam Athenienſium factum Episcopum indicavit. Cujus tamẽn, nec vetustæ, incertorum tamen autorum, de vitâ Dionysii narrationes; nec recentiorum, quas *Suidas* comportavit, meminerunt. Eum autem fuisse Dionysiũ, qui tempore passionis Christi, apud Heliopolin Ægypti, cum Apollophane Philosopho fuerit, ac de inusitatâ eclipsi pronuntiârit; *Ignotus & carne vestitus Deo* (ut Suidas narrat) *patitur*, cujus gratiâ, densâ hac caligine universa Mundi moles obscurata est atq; concussa: seu, ut Apollophanem, *Vices hæ sunt*, dixisse refert, *rerum divinarum*; seu, ut alii Dionysium respondisse affirmant, *Aut Deus naturæ patitur, aut Mundi machina dissolvetur*: pleriq; testantur. Quod an verisimile sit; postea indicabimus.

Narratio de vitâ Dionysii, præfixa operibus ejus, (quę nuper in latinum trãstulit *Joachimus Perionius*) refert: eum à Paulo Athenis conversum, ad Clementem Romanum Episcopum proximè venisse; atq; ab eo cum sociis, Saturnino, Marcello, Luciano, Rustico, & Eleutherio, ad propagandum Euangelium, missum esse in Occidentem: quorum aliis in Hispaniæ, aliis in Galliæ civitates distributis; ipse Parisios, docendi Christum gratiâ se contulerit; ibique, cum Rustico & Eleutherio collegis, capitis supplicio martyrium fecerit. Quod de Dionysio pleroſque prodidisse reperies.

Nunc de scriptis, quæ Dionysii Areopagitæ, discipuli Pauli, nomine, passim (quanquam exiguo numero; cùm eorum plurima *Suidas* enumeret) ex multis seculis circumferuntur, pauca monebimus. Quæ certè non esse istius Dionysii, quem Paulus convertit; vel puero esse perspicuum possit. Judicent interea *Ambrosius Chalmadulensis*, & alii, qui Dionysii discipuli Pauli esse contendunt, quicquid velint.

Primùm enim, quis non miretur, tantum Pauli discipulum, & Apostolum, beneficii cõversionis, & amicitiæ cum præceptore, tam omninò potuisse oblivisci: ut ne uno quidem in loco Pauli meminerit; aut ejus autoritate, quæ tradit, se scribere, testetur?

Deinde, nullum ex Apostolis, aut eorum discipulis, videmus, de industriâ lusisse, in tradendâ Ecclesiæ doctrinâ, tam subtilibus, imò intricatis, ac, præter autorem ipsum, vix alii cuiquam explicabilibus, speculationibus & argutiis. Ac nihil minùs certè convenit isti ætati, cui Dionysius tribuit: ut in quâ homines, rudes rerum de Christo, de regno Dei, de justitiâ & salute æternâ, singulari simplicitate & perspicuitate; non subtilitatum involucris, doceri necesse fuit. Unum enimverò, ut dubium minimè aut falsax judicium, de reliquis libris apocryphis, Ecclesia perpetuò prosantiavit: quòd stylus eorum, & dicendi forma, ab elocutione apostolicâ procul absit.

Denique, in Ecclesiasticâ hierarchiâ, supposititius ille Dionysius plurimorum meminit ordinum; ut Pontificum, Presbyterum, Sacerdotum, Monachorum, &c. quorum pariter Episcopi Dionysii ætas nullum habuisse, probari potest. De primis verò de Monachis traditio, quos Pauli tempore nondum fuisse constat, suspecta est: quorum ut originem minimè indicat; ità nec apostolicè sentit, quòd eorum ordinem, ut sublimiorem & excellentiorem reliquis, commendet.

l *Annotat. in cap. 17. Actor.*

Sed his rationibus, etiam *Erasmi*,[l] ad verbum adjicimus. *Laurentius Valla hoc loco refellit eorum opinionem; qui putant, hũc Areopagitam fuisse autorem eorum librorum, quos habemus de Hierarchiis ac Divinis nominibus; & eundem esse, qui apud Lutetiam Parisiorum martyrio fuerit laureatus: è tribus, ni fallor, Dionysiis, unum retinentes. Primùm, Areopagitæ judices erãt; non Philosophi. At ipsi Dionysium summum faciunt Philosophum, qui ex eclipsi Solis deprehenderit, periclitari rerũ naturam: cùm consentaneum nõ sit, eas tenebras Athenas usq; pervenisse. Nam, quòd aut Evangelista, tenebras factas super universam terram: ejus regionis terram intellexit; assentiente & Divo Hieronymo, & asseverante Origene, in Homiliis quas scripsit in Matthæum, ubi planè negat, eas tenebras è Sole accidisse defectu: sed aut nubibus intercedentibus, aut alioqui aëris densitate coactâ. Quòd-si hæ tenebræ tãto spatio contigissent per universum orbem: aliquis certè, seu Latinus, seu Græcus scriptor, ejus rei meminisset. Jam epistolam super hac re, velut Dionysii nomine confictam, deridet Laurentius. Mihi non videtur, priscis illis temporibus tantum fuisse Christianæ ceremoniarum; quantum ille describit. Deinde miror, si tam priscus autor fuit, & tam multa scripsit; à nemine veterum, seu Græcorum, seu Latinorum, fuisse citatum: non ab Origene, non à Chrysostomo; ne ab Hieronymo quidem, qui nihil intentatum reliquit. Quin & Gregorius ipse, vir probæ fidei, cætera hujus literas; nõ judicat eum fuisse Dionysium Areopagitam. Porrò, cum in Ecclesiasticâ historiâ multa fiat mentio de libris Dionysii, Corinthiorum episcopi: non est probabile, tacuisse eum Eusebium de tanto Pauli discipulo; si tantũ voluminũ reliquisset. Hieronymus, in Catalogo Scriptorum illustrium, unum aut alterum Dionysium recenset: hujus libros non recenset. Laurẽtius indicat; fuisse suæ ætatis doctissimos viros, qui judicarint, eos libros esse Apollinaris. Tametsi ejus nominis duos cõmemorat Hieronymus: alterum Hierapolitanum Episcopum, qui floruit sub Marco Antonino secundo; alterum Laodicenum, in Syriâ Episcopum. neutri tamen hujusmodi quicquam tribuit operum. Neq; enim opinor, hæc Apollinari hæretico tribuenda. Ante complures annos, ut memini, vir incomparabilis, Gulielmus Grocinus, ut Theologus summus, ità in nullâ disciplinâ non exquisitè doctus & exercitatus, auspicaturus Londini, in æde divo Paulo sacrâ, enarrationem Cœlestis hierarchiæ, meditatâ præfatione multùm asseveravit; hoc opus esse Dionysii Areopagitæ: vehementer deflomachans in eorum impudentiã, qui dissentirẽt. At idem, priusquam operis dimidium confecisset; ubi gustum attentiùs cepisset: ingenuè coram auditoribus fassus est; sibi, verso calculo, non videri id opus esse Dionysii Areopagitæ. Demiror autem, cur Beda putet, hunc Dionysium factum Episcopum Corinthiorum: cùm Ecclesiastica historia palàm ostendat, alium fuisse Dionysium Episcopum Corinthiorum; qui multa conscripserat. Atq; hujus autoritas sibi citatur: qui in epistolâ quâdam, quam scripsit ad Athenienses, ostenderit; Dionysium Areopagitam, à Paulo conversum, primum fuisse Athenis Episcopum, ab eodem Apostolo institutum. Nec aliud quicquam, apud priscos scriptores, comperitur de Dionysio Areopagitâ.*

DE EPISCOPIS ROMANIS.

LINUS.

DE Lino, Cleto, & Anacleto, (qui, in Catalogis Romanorum Episcoporum, post Petrum numerantur) tanta est diversitas; ut explicari, aut cõciliari ferè, quocunq; negocio nequeat: aliis successores Petri Episcopos, aliis Petri in gubernatione Ecclesiæ socios & coadjutores, eos appellantibus: magno & evidenti argumento; incertissimis Pontificatum Romanum, & infirmissimis niti initiis & fundamentis. Nos eam diversitatem ex Autoribus, sicut invenimus, recitare cogimur.

Quod ad Linum igitur primùm attinet: *Eusebius* eum vult esse, cujus in salutationibus Paulus meminerit, *2. Timoth. 4.*[m] eundemq; deinde, quatuor in locis,[n] diserte affirmat, post Petri & Pauli martyrium, Ecclesiæ Romanæ episcopatum sortitum esse. *In Chronico* item, sub anno Domini 70. Neronis verò 14. *Post Petrum*, inquit, *primus Romanam Ecclesiam rexit Linus, annis 11.*

m *vers. 21.*
n *lib. 3. c. 2. & 4. & l. 5. c. 6.*

Contrà tamen alii, non post Petrum eos; sed unà cum Petro, seu coëpiscopos, seu coadjutores, seu vicarios fuisse, prodiderũt. ut *Marianus Scotus*: qui Clementem primum Papã, (sicut & infrà dicemus) post Petrũ, Romanã administrâsse ait Ecclesiã, cũ Lino & Cleto; quos, in vitâ Anacleti, omnino negat Papas fuisse. Extat de Lino & Cleto, in vetusto quodã Chronico, quod *Rudimentũ novitiorũ* inscribit. verba hæc: *Non est sequendum, quod quidã dicunt,*

Linum,

Linum, 14. anno Neronis, episcopatum Romæ cepisse primùm, & duodecim annis sedisse post Petrum: sed temporibus Linum & Cletum fuisse sub Petro; & administrasse officium Clericis episcopi; Petrumque eis distribuisse officium distribuendi pauperibus.

Ruffinus quoque (sicut postea indicabimus) Episcopum Romano, vivoadhuc Petro, functos Linum & Cletum, autor est: cùm interea Petrus peregrinationibus & apostolatui vacaret. In quâ sententiâ & *Sabellicus* [o] est. *Petrum*, inquit, *Linum & Cletum, quia plurimùm simul intentus esse non posset, Episcopos ordinavit.* Atque sic igitur, nimirum si unà cum Petro Episcopi fuisse Linus & Cletus putentur; excusari aliquo modo possint *Damasi* verba, *in libro Pontificali*: ubi Linum fuisse tradit temporibus Neronis, à Consulatu Saturnini & Scipionis, usq; ad Capitonem & Rufum Consules. Quæ aliàs, si scilicet post Petrum tot annis Linum sedisse statuatur, nullo pacto conciliari possent: cùm anno proximo, præcedente Petri obitum, Linum martyrem factum, indè eliciatur.

[o] *Ennead. 7. lib. 2.*

De Lino porrò hæc *Volaterranus*, [p] *& Sabellicus*, [q] *Linum*, inquit, *patriâ Volaterranum, è familiâ Maurorum fuit. Sic enim in quodam veteri scripto in cavâ ligneâ: Linum Volaterranum, à patre Herculaneo, annorum viginti-duo, studiorum gratiâ Romam missum: ibidemque in contubernio primùm Q. Fabii, amici paterni; deinde, venientem eo tempore Romam Petrum, omissis omnibus, secutum fuisse: atque, ob ejus egregiam fidem simul, & eloquentiam, Evangelii coadjutorem illis permansisse. Sedit annis 11. mensibus 3. diebus 12. Martyr factus est sub Saturnino Consule*, (in quo à *Mariano* dissentit) *cujus filiam lymphatam liberaverat: sepultus in Vaticano. Ab ultimo Neronis anno, ad Vespasiani tempora pervenit. Instituit, ne qua mulier*, (dignus equidem episcopali cura!) *nisi capite linteis operto, templum ingrederetur. Creavit Episcopos 11. Presbyteros 14. Scripsit res gestas Petri; præsertim ejus cum Simone mago concertationem.*

[p] *Ambros. pol. lib. 22.*
[q] *Ennead. 7. lib 4.*

CLETUS.

CLeti nusquam, neque *Irenæus*, neque *Eusebius*, neque *Hieronymus*, neque *Optatus Milevitanus*, (qui [r] texit catalogum Successorum in urbe Româ) neque *Marianus*, meminerunt. Nec-dum satis ab aliquo explicatum est; diversi ne, an unus & idem, Cletus & Anacletus fuerint. *Damasi* de hoc Cleto narratio, tam est implicata; ut conciliari nullo modo possit. *Cletus*, inquit, *natione Romanus, de vico Patritii, patre Aemiliano, sedit annis 12.* (secundùm alios, VII.) *Fuit autem temporibus Vespasiani & Titi, à Consulatu Vespasiani septimo, & Domitiani quinto, usque ad Domitianum nonò & Rufum Consules.* Nam, si Titi fuisse temporibus Cletus ponatur: supervacua fuerit Ruffini & aliorum conciliatio; qui eodem tempore, in communi cum Petro gubernatione fuisse, tum Cletum hunc, tum Linum, tradiderunt: quemadmodum diximus. Quid deinde loci erit Anacleto; quem primo Titi anno episcopatum Romæ accepisse, *Eusebius*, ut jam ostendemus, autor est?

[r] *lib. 2. contra Donatist.*

ANACLETUS.

PRoximo post Linum loco, *Irenæus* [s] Anacletum numerat: quem omnes Pontificii; & quidem *Optatus Milevitanus*, [t] post Clementem collocarunt. Irenæo consentit *Eusebius*; [u] *Titi*, inquit, *altero Imperii anno, Linus, Romana ministerium Ecclesiæ, cum in eo duodecim annis perfunctus fuisset, Anacleto tradit.* Idem & in *Chronico* annotavit: ubi, *primo anno Titi, anno verò Christi* XCII. *Anacletum Lino successisse* indicat. Ut mirum sit, quamobrem Anacletum ab Eusebio prætermissum *Marianus* scripserit: cujus verba, ut sint obscura, adscribimus. *Anacletum*, inquit, *omninò Eusebius prætermisit: quoniam Linus & Cletus, qui non fuerunt Papæ, atq; Anacletus, à passione Petri, in ultimo anno Neronis, usq; ad Trajanum, non possunt simul sub Regibus fuisse. In loco enim annorum Clementis, quibus Petrus cum Lino & Cleto, sed simul, post Petrum novem fuerunt, vel cum Cleto tantùm Petrus cathedram tenuit, Linus & Cletus sunt positi: & in locum Anacleti Papæ, qui post Clementem decem annis successit, Clemens positus.* Hæc Scotus. Quibus & *Damasi* verba subjecimus; liberum Lectori judicium relinquentes. *Anacletus, natione Græcus, ex patre Antiocho, sedit annis novem, mensibus tribus, diebus duobus. Fuit autem temporibus Domitiani, à Consulatu Domitiani* X. *& Sabini, usque ad Domitianum decimo-septimo & Clementem Consules. Hic memoriam beati Petri* (opus oppidò memorabile & necessarium) *construxit & composuit, dum Presbyter fuisset à beato Petro; seu alia loca, ubi Episcopi revenderentur, sepulturæ. Ubi & ipse sepultus est in pace, juxta corpus beati Petri, tertio Idus Julii. Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem: Presbyteros* V. *Diacones* III. *Episcopos per diversa loca numero* VI. Atque hæc de Anacleto eruditè Damasus. Cæterùm, quod ad epistolas *Decretales Anacleti* attinet; alibi de iis, quid sentiendum videatur, referemus.

[s] *Contra hæres. l. 3. cap. 3.*
[t] *Lib 2 adversùs Donatist.*
[u] *lib 3. cap. 13. & lib. 5. c. 6.*

CLEMENS.

EXstant nõ ita multo antè editi, priùs etiam à Ruffino in latinum conversi, *libri Recognitionum Clementis*: in quibus de ejus origine, patriâ, parentibus, parentum fortunâ, & aliis, multa narrantur; quæ narrationem de eo prolixam instituere possent, si necesse videretur. sed quæ ex illis-ipsis libris Lectori petenda relinquimus; sicut & epistolas ejus *Decretales*; de quibus quid judicandũ sit, suo loco dicemus. Hic ordine, probatiorum, ut videntur quidem, Scriptorum testimonia commemoramus.

Primùm autem, de tempore & successione Clementis, *Ruffinus* indicationem, [x] de quâ suprà diximus, ponemus. *Quidam requirunt*, inquit, *quomodo, cùm Linus & Cletus* (Anacletum enim non habet) *in urbe Româ ante Clementem hunc fuerint Episcopi, ipse Clemens, ad Jacobum scribens, sibi dicat à Petro docendi cathedram traditam? Cujus rei hanc accepimus esse rationem: quòd Linus & Cletus, fuerunt quidem ante Clementem Episcopi in urbe Româ; sed superstite Petro: videlicet, ut illi Episcopatûs curam gerenti; ipse verò Apostolatûs impleret officium. Sicut invenitur etiam apud Cæsaream fecisse: ubi cùm ipse esset præsens; Zachæum tamen à se ordinatum habebat Episcopum. Et hoc modo utrumque verum videbitur: ut & illi scilicet ante Clementem numerentur Episcopi; & Clemens tamen, post obitum Petri, docendi susceperit sedem.*

[x] *ex Præfat. in libros Recognit. ad Gaudent.*

Epiphanius [y] autem (qui & ipse Anacletum nescit) de successione Episcoporum Romanorum post Petrum, hoc modo narrat. *In urbe Româ fuerunt primi Petrus & Paulus; Apostoli idem & Episcopi: deinde Linus; deinde Cletus; deinde Clemens, qui contemporaneus fuit Petri & Pauli. Hujus mentionem fecit Paulus, in epistolâ ad Romanos. Et nemo miretur, quòd ante ipsum alii episcopatum assumserunt; cùm sub Apostolis hi fuerint contemporanei Petri ac Pauli. nam & illi contemporanei Apostolorum fuerunt.* Sive igitur, adhuc ipsis superstitibus, *à Petro acceptâ impositione manuum episcopatûs; & eo recusato, remoratus est: (dicit enim in unâ epistolâ suâ: Secedo, abeo; erigatur populus Dei. Hoc enim in quibusdam Commentariis reperimus) sive post Apostolorum successionem, à Cleto episcopo hic constituitur: non sat clarè scimus. Verisimile tamen etiam hic potuit, superstitibus adhuc Apostolis, Petro videlicet ac Paulo, alios Episcopos constituere: præterea quòd Apostoli sæpè ad alias terras ablegabantur, propter Christi prædicationem. Non potuit autem urbs Roma sibi Episcopo esse. Paulus enim in Hispaniam profectus est: Petrus verò sæpè Ponticum & Bithyniam visitavit. Possibile est autem, postquam discessit ac recusavit Clemens, (si modò sic factum est. rationem enim sic ineo; non decerno) posita, post obitum Lini & Cleti, quorum uterque ad duodecim annos episcopatum tenuit, post sanctã Petri ac Pauli obitum, quæ contigit duodecimo anno Neronis, hunc rursùs coactum esse ad suscipiendum episcopatum. Attamen Episcoporum in Româ successio, hanc consequentiam habuit: Petrum & Paulũ, Linum, Cletum, Clemens, &c.* Hæc Epiphanius.

[y] *lib. 1. tom. 2 hæres 27.*

Irenæus [z] tamen (qui, ut & *Eusebius*, pro Cleto Anacletum habet) sic. *Post Anacletum*, inquit, *tertio loco ab Apostolis episcopatum sortitur Clemens: qui & vidit ipsos Apostolos; & contulit cum eis, cùm adhuc insonaret prædicatio Apostolorum & traditionem ante oculos haberet. Non solus enim: multi adhuc supererant tunc ab Apostolis docti.* Meminit hujus loci Irenæi, de Clemente, & *Eusebius*: [a] q & [b] de eodem hæc

[z] *lib. 3. cõtra Hæres. cap. 3.*
[a] *lib. 5. c. 6*
[b] *lib. 3. c. 4*

Digitized by Google

emilit. *Clemens, qui tertius eſt Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus conſtitutus, Pauli cooperarius & commilito fuiſſe, ipſius teſtimonio probatur.* Et rurſùs: [c] *Anno duodecimo Domitiani, ſuccedit Anacleto Clemens; quem cooperariũ ſuum fuiſſe, Apoſtolus, Philippenſibus ſcribens, dixit: Cum Clemente, & reliquis cooperariis meis, quorum nomina ſunt in libro vitæ.* Rurſus item: [d] Eo, inquit, *tempore* (anno I. Trajani) *Romanæ Eccleſiæ præerat Clemens; qui & ipſe tertium poſt eos, qui poſt Paulum & Petrum epiſcopatu illo potiti ſunt, gradum tenebat. Linus primus fuit: alter Anacletus.* Eadem & *Hieronymi* [e] de Clemente ſententia eſt. *Clemens*, inquit, *quartus poſt Petrum Romæ Epiſcopus fuit, ſiquidem ſecundus Linus fuit; & tertius Anacletus.* Tametſi plerique Latinorum, ſecundum, poſt Petrum apoſtolum, putent fuiſſe Clementem. Sic enim Petri ſucceſſorem Clementem [f] *Hieronymus* appellat. *Sabellicus*, [g] eum aliàs Petri, aliàs Cleti ſucceſſorem facit; hoc modo rationem incertam concilians. *Petrum*, ait, *Romam reverſum, Clementem Epiſcopum conſecravit, tradiditque ſedem obtinendam; & Eccleſiam ei commendavit piè & ſanctè inſtitutam. Ego, inquit, eam, Clemens, & ligandi & abſolvendi tibi trado poteſtatem; quam mihi Chriſtus reliquit: tu, rebus omnibus vitæ fortunæque contemtis, doctrinâ & oratione pium gregem, ut bonum decet paſtorem, tueberis.* Et rurſùm: [h] *Sedit Cletus*, inquit, *annos duodecim: in cujus locum Clemens, Roma in Celio ortus, ſuffectus eſt. Fuerat is à Petro, cum in humanis adhuc eſſet, ſucceſſor deſignatus. Caterùm, Linum primò, mox & Cletum, ut ſingulari fuit modeſtiâ, ſibi in honore prætulit.* Nunc de ſcriptis Clementis.

Meminerunt Epiſtolæ cujuſdam ejus ad Corinthios, *Irenæus, Euſebius, & Hieronymus:* quæ hodie nuſquam exſtat. *Irenæus* [i] verba hæc ſunt: *Sub Clemente, diſſenſione nonnullâ inter eos, qui Corinthi eſſent fratres, facta: ſcripſit, quæ eſt Roma Eccleſia, potentiſſimæ literas Corinthus; ad pacem eos congregans, & reparans fidem eorum, & annuntians quam in recenti ab Apoſtolis acceperat traditionem: annuntiantem unum Deum omnipotentem, factorem cæli & terræ, pſalmatorem hominum, &c.* De eâdem epiſtolâ, *Euſebius* [k] hoc modo: *Clementis una indubitata fertur epiſtola, magna hæc & admirabilis: quam tanquam è Romanâ Eccleſiâ, ad eam quæ Corinthi erat, tum ipſis exaravit; cùm apud Corinthios orta eſſet ſeditio. Hanc in multis etiam Eccleſiis, palam ac publicè jam olim, & apud nos quoque, legi cognovimus.* Et rurſus: [l] *Clementis*, inquit, *epiſtola, quæ apud omnes indubitatâ habetur, quam in perſonâ Romanæ Eccleſiæ ad Corinthios exaravit: in quâ, multis ſenſibus ex epiſtolâ ad Hebræos ſcriptâ adductis, imò & ipſius quibuſdam dictionibus ad verbum uſus, clariſſimè probat; non eſſe ſyngramma hoc, ad Hebræos ſcriptum; recens ac novum.* Et: *Alii, Clementem hunc, epiſtolam iſtam interpretatum eſſe, dicunt. id quod & magis veritati conſonum ob hoc eſſe videtur: quòd & conſimilem dictionis characterem utraque, & Clementis, & ea quæ ad Hebræos eſt, epiſtola continet; & ipſius utriuſque ſenſus non adeò procul inter ſe diſtant.* Eadem prorſus *Hieronymus*, ſeu quisquis autor eſt Catalogi: *Scripſit*, inquit, *Clemens, ex perſonâ Romanæ Eccleſiæ, ad Eccleſiam Corinthiorum, valde utilem epiſtolam; quæ & in nonnullis locis publicè legitur: quæ mihi videtur characteri epiſtolæ, quæ ſub Pauli nomine ad Hebræos fertur, convenire. Sed & multis de eâdem epiſtolâ, non ſolum ſenſibus, ſed juxta verborum quoque ordinem, utitur. Omninò grandis in utraq; ſimilitudo eſt.*

Idem rurſus [m] ejuſdem epiſtolæ ſic meminit, ex Pauli verbis: *Obſecro vos ego vinctus in Domino. Melius eſt, ſi vinctum Domini, in Chriſti charitate dicamus. cujus rei & Clemens ad Corinthios teſtis eſt, ſcribens: Vinculum charitatis Dei quis poterit enarrare?* Et alibi: [n] *Quærimus, inquit, quid ſit. In quibus aliquando ambulaſtis ſecundum ſeculum Mundi hujus? utrum nam & aliud ſeculum ſit, quod non pertineat ad Mundum iſtum; ſed ad mundos alios? de quibus & Clemens in epiſtolâ ſuâ ſcribit: Oceanus, & Mundi qui trans ipſum ſunt.* Incertum autem, utrùm ex eâ epiſtolâ, an ex alio aliquo Clementis ſcripto, *Baſilius* [o] hæc verba protulerit, in enumeratione teſtimoniorum Doctorum veterum de Trinitate: *Sed & Clemens Romanus; Vivit (inquit) Deus, & Dominus* JESUS *Chriſtus, & Spiritus ſanctus.*

Porrò, de alterâ quâdam epiſtolâ, aliiſque Clementis ſcriptis, *Euſebium*: [p] *Secundam iſtorum*, ait, *quòd & altera quædam epiſtola Clementis eſſe dicitur. Verùm hanc non perinde, atque priorem, claram & inſignem cognovimus. Neque enim Veteres illâ uſos eſſe ſcimus. Jam & alios quoſdam nuper multiloquos & prolixos commentarios, quaſi illius ſint, nonnullis protulerunt; ut qui Petri & Appionis dialogos continent: quorum apud Veteres prorſus nulla fit mentio. neque enim ſincerum reſtæ & apoſtolicæ doctrinæ charactherem tenent.*

De Libris Recognitionum, hæc *Hieronymus* [q] ex Ruffini ipſius verbis: *Clemens, Apoſtolorum diſcipulus, qui Romanæ Eccleſiæ poſt Apoſtolos epiſcopus & martyr fuit, libros edidit, qui appellantur ἀναβαθμοὶ, id eſt, Recognitio: in quibus cùm, ex perſonâ Petri Apoſtoli, doctrina quaſi verè apoſtolica in quam-plurimis exponatur; in aliquibus ità Eunomii dogma inſeritur: ut nihil aliud, quàm ipſe Eunomius diſputare videatur, &c.*

Epiphanius, [r] circuitionum & encyclicarum quarundam Clementis epiſtolarum, hoc modo meminit. *Utuntur*, inquit, *Ebionæi circuitionibus Petri appellatis, per Clementem ſcriptis: multa corrumpentes in ipſis; & pauca vera relinquentes. velut ipſe Clemens ipſos per omnia redarguit, in epiſtolis, quas ſcripſit, Encyclicis; quæ in ſanctis Eccleſiis leguntur: quòd alium habeant charactherem fides ipſius & ſermo, ab his, quæ ab illis ſub nomine ipſius in circuitionibus corrupta ſunt. Ipſe enim Virginitatem docet; & illi non admittunt. Ipſe laudibus vehit Eliam, & Davidem, & Samſonem, & omnes Prophetas; quos illi abominantur. &c.* Videtur huc reſpexiſſe *Hieronymus*: [s] *Clemens, ſucceſſor Apoſtoli Petri, ſcripſit epiſtolas; omnemque pene ſermonem ſuum de Virginitatis puritate contexuit.* Citat & *Athanaſius*, in diſputatione contra Arium, in ſynodo Nicenâ, quædam ex Clementis ſcriptis, hoc modo: *Clemens, Petri ſectator, iſtiuſmodi opinionem ſubrunt*; videlicet, Deum æternum non ex partibus conſtare.

Quæ poſtremò de libro, De vero Prophetâ, Clementis, *in lib. 1. Recognitionum* traduntur; in medio relinquimus.

Præfuiſſe Romano epiſcopatui Clementem annis XI. *Euſebium* [t] teſtatur; ſub anno Chriſti XCIIII.

CAPUT XI.

DE HAERETICIS.

De Simone Mago.

Simon Magus, in Samariæ vico, qui Triton, ut *Juſtinus* habet, dicebatur, (*Euſebius*, & alii, Gitton vocant) natus eſt. In Philoſophiâ ac literis eum à teneris fuiſſe inſtitutum & exercitatum, indè conſtat: quòd Philoſophorum de Diis nugas ſectatus, quæ ex Judaiſmo & Chriſtianiſmo mutuatus eſt, Ethnicis veteratoriè & aſtutiâ diabolicâ confirmare ſtuduit. Si quid Recognitionibus Clementis ad Jacobum tribuendum eſt; natus eſt Simon, patre Antonio; matre verò Rachel. In Græcis literis doctus, & orator fuit vehemens; & Dialecticæ diſputationum què peritiſſimus. Cùm autem alioqui confuſa dominaretur in Samariâ religio; quæ partim Judaicam, partim Ethnicam, ſapiebat: Simon, naturâ pravus, Diaboli inſtinctu, ingenio fortè etiam verſatili, doctrinæque, quam ſibi apud ſuos comparaverat, opinione fretus; majora portenta comminiſcitur; eoq; inſaniæ progreditur; ut auderet palàm ſe-ſe Deum vocare, ac divinos ſibi honores exhiberi poſtularet. Ut autem fidem mereretur; Magiæ ſe-ſe dediderat: vaniſq; ludibriis ac miraculis hominum oculos ac mentes ità faſcinabat; ut multi eum ſectarentur. Conflabat præterea his-ipſis præſtigiis magnam pecuniam. Porrò, exercuit Magiam longo tempore ante Chriſti paſſionem; nemine impediente. Sed poſtquam, Paulo Eccleſiam immaniter perſequente, Philippus in Samariam veniſſet, atque Euangelium Chriſti tradidiſſet; & multi cœleſti veritati accederent: inter alios & ipſe ſimulavit, ſe religionem Chriſtianam amplecti; ac Baptiſmum accepit. Sectatus etiam Philippum eſt ad tempus, miraculis ejus ſtupendis allectus. Poſtea verò, cùm Johannes & Petrus Eccleſiæ Samaritanæ manus imponerẽt; ac videret

Spiri-

---

[c] *Lib. eod. cap. 14. & 15.*

[d] *Lib. eod. cap. 22.*

[e] *In Catalogo.*

[f] *Lib. 1. adverſus Jovinian.*

[g] *Ennead 7. lib. 2.*

[h] *Lib. 4. Ennead 7.*

[i] *Lib. 3. c. 3.*

[k] *Lib. 3. cap. 16.*

[l] *Lib. eod. cap 37.*

[m] *Enarrat. c. 4. ad Epheſ.*

[n] *In cap 2 ad Epheſ.*

[o] *Lib. de Spiritu S. cap. 29.*

[p] *Lib. 3. cap. 38.*

[q] *Apolog. adverſus Ruffin.*

[r] *Lib 1. ſect. 2. hæreſi 27.*

[s] *Lib. 1. adverſus Jovinian.*

[t] *Lib. 3. cap. 34 & in Chron.*

Spiritum ſanctum miraculosè exhiberi: quod occultabat pectore, tandem patefecit: impudenter ab Apoſtolis petens, ut ſibi quoque illa ratio revelaretur; quâ poſſet Spiritum ſanctum, impoſitâ manu, largiri. Offerebat autem pro eâ cōmunicatione pecuniam. Putabat enim, magicis artibus, ſibi ignotis, hanc tantam rem effici. At Petrus, ubi vitium ejus animadvertens, graviter eum increpat: *Pecunia*, inquit, *tua tecum ſit in perditionem! quoniam donum Dei exiſtimaſti pecuniâ parari. Non eſt tibi ſors, neq; pars in hâc re: cor enim tuum non rectum eſt coram Deo. Pœnitentiam itaque age hujus nequitiæ tuæ, & roga Deum: ſi forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. Fel enim amaro video te eſſe, & ligatum iniquitate.* Simulat autem etiam tunc quandam humilitatem Simon; ac petit, ut Apoſtoli pro ſe preces faciant. Hæc *Actor. 8.* recipiuntur. Poſtea autem nihilo factus eſt melior; imò deterior. Nam, quæcunque ex Euangelio, de Chriſto, Spiritu ſancto, Hominumq; ſalute, didicerat; ad ſe transferre, & nefariè corrumpere auſus eſt: ſicut in Loco de Hæreſibus ſuprà dictum eſt. E' pœ ſtibulo publico Tyri Phœniciæ, quandam mulierem, Selenem ſeu Helenam, ad ſe pertraxit: eamq; finxit eſſe ſuam, tanquam æterni Patris cogitationem; per quam & Angelos creaſſet: eamq; Angelorum injuriâ in terris detentam; & in alia atq; alia corpora muliebria, veluti carcerem, abiiſſe conjectam. Eſſe hanc ipſam Helenam prorſus eandem, propter quam Trojanum bellum ſit geſtum; ſeq; nunc eā e tam longinquâ ſervitute redemturum: fide in hanc Helenam homines ſalvos fieri. ut refert *Irenæus*.

Romam venit ſub Claudio; cùm Euangelii lucem, quę paſſim in Aſiâ fulgebat, diutiùs ſuſtinere non poſſet: ibique brevi tempore ſtatuam publicè adeptus eſt: ut ex *Juſtino* ſuprà commemoravimus. Diſputaſſe Petrum cum Simone Mago, *libri Recognitionum Clementis* habent: qui cùm apud plerosque ſuſpecti habeantur; non libet ex iis plura commemorare. *Philaſter*, [x] de Simonis exitu, ſic narrat: *Qui cùm fugeret beatum Apoſtolum Petrum è Hieroſolymâ civitate, Romamque veniret; ibi que pugnaret cum beato Apoſtolo apud Neronem Regem: devictus undique oratione Apoſtoli, atque percuſſus ab Angelo, ſic meruit interire; ut ejus magia evidens mendacium cunctis hominibus patefieret.* *Epiphanius* ait; Simonem in mediâ Romanorum urbe collapſum interiiſſe. *Theodoretus* ait; Simonem vocâſſe Petrum ad certamen miraculorum: &, Simone in magnâ altitudine exiſtente, (volâſſe enim eum, miniſterio Diabolorum; alii dicunt) oratione eum à Petro deturbatum, ut in terram delapſus animam efflârit.

DE MENANDRO Mago.

QUæ fuerit Menandri doctrina; ſuo loco eſt expoſitum. Hîc verò tantùm *Juſtini* [y] de eo narrationem exponere libet; qui ſic ſcribit: *Menandrum verò quendam, etiam Samaritanum, ex vico Cappareteâ, qui Simonis diſcipulus fuit, à dæmonibus etiam impulſum, Antiochiæ cum eſſet, multos in errorem arte magicâ induxiſſe, ſcimus: idq; diſcipulis perſuaſiſſe, ſe non eſſe moriturum, ſuntq; nonnulli ab eo orti, qui hoc etiam nunc profitentur.* Hæc ille.

DE CERINTHO.

CErinthus, in Ægypto longo tempore verſatus, & in Philoſophicis ſtudiis exercitus eſt: ut *Theodoretus* narrat. Poſtea in Aſiam venit; ibiq; hæreſin ſuam profeſſus eſt. *Epiphanius* affirmat; hunc unum fuiſſe, qui Petro, venienti ad Cornelium, reſtiterit. Sed illuſtrem hiſtoriam, quam *Irenæus* [z] memoriæ prodidit, adſcribemus. *Subit*, inquit, *qui audierunt eum* (Polycarpum) *dicentem: quoniam Johannes, Domini diſcipulus, in Epheſo ions lavari, cùm vidiſſet intus Cerinthum, exſiluerit de balneo non lotus, dicens: Quòd timeret, ne balneum concidat; cùm intus eſſet Cerinthus, inimicus veritatis.* Hæc Irenæus. De reliquis Hæreticis ſatis, ex ipſe De Hæreſibus, eſt dictum.

CAPUT XII.

DE MARTYRIBUS.

DE Perſecutionibus, quas Diabolus & impius Mundus adverſus Apoſtolos, eorumque ſynergos, & Chriſtianos, paſſim moverunt; dictum eſt ſuo loco. Martyria Apoſtolorum, aliorumq; Doctorum Eccleſiæ, in Vitis eorum deſcripſimus. Hîc verò aliorum Chriſtianorum, qui non fuiſſent doctores; & tamen nihilominùs inſignes edidiſſent confeſſiones, & ſuo quoque ſanguine doctrinæ Euangelii teſtimonium perhibuiſſent, commemoranda erant martyria: ſi quid certi de iis apud veuſtos & probatos exſtaret autores. Venùm hac in re non-pauca nos deſiderare, queri poſſumus: tum propter probatorum Martyrologiorum defectum; tum propter fabuloſas narrationes, quibus Martyrum vitæ à Scriptoribus inepris deformatæ paſſim leguntur.

DE STEPHANO.

POterat Stephanus inter Doctores Eccleſiæ locum habere: ſed quia primus, poſt Chriſtum, martyrio ornatus eſt, & à Lucâ fide-digno teſte ejus hiſtoria deſcripta eſt, ut eſſet exemplum aliorum Martyrum; vitium eſt de eo, hoc loco, quantum in Actis habetur, commemorare.

Quis fuerit Stephanus, Græcus ne (ut ex nomine colligi videtur) an Judæus, ex quibus parentibus, & ubi natus, quomodo educatus; memoriæ non eſt proditum. Quòd Scholaſtici, collegii Libertinorum, & Cyrenenſium, & Alexandrinorum, & Cilicum, & Aſianorum, adeò eum infeſtarunt: conjecturam præbet, eum unum ex illorum numero forte antea fuiſſe. *Hieronymus ad Damaſum*, referente *Bergomenſe*, [a] & *Petrus de Natalibus*, Dorotheum citans; Stephanum unum ex ſeptuaginta diſcipulis Chriſti fuiſſe ajunt. Quæ res ſanè tuam, quam meretur, habeat fidem. *Euſebius* [b] enim, Septuaginta diſcipulorum Catalogum ubiam annotatum, negat: &, licèt quorundam meminerit, qui vulgò ex LXX. fuiſſe dicantur; tamen de Stephano id non dicit.

Donis multis egregiis, præ cæteris, claruit. Nam fuit plenus Spiritu ſancto, & ſapientiâ: quem abſq; dubio, ut alii in initio, ſenſibili modo ità accepit; ut veram doctrinam Euangelii rectè calleret, & linguis variis loqueretur, & miracula etiam in nomine Jeſu ederet. Commendatur etiam in eo integritas vitæ, & conſtantia in confeſſione, & patientia, & alacritas in cruce; & vera etiam in ipſa morte invocatio. Dono etiam prophetiæ ornatus videtur. Siquidem prædixit, (ut falſi teſtes calumniosè proferunt) Jeſum Nazarenum demoliturum Hieroſolymam, & mutaturum ſtatuta à Moſe tradita. *Actor. 6.*

Cùm Eccleſia Hieroſolymitana opus haberet Diaconis, qui bona communia curarent, & rectè diſtribuerent viduis & pauperibus; & Apoſtoli ſeptem viros, ſpectatæ probitatis, plenos Spiritu ſancto & ſapientiâ, deligi ad id miniſterium mandarent: ab Eccleſiâ inter alios etiam Stephanus electus, & ab Apoſtolis manuum impoſitione & oratione confirmatus eſt. In eo miniſterio Stephanus ſuâ diligentiam & fidem, non modò probavit Eccleſiæ & Apoſtolis: ſed etiam magis magisq; profecit; & ſua dona in ædificationem Eccleſiæ, & propagationem Euangelii, cōtulit. Nam & ipſe Euangelium profeſſus eſt; & miracula, ad doctrinæ confirmationem, multa in populo edidit; & plures, tum è populo, tum è Sacerdotũ numero, cōvertit.

¶ Capita doctrinæ ejus, ex concione, quã habet in Concilio Seniorum, colligere licet. Nam de Deo ſentit; q unus ſit Deus, qui ſe populo Judaico patefecerit. & expreſsè triũ perſonarum divinitatis meminit: [c] *Deus gloriæ apparuit patri noſtro, &c.* [d] *Video Filium hominis ſtantẽ à dextris Dei, &c.* &, [e] *Vos ſemper Spiritui ſancto reſiſtitis.*

Chriſtum Meſſiam eſſe, à prophetis prædictum, affirmat: [f] Occiderunt eos, qui prænuntiabant de adventu juſti illius.

De Creatione eum ſenſiſſe, quòd Deus omnia creârit; conſtat ex dicto, quod ex Eſaiâ allegat: [g] *Nonne manus mea fecit hæc omnia?*

Scrip-

[x] in Catalogo hæreſ.

[y] Apol. 2.

[z] lib 3. c. 3

[a] lib. 1. verſ. 9. & 1099.

[b] lib. 2. cap. 1

[c] Actor. verſ. 2
[d] verſ. 5
[e] verſ. 51
[f] verſ. 52

[g] verſ. 50

Sensit etiam, Angelos esse; eosq; Deo & hominibus inservire. Homines item peccatores esse, & proclives ad malum: Deumq; peccata peccatis punire. [h] *Nolarmur*, inquit, *patres nostri obedire sermoni; sed repulerunt, & aversi sunt.* Item: [i] *Dura cervice, & incircumcisis cordè & auribus, vos semper Spiritui sancto resistitis.* Item: [k] *Convertit se Deus, & tradidit eos, ut colerent militiam cæli.*

Legem asserit dispositione Angelorum latam, & Mosi traditam in monte Sina: nec jam servari, aut impleri à Judæis; sed per Christum impletam & abrogatam esse.

Externam Circumcisionem sensit significare internam. ait enim: [l] *Incircumcisi cordè & auribus.*

Evangelium sensit esse doctrinam de Jesu Christo, Messiâ jam, à Prophetis prædicto, suscipiente spiritum nostrum; hoc est, salvante animas nostras. Item, prædicandam esse pœnitentiam, suo exemplo monet. graviter enim Judæos objurgat, proditores & occisores Messiæ.[m]

Deum peccata remittere, indicat suâ oratione, cùm inquit: [n] *Domine, ne statuas illis peccatum hoc.*

De Oratione sensit; Christum esse invocandum, eiq; animas nostras commendandas. Item, orandum pro persecutoribus.

De Cruce: quòd, ob confessionem Christi, sanguis sit profundendus potiùs, quàm à veritate recedendum: & quòd Christus in cruce & afflictionibus adsit suis, eosque confirmet, & eripiat, & servet in regnum cœleste.

De Animabus: quòd fidelium animæ non simul cum corpore intereant; sed à Christo suscipiantur.

¶ Cùm non tantùm doctrinam Evangelii purè traderet; sed etiâ erroneas opiniones, tunc in populo Dei grassantes, refutaret: non poterat esse absque periculo & adversariis. Nam Scholastici, è collegiis Libertinorum, Cyrenensium, Alexandrinorum, Cilicum, & Asianorum, (in quorum numero Saul non erat postremus) à suis præceptoribus Pharisæis incitati, Stephano se opponebant. Is verò ad disputationem provocatus, non propter periculũ aut auctoritatem excellentium Doctorum, ut videri volebant, sibi loco cavet: sed palàm cum iis in arenam descendit; ad reddendam cuilibet suæ fidei rationem paratus.

Thema disputationis est; An Jesus Nazarenus sit verus Messias à Prophetis prædictus? &, An omnia, quæ de Messia sunt prædicta, in eum & opera ejus rectè competant? Stephanus affirmat ità esse: negant illi. Proferuntur argumenta in medium, contra sententiam Stephani. Verùm is ea ità refringit, & suam sententiã adeò testimoniis Scripturæ munit: ut non possint Adversarii sapientiæ & spiritui, qui è Stephano loquitur, resistere; sed evidenti demonstratione veritatis vincantur. Debebant illi quidé Stephano agere gratias, & veritatem manifestã amplecti: verùm, dum sibi suisq; Præceptoribus turpe fore existimant, si veritatẽ amplectant, & se errâsse agnoscant à suo spiritu, qui homicida est & mendax, incitati, consiliũ inierũt de Stephano interficiendo. *Act. 6.* [o] In hac deliberatione etiã Saul fuit, & suâ in necem Stephani consensit: *Act. 8.* [p] *& 22.* [q] Ut autem is majori hominum applausu è medio tollatur: subornant viros, qui deferant eum falsis criminationibus ad Seniores & Scribas, & dominos Præceptores. Cumq; omnia ex composito, secundùm voluntatem Seniorum & Præceptorum, qui perant Synedrio, essent perfecta & disposita: commovetur plebs; & in cœtum coëunt Seniores & Scribæ, tanquam legitimũ judiciũ habituri. Verùm Stephanus non citatur: sed violenter abreptus, in conciliũ producit. Præstò sunt accusatores; qui eum accusant blasphemiæ in Mosen & Deum. Confirmatur ea res testibus; qui coràm testantur, dicentes: *Homo ille non cessat loqui verba contumeliosa, adversùs locum sanctum hunc, & legem. Audivimus enim eum dicere, Jesus Nazarenus iste demolietur locum hunc, & mutabit traditiones, quas tradidit nobis Moses.* His prolatis, Seniores, qui in concilio erant, in Stephanũ intuentur; fortè ut irato suo vultu illum protelarent. verùm Deus Stephanũ orat innocentiæ testimonio; ut Angeli pulcritudo ex facie ejus reluceret, quæ res illos nihil movet. *Actor. 6.* [r] Princeps igitur Sacerdotũ ex Stephano quærit: num res ità se habeat? Is verò dicendi locũ & copiã nactus, edit suam confessionem oratione plenã, in quâ probat testimoniis S. Scripturæ: Deum populo Judaico promisisse Messiam, per quem oporteat homines salvari; cùm per Legis opera nemo possit, propter transgressionẽ. & deinde eum applicat ad Jesum Nazarenum: quem fuisse illum, quem perfixerint Prophetæ. Et gravissimè objurgat Judæos: quòd eum non modò prodiderint, & interfecerint; sed etiã ampliùs resistãt Spiritui S. per quem ad pœnitentiam vocantur. Hac confessione Stephani adeò exacerbantur, & ad iram inflammantur Judæis ut stridore dentium suum proderent furorem. Verùm Stephanus nihil curat inepta Seniorũ vulnus; nec eos simulatione, aut adulatione, aut deprecatione, placare instituit: sed, cùm in eo cardo rei verteretur; quòd illi existimabant, blasphemiam summam esse, affirmare, Jesũ Nazarenum crucifixũ resurrexisse, & ascendisse ad cœlos, & sedere ad dextram Dei, & effudisse Spiritum S. & gubernare Ecclesiam: Stephanus rotundè & expressè, se verè sentire ac credere, affirmat. Et Deus ejus confessionẽ singulari revelatione obfirmat. Intuens enim cœlum, videt gloriã Dei, & Jesum stantem à dextris Dei. Eam præfactionem non præterit silentio; sed palàm indicat, inquiens: *Ecce, video cœlos apertos; & Filium hominis stantẽ a dextris Dei.* Hãc contentionem, ut blasphemiam summam, excipiunt tantâ indignatione: ut aures manibus obturent, & magno clamore eum damnent; & impetum omnes in eum faciãt; & è civitate eum extrahant. Cùm ad locũ supplicii ventum est; depositis vestimentis, & custodiæ Sauli cõmissis, testes & alii Stephanum lapidare instituunt. Is verò in genua primũ procumbens, orat pro adversariis suis, inquiens: *Domine, ne statuas illis peccatum hoc.* Deinde se Christo commendat: *Domine Jesu, suscipe spiritum meum.* Atq; ita lapidibus obrutus, in Domino obdormiit. *Act. 7.* De tẽpore quo Stephanus interfectus est, variant autores. *Eusebius*[s] Stephani 34. anno Christi lapidatum asserit. *Evodius* verò, quem *Nicephorus*[t] allegat; anno 7. post ascensionem Domini.

[s] *in chronico.*
[t] *lib. 2. c 3.*

ANTIPAS.

ANtipæ martyris mentio fit, in epistolâ Christi ad angelum Pergamensem, *Apoc. 2.*[u] his verbis: *In diebus, quibus Antipas, testis meus fidelis, occisus est apud vos, ubi Satanas habitat.* Sed plura de eo non exstant.

[u] *vers. 13.*

LONGINUS.

VIncentius[x] de Longino milite, qui lanceâ Christo aperuit latus, longam & fabulosam texit narrationem: *quòd conversus, in Cæsareâ Cappadocia, 38. annis Monachum egerit; & ab Octavio præside interfectus sit: & eidem excæcato, & ad cadaver Longini pœnitentiam agenti, visum restituerit.* Verùm illa non tantùm superstitiosa; sed etiam idololatrica, & ab hoc sæculo prorsus aliena sunt.

[x] *Lib 7. cap 47.*

MARTYRES SUB NERONE.

FELICULA.

PEtrus de Natalibus[y] refert ex quodam Marcello: Feliculam, Petronellæ, filiæ Petri, collactaneã, cùm neque sacrificare, neq; Flacco Comiti nubere voluisset, 14. dies inediam pertulisse; & tandem in equuleo tortam, in cloacam abjectam periisse. Eadem *Vincentius*[z] narrat.

[y] *Lib 5. cap 112*
[z] *Lib. 9. cap. 58.*

THECLA.

PEtrus de Natalibus,[a] & Vincentius,[b] & alii Legendarium (ut vocant) scriptores, multa ridicula de Theclâ fabulantur: *quòd, Iconii à Paulo conversa, sponso Thamiro renuntiaverit datam connubio fidem; & professa sit virginitatem: & eam ob causam à matre accusata, & unà cum Paulo in carcerem ducta, & Paulo Iconio ejecto, ipsa in ignem conjecta; sed pluviâ ignem extinguente evaserit incolumis, & ad Paulum venerit; & se ad habitum viris tondere volentis vertit, ut Paulum sibi ubique sequi posset: verùm a Paulo id facere non sit permissa. Et quòd, ab Alexandro, cum ejus libidinem explere nollet; variis supplicionum generibus frustrà affecta, tandem sospes manserit: & tunica & virilem vestem induta, comitantibus quibusdam juvenibus, ad Paulum profecta sit: & denique ab eo discedens, Seleuciam pervenerit; ibiq; mortua sit.* Verùm Monachorum fabulas hæc redolent; & probatorum & anti-

[a] *Lib 8. cap 110.*
[b] *Lib. 9 cap. 47.*

[h] *vers. 39.*
[i] *vers. 51.*
[k] *vers. 42*
[l] *vers. 51.*
[m] *v. 52. 59*
[n] *vers. 60*
[o] *v. 9. 10.*
[p] *vers. 1.*
[q] *vers. 4.*
[r] *v. 11. &c*

quarum autorem [illegible] à doctrina, & à decretis Pauli alienissima esse. Nec tacta a concubitu solvi; quæ fœminas virginitatem [illegible] docuit: sed contrarium *Cor.* & *Moses* docuerunt.

Nec minùs fabulosa & superstitiosa sunt ea, quæ de *Euphemia, Dorothea, Tecla, & Indiana*, virginibus passis Aquileiæ, tempore Nervæ, sub Servilio Præside, narrat *Petrus de Natalibus*: quæ indigniora censemus, quàm ut commemorentur.

VITALIS ET MARTINUS.

RAvennæ Vitalem; Mediolani Mediolanum Ravennæ, cum essent in familiis Gabricii, unum ex illis ad idolum ghelii, & secum de abrogatione colloquio. Verùm Vitalem militem, cum Paulino judice ultimo ingressum, eum confirmâsse his verbis: *Exhibeat sacrificia Mediolanenses, qui alios extorsere confuevisse, ne ipsum æternâ morte occidat.* Quibus ille corroboratus, cervicem securi præbuit. Vitalis verò à suo domino discessit: & paulò pòst Christianus accusatus, vivus in terram defossus est. Uxor verò ejus, Mediolanum veniens, cùm increpuisset eos qui idolis immolabant, & ipsa de idolothytis edere recusaret, ad mortem usq; multata est.

PROCESSUS ET MARTINIANUS.

PRocessus & Martinianus milites, cùm custodirent Paulum & Petrum in carcere, mira oculis eorum conversi sunt, & petierunt se baptizari: & baptizati sunt, unà cum 47. aliis captivis. Id verò cùm Paulinus cognovisset, jussit eos sacrificare idolis. quod cùm facere recusarent; jussit eos partim lapidari, partim fustibus cædi, partim flammis uri, partim scorpionibus castigari. Verùm ultio divina eum subitò injecta est. Uno enim oculo privatus est: & à dæmonio exagitatus obiit. Nero verò eos tandem capite plecti jussit. *Vincentius*, [g] *Petrus de Natalibus, Supplementum Chronicorum, & alii similes.*

¶ Referuntur & alii Martyres sub Nerone passi: quales sunt, *Gervasius, Protasius, Nazarius & Celsus, Felix, Constantia, Torpetes, Torquatus, Secundus, Castulus, Aesyius, Euphrasius, Marcellus, Apulejus.* Verùm, cùm de iis fabulosa magis & superstitiosa, apud *Petrum de Natalibus, Vincentium, Antoninum, & in Chronicis reperiantur; quàm vera, commemorentur: non dubium Lectorem in vanitatem detorquendum & obtundendum.*

MARTYRES SUB DOMITIANO.

NEreus & Achilleus, cùm essent baptizati à Petro Apostolo, & sacrificare nollent idolis; capite cæsi sunt. *Vincentius*, [h] Cætera, quæ ibi de iis narrantur; quòd Domicillam à nuptiis Aureliani averterint, diadema virginitatem; veritati non sunt consentanea. Honorabiles enim apud omnes Christianos hoc sæculo fuerunt nuptiæ. *Hebræis.* [i]

CAPUT XIII.

DE REBUS MIRACULOSIS.

RErum miraculosarum, quæ ab Apostolis facta sunt, & circa eos contigerunt, catalogum, quatenus in sacris literis memoriæ proditæ sunt; suprà, inter Dogmatica, suo loco annotavimus. Hic verò de aliis rebus, quæ hoc ævo acciderunt, & memoriâ dignæ sunt, pauca commemorabimus. Sunt enim & ipsa testimonia Dei, omnia suo arbitrio [illegible] & impiissimum hominum improbantis & [illegible]

Circiter Claudii IX. & X. annum, in Græciâ, Roma, & in aliis terræ partibus, magna ubiq; gratia esurita fuit, [k] quam Agabus. *Actor.* [k] prædixit Antiochiæ. *Lucas, & Dion.*

Sub Claudio, Solis eclipsis [illegible] in ipso ejus Vitæ C[illegible] fuit: ob quam ne turbaremur alii Claudium [illegible] prædixit, & cautos indicavit. *Dion.*

Anno Claudii IX. Domini verò [illegible] [l] [illegible] tum; flatimq; simul in unum orbem [illegible]

Anno Claudii X. Comes longo tempore visus est; pluvia ut nemem; & fulmen de cælo in signa Prætoriana [illegible] [m] *in vita Claudii.*

Neronis [illegible] & defectio Solis actum: & quidem anno [illegible] mundi interpretis; & eorum, quæ ad Neronem spectarunt, [illegible] fit. *Dion, & Eusebius.*

Neronis X. urbs Roma à Nerone [illegible] & maximam partem exusta est. *Dion, Eusebius.*

In Asiâ tres urbes terræmotu concidernnt; Laodicia, Hierapolis, Colossæ. *Chronicon Eusebii.*

Sub Nerone, in Albano, tanto [illegible] pluit; ut fluvii sanguine fluerent: & mare, locustis ab Ægypto, magnam partem Lyciæ occupavit. *Dion.* [n]

Primo Vespasiani, Capitolium Romæ [illegible] conflagravit. Ejus verò anno VIII. tres civitates Cypri terræmotu corruerunt: & altero anno pòst, luctuosa Romæ fuit; ut per multos dies in Ephemeridem decesserit millia ferè mortuorum hominum referrentur. *Eusebius.*

Ante mortem Vespasiani, Cometa diu visus est: & monumentum Augusti ponte apertum est. *Dion.* [o]

Anno II. Titi, Vesevus, ruptus in vertice, tantum ex se ejecit incendii; ut regiones vicinas, & urbes cum hominibus, exureret. Ejus verò [illegible] descriptio integra, [illegible] *Plinio, & Dione, & aliis.* Verùm *Dionis* adscriptum [illegible] *id tempus accidisse in Campania horribilia quædam, quæ magnam admirationem habent. Nam sub autumni [illegible] ignis incendium repentè excitatum est: cujus montis Vesevi conflagravit. Is mons mare spectat, ad Neapolim; habetq; summitates maximas, ac olim quidem ex omni parte excelsus erat: sed nunc ex medio ejus igne exiit. nam ea parte tantum excisus est: extrinsecus enim integer permanet ad hæc tempora. Ex quo fit, ut, cùm ignis exteriores partes non exurat, cæpit quæ sunt in medio consumantur igni, redigunturque in cineres; vertices, qui circum sunt, usque adhuc veterem altitudinem habeant: & quæ pars igni consumta est, dum in se coit, concava facta sit; ita ut totus mons (si licet parva cum magnis conferre) formam habeat amphitheatri. Culmina ejus montis multas arbores habent, vitesque: ipse interius circuitu propter ignem declivis est, ut que fumum interdiu: ita noctu flammam reddit: [illegible] ut ex fulmentis cujusvis generis fieri semper videantur. Tanta vis ignis habeat: nec semper eodem modo, id magis aliquando, minusve, facit. ruinas, pulverem projicit, quoties fumi aliquid subsidit: ejulatusque fana, cùm impetu veterum, tum resonat, magnosque: quod minime vanum atque confictum est; sed varium & ærumnis refertissimum humanæ. Cùm igitur Vesevus ejusmodi est; hæc in eo quæ omnia fieri solent. Quæ cùm illis temporibus præter morem evenissent, magnaque adhuc esse videantur ea, quæa semper inspexerunt: tamen, licèt omnia simul cum cæteris, quatenus quoq, evenerunt, comparentur; parvâ habeantur necesse est. Etenim eo tempore magnus numerus hominum, immanitate magnitudine, quales Gigantes fingunt, in eodem monte, regionequè finitimâ, ac proximis civitatibus, interdiu nullâ, vagari, versariq; in aëre, visus est. Post hæc consecutæ maximæ siccitates: ex quibus ita gravis terræmotus factus; ut omnia ea planities ferè moveretur, & cuncta montium subsiderent. Ad hæc, finitimi fluvii terræmotu concussi, & super terram magnitudine fluctus, exhauserunt. Dein, mare simul fremere; omnemque ruinam ferre; ingenteq, & repentinum fragor, quasi montes simul concidissent, exaudiri. Tùm exsilire primùm ignitos lapides, & ad summos vertices pervenire: deinde magnâ copiâ ignis fumique, ita ut omnem aërem obscuraret, ecfundere, [illegible] solent, non aliter, quàm si defecisset. Igitur nox ex die, & tenebræ ex luce factæ erant; putantibus nonnullis, Gigantes [illegible] inter se fieri: quòd multæ imagines earum in fumo conspicerentur, quasq, clangor tubarum audiretur. Alii rursus alios, aut Montium in chaos ruinas, aut [illegible] ad eam [illegible] properabant. alii ex edito [illegible] alios de via ad se [illegible] cogere, alios, è mari in continentem, [illegible] excedentibus in mare, se recipere. Alii contubati, ea, quæ nondum vetustas [illegible] prægressa rebus præsentibus. Tanta verò erat copia cineris: ut terrâ, mariq, atq; adeò ipsum aërem, compleret. quæ res multa damna, ut [illegible] fors tu-

[illegible] lit, mu-

ist, importavit; non solùm homicidas, prodigos, perditos: sed etiam pisces voluptarios, aucupiorumque: denique artes, Musculorum & Ostreorum pascua, exercuisse docuerunt. Postremò, tantum fuit illis: ut eos pervertere in deterius, Syriam & Aegyptum; intra urbis Romæ, quæ omnia complexa fuerit, & sinus abscesserit. Ut nemo mirabitur posthac, hos ausos quæ ausi sunt, qui talia ausi sunt ad quæ facienda ex se in Campo, nec, quid esset, cujusvis ætatis pueri sciebant. Ubi enim ejusmodi cupiunt, omnia perfringunt, perfurunt, obruunt, interficiunt, ædificant. Ita ad malum deterius potiùs, quam humanum fuit. Licet enim ex iis, quæ commemoravi, cætera, quæ in eo incendio perierunt, conjicere.

CAPUT XIV.

DE REBUS JUDAICIS.

ULm, à priscis Regibus, Judæi passim gentibus aliis permixti agerent, civitatumque & municipiorum jus cum aliis ex æquo accepissent: demum ea illis libertas ab Augusto Imperatore restituta, & confirmata est. Is enim publicis (quemadmodum *Josephus*[a] testatur) edictis statuit: concedendum Judæis esse; ut propriis ritibus, moribus ac legibus, uterentur; ac in fanis suis jus asyli integrum retinerent: in sabbato, ad præstanda vadimonia, à nemine nisi; cogerentur; nec eos quisquam, in deportandis primitiis ac pecuniis ad templum, impediret. Quorũ similia edicta, pro illis, etiam Agrippa Rex promulgavit. Exempla Josephus, in eo, quem jam diximus, loco, adduxit.

[a] Lib 15. Antiquit. Jud c.4 & lib 19 cap.10.

Sed Augusto è medio sublato, cùm in regnum Tiberius, privignus ejus, successisset: & hæc Judæorum felicitas, ut & commoditates aliæ in universum omnes, in præceps abire paulatim cœpit: donec tota ea gens, variis priùs excruciata modis, paucissimis relictis, è medio sublata atque extincta est. Cujus miserandæ fortunæ initium dedisse, *Egesippus*[q] & *Josephus*[r] existimant, Pilatum, provinciæ Præsidem: eò quòd Tiberii Imperatoris imaginem collocari in templis Judæorum instituisset. Quod, ut à patriis legibus alienissimum, indignè populus Judaicus ferens, palàm quidem Pilato restitit. eâq; re factum est, ut ad mortem multos repugnantium Pilatus adegerit. Cæterùm & Tiberius ipse antea Judæis, usurpatione juris ac religione, per edicta potestatem fecerat; intercedentibus proiis Agrippâ & Herode: quemadmodum *Josephus*[s] narrat. Pilatus verò, populi ejus studium circa religionem admiratus; cùm exsertis cervicibus interfici se potiùs malle, quàm leges profanari, palàm dixissent: imagines, quas per noctem in urbem intulerat, auferri paulo pòst curavit. Atque hic quidem Judaicæ gentis sub Tiberio status fuit.

[q] de Excid. Hierosol. lib 1 c 3 & 5
[r] de Bello Jud l.2 cap 8.
[s] Antiq. Jud.lib.8 cap.ead.

Tiberium verò secutus in Imperio Caius, ut Deum se adorari ab illis, ac pro numen suum jurari, postulavit. Quod cùm facere illi detrectarent: iratus Caius, Petronium legatum in Syriam misit, cum mandatis; ut statuam suam in templum eorum poneret. quod si minùs admitterent: bellum in eos moveret; ac victos imperata facere cogeret. Ubi rursus Judæi, mori potiùs parati, quam religionis profanationem admittere; ipso sementis opportuno tempore, agriculturæ operas omnes intermiserunt. *Josephus*.[t] Ac potuisset tùm quidem, per iratum & furiosum Imperatorem, extingui maxima ejus gentis pars, aut universa adeò, juxta Christi vaticinium: nisi brevius fuisset illius imperium; & voluntas Dei, aversa à Judæis, exemplis indignationis suæ magis conspicuis perdere eos decrevisset ut *Egesippus*[u] ait.

[t] Antiq. Jud.l.18. cap.11.
[u] de Excid. lib 2 c 5 & 15.

Oppressa igitur vehementer Judæorum gens, sub Cai-

Imperio, ea interfectorum insontium strage, & apud Alexandriam primarum nimirùm ejus urbis partium, & sub Neronis Imperatoris: qui edicta Augusti pro Judæis denuò promulgavit, in toto orbe Romano, pro sanctis custodiuntur; ita tamen, ut modestè in se gerentes nec, religionem sub liberè utentes, ritus patrios gerant: nec, ut quid indebitum dicam, conspirare, *Tacitus*.[x]

[x] Ancip. lib.19.c.4

Sed hoc non Claudii beneficium, sed meritum erat, nihilum apud illos non valuit; ut à tumultibus abstinerent. Levibus enim rebus lacessiti, in motus illicò & arma, ut qui exitium sibi-ipsi accersere festinarent, ruere se effudere. Cùm Prætorem Judææ præficeret Claudius Cumanum; multitudo Judæorum, ex urbe, Hierosolymis, ad diem festum azymorum, frequens convenisset: Romanorum militum cohors ad prohibendos & compescendos collocata erat; ut, si quid perturbationis ab his exortum foret esset, illi reprimerent. Ex illis igitur quidam, redactis turpiter vestimentis inclinans, posteriora nuda ostentavit ad faciem Judæorum; vocem emittens, ficut ad hujusmodi habitum solet, parùm verecundam. Quod factum cùm commodum fuisset Judæis: illi tamen occasionem arripuerunt gravissimæ calamitatis. Omissis enim illis, propter quæ in templum convenerant; Cumanum circumstetère: militèm illum, quasi qui non ipsis, sed Deo, commotias fecisset, ad supplicium deposcentes. Juvenes verò, nec à pugnâ sibi cæperunt; sed saxa correpta in milites Romanos conjecerunt. Metuens igitur Cumanus, ne in se furentis totius multitudinis rueret impetus, evocatam ocyùs majorem armatorum militũ copiâ templi porticibus immisit. Ad quod multitudo animis consternata, templo relicto, in fugâ versa est. Tanta autem ibi de confligentibus obtritio facta est: ut, conculcatione mutuâ, supra decem hominum millia (uti *Josephus*[y] refert: vigintì verò; ut idem alibi[z]) consùta sint. Quo ingenti luctu nondum sedato; Judæus, ad festivitatem ascendens, in vico quodam Samariæ, fortè interfectus est. Quam injuriam ad Cumanum quidam Judæorũ nobiliores retulerunt: sed aliis implicatus negotiis Cumanus, homicidium illud, in gratiam Judæorum, ulciscì nùm nequivit. Commota igitur universa, quæ in festivitate adhuc erat Hierosolymis, multitudo, latrocinantiũ more in Samariam irruit, sinè aliquo duce; principes tantùm in eo tumultu sequens, Eleazarum quendã & Alexandrũ: ibiq; cædẽ promiscuam edidit, nullo parcens ætati; vicos etiam præterea totos flammis vastans. Ubi rursus Cumanus, immissis in Samariã equitibus, Judæorũ cõplures occidit: nonnullis vivis comprehensis; quos postea Syriæ præses Quadratus in crucẽ omnes sustulit, apud Cæsaream. *Josephus*.[a]

[y] de Bello Jud.lib.2. cap.11.
[z] lib. 20 cap 4.
[a] libb. & capp. ubi

Longum verò est; commemorare; quot turbas, maximâ suâ cum pernicie, dederint Judæi passim in Judæâ, sub procuratore Felice; qui magnas eorum multitudines frequenter cæcidit: aliis insuper in vincula conjectis; aliis ex privis abductis. Ne quid dicamus, quàm multi Hierosolymis, per sicarios, mirabili omninò impostura, & latrocinandi arte, cæsi sint: quot item maximæ multitudines circumventæ & occisæ, quæ seductores & pseudoprophetas, pollicẽtes signa libertatis è cœlo, in solitudines & montes, defectionis specie, secutæ fuerãt. *Josephus*,[b] & *Egesippus*.[c]

[b] lib. 2. Belli Jud. cap 12. c lib. 2. Excid. c.6 & 7.

DE JUDAEORUM CALAMITATIBUS SUB FLORO.

PRocuratorem Felicem, Festus, Albinus, & Florus, successores secuti sunt, sub Nerone. Quæ in tantas seditiones, latrocinia, dissensiones, insolentiã, & rebelliones, Judæorum gens erupit; ut nullis unquam temporibus, exactionibus, supplicĩis, cædibus, coërceri potuerit. Multos tùm seditiosè tumultuantes, supplicĩis exercuerunt Festus & Albinus; fugitivos quidem, & ergastulorum hominum magis, qui prædatores: sed quos omnes, ut sæpe in eos, & sæviùs, Florus exsupavit. Dignitatis enim rerum suarum existimationem nullam habens, omnia pro libidine perpetrabat. Nec [illegible] innocentem [illegible] & ad stupra virgines & matronas honestas Judæorum coëgit: verum etiam pugnas [illegible] quæcunque bona diripiebat. Quædam [illegible] Hierosolymis:

ubi,

gor, depulsis omnibus privatis & publicis locis, nobiliores capros in [illegible], & veteres principes; reliquam verò parvulorum & mulierum [illegible] numero [illegible] & trucidatos. At [illegible] bello inter Judæos & Romanos [illegible] anno scilicet Imperii Neronis [illegible] mense Maio, cùm plurimarum fraudium Florum Judæi accusarent; eumque pejore provincia expelli à Romanis expeterent. Sed id cùm minùs fieret in omnem Romanis rebellandi ruinam Judæos armavit. *Josephus*,[a] & *Hegesippus*.[a]

[a] lib. 2. c. 13. & 14.

[b] lib. 2. c. 8.

Interea sit quidem [illegible] Agrippæ Regis compositissima oratio, ad hæc singulari [illegible] prudentiâ formata; qua à rebellione Judæos in Romanos, quorum imperium totius fere terrarum orbis, deterret. Ea à belli quidem studio tùm retraxit. Sed, postquam cohortatus eos esset, ut se Floro subjicerent, ac parerent; ibi verò tùm eos irritavit Agrippæ admonitio, ut non convitiis eum solùm impeterent; sed & turbe potius lapidibus insectarentur. *Josephus*,[b] *Hegesippus*.[b]

[b] lib. eod. cap. 6.

Paulo pòst in spectatum congressi, qui inter Judæos seditionis maximè & belli studiosi erant; isque Romanorum præsidium, quod Massada diceretur, impetum faciunt; milites Romanos omnes interfecerûnt: collocatis aliis ex suorum numero, qui præsidium custodirent. In templo verò Hierosolymis, Eleazarus, Ananiæ Pontificis filius audacissimus, ministris ad sacrificia sollemnibus persuasit ne cujusquam munus aut hostiam, qui non esset de gente Judæorum, admitterent. Quo factum est, ut Cæsaris hostiæ, quas ex consuetudine pro populo Romano offerri consuetum erat, rejectæ sint. Quæ res belli Romani (ut *Josephus* ait) seminarium fuit, atq; materia. Ac, ut maximè audaciam confidentem juvenum cohibere quidam Seniorum, qui de veteri more eos de periculis futuris admonebant, conarentur: nihil tamen profecerunt. Nec Agrippæ quidem studium, qui in terrorem seditiosis juvenibus, populo supplicias in urbem ipsam misit, quicquam profecit. Sed, cùm exercitus Agrippæ cum optimatibus, Pontificibus, atque cum [illegible] manu, quæ pacis amans esset, in superiorem civitatis partem concessisset: illi inferiorem partem & templum occuparunt; atque indè in continuos septem dierum pugnæ cum eos lacessiverunt; quarum finè gravi cæde nulla facta est. Progressus à solio sorò pars etiam ad incendia est nobilium domorum: ut Pontificis Ananiæ, Agrippæ, & Berenices. Mox in Antoniam, Romanorum præsidium, impetu facto, quotquot ibi offendissent, interemerunt; ac præsidium incenderunt. Deinde, in regiam Agrippæ irruptione tentatâ, milites impositos adorti, muros; everere moliti; sed à militibus Agrippæ cæsi sunt. *Josephus*,[c] *Hegesippus*.[c]

[c] lib. eod. cap. 19. [d] lib. 2. c. 10.

DE STRAGE JUDAEORUM APUD Cæsaream & Scythopolim.

POst interfectum Pontificem Ananiam, cum fratre Ezechiâ, quòd à paucis Romani exercitûs steterint; cùm Metilio, Romanorum præfecto, dextras & sacramentum dedisset Eleazari manipularii, pacem se scilicet cum exercitu Romano servaturos: interimit, cùm arma Romani deposuissent, nihil hostile post pactionem metuentes; Judæi, impetu in eos facto, omnes præter Metilium trucidarunt. Quod Judæorum externis calamitatis secunda quasi causa & materies fuit. Quo eodem die atque horâ, aliquâ quasi cœlesti incitati providentiâ; Cæsaream, Judæos apud se habitantes omnes, super viginti millia, trucidarunt; Floro duce. Post quæ facinora, in furoré agitata tota Judæorum gens, vastationem & cædem plurimis Syriæ finitimis locis intulerit, urbes inter cæteras veribus insepultis replerentur; & miserabili [illegible] passim jacerent trucidati, sexus parvulis mixti; nec [illegible] verò nec pudendis contecta. Paulo pòst in Scythopolitanos [illegible] à Scythopolitanis, non in urbem; [illegible] vicinum, inermibus, interfecti sunt [illegible] *Josephus*.[d]

[d] lib. eod. cap. 19.

DE ALIA JUDAEORUM IN DIversis [illegible] gravi cæde.

SCythopolitanorum exemplum [illegible] reliquæ Gentilium urbes; habentes [illegible] In-

Jonæ, pauci [illegible] omnes perierunt sunt: & aut trucidatos; aut [illegible] vinctos privarunt. Duo millia & quingentos Ascalone; Ptolemaïdis duo millia, interfecit. Tyrus, plures [illegible] interfectis, cæteros in custodiis vinctos asservavit. Quin & ipsius Agrippæ regno, [illegible] Judæis acerba parata est. In quâ, Agrippâ apud Cæsaream Caïum Antiochiæ commorante, de Antiochenibus [illegible] gressi septuaginta nobiles & primores Judæi, à Varo Agrippæ amico, cui ejus ille administrationi [illegible] commissa, interfecti sunt.

DE MISERABILI ET GRAVI CAEDE Judæorum apud Alexandriam.

CUm in præcipitium adductus, quod omnes penè gentes, & res Judæorum laborarét: apud Alexandriam, ubi alioqui perpetui eorum adversùs Græcos conflictus erant, calamitas rerum maximè ardua est. Fortè congressi Alexandriæ in concionem forenses de legatione ad Imperatorem pro certis negotiis mittendâ, consilia caperent: ubi, cùm in amphitheatrum, in medios Græcos, se inculsissent plurimi Judæorum; conspecti à Græcis, verberati sunt; & [illegible] quasi exploratores essent, comprehensi. Quâ re commota universa Judæorum factio, rapis facibus, in amphitheatrum impetum facit, populum omnem concrematuro. Dehortatus Judæos ab audaci facto, & periculo suo, quod à milite Romano in eos redundaturum esset, nisi quiescerent, Tiberius Alexander; desertus est. qui compesci non posse Judæos tumultuantes [illegible] veretur, duas militum Romanorum legiones, cum [illegible] quinq; millibus militum, qui casu ad interitum [illegible] ex Libyâ eò venerant, in eos immisit: præcipiens, ut non interficerent solùm miseram multitudinem; verùm bona etiam eorum [illegible] perent, domosque succenderent. Quæ jussa strenuè exsequi Romani milites, defatigarunt; nullâ aut ætatis alicujus, aut ordinis & dignitatis, ratione habitâ: adeò ut eorum locus, qui in eâ civitate habitandus Judæis peculiariter concessus erat, sanguine redundaret; cæsis hominum millibus quinquaginta. *Josephus*,[f] *Hegesippus*.[m]

[f] lib. 2. c. 21. [m] lib. 2. c. 11.

DE CLADE JUDAEORUM, Asture Cestio.

CEstius item, militum in Syriâ præfectus, cùm furentem Judæorum rebellionem cognovisset; occasionem quasi bellum, gentis contumacem coërcendi, arripuit, Agrippæ copiis sepositis. Ac Zabulon primùm, urbem nobilissimam Galilææ, [illegible] incolæ, relictâ in eâ abundanti omnium rerum copiâ, in montes profugerant, populatus est; &, præda direptâ, incendit. Deinde verò Joppen cepit: ac, post [illegible] centum [illegible] & quadringentos, civitatem incendit; [illegible] & de, igne, & populationibus, in vicinos quoscunque Cæsareæ vicos, & Samariæ topariam Narbateam. *Josephus*,[n] *Hegesippus*.[o]

[n] lib. 2. c. 22. [o] lib. 3. c. 14.

DE OPPRESSIONE JUDAEORUM per Damascenos.

MIsit jam Cestius in Galilæam Cæsennium Gallum, duûmvirem Romanæ legionis; qui, post interfectos in montes Galilææ Asamon circiter Judæos bis mille, [illegible] aliquot deinde, vacua incolis reperta, diripuit & incendit. Ipse verò Cestius castra prope Hierosolymam posuit. Sed aliquot præliis infeliciter cum Judæis commissis; obsidione prohibitus, noctu per fugam inde recessit. Hujus ut maximè auspicia Judæi valerent: multorum nobiles Judæos mortis; ut creditum, quasi ex navi [illegible] post fundatis institutæ. [illegible] Accessit eò, quod & Damascenos, Judæos apud se habitantes exuti, congregatos in synagogis cæsos mille [illegible] *Josephus*.[p] *Hegesippus*.[q]

[p] lib. eod. cap. 23. [q] lib. eod. cap. 18.

DE GEMINA JUDAEORUM CLADE ad Ascalonem.

FEstus [illegible] Cestio, Judæorum gens; ad bellum contra Romanos, [illegible] habuerat consilium, [illegible] legibus, ac [illegible] jam conatu omnia parabat & adornabat: etiamnè cogitaru per iratum Deum exitio & calamitati sibi futura; in quibus

munitionis ac defensionis & tormentorum aut machinarum collocassent. Nactus igitur occasionem, reverbutile ab Vespasiano nomen Imperatore delignato, Orientis toto, veterem & confirmatam opinionem: esse in fatis eo tempore Judææ profecti rerum potiturum, Iudæ Imperatore Romano prædictum, Judæi ad se traherent, rebellarunt. Scripsit & Josephus hanc responsio ambiguo Judæos maxime ad bellum inflammatos. Nihil igitur morati, quòd, post infelicem Cestii pugnam, Nero Imperator gerendis bellis exercitatissimum Vespasianum, in Syriam jam, ad contundendos Judæos miserat; qui & Titi filii communes operas, & vicinorum undiq; per eam terram auxilia, sibi adjunxerat: animis in perniciem & exitium propriæ excitati, Ascalonem bello impetierunt. Civitas ea est antiqua, & ducentorum ac viginti stadiorum spatio à Hierosolymis distãs: quæ & ante has urbes, propter Romanos, Judæis semper invisa fuerat. Sed ad eam infelici prælio cum Romanis cõmisso, primum decies mille; postea, per temeritatem & audaciã inconsultam, bello ad idem oppidum iterato, octies mille Judæi interfecti sunt. *Josephus,* [1] *Egesippus.* [2]

DE JUDÆORUM OPPRESSIONIBUS, in diversis locis, per Vespasianum.

ADducto igitur in Galilæam universo exercitu; Gadarẽsium civitatem Vespasianus primus expugnavit: omnesq; in eã Judæos invictos interfecit, nullius ætatis respectu habitò. *Josephus.* [1] Jotapatan deinde obsidione cinxit, atq; aliquoties impugnavit. Ab eã verò Trajanum, decimæ legionis rectorem, in finitimam quandam Jotapatæ civitatem, Japhan nomine, cum exercitus parte misit: qui, captâ civitate, vigesimo-quinto mensis Junii die, ad quindecim hominum millia interfecit; ducibus millibus, centum & triginta, captivis abductis. *Josephus.* [a]

Interea Samaritanorũ multitudo numerosa in Garizin montem confugerat. quorum motus & conspirationem Vespasianus metuens, Cerealem tribunum cum exercitu ad eos misit. Cui quum, ad fœdus, atq; ut arma abjicerent, hortanti, parère noluissent; occisi omnes sunt, septimo & vigesimo Junii mensis die. Erant autem undecim millia & sexcenti. *Josephus.* [3]

DE JOTAPATAE EXCIDIO, ET Judæorum clade.

IOtapata, urbis munitissima, quam multis diebus & difficili ac duro labore Vespasianus obsederat, tandem capta & excisa est, Calendis Julii: numeratáq; in ea mortuorum sunt millia quadringenta; captivis abductis mille-ducentis. In eo excidio Josephus, qui hæc etiam de Judæis scripsit, comprehensus, & ad Vespasianum ductus est. Cui quum prædixisset, eum & filium Titum Imperatores, post Neronem, & dominos terræ marisq;, ac totius hominum generis, fore; vivus servatus est. *Josephus.* [4]

DE JUDÆORUM CLADE APUD Joppen.

VAstatam antea per Cestium Joppen, qui vel per seditionẽ à Romanis defecerant, vel ex urbibus eversis, elapsi fuerant, occuparant. Quo comperto, Vespasianus equites eò simul & pedites misit: qui civitate non custodita, facilè potiti sunt. Sed incolæ ejus, qui irruptionem præsensissent, naves ad fugam paratas peciverunt; turrẽsq; eas mari ab hostibus fore arbitrati. Quod ipsum verò contrarium ipsis fuit exitio. Siquidem, cùm eã, in quã navigio confugerant, parte, mare ita copulosum esset; coorta tempestate violentã, navis inter se-le aliæ, aliæ ad scopulos collisæ sunt. Apud terrã verò ab hostibus, fugam spectantibus, multi ululatus, navibus collisis, quod pars scilicet fluctibus obruerentur, pars naufragiis implicati onerarentur; nonnulli & gladiis sese transfigerent: adeò ut sanguine pelagus redundaret; omnesq; ora maritima cadaveribus opplerentur: cùm etiam ad littus appulsos, stantes in eo Romani interficerent. Ita totidem igitur hostium, mortuorum corpora ejecta sunt, quater-mille & sexcenta. Ipsa autem civitas fundùs diruta est. Eversa verò civitate & oppidis in confinio Joppes positis. *Eusebius.* [5]

DE DEDITIONE TIBERIADIS, ET Sepphoris, ac exitio Taricheæ.

DEterrerat jam apud se, multiplicẽ Judæorum contumaciam, mollitia magis magisq; experiens Vespasianus, totum ea pervertere, ubicunq; ejus adhuc reliquiæ essent, in universum excindere. Intrãsse igitur Agrippæ, cupiditatem ejus videndi, per eãdem professus, Tiberiadis, ad quam cum exercitu Valerianum miserat, post difficilem quamvis oppugnationem, in deditionem cunctæ accepit. Indè Taricheas civitatem, ad lacum Genesarum sitam, & muro validissimo à Josepho cinctam, obsedit: eamq; initiis aliquot præliis, atque ut perentis, aut in fugam versis resistentibus, tandem superavit, magnamq; in civitate turbam interfecit: plurimis, qui in scaphas ad fugã instructas se recepissent, & postea pugnã sese opposuissent, miserabilem in modum trucidatis: adeò ut & sanguine mixtus, plenusq; cadaveribus, lacus flueret. Cum illis enim, qui in civitate pridem perierant, sex millia erant & quingenti: præter advenas, quos ex civitate, sub salutis specie, dimissos, in itinere occidi curavit, quorum mille & ducenti erant: præter 6. millia robore præstantium juvenũ, quos ad Isthmum Neroni in Achaiam, ad fossuras exercendas, transmisit; & promiscuam multitudinem, quam vendidit; plures etiam, quos Agrippæ dono misit. quorum omnium numerus ad triginta-millia & quadringentos excurrebat. *Eusebius.* [6]

DE OBSIDIONE GAMALENSIUM.

COntra Taricheas sita supra lacum civitas Gamala, & loci naturâ inexpugnabilis, & firmissimis muris à Josepho cincta, Romanis rebellare coperat, die vigesimo-primo mẽsis Septembris. Eam igitur adorti Romani, frustra quidem, nec sine ingenti suorum clade primùm, oppugnarunt. Postea tamen, die scilicet vigesimo-secundo Octobris, bello repetitã, die vigesimo-tertio ejusdem mẽsis expugnarunt; cæsis in ea hominibus quatuor mille: exceptis quinque millibus eorum, qui seipsos præcipites ad mortem dederant. *Josephus,* [b] *Egesippus.* [c]

Ac subacta à Romanis jam tota fuerat Galilæa; præter oppidũ, quod adhuc restabat, Giscala nomine: in quo ad rebellionem incolas animaverat Levitæ cujusdã filius, Johannes, homo perditissimus. qui, fallaces cũ Tito inducias per sabbatum pactus, noctu clàm fugit, & in Hierosolymas se recepit. Quæ res expugnationi Hierosolymæ, Deo ita exitium toti genti Judaicæ irroganti, postea præbuit. Johanne igitur per fugã elapso; multitudo, pacis alioqui cupida, Tito urbem ultrò dedidit: nec in aliquos sævitum ibi a Romanis est; præterquàm in duos propemodum millia, qui cum Johanne abierant. Illi enim in itinere, quum Hierosolymam, quæ jam ingressus Johannes erat, nondum cõtigissent, cæsi sunt: reliqua turba mulierum ac puerorum, Giscala reducta est. *Eusebius.* [d]

DE CAUSIS EXCIDII SACERDOTII, & Regni, & Gentis Judaicæ.

DE lamentabili Hierosolymorum & totius gentis excidio, ejusq; causis, concionatus est Christus, Lucæ [e] in hunc modum: *Et ut appropinquavit, videns civitatem, flevit super illã, dicens: Si cognovisses & tu, & quidem in die tuã ea quæ ad pacem tibi sunt; nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & cingent te, & coangustabunt te undiq;, & ad terram prosternent te, & filios tuos qui in te sunt. Et non relinquent in te lapidem super lapidem: eo quòd non cognoveris tempus visitationis tuæ.* Neglectum igitur tempus visitationis, fuit causa tantæ tum calamitatis.

Persequutionem verũ Christi & Ecclesiæ, & Evangelii, his malis causatam abusse; Paulus meminit, 1 Thessal. [f] *Vos enim imitatores estis, fratres, Ecclesiarum Dei, quæ sunt in Judæa in Christo Jesu: quod eadem passi estis & vos à cognatis vestris, quemadmodum & ipsi à Judæis: qui & Dominum occiderunt Jesum, & prophetas proprios expulerunt: & Deo non placent, & omnibus hominibus adversantur: prohibentes nos gentibus loqui ut salvi fiant, ad supplendum semper peccata sua. Pervenit autem in illos ira finem.*

Quæ ira Dei, per Hadrianum venit Judæis

[1] lib. 3. c. 6. [2] lib. 3. ca. 6.

[a] lib. end. cap. 11.

[3] lib. end. cap. 13.

[4] lib. end. cap. 13.

[5] lib. end. c. 15.

[6] lib. end. c. 18. & 19.

[b] lib. 4. c. 5. [c] lib. 4. c. 5.

[d] lib. 4. c. 4.

[e] v. 41 &c.

[f] vers. 14. 15 16.

Matth. 12.

iubis resistam, voluit publicum facere testimonium, exhibito Messiâ, & abrogatis mandatis Moysis.

Quarta illa est Dei humanam naturam sua fraude adversus omnes illos, qui Christi Evangelii propagatori, discipuli, & perfugarum essent. Loquitur de hac causâ Paulus, *Rom. 11.* 5 *Dico igitur: Ne offenderunt, ut caderent? absit. Sed illorum delicto salus gentibus, ut illos æmularentur.* 11 *Si enim delictum illorum divitiæ mundi, & diminutio eorum divitiæ gentium, quanto magis plenitudo eorum?* 12 *Vobis enim dico gentibus. Quamdiu quidem ego sum gentium Apostolus, ministerium meum honorificabo.* 13 *Si quomodo ad æmulandum provocem carnem meam, & salvos faciam aliquos ex illis.* 14 *Si enim amissio eorum reconciliatio est mundi, quæ assumptio, nisi vita ex mortuis?* 15 *Si autem primitiæ sanctæ, & massa: & si radix sancta, & rami.* 16 *Quod si quidam ramorum fracti sunt, tu autem cum oleaster esses, insitus es in illis, & socius radicis, & pinguedinis olivæ factus es.* 17 *Noli gloriari adversus ramos. Quod si gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te.* 18 *Dicis ergo: Fracti sunt rami, ut ego inserar.* 19 *Bene: propter incredulitatem fracti sunt, tu autem fide stas. Noli altum sapere, sed time.* 20 *Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat.* 21 *Vide ergo bonitatem & severitatem Dei: in eos quidem, qui ceciderunt, severitatem: in te autem bonitatem Dei, si permanseris in bonitate, alioquin & tu excideris.* 22 *Et illi autem, si non permanserint in incredulitate, inserentur.*

INITIUM EXTREMÆ CALAMITATIS Judæorum, & excidii Hierosolymitani.

RECEPTUS igitur in Hierosolymam hic, quâ diximus, Johannes, negabat sibi fugam, in causâ adventitiâ inutilis; sed consilium quòd imprudentium scilicet deceret, pro exiguis oppidolis, quale Gischala esset, pericula subire; sed arma oportere suscipere pro metropoli. Singulos deinde circumiens, ad bellum incitabat multitudinem; vires, & civitatem eorum munitissimam, verbis amplificans: atq; illud insolens frequenter dictitans; Pennas eos oportere sumere, si mœnia Hierosolymorum superare contenderent. Sed interea prudentiorum atq; senioum nemo erat; qui eximum horrendum, & finem extremum civitatis miseræ, non prospiceret. Irruperat jam in urbem latrones, qui se Zelotas nominabant, maximo numero: & in optimorum ac nobilium quorumcunq; non bona solùm; sed & capita & salutem, invadebant: leges omnes & jura in latrocinia mutabant: pro libidine, quæcunq; voluissent, faciebant: Pontifices, non ex lege usitatâ generis & successionis; sed sorte creabant: & templum ipsum pollutis pedibus occupabant. Contra eos igitur Ananus, Pontificum maximus & sapientissimus, populum, in concionem convocatum, exhortabatur & concitabat. Sed evertebat ejus consilium Johannes, profugus ille; accedêdo ad populum & Ananum, ac se cum ipsis simire mentiendo: postea verò secreta omnia populi Zelotis renunciando; atq; hoc effangêdo, quasi Anani multitudo Romanos accerseret, quibus civitatem prodere Ananus jam constituisset. *Josephus.* [h]

[h] lib. eod. cap. 5.

DE JUDÆORUM STRAGE PER Idumæos.

HIS excitati de Anano falsis rumoribus; Zelotæ, de advocandis Idumæis, natione turbarum cupidâ, ad motus facili, & ad bellum semper promtissimâ, consilium ineunt; missisq; ad eos legatis, in civitatem illicò adducit: quæ res tota Ananum, & multitudinê suam, fugerat. Cùm ad civitatem igitur accessissent ad viginti propemodum millia: prohibiti quidem aliquandiu per ab Anano sunt, ne urbem ingrederentur. Tandem verò, per violentiam portis reseratis, intromissi sunt, in maximam & miserabilem populi perniciem: quòd cædem ejus Idumæi satiari non potuerunt. Octo enim millia & quingentos uno & eodem die interfecerunt: occisis simul, Anano, & Jesu, post Ananum Pontificum maximo: quos de Conjuratores Dei, gentem flagitiosissimam perdere volentes, dari consilio, sub initio statim calamitatum, videtur è rebus humanis sustulisse. *Josephus.* [i]

[i] lib. 4. c. 6. & 7.

DE COMMUNI PLEBIS JUDAICÆ strage, per Idumæos & Zelotas.

SUblatis è medio Anano & Jesu, qui superstites furori Zelotarum nonnihil restiterant; communi se vitiâ, tâ Idumæi, quam Zelotæ, in plebem grassabantur: & alios quidem mortiferis vinculis tradebant; alios, post dirissima verbera atq; tormenta, gladio percutiebant: vulgus verò reliquum, velut animalium greges, ubicunque in illud incidissent, cædebant: tantâ omnium mentes tenebat formidine & terrore; ut ne flere quidem palàm quisquam, aut funus proprium curare, audiret. Brevi igitur spatio, duodecim millia in urbe, sub hac immani tyrannide, deleta sunt. Zachariam, filium Baruch, quòd viros & primos bis inimicus esset, in medio templi crudelissimè trucidabant: talium ei crimen intendentes, quales [illegible]

[illegible]

A manu prodiderit. Quod factum Idumæos ipsos adeò offendit: ut vestibus eos jam ponentes, ac paulo pòst domum ex Hierosolymis sint regressi. Hæc inter alios nobilitate & virtute conspicuos, in quos maximè sævibant, Peraita quidam Negeri quem pretium extra civitatem trucidabant; lapidarunt ei etiam, pro quâ supplicabat, negantes. Is igitur, cum occideretur; Romanos adversus tamen pretium, ac patriam, & ad ea omnia mentis ipsorum inter se-se manus imprecatus est. Quæ singula, temporis processu, judicium Dei vindicè confirmarunt. *Josephus.* [k]

[k] lib. 5. c. 1.

DE GENTILITATE ZELOTARUM, ET eorum exitium properante.

INanimatâ, insitâ discordiâ, insidiis, mutuisq; inter se-de ipsos furoribus, universâ civitate; mortui per omnes vias conservabantur innumeri: quos sepelire non licebat. Capitale enim habebatur: cùm, miserandiam in quacunq; calamitate præstare, jâ impunè omnibus esset; & in mortuos æquè ac defunctos sævirentur. Omne quidem ab illis jus hominum calcabatur: videbatur etiâ divinitas; Prophetarumq; responsis, tanquam vulgaribus fabulis, illudebant. Majorum de virtute ac vitiis statuta quæcunque consuebant. Quin & de patriâ, quæ prædicta olim fuerât, vera esse, ipsi comprobavêre. Vetus enim quidam sermo ferebatur: tunc demum civitatem captum iri, templumq; flammis exurendum esse, lege belli, cùm sedicio fuisset exorta, famumq; Dei propriis manus ante violassent. Quibus omnibus Zelotæ ministros se atq; executores præbuerunt. *Eusebius.* [l]

[l] lib. eod. cap. 2.

DE TYRANNIDE JOHANNIS, ET vastatione Engaddorum.

JOhannes autem, qui jamdudum immensam dominandi circumferebat mente libidinem, seditione à Zelotis discedit; & tyrannidem sibi sumit: adeò ut trium ingentium malorum tempestate, belli nimirum, tyrannidis, & seditionis, civitas jam laboraret. Eo-ipso tempore Sarii, (ex quibus quarta erat exitialis calamitas) cùm Romanorum exercitum otiosum esse; Judæos verò Hierosolymis in seditionem & dominationem divisos animadvertissent; ex Massadâ castello noctu effusi, municipium Engaddi invasêre, ex eoq; Judæos in fugam pepulêre. Turbam verò mulierum & puerorum, tardiùs per ætatem & infirmitatem fugientium, supra septingentos interemerunt. postea, in omnem dilapsi vicinum agrum, vicos, urbes circa Massadam positas omnes, vastarunt. *Josephus.* [m] *Epiphan.* [n]

[m] lib. eod. cap. 3. [n] lib. 1. c. 13.

DE GADARENSIBUS DEDITIONE; ET pugna Sicariorum cum Placido contra ad Jordanem, & civitatem Bethennabrin, & civitatem Hiericho.

ERant apud Gadara, quæ transamniana regionis metropolis fuit validissima, multi locupletes; qui, in eâ latrocinantium ubiq; insolentiâ, vitæ & facultatibus suis metuentes, legationê de deditione ad Vespasianum miserunt: qui, ad quartum mensis Martii diem, civitatem eam ingressus est: cùm sicarii, qui in eâ fuissent, sumto de autore legationis supplicio, p fugam indè dilapsi essent. Quos Placidum præfectum, cum quingentis equitibus, tribusq; peditum millibus, insectari jussit. At illi, conspectis equitibus, qui à tergo consequebantur, in vicum quendam Bethennabrin se receperunt: ubi aliquâdiu infeliciter cum Placido congressi; cùm plurimis cæsis victum Placidum cepissent, atque incendissent; indè in Hierichuntem alii processerunt: reliquâ fugientium ingenti multitudine propulsâ, & ad Jordanem fluvium coactâ. quem cùm, nivibus resolutis, atq; imbribus auctum, transire non possent: prælium iterum inire coacti sunt. Cæduntur tum hinc à Romanis trecentis mille: plurimis exceptis, qui, in aquosâ ripâ consistere non valentes, in fluvium procurrerunt; aliis item infinito numero, qui in illud sponte desilierunt. Quâ miserandâ & horribili clade, [illegible] ipsi, & Asphaltites lacus, cadaveribus impleti sunt. Capta præterea tum sunt circiter duo millia virorum, ac mulierum; cum pecudâ maximâ armentorum. Testis [illegible] numeri omnium, illâ die à quingentis Romanorum militibus, & tribus millibus pedestris exercitûs, exsortum, [illegible] fuisse nonaginta-

duorum millium & decem nocturnorum Placidum ipsum, secundâ fortunâ usus tùm, cæsis prosiliens & transcipia, forte quæ Abilam, Julidem, Betharamphtham devicit ac cepit, eòque ad Machæruntem Vespasianus ipse, toparchiam duas, Thamnam & Beblepten, cum regione vicinâ & fertilissimâ Idumææ, incendiis vastavit & evertit. In duobus etiam Idumææ mediæ vicis, plus quàm decem millia hominum perennis cædis plurimis etiam in Hierichunte, quos ceteris fugâ dilapsis ibi offendisset. *Egesippus.* * *Josephus.*

* *lib. 4 cap. 15. 16 & c. 6.*

DE GERASAE DEVASTATIONE.

INterea autem, dum, facilioris expugnationis consilio, Hierosolyma undique, castellis erectis, atque præsidiis collocatis, concludere Vespasianus parat; Gerasam L. Annium; exercitûs parte instructâ, mittit. Is, primo aggressis civitate captâ, mille juvenum interfecit: familias totas captivas abduxit: & militibus bona prædari permisit. Incensis deinde domibus, proxima loca petiit, omnia circa Hierosolymam, tàm loca montana, quàm plana, bello urgêns. Cùm jam, qui Hierosolymis agebant, nullam exeundi potestatem, partim Zelotis intra urbem, partim extra Romanorum exercitibus prohibentibus, haberent: etiam Vespasianus ipse, cùm copiis universis, Hierosolymam proficisci moliebatur. Sed, nuntiatâ Neronis cæde, propositum mutavit. Deinde etiam, sub successoribus Galbâ & Othone, quòd breve utcunq; haberet imperium; & ipse, & filius Titus, bellum contra Judæos suspenderunt. *Josephus.* †

† *lib. 4 cap. 9.*

DE NOVO LATROCINIO SIMONIS, ejusq; gestis contra Zelotas: ac de corruptissimis eorundem moribus.

NOvum interea latrocinium instituit Simon quidam Gaderensis: Johanne quidem interiori tyranno inferior; sed robore & audaciâ superior. Is inter latrones Massadæ primùm versatus, dominandi deinde cupidus, nequissimos, quos undecunq; habere posset, sibi adjunxit; & vicos montanos circa Hierosolymam populari cœpit. Indè in celebriores locos eruptione factâ; in Idumæam utcunq; latrocinando progressus, universam eam pervasit, atq; ex eâ fugere pleroisq; Hierosolymam compulit: quò ipse etiam secutus, muros obsidit, interficiens, quemcunq; ex agris in eam redeuntem deprehendisset.

Erat hoc modo Simon, populo Hierosolymis incluso, terribilis factus ipsis Romanis: intus verò Zelotæ, utrisq; saviores. Johannes verò, jampridem à populo ad tyrannidem, in Zelotarum gratiam, evectus; quæcunq; utrique parti injusta, turpia, violenta, facere collibuisset, indulgebat. Hinc insatiabilis rapinarum pariter omnibus erat cupiditas; domorumq; locupletum perscrutatio. Cædes autem virorum, & injuriæ fœminarum, pro ludo habebantur: prædamq; cum sanguine devorantes finè aliquo metu, post satietatem muliebri libidine calefiebant: comtiq; crines, ac fœminarum veste induti, lotiq; unguentis, &, ut forma placerent, oculos illiti, non solùm ornatum; sed impudentiam quoq; mulierum, imitabantur: & obscœnitate nimiâ nefarios coitus exigentes, ut in lupanari vertabantur; civitatemq; totam impuris facinoribus profanabant. Effœminantes autem vultum, dextras ad cædem promtas habebant: delicatoque incessu enervati, subitâ incursione bellatores fiebant; & de paludamentis versicoloribus eductis gladiis, cæsis obvios transverberabant. Eos autem, qui Johannem fugissent, excipiebat sævior in civibus Simon: quibus instantem evasisset tyrannum, ab eo qui propè erat occidebantur. Omnis autem fugæ via, transire cupientibus ad Romanos, abscissa erat.

Erant inter Johannis copias Idumæi: qui, invidiâ dominationis, & odio crudelitatis ejus, ab eo recedebant; cumque Zelotis pugnâ congressi, eorum multos occidebant; cæteris in aulam regiam, indè verò in templum, compulsis. quò & ipsi simul irruerunt: ac Johannis opes ibi repositas populabantur. Interea, dispersi per civitatem Zelotæ, cæteris, qui in templum fugerant, se adjunxêre; &, de communis consilii sententiâ, Simonem in urbem intromisêre, & imperium ei tradidêre. Sequentè, dominatum illi fore, superbè pollicitus; mox hostem se civibus universis: & à quibus vocatus erat, & illis, quos

A dominium ejus postulatum fuerat. At ille quidem ex quo nemo jam, qui intus cum Johanne erat, fugere posset hostibus, qui extra illud erant, exitium potè hostibus populo adjuvante, aggreditur. *Josephus.*

* *lib. 5. c. 2. & 3.*

DE TRIPLICI SEDITIONE apud Hierosolymam.

NEc satis fuit, civilem duorum tyrannorum furoribus horribiliter exercitæ vastæ & cruentæ finem subitò prorupit. Eleazarus enim, Simonis filius, qui primùm in templum Zelotas à populo separaverat, proximæ potentiæ cupiditate, à Johanne defectis & affectis pluribus, qui ex Zelotis optimi essent, in inferiorem templi aditum incessit. Sic obtinêns superiorem templi partem Johannes, hostes habebat, à vertice: Eleazari exercitum; extra verò templum, incursus experiebatur Simonis Gioræ, quem à populo introductum in civitatem diximus, is superiorem ipsius civitatis partem, plurimamq; inferioris, occupaverat. Hinc continuæ triplicis factionis pugnæ & cædibus totumq; pollnebatur cædibus templum; adeò ut, sanguinis in morem, diffusus diversorum sanguis cadaverum fieret. cùm & ad ipsas aras Sacerdotes, incruenta celebrantes, macta rentur: deinde, veluti consultò, pro Romanis omnia corrumperent, quæ ad obsidionem sustinendam necessaria parata erant; infectantes se-se mutuò Simon & Johannes, ædes frumentorum plenas, quasi in hoc solo contentiones, incendebãt: eâq; re famem, quæ paulo pòst secuta est, sibimet comparabant. Quis autem explicet populi totius, undique oppugnati ab insidiatoribus, miserabilem laceration nem, luctum, ululatum, querelas! cùm nec interdiu, nec per noctem, à cædibus cessaretur; neq; ad Romanos fugere cupientes possent. Quicunq; enim id tentassent; ut hostes interficiebantur: neque mortuis curam sepulturæ adhibere licuit; sed in tumulum congesta cadavera conculcabantur. *Josephus.* * *Egesippus.* *

* *lib. 6. c. 2. & lib. 5. c. 1.*

DE PRODIGIIS EXCIDIUM HIEROsolymis præcedentibus, & præfugis.

ATque hoc demùm erat tempus, admovendi vires & arma populis; quibus extrema deletio impendebat. Quod & exspectandùm, Vespasianus Romanis reipõderat: cùm, inter ipsa intestinæ discordiæ, quam Zelotæ cõciverũt, initia, bellum Judæis inferendum esse, illi censuissent. *Si enim statim,* inquit, *civitatẽ armis nostris invasissemus: cum hostibus eramus concordes, ac vires earum adhuc integras & recẽtes eas nos provocabamus. Sin oppugnemus: paucorum & moderatorum hostium utemur, domestica á seditione consumtis. Deum namque melius, quàm nos, disponit: qui finè labore Judæos nobis tradet. Josephus.* *

* *lib. 5. c. 2.*

Priusquàm autem luctuosissimi excidii ac deletionis, non urbis solùm Hierosolymorum; verùm etiam totius ejus gentis, historia recensetur: prodigia, quæ tristissimũ eum urbis populiq; Judaici, casum & interitum (præterea, quæ Prophetæ diu antè ac Christus ipse prædixerat antecessêre, breviter commemorabimus; eo ordine, quo *Josephus** illa retulit.

* *lib. 7. c. 14. & in exc. ex lib. 6.*

Primùm, per annum integrum, ante adventum Vespasiani, conspectus est Cometa, gladii figuram, quæ cognosci posset, exactè referens, directo positu supra civitatem. Quæ cùm vulgus libertatis recipiendæ indicium interpretatur: à prudentioribus tamen significatum est, bellum ejusmodi sidus solere denuntiare.

Deinde, ante defectionem primiq; belli motus, die festo azymorum, qui octavus tùm fuit dies mensis Aprilis, horâ noctis nonâ, circùm aram, itemq; templum, tantum lucis fulsisse, ut diei clarus putaretur. (Verbò ex Hebræo Kyberi habet; totam per noctem templum sic illuminatum fuisse.)

Tertiò: Eodem festo, die etiam hora quàm ad hostias deducerentur, agnum in medio sui peperit.

Quartò: Orientalia portæ [illegible] gravissimæ, & vix viginti clausuram, ferisq; [illegible] alboque lapide [illegible] perpetuo lapidatis [illegible], ictuque per aliquot noctes, (ut [illegible]) parùm patefecere. Quibus

curricula

curriculo per custodes templi magistratui nuntiatis, ascendit ille; virq; eam portis cludere. Verùm & hoc iterum ignaris signum optimum videbatur futurorum bonorum; ad quæ ingressuris porta aperiretur. Cõsultiones aũt, templi firmitatem ipsorum suâ dissolutum iri, ajebant: ut, quæcunq; intus essent, ab hostibus diriperentur; atq; in vastitatem & solitudinem desineret, quicquid intùs spectabilium cultuum & celebritatis agitatũ fuisset. (Kyberi ex Hebræo versio addit; supra templi Sanctum sanctorum, totâ nocte conspectam faciem hominis admodum terribilem.)

Quintò: Post dies festos elapsis paucis diebus, ante Solis occasum, visio apparuit in nubibus, currusq; & armatorũ exercituum; quibus totius Judææ regionis quæ ejus urbes circumiacerentur.

Sextò: Festo autem die, quem Pentecosten vocãt, nocte Sacerdotes intimum templum, more suo, ad divinas res celebrãdas ingressi; primùm quidem motum, quendam q; strepitum, senserunt: postea verò subitam audiêre vocem, quæ diceret; *Migremus hinc.*

Septimò: Quodq; his horribilius fuit, Jesus quidam, filius Anani, plebejus & rusticus, quadriennio priùs, quàm bellum gereretur, in summâ civitatis pace atq; opulentiâ, cùm ad festum diem veniret, cùm Scenopegia sacrificiis solẽnibus celebrarentur, templum ascendens, repentè exclamare cœpit: *Vox ab oriente, vox ab occidẽte, vox à quatuor ventis: vox in Hierosolymam & templum: vox in maritos novos, novasq; nuptas: vox in omnem hunc populum.* Atq; hæc interdiu noctuq; clamitans, omnes civitatis vicos circuibat. Nonnulli aũt ex præcipuis, omen triste & adversum perhorrescentes, hominem correptum verberibus affecerũt. Is autẽ inter supplicia, nihil aliud, quàm eadem verba, locutus est. Magistratus aũt, rati, (quod & verum erat) non temerè fieri hoc, sed quiddam esse divinum; ad præfectum Romanorum Albinum duxerũt eum: à quo plagis ad ossa usq; laceratus, neq; supplex cuiquam fuit; neque lacrymavit: sed, ut poterat, inclinans maximè flebiliter vocem, ad singulos ictus respondebat; *Væ væ Hierosolymis.* Albino autem interroganti, quis esset? vel unde ortus? aut cur ista diceret? nihil reculit. Non priùs autem cessavit à luctu miseræ civitatis; donec eum Albinus furere judicatum dimisit. Ille autem, ad belli utq; tempus, neq; adire quenquam, neque loqui visus est: sed quotidie, velut orationem quandam meditatus, *Væ væ Hierosolymis* querebatur. Sed nec imprecatus est cuiquam; cùm in dies singulos mulctaretur: nec victum offerentibus benedicebat. Sola verò ejus responsio ad omnes, triste erat præsagium. Maximè autem diebus festis vociferabatur: idq; per annos septem, & menses quinq; continuos, faciens, neq; voce raucior fuit, neq; defatigatus est; donec obsidionis tempore, ipsâ re perspectis auguriis, ipse quievit. Supra murum enim circumiens, iterum, *Væ civitati ac templo ac populo*, voce maxima clamitabat. Cùm aũt ad extremum addidisset, *Væ etiam mihi:* lapis tormento missus eum statim peremit; animamq; adhuc illa omnia lugentem efflavit.

Octavò: Urbem cum templo, vetustis literis scriptum erat in sacris libris, tunc perituram; cùm tetragonum templum factum fuisset. Itaque, sive obliti, sive obstupefacti ingruentium malorum necessitate; ubi occupata est Antonia, tetragonum in circuitu templi fecerunt.

Postremò, satis & illud præsagii fuit: quòd in sacris libris scriptum itidem invenerunt; quòd eo tempore quidam esset, ex eorum finibus, orbis terræ habiturus imperium. Sed quo responso sibi, non solùm libertatem; sed etiam regnum, pollicebantur. cùm non deessent, qui ad Vespasianum referendum oraculum putarent: prudentiores etiam (quemadmodum *Egesippus* indicat) ad Christum accommodarent; qui, secundùm carnem ex tribu Judaicâ natus, regnum jam suum, per Euangelium, in universum Mundum diffuderat. (Kyberi versio: *Cùm fuerit ædificium quadratum; tunc regnabit Rex super Israël, & regnabit Rex & dominator ille super omnem terram Israël. Quidam ergo interpretabantur hanc scripturam de Rege Israël: Sacerdotes autem dicebant, eum esse regem Romanorum.*)

DE OBSIDIONE HIEROSOLYMORUM *per Titum.*

SOu TITUS Romanum principatum, post Othonem, Vespasianus; à bello quidẽ contra Judæos recessit, & ad alias res Imperii necessarias, eas præsertim, quas in Ægypto componendas habuit, animum suum convertit: filium autem Titum, cum selectis copiis, ad expugnandam Hierosolymam misit. Is igitur Alexandriâ iter ingressus, cum collecti exercitûs parte, maturè pervenit Cæsaream: ubi ad legiones hinc-indè dispositas scripsit, ut ad Hierosolymam sibi occurrerent. Deinde, à Cæsareâ in hostilem terram progressus, castra ad vallem Smilis, distãrem à Hierosolymis stadiis ferè triginta, posuit. Ex eo loco, sexcentis propè lectis equitibus, ad urbem propiùs accessit; explorandi studio, & civitatis munitionem, & Judæorum animos: si fortè, se conspecto, priusquàm ad manus veniretur, metu cessuri essent. Audierat enim, (quod & verum erat) à seditiosis & latronibus oppressum intùs populum, pacem quidem desiderare; sed, quòd illis infirmior esset, nihil conari. Tantum verò abest, ut, animadversâ exploratione, à contumaciâ Judæi recederent: ut etiam, eo conspecto, infinito numero subitò ex urbe prosilierint, ac circumventum Titum cum suis in magnum periculum coëgerint; à quo, miraculoso planè modo, servatus est. Quod & ipsum signi satis fuit futuræ calamitatis. Tot enim adversùs Titum missilibus jactis; cùm neq; galeâ, neq; thorace septus esset: (non bellator enim; sed explorator processerat) nullum in ejus corpus delatum est: sed tanquam, ne eum ferirent, ex industriâ mitterentur, omnia prætervolarunt. Ipse verò cum suis salvus in castra evasit. Postea, cùm legiones accepisset; propiùs ad civitatem accessit, in locum, qui Scopos dicebatur: unde jam civitas, & clara templi magnitudo, conspici poterat. ubi triplici agmine civitatẽ cinxit: uno, quòd ab eâ stadiis septem; altero, quod decem; tertio, quod sex abesset, ad montem Elæona, contra civitatem, ab oriente, situm. *Josephus.*[y]

[y] *lib. 5 c. 14 & l. 6. c. 1 & 3.*

DE INITA CONCORDIA, JUDAEORUM eruptione contra Romanos, & seditione iterată.

SPectantes ex urbe circùm ſe disposita castra Romanorum, & agmina; quorum unumquodque vallis sejam & muris muniebat; Judæi à dissensionibus paulisper quievêre: &, conjunctis viribus atq; armis, extra urbem proruperunt in eos, qui circùm castra muros ducebant. quorum tum operas interruperunt; tum perturbationem & formidinem, conjunctam cum periculo, non-parvam exercitui toti attulerunt: qui tamen Titi industriâ liberatus est; Judæi verò, in urbem repulsi. ubi iterum intestinum quoddam bellũ seditio suscitavit, eâ occasione: quòd, instante Azymorum die, Eleazarus portas templi, ad introitum populi, rem divinam facturi, subaperuit. Commoditate diei festi, ad insidias, & novum latrocinii genus, usus est, hoc modo. Subornavit ex suis quotidã nebulones; qui, reverentiæ festivitatis prætextu, habitu civili in templum ingressi, gladios atq; arma sub veste clàm gestarunt: quibus mox nudatis, vestimentisq; abjectis, cædendo in amicos pariter atq; inimicos sævierunt; nullam nec festivitatis, nec innocentiæ, nec silentii, nec patientiæ alicujus, rationem habentes. In quo & Eleazari factio cum Johanne se conjunxit. Atq; ità evenit, ut seditio, quæ tripartita antè fuerat, in duplam desierit. Johannes enim, interiori hoc dolo, templo omnique ejus apparatu occupato, & cum Zelotis conjunctus, Simonem deinde confidentiùs oppugnavit. *Eusebius,*[z] *Egesippus.*[*]

[z] *lib. 2 c. 4.*
[*] *lib. 2 c. 5.*

DE JUDAEORUM DOLO IN ROMANOS; *& propiori Titi ad urbem accessu.*

RUrsus verò in Romanos incitati Judæi, audacissimos seditiosorum per portas emittunt; quasi pacem & fœdus à Romanis petituros: subornatis etiam nonnullis in muros, qui indè pacem se petere vociferarentur. Quod etsi compositam fraudem esse, Titus ilicò sensit; atque ideò in statione suâ quemlibet manere jussit: cùm pridie, pactione illis per Josephum allatâ, nihil eos moderati sentire cognovisset: pars tamen exercitûs, seu crudelitate

seu petulantiâ Judæorum, mota, ad murosusque ab aggerum ædificatione excurrere non abstinuit. sed temeritatis mox inconsultæ pœnas dedit egregias. Astutè enim Judæi, ad muros propiùs invitatos, plurimos necarunt: cæteris iaculis in fugam ad castra usq; profligatis. Titus igitur indignatus, præcipitia omnia atque prærupta, saxa etiam & sylvas, à castris suis ad urbem usque, complanare jussit: ut, excursionibus Judæorum prævèti milites, videre possent, quò recederent. Postea castra urbi propiùs admovit: ut ab eâ vix duorum stadiorum spatio distarent. *Josephus.* *

* *Lib. eod. ca. 4 & 5.*

DE INTERNO ET EXTERNO BELLO *Judæorum; ac Titi oppugnatione.*

AC ne sic quidem, castris Romanorum prope murum positis, intra civitatem seditio quiescebat: sed confirmata maximis copiis utraque factio, Johannes cum Zelotis, qui depositis discordiis illi accesserant, & Simon, continuis inter se præliis confligebant; cum maximâ populi, qui utriusque factionis præda erat, pernicie. Nec priùs inter eos convènit; quàm cùm Titus suburbana milites suos vastare & diripere jussisset, & aggerem urbem propiùs ab omni exercitu construi. Ibi demum, odiorum mutuorum & discordiarum obliti, in unum corpus coierunt: & aggeres atque machinas, quæ ad murum urbis Titus parârat, excursibus, armis, cæde, incendiis, aliisque impedimentis, non sinè magno Romanorum detrimento, infestarunt. Sed in fugam tandem versi, & in civitatem compulsi sunt. In quâ pugnâ, vivum captum Judæum Titus crucifigi pro muro jussit: non in gentis ignominiam; sed quòd reliquos, ejusmodi spectaculo territos, in pacis fœdus cessuros contideret. *Eusebius.* *

* *Lib. eod. cap 7.*

DE SUPERATIS MURIS A' TITO; *& crudeli obsessorum fame, profugorumq; supplicio.*

ADmotis postea ad muros, machinis, in eâ civitatis parte, quæ Septentrionem versus porrigebatur: & potitus illis Titus est; & totam eam septentrionalem urbis partem obtinuit, muris destructis: in meridionali verò parte, per turres præsidia collocavit; & aggeres, ex quibus templum oppugnaret, inchoavit. Et quanquam jam de victoriâ nihil dubitaret: tamen Josephum muros circumire jussit; & patrio Judæos sermone ad pacem & deditionem exhortari. Quod cùm diligentissimè ille præstitisset: usus ad id compositissimâ ad consulendum, monendum, & persuadendum, oratione; lacrymis etiam, nihil minùs, quàm obsequium eorum obtinuit: nisi quòd ad profugiendum populus commotus est. ex quo aliqui, possessionibus & rebus carissimis suis venditis, ad Romanos elapsi sunt: sustentantes se foris; & victum sibi parantes ex aureis, quos deglutierant. Sed exitum per portas Johannes & Simon mox prohibuerunt. Ex quâ re fames horribilis, quæ in singulos dies magis magisq; augebatur, consecuta est: indè verò latrocinium novum, & direptio. Nam, cùm in publico usu nulla ampliùs frumenta, nec panes essent: milites in alienas domos scrutaturi irruebant. Et, siquidem inveniissent aliquid, eos, qui negaverunt, verberabant: si verò nihil inveniissent; quasi diligentiùs celavissent, tormentis afficiebant. Habendi autem argumenta erant, corpora miserorum: cùm ea, quæ solidis viribus starent, abundare cibo putarentur. tabidi aût transfigebantur: nec enim rationis esse videbatur, paulo pòst fame morituros occidere. Sicubi purgamenta olerum, vel casu lapsa, vel quasi arida, projecta adspexerât: semineces, ad terram prostrati infirmitate, ore lambebant. Aut, sicubi internata parietibus visa fuerat herba, rapientes, succo infelici miseram solabantur famem. Plerisq; aliorum vomitus esca erat. Multi verò clàm universa bona sua, uno frumenti modio, qui ditiores essent; itemq; pauperes hordei, permutarunt. Inclusi deinde intimis ædium tectis, quidam summâ penuriâ infectum triticum comedebant. Et mensa quidem nusquam apponebatur: sed incoctum subtrahêtes igni cibum diripiebant. Denique, uxores viris, & filii parentibus, & (quod miserabile omniũ maximè spectaculũ erat) matres cibum infantibus ex ipso ore rapiebant: & marcescentibus inter manus charissimis nemo parcebat; quin vitæ gemitus auferret. Edentes verò talia non latebant: sed ubicq; aderãt qui diriperent. Nam, sicubi clausam domũ vidissent; eos, qui intus erant, cibum capere, hoc suspicabantur indicio: statimque ruptis foribus irruentes, victum jam contusum dentibus ex gutture penè revocabant; ipsos faucibus strangulantes. Pulsabantur autem senes, ne cibum defenderent: lacerabantur mulieres, ea quæ haberent in manibus occultantes: nullaq; miseratio vel cani erat capitis, vel infantiæ; sed abstractos pueros, & ex buccellâ pendentes, humo illidebant. Si qua materno affectu mulier percita, miserans vagitus infantiæ, succum ciborũ ore proprio vellet infundere; pii operis pœnas luebat: suspensos ad cervicem, vel hærente ad mammillas pignore, simul transfigebatur. Si quis aût incurrentes antevertisset, quodq; rapturi fuerant devorâsset: tanquam læsi, cruentiores erant. Acerbissimos autem cruciatus excogitabant; dummodò alimenta reperirent: nunc excruciando genitalium viasnunc virgis acutis podices transfigendo: horrendaq; etiam auditu quis patiebatur, in unius panis confessione, & ut unum pugnum farinæ abditum indicaret. Pleriq; etiam, beneficium putantes mori, egrediebantur urbem; ut herbas vellerent, vel radices depascerent, aut cortices arborum detraherent: si quid in his viriditas ad cibi solamina subministraret. quos inveniêtes Romani necabant. Aut, qui hostem evaserat, in ipso portæ ruebat limine; fame tabidus, & ore invalidus: quê jam & ipsa mandendi officia destituissent. Regressos quoque excipiebat feralior manus: quæ, de gremiis miserorũ summo quęsita periculo, per acerbissimum extorqueret nefas. multùm verò supplicantibus, & horribile Dei nomen implorantibus, ut aliquam partem sibi concederent eorum, quæ cum periculo sibi collegissent, nihil penitùs dabatur. Moriebantur itaq; majore suorũ, quàm hostium, impressione & nece. Ea etiam, quæ hostis induisserat, civis eripiebat. nec rapuisse tamen istiusmodi cibum proderat: quippe non multo pòst, virenti corpore turgescentibus inediis, intimorũ dolore viscerum quatiebantur; aut alvo soluti deficiebant, exhaustis viribus: ut voti pœniteret, quod ad tẽpus solatio erat; pòst supplicio. Deinde, lacertis viridibus, cæterisq; serpentum generibus, coctis exuviis, pestem addebant. Nam equorũ cadavera, si fortè reperissent, inter se trahentes, prælio gravi decernebant. Qui verò, seu fame coacti, seu mortis beneficium ab hoste expetentes, ex urbe profugissent, capiebantur; in singulos quidẽ dies ad quingẽtos, nonnunquã & plures: qui verberati, modisq; omnibus ad mortem excruciati, cõtra murum crucibus suffigebantur. Id etiam ideò Titus fieri præceperat; quòd, miserabili ejusmodi spectaculo Judæos deterritos, metu ne similia paterentur, consensuros in deditionem, sperabat. Quo consilio, multis etiam captivorum manus abscindi præcepit; eosque ad Johannem & Simonem in urbem remisit. *Josephus,* * *Egesippus.* †

* *Lib. 6. cap. 11. & 12.*
† *Lib. 3. c. 18*

DE JUDAEORUM IMPROBITATE; ET *aggeribus Romanorum incendio dejectis.*

NUllam, ait *Josephus*, nationem, pòst hominum memoriam, malitiâ Judæis fuisse ferociorem. Gravissimis enim, quas domi foris̃que patiebantur, calamitatibus, tantum abest, ut flecterentur & emendarentur: ut etiam ad improbitatem & flagitia per eas magis incitarentur. Intùs honoratos & divites, tyranni insidiarum & proditionis falsò curabant accusari, & occidi: in muris verò stantes, ludibriis adhuc & sannis Imperatorem, qui & ipsos & patriam eorum salvam cupiebat, incessebant. Quin & eò ferociæ processerunt: ut omnes, maximo labore, pluriumque dierum spatio, vix ædificatos aggeres Romanorum, exusserint.

DE MURO EXSTRUCTO CIRCA HIERO-*solymam totam; & fame majori consecuta.*

MAgno quidem dolore Romanos aggerum afecit diruptio: attamen à proposito non deterruit. Distributus enim in communes operas omnis exercitus, murum, quem Christus prædixerat, circa totam duxit civitatem, incredibili celeritate; trium tantummodò dierum spatio: in eumque collocati propugnacula, nec interdiu jam aliquem ex civitate, nec noctu, exire sinebant. Ex quâ re

re aucta fames majorem in modum, totas domos ac familias depascebat. Et tecta quidem plena erant mulieribus exanimatis atque infantibus: viarum autem angusta, senibus mortuis. Adolescentes autem ac juvenes turgidi, velut umbræ mortuorum & simulacra, per fora versabantur: &, ubi quem casus occupaverat, decidebant. Sepelire autem funera, neque poterant præ labore: & eos, quibus aliqua vis supererat, pigebat; & propter multitudinem mortuorum, & quòd de ipsis erat incertum. Denique, super eos, quos sepelierant, multi moriebantur. Ac sepultor plerunque præveniebat sepeliendum: tumuloque eo, quem aliis paraverat, includebatur, subitò ipse exanimis. Multi autem ad sepulcra, quæ, cùm terra deesset, extabulatis ipsi sibi parabãt, priusquàm fati dies veniret, & vivi properabant. Neque verò luctus in illis calamitatibus, neque fletus erat: sed fame superabantur affectus. Siccis autem oculis, & corrupto ore, qui tardiùs morerentur, eos, qui ante se requiescerent, tuebantur. Altum verò silentium civitatem, plenaque mortuis nox, comprehenderat. Et latrones hisce deteriores, domos, quæ nùm sepulcra erant, & cadavera spoliabant: & velamina detrahentes, cum risu egrediebantur: his& gladiorum mucrones probabãt; nonnullosque jacentium, adhuc spirantes ferrum, experiendi causâ transverberabant. Si quis autem manum rogâsset, aut ferrum sibi commodari, quo famem evaderet; superbissimè negligebatur. Animas autem efflantium quisque in morte, in templum obtutibus, quasi indè ultionem tam diri exims depoſcerent, intuebatur; cùm vivos relinqueret seditiosos. Qui primò quidem, sumtu publico, jubebant mortuos sepeliri; cùm fœtorem ferre non possent: deinde, quòd defossis omnibus intra urbem locis, quæ dare possent sepulcri usum, non sufficiebant; in valles eos ex muro præcipitabant. Quas circumiens Titus, ubi plenos cadaveribus vidit, altamque saniem tabefactis corporibus defluentem, ingemuit; & extensis manibus Deum testabatur, factum illud sium non esse: qui paratus semper fuisset, ut incolumes servaret; si bellum deposuissent, & pacem voluissent. *Josephus,* Egesippus.*†

* *Lib.6 c.13 & 14.*
† *Lib.5.c.21*

DE ATROCI SIMONIS SAEVITIA IN optimos quosq; alinq; miserandis calamitatibus intra & extra Hierosolymam; & numero eorum, qui fame perierunt.

POSTEA misertus Titus reliquiarum populi, & liberare tandem cupiens, aggeres altos exstrui curabat: cùm interea novum crudelitatis genus Simon intùs, in nobiles & præcipuos quosque, exercere cœpit. Matthiam enim Pontificem, cujus consilio & autoritate in urbem primùm receptus erat, infimulatum proditionis, cum tribus filiis, jussit occidi; Simoni, post longas querelas & expostulationem, hæc imprecantem: *Judicent Romani, quæ Simon occidit sinè judicio.* Post eum, Ananiam, nobilẽ Pontificem, & Scribam curiæ, Aristeu, cum aliis quindecim de populo clarioribus, ad supplicium & mortem rapuit. Josephi verò patrem & matrem in vinculis asservavit. Quam indignitatem, quòd in socios etiam crudelis Simon esset, non ferens Judas quidam, unus ex præfectis Simonis; cùm de flagitio ejus apud decem contubernales questus esset, ac de deditione cõsilium illis captâsset: re à Simone compertà, omnes trucidati, corporaque eorum per murum projecta sunt. Quin & Josephus, circumiens muros, atq; ut pacem susciperent, uti sæpè facere consueverat, obsecrans, lapidis jactu de muro vulneratus est. Viso autem vulnere, cùm populum iterum ad fidem dandam Romanis exhortatus esset: effecit, ut per fugam multi, quocunq; possent modo, ad Romanos se-se reciperent: sed quos illicò calamitas triſtior, quàm intùs pertulissent, excipiebat. Inflati enim ex inediâ, & velut morbo inter cutis aquæ turgidi, cùm avidius extenuare evacuata corpora properarent, diirumpebantur. Alii, desuetis edendi officiis, nullam vim habebant dentium; ut cibum mandèrent, aut panem arrodere possent. Ruebant igitur supra cibos miseri: plerique etiam, vilis alimentis, ipso gaudio deficiebant.

Cumque profugientes aurum deglutire (ut suprà diximus) ferè consuevissent: fortè eorum quidam à Syro quodam deprehenditur, aurum è fimo ventris colligens. Quæ res à Syro uno, cæteris omnibus Syris & Arabibus, ad avaritiam natis, prodita, quasi auro pleni transfugæ venirent, occasionem dedit inhumanissimo spectaculo: quo unâ nocte illi duorum millium transfugarum corpora patefecerunt, auri in omnibus inveniendi opinione. Quæ crudelitas, quàmvis à Tito pœna gravi interdicta supplicio esset; tamen occultè in plerosq; profugientiũ exercebatur.

Atq; hæc quidem Simonis vitium & impietatẽ consecuta sunt: cùm interea alter tyrannus Johannes, quòd ex populo sibi rapinæ deessent, ad sacrilegium animum intendit; & sacra omnia vasa, rei divinæ comparata diripuit.

Sed calamitates omnes, quas, sibi contumaciâ autore, damnata à Deo gens nùm perpessa est, enumerare quis valeat? Inter transfugas Manicæus quidam erat, Lazari filius. Is ad Titum transgressus, per unam portam, quæ sibi concredita fuisset, elata dixit centum & quindecim millia octingenta (ut *Egesippus* habet) & octoginta cadavera, eorum, qui mercede publicâ sepulti fuissent, ex eo die, quo prope civitatem Romani castra admovissent; à die scilicet decimâquartâ Aprilis, ad Calendas Julii usque: præter infinitam & inæstimabilem multitudinem pauperum, qui efferri nequivissent; præterque eos, quos propinqui humassent. Post eum autem, profugorum nobiles, mortuorum egenorum sexcenta millia per portas ejecta fuisse, retulerunt: exceptis iis, quos, cùm sepelire minimè faciles fuisset, in maximas domos conclusissent: & frumenti quidem modium veniisse talento. Post autem, ubi, muro circumdatâ civitate, ne herbas quidem legere licuisset; ad hoc necessitatis quosdam fuisse compulsos: ut cloacas rimarentur, boumq; veteri fimo pro alimentis uterentur; stercusque collectum, quod ne visui quidem tolerabile priùs fuerat, cibus esset. *Josephus.**

* *Lib cod.c 4 15 & 16*

DE ANTONIAE PERROMANOS expugnatione.

TENTATA Antoniæ arcis oppugnatio ipsis Calendis Julii, quamvis difficulter, successit tamen. Quintâ autem ejusdem mensis die, à paucis primùm militibus noctu occupata; tandem superata & capta est. Deinde, ex eâ in templum interius usque fugientes Judæos Romani secuti sunt: commissaque est ad adytum ipsum acerrima pugna; quæ ab horâ nonâ noctis, ad septimam usq; diei, continuata est: sed quâ nihil Romani, præter Antoniam, nùm obtinuère. à Judæis enim repulsi sunt. *Josephus.** Restabat igitur oppugnationis iteratio; antequàm Antoniam funditùs dirui Titus mandavit: postea que Josephum, ad muros adductum, decimo-septimo ejusdem mensis die, patrio Judæos sermone alloqui jussit: ut patriæ parcerent; templumq; reverirentur, ex alio potiùs loco pugnarent. Commovit nonnullos Judæorũ gravis ea Josephi oratio, cum lacrymis: ut nobilium aliquot ad Romanos profugerint. Latrones autem & tyranni magis eâ irritati sunt: ut quibus non benevolẽtiæ; sed timiditatis, sermo videretur. Pugna igitur iterata est, eamq; incẽdia porticuum circa templum consecuta, prædicti mensis die vigesimo-quarto.*

* *Lib.7 c 1 & 2.*

* *Lib.cod c 3.4.5 & 6*

RURSUS DE FAME JUDAEORUM; & Muliere, quæ proprium filium mactatum coxit.

INterea multitudo infinita, fame contabescens, moriebatur: bellumque per singulas domos, sicubi vestigia saltèm aliqua cibi apparuisse, gerebatur inter amicissimos. Sed & exspirantes milites scrutabantur: si quis in sinu moriens cibi quippiam occultâsset. Ea deinde in usum alimenti collecta sunt; quæ sordidissimum quodque murorum animalium non-horrere non posset. Denique, nec cingulis, nec calceamentis abstinuère: coriaque scutis detracta mandebant. Quinetiam veruſtas paleas, & fœni projectamenta, magno studio ad victum requirebant: quorum exiguum pondus, talentis Atticis quatuor venundabatur. Ac, quod dictu & audiru horrendum maximè est; nec in ullarum aliarum gentium historiis simile ejus quicquam invenias: Mulier prædives ac nobilis, Maria nomine, quæ ex patriâ trans Jordanẽ fugiens, Hierosolymã venerat, post ereptas sibi à tyrannis omnes facultates; cùm &

quotidie milites in domum ejus venirent, & quæ victui parâsset eriperent; fame tandem contra naturâ irritata, proprium filium, quem lactentem habebat, mactavit & decoxit. coctí verò mediam partem comedit; reliquumq; rapcoribus appositit: sed quo, horrore & stupore capti illi, minimè vescebantur. Percrebuit horrendi hujus facti fama, per omnem civitatem. Ad Romanos etiam pervenit, ac Imperatorem ipsum: qui Deum ipsum testatus est, Judæis se pacem semper obtulisse, & parcere voluisse; illos autem, pro concordiâ seditionem, pro pace bellum, pro satietate atq; opulentiâ famē optâsse. *Eusebius* Egesippus.†*

* *Lib. eod. c. 7. & 8.*
† *lib. 5. cap 40. & 41*

DE EXPUGNATIONE, OCCUPATIONE & conflagratione templi; & præsin.

POST hæc, octavo mensis Augusti die, ad occidentalem templi partem, Titus arietes admoveri, & muros quati, jussit. Secuta est pugna: in quâ Romanorum etiam non-pauci ceciderunt. Ignem demum portis templi subjici Titus mandat. ex quo incendium ingens, omnes porticus templi consumens, natum est: sed quod restinguere Titus jussit. Secutum aliud rursus prælium est: in quo in templum Judæi introire compulsi, in eo concluſi sunt. Paulo pòst, divino quodam motus impetu, militum quidam, in penetralia templi, per portam auream, ignem injicit, invito Tito: qui tamen prohibere non potuit; cùm. inter clamores & tumultus pugnantium, vox ejus audiri nequiviſſet. Templum igitur hoc modo exustum est, ad decimum mensis Augusti diem; qui & olim templo fatalis fuerat. Eodem enim & mense, & die, quondam à Babyloniis fuerat incensum. Et à primâ quidē structione, quam Salomon Rex inchoaverat, usque ad hoc excidium, quod anno secundo Imperii Vespasiani evenit, mille centum triginta colliguntur anni, & septē menses, ac dies quindecim. A posteriore verò, quam secundo anno Cyri Regis Aggæus fecerat, usque ad excidium, quod Vespasiano imperante sustinuit civitas, anni sunt ducenti triginta-novem, & dies quadraginta quinque. *Josephus.**

* *lib. eod. cap 10.*

DE CLADE ET CALAMITATIBUS, intra templi conflagrationem.

CONflagravit templum tantâ cum vehementiâ: ut, propter collem eminentiorem, in quo situm erat, universa ardere videretur civitas. Quin & collis ipse, ignium copiâ superatus, radicitus (quod mirari quis possit) exustus est: sanguine tamen igne largiore apparente; cùm absque ullâ miseratione ætatis, aut reverentiâ virtutum, cæderentur, quotquot in templo deprehensi fuiſſent: adeò ut terra cadaveribus tegeretur; & supra mortuorum corpora milites graderentur. In illâ verò rerum omnium desperatione, tamen & Sacerdotes ipsi in templo rebellabant; verua, & sedes plumbeas, ex parietibus avulsas, pro missilibus in Romanos ejaculãtes. Quorum duo in ignem semet-ipsos conjecêre; & unà cum templo cõcremati sunt. Romani autem, præter templum, quicquid illi vicinum fuit, & porticus ac portas omnes, simul incenderunt: ipsa etiam gazophylacia, in quæ vis magna pecuniæ, vestium plurimum, aliaque bona, omnes denique Judæorum congestæ divitiæ repositæ erant. Fortè autem Pseudopropheta quidam, à tyrannis subornatus, populum in civitate eodem die in templum ascendere, quasi signa ibi salutis accepturum, jusserat. Promiscuæ igitur multitudinis ad sex millia, in porticum unam, quæ restabat, se receperant. Quæ, porticu à militibus incensâ, universa, ut ne unus quidem servaretur, periit.*

* *lib. eod. cap. 11.*

DE HIS, QUAE POST TEMPLUM captum à Tito gesta sunt.

SAcerdotes illi, qui verubus in templo (uti diximus) & sedilibus pugnaverant, in parietem quendam se recepetant. Unde quinto die, fame oppressi, prodierunt: & à Tito pacem petentes, non impetrarunt; sed cæsi sunt: Tito respondente; quoniam templum periisset, & officium eorum desiisset, nullum esse ampliùs eorum usum. Postea etiam tyranni, cum sociis, Imperatorem ad colloquium provocarunt: quod ille pro humanitate non tergiversatus; cùm de calamitatibus, quas ipsi sibi contumaciter resisten-

A do accersiviſſent, multa apud eos disseruisset, & ad pacem exhortatus esset; dextras eorum tamen non accepit: negantibus illis, fidem se, propter conjurationem, ab eo posse accipere. Detestatus igitur, in extremâ etiam rerum omnium desperatione, confidentiam eorum, Imperator, exire illis in solitudines volentibus non concessit: sed omnia se jure belli actuum interminatus, milites diripere civitatem, atque incendere jussit. Seditiosi autem, ad domum regiam profecti, ubi facultates suas depositerant, B Romanos illinc pepulère: atque ad prædas simul mutuas & cædes conversi, omnibus popularibus, qui eò convenerant, ad octo fermè millia & quadringentos, occisis; pecunias eorum diripuère. Venit iterum Josephus; & contra impietatem & crudelitatem, ac pro salute eorum, multa locutus, irrideatur. Dispersi verò per civitatem, in minis latitabant, fugam exspectantes. Tyranni in cloacas se abdiderunt. Accessit interea vigesimus Augusti dies: quo, aggeribus ad superiorem civitatis portam admotis, eam oppugnare Titus cœpit. Ad quam Idumæi. & Judæorum aliqui, tùm confugêre: interque eos Jesus, salutis fide acceptâ, templi divitias & preciola Tito tradidit.*

* *lib. eod cap 13 14 & 15.*

DE OCCUPATA RELIQUA PARTE civitatis; excidio & numero captivorum ac cæsorum.

PErfectis aggeribus, ad septimum Septembris mensis diem, superiorem, quam diximus, civitatis partem (nam inferiore jam potiti erant) Romani expugnant; Judæis in alios aliosq; locos diffugientibus. Ingressi autem, munitionibus ac muris subversis, in urbem, cædunt, quoscunque obvios accipiunt; adeò ut totam sanguine diluant civitatem: cùm & ea, quæ arderent, sanguinis, qui fundebatur, copiâ restinguerentur. Octavâ Septembris die, ardentibus adhuc Hierosolymis, Titus ingressus, ubi munitiones & turres civitatis conspexit; miratus est, ac ad amicos dixit: Deo planè adjuvante pugnavimus; & Deus erat, qui detraxit ab istis munimentis Judæos. nam, quæ hominum manus, aut quæ machinæ, ad istas valerent? Pergunt interficere interea milites, ex æquo omnes. Qui verò cædi præ multitudine non possunt, ad opera partim facienda in Ægyptum vincti relegantur: partim triumpho reservantur; & per provincias distribuuntur, in spectaculis ferro & bestiis consumendi. Minores autem septem & decem annis, venduntur. Iisdem etiam paucis diebus, quibus, quam ex captâ multitudine quisq; fortunâ meritus esset, à Frontone, cui id negotii Cæsar dederat, decernitur; fame adhuc mortui duodecies mille sunt. Inventi & in cloacis, & in sepulcris, plures quàm bis mille: quorum alii manu suâ; plures autem mutuis se vulneribus interfecerant.

De numero porrò interfectorum, & aut fame, aut peste, F aut alio quocunque modo ad interitum sublatorum, & captivorum, rectè *Josephus* scripsit; excedere eum omnem humanam rationem: ideo, quòd civitatem, tùm undiq; populis, qui ad festum convenerant, differtam, ac totam propemodum Judæorum gentem, quasi in carcerem conclusam, bellum & vastatio atrox, justo Dei judicio, apprehendit. Probat exemplo Josephus; numerata aliquando in Paschatis festo hominum, quibus sacrificare liceret, (exceptis leprosis, & alio quocunque modo immundis judicatis; qui ad sacrificia admissi non sunt) vicies centena & septingenta millia. Tantam enim multitudinem capere G civitatem potuisse. *Egesippus*, decies centena millia indigenarum, eorumq; qui ex aliis undiq; regionibus ad diei festi celebritatem convenerant, cæsa per omne tempus obsidionis, affirmavit. Cumque eo *Josepho*, captivorum, qui comprehensi sunt, & vel ducti in triumphis, vel bestiis dati, vel suppliciis affecti, per omnes urbes, quà iter agebat Titus, nonaginta fuisse & septem millia, asseveravit: mortuorum verò, undecies centena millia. Atque hic finis fuit excidii urbis longè-munitissimæ ac clarissimæ: quam funditùs H Titus, sex mensibus, per Aprilem scilicet, Majum, Junium, Julium, Augustum, & Septembrem, obsessam diruit; relictis unà tantùm atq; alterâ turribus, & parte muri in urbis eo loco, ad excidii memoriã: anno à nato Christo 72. post eundē verò passū, anno 40. anno verò, à Mundo con-

dito,

dico, 4034. cùm annos bis-millies centum ac septuaginta-septem condita primùm esset urbs: annos verò mille centum & septuaginta-novem, David, Rex Judæorum, primus in eâ regnâsset. *Josephus,* * *& Egesippus.* †

* *lib. vnd. cap. 10. 17 & 18*
† *lib. 5. c. 49*

DE TYRANNORUM JOHANNIS ac Simonis supplicio.

SOLA jam restabant Johannis & Simonis tyrannorum supplicia. quorum ille, fame victus, cum amicis, in cloacis, dextram à Romanis, quam sæpè antea superbissimè despexerat, dari sibi precatus; ac in æternis postea vinculis asservatus. hic verò Simon, postquàm civitatem Romanorum exercitus ingressus esset, in occultiorem quandam cloacam, cum alimentis, quæ in plures dies supperterant, assumtis amicorum suorum aliquot fidelissimis, se demiserat: alimentis autem destitutus, eodem ex loco, in quo templum priùs fuerat, prodiit, vestem indutus candidam, superq; eam chlamydem purpuream. Comprehensus verò à duce militiæ, Terentio Rufo, Tito, ex navigatione Cæsaream-Philippi reverso, vinctus oblatus; & in triumphum, quem Romæ agere decreverat, asservatus; atque tandem laqueo circumdatus, ab illis, qui in pompâ eum circumduxère, cæsus est. *Josephus,* * *& Egesippus.* †

* *lib. vnd. cap. 20.*
† *ibid.*

DE JUDÆORUM CLADE ET deletionibus, in alia loca.

POST excidium, in aliis multis locis, reliquam Judæorum partem cum Gentibus odia & vexationes exercuerunt. Antiochiæ, in theatro nonnulli, Vespasiano adhuc regnante, cremati sunt. Postea, multis precibus Antiochensis civitas à Tito contendit; ut & indè Judæos omnes pelleret: in quo tamè minùs illis paruit. Bassus deinde, captâ Machærunte, in saltu quodam, Jardes dicto, magnum numerum Judæorum, qui eò ex Hierosolymis & Machærunte profugerant, cum duce eorum Judâ, interfecit, ad tria nimirum millia; tertio anno Vespasiani. qui eodem tempore ad Procuratorem Judææ scripsit; ut omnem Judæorum terram venderet: stipendium verò, ubicunq; degerent, Judæis indixit; binasq; drachmas singulis annis deferre in Capitolium jussit, ità ut antehac Hierosolymorum templo pendebant. Basso in procuratione succedit deinceps Flavius Silva, is Massadam castellum, cujus suprà meminimus, in quo se cum Eleazaro sicarii receperant, obsedit. cum quo commissis aliquot difficilibus prælîis, hoc modo Judæi extincti sunt. Videns Eleazarus, desperata esse omnia; nec posse ab ipsis castellum, ne hostes caperent, defendi: oratione compositâ, de malis præsentibus, quæ remedium nullum ferrent, & animarum immortalitate, ad socios usus, omnibus illis persuasit; ut, in mutua conversi vulnera, rebus suis omnibus in unum acervum congestis ac incensis, alii se-se aliis obtruncandos offerrent: lectis per sortem ad cædem decem percussoribus, qui, omnibus occisis, etiâ ipsi ad postremum propriis manibus perière. Erant autem nongenti numero, & sexaginta, cum mulieribus & pueris.

Extincta deinde est & Sicariorum multitudo, quæ Alexandriam & Thebas Ægypti profugerat: cùm, novo quodam contumaciæ genere, Cæsarem Dominum fateri nollent. Templum verò apud Onion, Ægypti civitatem, per Lupum, Alexandriæ ducem, preciosis rebus ablatis indè, clausum est.

Postremò, persuasa à Jonathâ quodam, nequissimo homine, sicariorum magna multitudo, in solitudine circa Cyrenem, quasi signa ibi visura, producta est: ubi à Catullo, Pentapolitanæ Libyæ rectore, tria millia opulentissimorum Judæorum trucidata sunt. *Josephus,* * *Egesippus.* †

* *lib. vnd. c. 21 24 25. 26 2. 29 30. 31.*
† *lib vnd. c. 52 & 53.*

DE JUDÆORUM PERSECUtione sub Domitiano.

NEC postquàm urbis Judæorum patriæ excidium quidem, ac totius gentis à Deo damnatæ deletionem, reliquiæ ejus persecutione caruerunt. Siquidem Domitianus, adventum Christi perinde ac Herodes metuens, Judæos ex Davidis familia reliquos, ubicunque essent, perquiri diligenter, & occidi præcipit: ut *Eusebium* refert; * *& in Chronico* id factum esse indicat, anno Domitiani X. v. Christi verò XCIX.

* *lib. 3 c. 19*

CAPUT XV.

DE RELIGIONIB. EXTRA ECCLESIAM.

De Judaismo.

DUCTUS quasi in præcipitium, hoc suo postremo seculo, Judaismus, in omnibus ubiq; terrarum locis diffusus est: quod ex Actorum Apostolicorum libro, qui, quòd ad Pentecosten convenerint diversæ nationes, nominatim explicat; clarum est. Sed in Asiâ tamen, præ cæteris terræ partibus, viguit maximè: quod & Pauli iter, & in Actis Apostolorum plures historiæ, testantur. De Hierosolymis nihil attinet admonere: cùm, quot ibi cum Judæis certamina, quot pericula Christus ipse, tum verò Apostoli, ac inter eos Paulus & Petrus maximè, sustinuerint, Evangeliorum & Actorum libri perspicuum faciant. Crebra deindè Synagogarum appellatio in Actis, in quibus locis Judaismus fuerit, declarat: ut per universam Judæam & Samariam; ubi, post obitum Stephani, docuerint in Synagogis Petrus & Johannes. *Act.* [a] Synagogarum apud Damascum mentio fit. *Actor. 9.* [b] uti & Synagogarum in totâ Syriâ: ad quas Paulus literas accepit, de persecutione Christianorum. Antiochiæ Pisidiæ, in Asiâ minori, Paulus, rogatus à Judæis, aliquoties in Synagogâ docuit in Sabbato; ubi & Judæi multi Evangelio aggregati sunt. *Act. 13.* [c] ubi & Judæorum Iconii, & frequentium Synagogarum per Lycaoniam, Lucas meminit. *Actor. 14.* [d] In Achaiâ rursus cum Judæis Apollo disputat. *Actor. 18.* [e] Ephesi verò, in synagogâ, Paulus etiam solus per tres menses: quemadmodùm *cap. 19.* [f] ejusdè libri ostendunt.

a v. 1 & 14
b vers 2.
c v. 14. 44.
d vers 1 0
e v 27. 28.
f vers. 8.

Adsunt & ex Africâ Judæi, ad Pentecosten Hierosolymis; maximè ex Ægypti partibus, & Libyæ: *Act. 2.* [g] Adsunt & ex Insulis mediterraneis; ut Cretâ. [h] Salamine verò Cypri, in synagogis docent Paulus & Barnabas. *Act. 13.* [i]

g vers. 10
vers 11.
i vers. 5.

Inter Europæ locos, Lucas Thessalonicæ meminit; ubi in tabbatis Paulus docuit ac disputavit de Beroa; ubi cum sociis idem in Synagogâ docet: & Athenarum; ubi acriter adversùs non Judæos solùm, sed & Philosophos, de Christo, deq; hominum salute, disputat. *Act. 17.* [k] Quod & Corinthi in tabbatis frequenter fecit: *Act. 18.* [l]

k vers 1 10 16 &c.
l vers 4

Romæ, in Italiâ, Judæorum fuisse frequentia connubia; Ethnici etiam scriptores prodiderunt: ut *Suetonius,* [m] qui, Tiberium Judæis omnibus ritibus & religione interdixisse, refert. Post quem etiam Claudius Româ expulit Judæos omnes; inter quos Aquila & Priscilla fuere Christiani: ut ex *Actis* liquet, *cap. 18.* [n]

m in vitâ Tiberii.
n vers. 2.

¶ Judæorum porrò doctrinam, Mosemsis, Legem & Prophetias; sed quas sub velamine, mentibus pravis, cognoverint: Paulus indicat; [o] cùm, *Ad hodiernum diem,* inquit, *Mosen legentibus, velamen manet impositum cordibus eorum.* Magis enim in Traditiones æquè-cæcas Majorum suorum, quàm Scripturæ mentem, intenti fuerunt: *Gal. 1.* [p] Hinc eorum furor in Stephanum; quòd Legi Christum præferret. *Actor. 6. & 7.* [q] Hinc in Paulum, Judæorum ex Asiâ Hierosolymam venientium sævitia; quòd Mosis legem doceret abrogatam: *Act. 21.* [r] Item, quòd neq; circumcisionem, neq; præputium, ad salutem quicquam doceret prodesse. *Gal. 5.* [s] *1 Cor. 7.* [t] Nam & ex *3. cap. epistolæ ad Rom.* apparet; Judæos, post multas Pauli conciones de fine Legis, in eâ tamen fuisse opinione: quasi externa tantùm opera, & qualemcunque in speciem obedientiam, Lex requireret. Sicut & aliis doctrinis externis solis inhærentes, interioris nihil Scripturarum notitiæ assecuti sunt. Quod illa, de regno Christi externo, perpetua eorum omnium crassissima probat opinio: imò & Apostolorum ipsorum, anteacceptam Spiritûs sancti perfectionem. sicut *Act. 1.* [u] quærunt: *Numquid restitues hoc tempore regnum Israeli?* Sed, quæ de Judæorum doctrinâ hic dici possint; ex superioribus petantur.

o 2 Cor 3 v. 15.
p vers. 14
q vers. 14
r v 34. 35
s vers 28.
t vers. 19.
u vers. 19.

¶ Quod porrò de ad Ritus Judæorum pertinet, suprà suo loco attigimus; nequehoc loco necesse est repetere.

¶ Dona etiam eiciendi, & insuper idæmonia, habendi eos Christus significat *Luc 11.* [v]

v vers. 19

¶ De Sectis Judæorum, Pharisæorum, Essæorum, & Sadducæorum, qui hoc ævum duraverunt tempore; suo loco etiam dictum est, libro [illegible].

DE

DE GENTILISMO.

NON durarunt solùm hac adhuc ætate; verùm & subindè aucti sunt, profani & idololatrici ritus ac cultus Gentilium. Imò, qui ex iis non portentosi solùm maximè, sed & crudeles fuerunt, (ut hominum cujuscunq; ætatis immolationes) ante Adriani Romani Principis imperium non cessarunt: quemadmodum *Lactantius* [z] *& Eusebius* [a] testantur. Nisi quòd de dæmonibus, quos magnâ ex parte pro diis coluit stulta gentilitas, Christi tempore expulsis, idem *Eusebius* [b] hoc modo: *Tiberii tempore, Salvator & Dominus noster, cum hominibus conversatus, dæmonum genus ab humanâ depulit vitâ. Habes etiam a summis apud Gentiles viru, non alio tempore unquam, quàm temporibus Salvatoris nostri, dæmones extinctos fuisse.* ubi & de Pane, sub Tiberio, mortuo, ridicula narrat.

Omnes autem Ethnicismi formas complecti; & longum, & ab instituto nostro alienum, neque etiam necessarium est: cùm hoc præstiterint multi, qui ex professo, recentiorum etiam ætatum homines eruditi, hoc argumentum tractarunt. Et in sequétibus subindè Centuriis, ex singularum ætatũ Scriptoribus, quędã ejus generis referenda erunt: ut ex *Justino, Clemente, Tertulliano, Lactantio, Eusebio, & alio.* Breviter igitur aliquot species gentilium cultuum, quorum in hujus seculi historiis mentio fit, recensebimus.

Summam autem, & quasi generalem quandam Gentilismi definitionem, Paulus expressisse videtur, *cap.1.* [c] *epistola ad Romanos:* ubi *Gentes*, docet, *ex creationis operibus, Deum quidem cognovisse; attamen non ut Deum coluisse: sed gloriam incorruptibilis Dei mutásse, in similitudinem imaginis corruptibilis hominu, & volucrum, & quadrupedum, & serpentum.* Item *1 Cor.12.* [d] *Scitis, quòd Gentes fuistis; & ad simulacra muta, quòcunq; ducebamini, sequentes.* Et *Gal.4.* [e] *Serviebatis, qui natura non sunt dii.* Quid enim in universum aliud in omnibus Gentilium fuerunt religiones; quàm cultus & adorationes hominum & beluarum; sed & aliarũ rerum, ut siderum, elementorum, &c? *Suetonii de Augusto* narratio, meminit Apidis, sacri tauri; quem propter agriculturam Ægyptus vetustissimâ religione coluit: quòd, cùm peregrinas alias religiones cum reverentiâ colere Augustus toleret; per Ægyptum transiens, Apim tamen visere noluerit. *In eodem* & Sacerdotum Atticæ Cereris meminit: quòd de eorum privilegio, Romæ, Augustus pro tribunali aliquando cognoverit. Idem etiam vetus Apollinis templum, *apud Actium*, Neptuno ac Marti contecravit: Apollini verò rursus aliud, Romæ, in Palatio exstruxit: Jovi tonanti, in Capitolio; quod pro more assiduè ipse frequentavit. Sanxit deinde, ut in quacunq; æde, in quam Senatus convenisset, antequàm quisquam consideret, thure ac mero supplicaret ei Deo apud aram, cui ædes sacra esset. Compitales etiam Lares ornare bis in anno instituit; floribus scilicet vernis & æstivis. Proximum deinde à Diis immortalibus honorem, memoriæ Ducum præstitit; qui imperium populi Romani ex minimo maximum reddidissent. Contrà verò Reges, amici atq; socii, & singuli in suo quisque regno, ædem Jovis Olympici, Athenis antiquitùs inchoatam, perficere communi sumtu destinaverunt, genioq; Augusti dedicare. Hæc *Suetonius:* [f] qui à Tiberio Concordiæ etiam ædem, itemq; Castori & Polluci, narrat dedicatas. Cumq; Imperatoribus, templa, flamines & sacerdotes, mos esset decerni; hæc à Tiberio solo recusata: Isidis etiam templum & religionem Tiberium clausisse; *Sabellicus* [g] autor est: ejusmodi occasione; quòd in eo puella ab adolescente, qui potiri eâ alioqui non potuisset, compressa fuisset.

C. Caligulà Imperatore designato, & in Urbem ingresso; in publicâ trium mensium festivitate, supra sexaginta millia victimarum cæsa sunt. Eidem verò clypeus aureus decretus est: quem quotannis certo die collegia Sacerdotum in templum ferrent; Senatu prosequente, nobilibusq; pueris ac puellis carmine modulato laudes virtutum ejus canentibus. Hæc *Suetonius.* Idem etiam, cùm templum Hierosolymis sacrificiis Gentiliũ profanasset, in eò se ut Deum coli voluit; fratrem se Jovis dictitans. Nec statuam suam in templo eo solo collocavit: sed & perantiquum, Romanorum Imperium adorari se, & sacrificari sibi, mandavit, *ut Eutropius* [h] *ait; & Josephus,* [i] *& Eusebius.* [k]

Secutus Claudius, Druydarum religionem apud Gallos, dirę (*ut Suetonius ait*) immanitatis, sub Augusto etiam interdictam, removit quidem penitùs: sed sacra contrà Eleusinia, ex Atticâ, etiam Romam transferre conatus est. Quin & templum quoque in Siciliâ Veneris Erycinæ, vetustate collapsum, ut ex ærario publico Romano restitueretur, autor fuit.

Queritur & de statuæ Simonis Magi religione, à Romanis sub hoc Imperatore institutâ, *Justinus,* [l] his verbis: *Simon quidam Samaritanus, ex vico, qui Titon dicebatur; qui, Claudio Cæsare regnante, cùm arte dæmonum magica opera edidisset, in regiâ vestrâ urbe Româ Deus judicatus est: statuaq; honos ei, ut Deo, à vobis tributus est: eaq; statua in Tiberi, inter pontes duos, erecta est, cum hac Latinâ inscriptione; SIMONI DEO SANCTO. Omnesq; ferè Samaritani, & aliarũ etiam nationum non-pauci, eum, tanquam primum Deum professi, colunt atq; venerantur: Helenamq; quandam, quæ cum eo tùm versata & peregrinata est, primum in tecto statuerunt; deinde ejus notionem primam exstitisse ferunt.* Eadem & *Irenæus* [m] de Simone testatur.

DE GENTILISMIS, QUORUM IN Actis & Pauli scriptu mentio fit.

FORMAS præterea aliquot ethnicorũ cultuum, etiam Lucas in Actis Apostolorum, & in Epistolis aliquot suis Paulus, meminerunt. *Actor.17.* [n] scribitur; *Athenienſium urbem totam simulacrorum cultoribus fuisse deditam: atq; inter eas idololatricas plurimas, unam etiam habuisse, inscriptam IGNOTO DEO.* Quæ cujusmodi fuerit, *Calmet* [o] explicat. *Actor.14.* [p] cùm claudum ex utero matris progressum, post concionem, Paulus in Lystris Lycaoniæ curâsset, turbæ, viso eo, quod fecisset, miraculo, Paulus; sublatâ voce dicunt: Dii, similes facti hominibus, descenderunt ad nos. ac vocant Barnabam, Jovem; Paulum verò, Mercurium, quoniam ipse erat dux verbi. Sacerdos quoque Jovis ante civitatem, tauros & coronas ante januam adferens, cum populis volebat sacrificare: sed Apostoli eum furorem potiùs, quàm honorem, aversati sunt, ac repressérunt.

Ex iisdem, *cap.19.* [q] apparet; Ethnicos Ephesi, præter cultus idololatricos, curiosas etiam exercuisse artes, hoc est, magiam. Quamobrem conversi libros, eas res continentes, omnes exussérunt.

Templi etiam Ephesi Dianæ, à Poëtis & Historicis ethnicis decantatissimi, Lucas *ibidem* [r] meminit. Ac propter ejus magnificentiam, argentarios multos, statuas formantes argenteas, ibi vixisse ait, ex ejus operositate lucrum facientes; præcipuè verò Demetrium: [s] qui, cùm Paulus concione suâ, quâ doceret, nequaquam esse Deos statuas hominum manibus factas; atque ideò majestatem Dianæ, & templi ejus, homines vilipenderent; in eum sociosque ejus seditionẽ movit. Meminit magnificentiæ ejus templi *Plinius:* [t] & à totâ Asiâ exstructum fuisse affirmat, annis ducentis & viginti.

Meminit & ethnicæ cujusdam orationis, & baptizationis ad flumen, Philippis; & puellæ, spiritu fatidico Pythonis, dominis suis quæstum magnum facientis; Lucas, *ut Aſſus.* [u] Ex *ultimo capite Actorum* [x] quidam eliciunt; in insulâ Melite Viperam cultam esse. ubi incolæ, viperam, ex sarmentis prorepentem, & de manibus Pauli pendentem, videntes; homicidam eum esse, & vindictâ Dei dignum, dixerunt. Quod fortasis imitatus *Nicephorus,* [y] ut est nugax, de Hierapolitanis retulit: eos adeò addictos idolis fuisse; ut viperam, sacrario inclusam, tanquam Deum, magnificè coluerint, sacrificiisque foverint.

Sinè dubio autem Corinthi etiã idololatras fuisse, testimonio est: quòd *1 Cor.8.* [z] dissuadet illis Paulus, ne vescantur iis, quæ simulacris immolata sint. ut & *cap.10.* [a] *Quæ Gentes, inquit, immolant, dæmoniis immolant, non Deo. Nolo autem vos consortes esse dæmoniorum.*

DE ROMANIS IDOLOLATRIIS cæteris, ex Suetonio.

NERONEM, *Suetonius* ait, omnes religiones contemsisse: præter unam quandam deam Syriam, quam coluerit;

---

[z] *lib.1. de falsâ relig. cap.21.*
[a] *de Præpar. evang lib. 4 cap.7.*
[b] *lib.5. de Præpar.c.9*
[c] *vers.20. 21.23.*
[d] *vers.2.*
[e] *vers.8.*
[f] *in Augusto.*
[g] *Emmad.7. lib.1.*
[h] *lib.7.*
[i] *lib.2. de bello Jud.*
[k] *lib.2.c.5.*
[l] *Apolog 2. ad Antonin. Pium.*
[m] *lib.1. adversùs hæres. Valentini, c.20.*
[n] *v.22.23.*
[o] *lib.12.c.2.*
[p] *vers.8. & seqq.*
[q] *vers.19.*
[r] *vers.27.*
[s] *v.24. &c.*
[t] *lib.36.ca pite 14.*
[u] *cap 16.v 13. & 16.*
[x] *vers.3 4.*
[y] *lib.2.c.39*
[z] *v.1 &c.*
[a] *vers.20*

cruerit; sed non diu. Mox etiam eam ità fœdè vixisse, ut urinâ contaminarit; aliâ scilicet superstitione captum. Siquidem imaginculam puellarem, muneri acceptam, pro summo numine, trinisque per diem sacrificiis, coluerit. Ante paucos verò, quàm periret, dies, etiam extispicio attèdisse.

Galba verò Imperator, sumtâ virili togâ, somniavit Fortunam dicentem: sibi se ante fores defessam; &, nisi ocyùs reciperetur, cuicunq; obvio prædè summam atque evigilavit; aperto atrio, simulacrum æneum Deæ, cubitali majus, juxta limen invenit. Idque gremio suo Tusculum, ubi æstivare consueverat, avexit: & in parte ædium consecratum, menstruis deinceps supplicationibus, & pervigilio anniversario, coluit. Sed non ità multò ante interitum suum, monile margaritis gemmisque consertum, ad ornandam Fortunam suam Tusculanam, ex omni gazâ secreverat. Id repentè, quasi angustiore dignius loco, Capitolinæ Veneri dedicavit. Ac proximâ nocte somniavit speciem Fortunæ, querentis fraudatam se dono destinato; minantisque, quòd vellet eripere & ipsa, quæ dedisset. Cumque extemplo luce primâ, ad expiandum somnium, præmissis qui rem divinam apparerent, Tusculum excurrisset: nihil invenit, præter tepidam in aræ favillam, arcatumque juxtà senem, incatino vitreo thus tenentem, & in calice fictili merum.

Meminit, *in ejusdē vitâ*, & Jovis Cluviæ: *in Othonis* verò *Sylvii*, cultûs matris Deorum, qui cum lamentis & planctu præstabatur; ut idem ait: Victimarũ item, Diis patrii cęsarũ.

A. Vitellius verò, primus C. Cæsarem adorari, ut Deum, instituit: cùm reversus ex Syriâ non aliter adire ausus esset, quàm capite velato, circumvertensque se; deinde procumbens. Claudium, uxoribus literisq; addictum, ne quâ non arte demereretur; pro maximo munere à Messalinâ petiit, ut sibi pedes præberet excalceandos: detractumq; socculum dextrum, inter togam tunicasq; gestavit assiduè; nonnunquam osculabundus. Narcissi quoq; & Pallantis imagines aureas, inter Lares coluit. Hujus & illa vox est; *Sepè facias*: cùm seculares ludos edenti Claudio gratularetur.

Vespasianus, Alexandriæ, de firmitate Imperii auspicium capturus; ædem Serapidis, submotis omnibus, solus intravit. Idem templum Pacis foro proximum exstruxit.

Filius ejus Titus, oraculum Veneris, quæ in Paphio colebatur, de spe Imperii consuluit. Apud Memphin etiam Bovem consecravit.

Domitianus, in Albano, quotãnis celebravit Quinquatria Minervæ: quam & aliàs superstitiosè coluit. *Suetonius.*

CAPUT XVI.

DE MUTATIONIBUS IN Imperio politico.

IMPERIUM sicutus in imperio C. Caligula, Reipublicæ statum reperit satis felicem: ut quem in tranquillitatem maximam Augustus jampridem adduxerat; & pacem etiam externam Orbi nativitas Christi attulerat. Quamobrem, ad sævitiam tantùm, & monstra morum, formatus, impius Imperator sæpè de conditione ejusmodi temporum suorum cõquestus est; quòd nullis calamitatibus publicis notaretur: ut *Suetonius* narrat, *& Eutropius* * * *lib.7.*

Posteum, Claudius Romani Imperii fines ampliores reddidit: Britanniam, quam post C. Cæsarem Romanorum nullus adierat, adjiciens: Insulis etiam Oceani, ultra Britannias, quas Orcades vocant, bello subactis; ut *Eutropius* ibidē testatur: anno Domini, *ut Eusebius annotavit*, 46. *Suetonius*, Claudium etiam provinciis quibusdam mutationem induxisse, narrat: Achaiam enim & Macedoniam, quas ad curam suam Tiberius transtulerat, Senatui eum restituisse, ait. Aliis rursus provinciis libertatem eripuisse, aliis reddidisse: & tributa, ut Ilienſibus, remisisse. Sub eo Vespasianus, Legatus legionum, in Germaniam ingressus, ex eâ in Britanniam translatus, gravissimis prœliis triginta duas validissimas ejus gentes, superque oppida viginti, & insulam Vectem, Britanniæ proximam, in deditionem accepit. *Suetonius. Eusebius*, * & Thraciam Romanorum provinciam sub eo factam, indicat, anno Christi 48. * *in Chron.*

Nero, portentis morum & libidinis deditus, Imperium nullâ re auxit; sed diminuit: cùm per negligentiam, eidem Britannicam, quâ duo præcipua oppida, magnâ civium sociorumq; clade, direpta sunt, accersivisset. Sub eo Parthi etiam Armeniam occuparunt; legionibus Romanis sub jugum missis. Nisi quòd duæ sub eo provinciæ factæ sunt: Pontus scilicet Polemaicus, concedente regē Polemone; & Alpes Cottiæ, rege Cotiâ defuncto anno Domini, *ut Eusebius indicat*, 67. *Suetonius, & Eutropius* * * *lib.8.*

Post Neronem, novo motu tres simul Imperium Romanum arripuerũt, anno Domini *(secundùm Eusebium)* 71. Galba scilicet, Vitellius, & Otho: Galba in Hiberniâ; Vitellius in Germaniâ; Romæ verò Otho. Sed fraude & seditionibus partum imperium, brevi tempore obtinuerũt.

Cæterùm, fessam jam & labefactatam Rempublicam, superiorum Principum tyrannide magis, quàm imperio, Vespasianus primus restituit: & provincias Romanæ reipublicæ adjecit *(ut Suetonius refert)* Achaiam, Lyciam, Rhodum, Byzantium, Samum, (quæ liberę ante id tempus civitates fuerunt) Thraciam, Ciliciam, Tracheam, & Comagenem. *Eutropius*, * *& Aurelius Victor*, anno Domini 77. * *lib.9.*

Maximæ deniq; in toto orbe mutationis, cum filio Tito, auctor fuit: quòd, Galilæâ universâ vastatâ, & Hierosolymis dirutis, Judæorum omnem gentem è medio sustulit: anno ab exordio prædicationis Evangelicæ 43. *secundùm Eusebium*; anno verò à nato Christo 77. Quod quo effecerit successu & industriâ; paulo infrà, in Capite de Judaicæ gentis historiâ, ex *Josephi* narratione, retulimus.

Domitianum de Gothis Dacisque triumphâsse, *Suetonius* narrat, anno Christi 94. *Eutropius* verò * sub nomine superatorum hostium, de propriis legionibus; cum suis ducibus extinctis, pravissimâ jactantiâ triumphum egisse, ex *Tacito* retulit. Addit & hoc *Suetonius*: Bellum etiam civile, à L. Antonio, superioris Germaniæ Præside, motum, confecisse absentem, felicitate mirâ: quòd scilicet, ipsâ dimicationis horâ, retolutus repentè Rhenus, transituras ad Antonium Barbarorum copias inhibuerat. Secundam postremò persecutionem in Christianos idem movit, anno Christi 97. quemadmodum suo loco dictum est. * *lib.9.*

CENTVRIÆ PRIMÆ, LIBRI SECVNDI, Ecclesiasticæ historiæ, Finis.

Digitized by Google

LOCORVM SCRIPTVRAE S. QVI
IN SECVNDO LIBRO PRIMÆ CENTVRIÆ
REPERTORIVM, INDEX.



Genesis 1. Omnibus Deus 195 b

In semine tuo benedicentur omnes gentes 4 b. & 60 c

Malachiæ 3. Ego Deus, & non mutor cujuscunque misereor 194 f

Psalm. 18. Enarrant cœli, quomodo & quo sensu loquantur 226 d

Psalm. 18. Propitiam fac mihi Deus 195 c

Quis intelligit delicta! 195 f. g

Psalm. 21. Deus Deus meus Deus respice 195 c

Psalm. 31. Beati quorum remissæ 194 h

Psalm. 33. Omnes qui sperant, non pudebit 195 b. & 194 f.

Psalm. 44. Optabile eum fœnum 194 d, e

Psalm. 45. Pone te in lucem gentibus 11 h. In tempore accepto exaudivi te 194 h

Psalm. 50. Quam speciosi pedes annunciantium pacem? ibid.

Domine, quis credet sermonibus nostris? ibid.

Omnes sicut oves erravimus 194 e. Qui peccatum non fecerat 194 g. Tanquam ovis ad occisionem ductus est ibid.

Psalm. 95. 9. Qui gloriatur, in Domino glorietur ibid. h

Ecce dies venient. 93 b, c. & 161 h

Osee 2. Qui quondam eratis non populus 426 d

Misericordiam volo, & non sacrificium 443 b

Joel 2. Effundam de spirito meo 31 c. & 84 g. & 86 e, f. Qui invocaverit nomen Domini, salvus erit 193 b. & 194 e, f

Habac. 1. Fiet opus vestro tempore, quod vobis dicenti videatur incredibile 11 f

Justus fide sua vivet 193 b. & 194 f. & 196 f. & 214 b

Psalm. 2. Quare fremuerunt gentes 4 e, & 36 f

Sepulchrum patens, guttur eorum 194 c, d

Non est justus, ne unus quidem ibid. c

Non relinques animam meam in inferno 31 c

Beati, quorum remissæ sunt iniquitates 194 f

Qui vult vitam diligere, & videre dies bonos 426 d

Tibi soli peccavi 194 c

Dixit Dominus Domino meo 3 d. Secundùm ordinem Melchisedech 37 c

Credidi, & ideo locutus sum 194 h. & 198 g. Omnis homo mendax 194 c

Lapidem quem reprobaverunt 4 c, d. & 426 c, d

Matth. 14. Modicæ fidei, quid dubitasti! 430 b

Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam 293 b. & 404 d. & 424 a, b. & 431 h. Vade post me, satana: scandalum es mihi 430 d.

Domine, bonum est, nos hic esse 430 c

Ite, docete omnes gentes 1 f

Marci 16. Ite in mundum universum 1 f

Luc. 5. Exi à me, Domine, quia homo peccator sum 423 c

22. Reges gentium dominantur eis, vos autem non sic 403 g. & 404 c

Joan. 1. Verbum erat apud Deum 286 c. & 438 h

Non tantùm pedes, sed & manus, &c. 431 a

Sitne persecuti sunt, &c. 28 d

Pasce oves meas 403 f

1 Cor. 1. Nunquid divisus est Christus? 322 g. Vos estis mihi vestes 11 f. & 308 c.

Baptisma Johannis 274 c

Impleri sunt 342 b. Quicunque invocaverit nomen Domini, salvus erit 260 c. Dabo prodigia in cœlo supernè 334 f. Quem Deus paravit à mortuis 622. Pœnitentiam agite, baptizetur unusquisque vestrum 293 c, d. & 276

Eorum pœnitentiam agite 269

tes, baptizari sunt in nomi-

Vobis facta est promissio 284

Usque ad tempora restitutionis omnium

Pœnitet vos igitur, impœnitentiæ

erat in omnibus

rur per nomen

&c. 171 e. & 174 d. & 180 a. &

Stravit cor meum

templo 380 f. Quotus

Deus manifestavit [illegible] 1 & 224 f

[illegible] 1

6. [illegible] 301 f. g.

7. Pars servire, & instrumentis mundi 310 d. [illegible] 312 f

[illegible] constituti sunt

9. Quanti operentur cum gemitu pro nomine, 269 321 f

10. Sed & quoquis genere, qui timet ipsum, acceptus est, 286 f. & 294 d. Post baptisma quod prædicabat, Johannes 274 c. Deus unxit Jesum Nazarenum 62 b. Præcepit nobis, ut prædicaremus populo &c. Judex vivorum & mortuorum 284 g. & 356 a. & 396 f. & 260 b. Huic omnes prophetæ testimonium ferunt, quod remissionem peccatorum accepturus sit per nomen ejus, quisquis crediderit in eum 180 e. & 184 b. & 188 b. & 189 h. & 192 h. & 197 e. & 205 f. & 246 d. & 268 c. & 276. d. e. & 281 a. & b. & 295 d. & 296 b. & 299 f. Baptizati sunt in nomine Domini 272 g. & 382 e

11. Johannes quidem baptizavit aquâ 274 c, d. Si igitur æqualem gratiam dedit ipsis Deus 178 e

12. Angelus ejus est 100 f

13. Segregate mihi Saulum 382 f, g. Cùm jejunassent & orassent 260 d. O plene omni dolo & fallacia 171 e. Cùm antè prædicasset Johannes baptismum pœnitentiæ 274 d. Vobis sermo salutis hujus missus est 284 g. Quod per hunc vobis remissio peccatorum annunciatur 185 b, c. Per hunc omnis, qui credit, justificatur 185 b, c. & 188 b. & 189 h. & 197 e & 209 g. & 246 d. & 268 c. & 281 a. & 310 g. Rogabant gentes, ut sequenti sabbato sibi verba loquerentur ista 26 b. Suadebant eis ut permanerent in gratia Dei 177 a. Contradicentes, & loquentes blasphemias 303 e. Vobis oportebat primùm loqui sermonem Dei 285 e. & 312 d. & 480 g. Audientes verò Gentes &c. credidêrunt quotquot erant ordinati ad vitam æternam 166 d

14. Per multas tribulationes oportet ingredi in regnum Dei 211 g. & 319 e. Precatique essent cum jejuniis 260 d

MEmorabilis eſt ſententia, quam Paulus ad Epheſios quarto, ex Pſalmo ſexageſimo-octavo recitat, inquiens: *Aſcendit in altum; captivam duxit captivitatem; ac dona dedit hominibus.* Teſtatur enim, Chriſtum, Servatorem noſtrum, non eſſe in cœlis otioſum; ſed, miniſterio verbi ſui, etiam hîc in terris perpetuò colligere, ſanctificare, ſibique conſervare Eccleſiam: in quâ, per Spiritum Sanctum, ſit efficax, homines regeneret, bonaque ſuo merito parta (uti ſunt, reconciliatio cum Deo, adoptio, remiſsio peccatorum, & Juſtitiæ imputatio, dona Spiritûs Sancti, & vita denique ipſa æterna) reſipiſcentibus, veràque fide ſe amplectentibus, diſtribuat & largiatur. Sunt itaque ſani ac fidi Doctores, & miniſtri Euangelii Jeſu Chriſti, ingentia præſtantiaque Dei dona. Atque hoc Dei beneficium, illuſtrius & gratius eſſe ſolet; cùm doctos, pios, gravesque Eccleſiæ miniſtros, eo ipſo tempore excitat atque donat: quando tenebræ in doctrinâ regnant; & conſcientiæ, veram conſolationem & inſtitutionem ſitientes, ejuſmodi Prædicatores repentè audiunt, quorum voce, quaſi è vinculis errorum, & graſſantium opinionum, liberantur. Tales certè fuerunt, non ipſi modò Apoſtoli; ſed multi etiam alii præſtantes viri, vivâ illorum voce & ſcriptis, in Chriſti doctrinâ rectè imbuti: qui plurimis in locis, tàm Judæos, quàm Gentiles, ex fœdis corruptelis & erroribus extractos, monſtratâ Euangelii luce, expediverunt.

Conſentit igitur cum Pſalmi & Pauli dicto, etiam hujus Secundæ Centuriæ Hiſtoria: quòd nimirum illuſtres Eccleſiæ Doctores, etiam poſt Apoſtolos, Chriſtus, ad dextram Patris regnans, excitârit & conſervârit; quorum operâ & labore, Euangelium Chriſti plantatum, latiusque propagatum eſt. Sunt autem, præ aliis celebres hoc ſeculo; IGNATIUS, THEOPHILUS ANTIOCHENUS, SERAPION, PAPIAS, POLYCARPUS, AGRIPPA, BARDESANES, RHODON, MILTIADES, POLYCRATES, THEOPHILUS CÆSAREENSIS, PANTENUS, CLEMENS ALEXANDRINUS, QUADRATUS, ARISTIDES, DIONYSIUS CORINTHIUS, BACCHYLUS, JUSTINUS, IRENÆUS, & alii quidam.

Fuit quidem hoc ſeculum ideò floridius aliquantò, quod ad zelum, in tradendâ & propagandâ Euangelii doctrinâ, pertinet; quia tempori Apoſtolorum erat vicinum: ſed tamen admiratione ſimul ac deploratione dignum eſt; quòd tàm citò magnæ obſcurationes Doctrinæ, in non-minimis fidei articulis, ſenſim inciderunt. Id quod hac ratione potiſsimùm accidit: quòd ſummi quidam in Eccleſiâ Doctores, ſuas quaſdam opiniones parùm-commodas, ſuoſque nævos, habuerunt; quibus, ſequentibus præſertim temporibus, magis etiam Eccleſia quaſſata eſt, ac turbata. Nam doctrina *de Libero arbitrio*, hoc ſtatim ſeculo, vitiari cœpit; nimiumque viribus humanis tributum eſt.

Articulum *de Juſtificatione* non ſatis perſpicuè explicuerunt; ſed operibus Juſtificatorum plus, quàm debebant, adſcripſerunt. Id quod, dubio procul, ex Pſeudoapoſtolorum errore, de operum meritis ad ſalutem, promanavit.

Sanctorum martyria tantis evexerunt laudibus; ut quidam ſentire cœperint, eſſe illa peccatorum expiationes.

De Diabolis Juſtinus fingit, quòd amore mulierum lapſi ſint; deceptos illo dicto, Geneſeos VI. v. 2. malè intellecto: *Viderunt filii Dei filias hominum, &c.*

De Homine Irenæus ſentit, eum initiò non eſſe conditum perfectum. Ac Theophilus ſcribit, Hominem nec mortalem, nec immortalem, factum eſſe.

Papias, Juſtinus, & alii, ſentiunt; Poſt reſurrectionem, corporale regnum, per mille annos, habituros eſſe fideles, priusquàm judicium univerſale fiat. Quæ, & his ſimilia alia, ſuis locis copioſiùs explicabuntur.

Debet autem ea res nos commonefacere: ne nimiùm offendamur, religionémve Christianam ſuſpectam habeamus; quando etiam hâc noſtrâ ætate videmus, aliquos nævos, incommodasque opiniones, præſtantiſsimis etiam Viris, in Eccleſiâ Dei, adhæreſcere. Plerunque enim mixtura ejuſmodi, in Eccleſiâ externâ fuit: ut aliqui ſinceriùs, & abſq; fermento, doctrinam cœleſtem tradiderint; alii verò, donis aliis non modò illis pares, ſed etiam ſuperiores, opiniones quaſdam ſanè non bonas, immò etiam turpes ac perniciosas, foverint. Sicuti autem nævos hujuſmodi nemo probare debet: ità ex contrario, propter illos, totam reliquam Doctrinæ formam, quæ rectè dextrèq; explicata eſt, repudiare, aut etiam damnare, æquum non eſt; ſed Apoſtoli regulam hîc ſequi oportet: *Omnia probate; quod bonum eſt, tenete.* 1. Theſſal. 5. v. 21.

¶ Eſt & illud in hac Centuriâ obſervatione dignũ: quòd, tàm brevi poſt Apoſtolos tempore, peſtilentes adeò & horrendas hæreſes Diabolus, in Eccleſiâ Chriſti, publicè diſſeminavit.

Saturninus, Baſilides, Carpocrates, Valentinus, Tatianus, lacerarunt doctrinam de Deo: fingentes, plures eſſe Deos; & Chriſti humanitatem negantes.

Valentinus & Marcion finxerunt, Chriſtum è cœlo carnem attuliſſe. Marcion inſuper duo principia ſtatuit: unum bonum; alterum malum.

Montanus Chriſti divinitatem negavit: ſeque Spiritum Sanctum eſſe affirmavit.

De Creatione docuerunt, quòd etiam Angeli ſint Mundi autores.

De Juſtificatione; Non omnia peccata reſipiſcentibus remitti: itèm, Homines naturâ ſalvos fieri.

Contra Doctrinam de honorabili Conjugio, fœdas libidines permiſerunt: & corporibus hominum, reſurrectionem omninò denegarunt.

Et hac quidem in re furor Diaboli manifeſtè conſpectus eſt: qui idcircò Eccleſiam Chriſti ſuis blaſphemiis conſpurcare, contaminare, immò funditùs evertere, ſtuduit; ut Deo ægrè faceret, hominesque plurimos à verâ ſalutis doctrinâ abalienaret. Sicut enim boni & ſinceres Eccleſiæ Doctores, Dei dona ſunt: ità contrà Hæretici, Diaboli organa, tetraq; ſunt portenta. Porrò, ſicut, cùm in agro zizania proveniunt; non tamen propterea omne triticum vitioſum judicatur, aut abjicitur: ità, etiamſi in illo cœtu, qui publicè rectè ſentit ac docet, aliqui ſe Hæretici immiſcent, qui ſua venena etiam ad alios diffundunt; non tamen propterea eſt tota illa Eccleſia vituperanda, aut hæreſeos nomine exagitanda, nedum omninò damnanda. Sequi enim nos hîc Johannis regulam oportet: *Exierunt è nobis; ſed non erant ex nobis.* 1. Joh. 2. v. 19. Nihilominùs architecti ipſi, patroni & ſectatores pravarum opinionum, judicio Eccleſiæ reprimendi & arcendi ſunt. Alia ratio eſt illius cœtûs, qui palàm corruptelas articulorum fidei, profanationem Sacramentorum à Chriſto ordinatorum, Idololatriam, fœdas libidines, aliaque ſcelera, & quidem pertinaciter, defendit. Nam ibi zizaniis totus ager occupatus eſt; regnantque tribuli, lappæ, filices, & ſpinæ: tritici autem, vel prorſus nihil, vel admodum parùm, adeſt.

SECVNDA CENTVRIA Historiæ Ecclesiasticæ.

CAPUT I.

FORMAM Ecclesiæ Dei, quam ipse JESUS Christus constituit, vivâ voce & toto suo ministerio; & in quâ propagandâ & ampliandâ Apostoli, aliique viri pietate, doctrinâ, aliisq; donis præstantes, laborarunt; superiori Centuriâ, quantum nos Deus adjuvit, descripsimus. Nunc, eodem authore, atque adjutore, Secundum seculum ingredimur: quod à Trajano initium sumit; ejusq; & Hadriani, Antonini Pii, Antonini Veri, Commodi, & Severi, tempora complectitur.

Meminerit autem pius & attentus Lector; in omnibus sequentibus Centuriis, ad primam, veluti omnium præstantissimam, ac cæterorum normam, esse recurrendum. Si quid enim in principalibus punctis, utputà Doctrinâ & Sacramentis, aut aliis etiam rebus Ecclesiasticis necessariis, deinceps diterepaverit: meritò suspectum, vel tàltèm inferiori loco habebitur. Sunt tamen in aliis rebus minùs principalibus nonnulla; quorum variatio non labefactat aut everti Ecclesiæ fundamenta.

Porrò, etsi hoc seculum, quod nunc tractandum venit, paulo sit purius, quàm alia subindè sequentia: tamè videre est, quàm horribiliter generis humani hostis, & omnium mendaciorum pater, Apostolis sublatis, mox Ecclesiam Dei, non modò sævissimis persecutionibus; sed tetris insuper hæresibus, conspurcare sit ausus: adeò ut etiam non postremis in cœtu verorum Doctorum viris, opiniones quasdam minùs sanas infuderit; imò ut statim articulus omnium summus, de Justificatione hominis coram Deo, cœperit obscurari. Sed, cùm quælibet suo loco dilucidè & ordine convenienti tractentur, & idea integra Lectori ob oculos: quantum quidem in hac hominum imbecillitate, & ex monumentis existantibus, colligi potuit; ponatur; plura, in hoc initio, verba facienda esse non putavimus.

CAPUT II.

DE LOCO ECCLESIAE

Christi ejusq; propagatione.

QUibus in locis Christus Ecclesiam suam habuerit aut propagaverit, rursus primo loco dicendum est: ut veluti vestigia Dei observentur, & inenarrabilis ejus misericordia consideretur & celebretur; quòd, juxta promissiones, non defecerit tamen verbi divini latiùs spargere, & piorum cœtum amplificare. Pertinent enim ista omnia ad articulum fidei; *Credo Ecclesiam sanctam catholicam.*

In Asia autem, magis his temporibus Ecclesiam Dei adhuc, quam in aliis orbis terræ partibus, floruisse; patet. Eo enim in loco, non-pauci Apostolorum discipuli adhuc erant in vivis: teluriq; erga puram doctrinam erat ferventior, quàm in posteris fuit.

Non autem dubium est; singulari Dei consilio & benignitate, Doctores Euangelii Christi, & aliquam Ecclesiam tamdiu, post ascensionem Domini, in iis terris servatam esse. Voluit enim Deus, & ipsis, & toti posteritati, imò universa Ecclesiæ Filii tui, in omnè ævi, æternitatem, abundè declarare; verè, juxta promissiones, in hoc loco esse exhibitum Christum: ac te initiò hunc totum populum ad societatem Filii tui vocâsse, ac deinceps, ut fieret omnes Gentes; ex Judæis toti Mundo salutem venisse, sicut Propheta* inquit: *Ex Sion lex exibit; & verbum Domini de Hierusalem.*

Sed non tantùm in Asiâ jubar illud divinum luxit: verùm, vivis adhuc Apostolis, in Africam & Europâ etiam usq;, (ut dictum est) radios suos gloriosè sparserat. Oportuit enim compleri hanc prophetiam:* *In omnem terram exivit sonus eorum; & in fines orbis terrarum verba eorum.* * *Psal.* 19. *v.* 5.

Ecclesia per Asiam.

MANSISSE Ecclesiam Dei in hoc præsenti seculo, etiam in ipsâ *Hierosolymâ*, quæ post horribilem eversionè nonnihil instaurata fuerat; certum est: eò quòd, post Justum, Zachæus, Tobias, aliique doctores ibi fulserunt, doctrinâ & vitâ clari; de quibus infrà. Fuit quidem ille locus Romanis Imperatoribus subjectus; qui ethnicis superstitionibus erant dediti: sed nihilominùs Ecclesia Christi, suos quosdam ibi doctores & conventus habebat. imò sub Hadriano, exactis Judæis omnibus, tantâ reverentiæ ut ne ex speculâ quidem è longinquo ipsis liceret Hierosolymam adspicere: (ut scribit *Eusebius*) Ethnicis, & quidem Christianis, permissum est eam incolere; jam nomine etiam civitatis immutato, ut *Aelia* ab instauratore vocaretur.

In *Cæsareâ Palæstinæ* Theophilus præerat: sicut *Eusebius** testatur. Nec dubium est; quin, in reliquis Palæstinæ locis, passim plurimæ fuerint Ecclesiæ Christi: etsi literis non perinde sint celebratæ, præsertim cùm, superiori seculo, tam illustres, in omnia ejus regionis oppida & civitates, factæ sint propagationes. * *lib.* 5. *c.* 22

Sic in *Tyro* ac *Ptolemaide* regnum hoc Christi spirituale fuisse; ex *Eusebio** liquet. * *lib.* 5. *c.* 27

Antiochia autem *Syriæ* aliquantò liberior & celebrior tùm etiam erat Ecclesia. Durabat enim adhuc aliquo modo illa quasi Academia; quæ a Petro Paulòque, & aliis eximiis Christi organis, ibi instituta fuerat: nec erat tam miserè dissipata, ut Hierosolymitana. Oportebat enim judicio Dei Hierosolymam subindè decrescere: ut nimirum exstaret testimonium exhibiti Christi; & exemplum puniti contemtûs & persecutionis Filii Dei: ut etiam constaret, cæremonias, totamque politiam Mosaicam jam esse abrogatam: congregari nunc Ecclesiam ex cunctis gentibus: & regnum Christi esse spirituale; jamque diffundi per totum orbem terrarum; nec alligatum esse tantùm ad Judaicum populum. In-primis verò, cùm celebris ille *Ignatius*, Apostolorum discipulus, Antiochiæ egerit Ecclesiæ antistitem; cui *Heron*, aliique plures viri pietate ac eruditione præstantes, successerunt: consentaneum est, pristini floris non parum ibi adhuc reliquum fuisse. Ex Antiochiâ autem, passim etiam vicinæ civitates ac regiones, veluti ex fonte saluberrimo, verbo Dei irrigatæ sunt. Non enim potuit, nec debuit, lux tanta abscondi. In *Tarso* verò, Ciliciæ civitate, fuisse Ecclesiam Christi; literæ Ignatii ad eos transmissæ ostendunt: in quibus *Philonis* Diaconi Tarsensium meminit. Fuerunt etiam in Mesopotamiâ Ecclesiæ plures. *Eusebius.** * *lib.* 4. *c.* 23

Superfuit & in *Epheso* haud postrema Ecclesia Christi. Constat enim; S. Johannem, præstâtem Apostolum Christi, ipsa Trajani tempora attigisse: id quod *Irenæum & Clemens* testantur. nam *Irenæus** sic inquit: *Quæ est Ephesi Ecclesia, à Paulo quidem fundata; Johanne autem permanente apud eos usq; ad Trajani tempora; testis est verus Apostolorum traditionis.* Et fuit Johannes sinè dubio quasi communis episcopus & doctor Asiæ: qui pleraque loca ipsemet percurrit; Ecclesiamque Christi in iis plantavit. * *lib.* 3. *ad versùs hæres. cap.* 3

Haud procul indè *Smyrna*, ejusdem Ioniæ civitas, cujus & Ephesus, amœno littore sita fuit: in quâ doctrina de Fi-

lio, Dei viguit; *Polycarpo* doctore, qui Johannis Apostoli alumnus erat.

Celebres etiam *Sardes* sunt; ubi *Melito* Ecclesiæ Christi præfuit: & *Tralles*; ubi *Polybius*: & *Philadelphia*, *Magnesia ad Mæandrum*; ubi *Damas* docuit; sicut etiam in epistolis Ignatii commemorantur. quibus & *Colossæ* rursus exstructæ accenseri possunt.

Phrygiæ urbium maxima *Hierapolis* fuit; ubi *Papias* doctorem egit.

Philomelii quoque & *Pergamopolis* mentio fit, in epistolâ Smyrnensi: ut habet Eusebius.* * *lib.4.c.16*

Et in ipsâ *Troade*, ad Hellespontum, Euangelium habuit suum locum; unde *Ignatius* ad Philadelphienses & Smyrnenses literas dicitur misisse: de quibus tamen suo loco quædam monebimus.

Nicomediæ quoque fuisse Ecclesiam; ex scriptis *Dionysii Corinthii* videre est. Et refert *Eusebius** *ex Apollinario*, Ecclesias tum fuisse *in Phrygiâ, Mysiâ, Galatiâ, Ancyræ, in Comano vico, in Ponto, & alias. Amastri* fuisse, idem * commemorat. * *lib.5 c.16* * *lib.4 c.23*

In *Ponto* quidem *Focas* Episcopus celebratur, in civitate *Syncope*.

Unde constat: sicut in superiori; ità etiam in hoc seculo, eam Asiæ partem, quam Minorem vocamus, verbo Dei in primis exultam ornatamq; fuisse; ac veluti paradisum quandam Dei floruisse: ita tamen, ut solet Ecclesia inter afflictiones, tanquam lilia in mediis spinis, florere.

De cæteris autem regionibus ad Orientem sitis; etiamsi parum in scripta relatum est, quales ibi hoc tempore fuerint Ecclesiæ: tamen dubium non est, quin & in iis nonpaucæ fuerint. siquidem & suprà indicatum est; *Thomam Parthis, Medis, Persis, Hyrcanis & Brachmanis*, Euangelium prædicâsse: *Bartholomæum* etiam *Indis ac Armenis*. Ut liceat conjectare; etiam in eo loco adhuc Christianos fuisse: imò historia *Pantæni* idem declarat. Et *Tertullianus** inquit, (ut sequenti Centuriâ dicetur) Parthos, Medos, Elamitas, multosque alios credidisse: quos ante Tertulliani tempora conversos esse, indè liquidò apparet. * *contra Judæos.*

Ecclesia per Africam.

Ad aliam nunc Orbis partem transeamus. Etsi paucorum oppidorum Africæ nomina annotata reperiuntur: tamen fide-digni autores, qui hoc seculo vixerunt, eique vicini fuerunt, & ea, quæ superiori seculo commemorata sunt, latiùs ostendunt; in omnibus præcipuis Africæ regionibus (ut sunt: *Ægyptus, Thebais, Marmarica, Cyrenaica, Numidia, Mauritania, Getulia, Libya, Æthiopia*) Ecclesiam hoc seculo sua habuisse hospitia.

Alexandria, Ægypti civitas clarissima, in quâ optimarum artium studia exculta & conservata sunt multis seculis, à *Marco* initiata doctrinâ Christi scribitur. quæ quidem & hoc seculo doctores egregios habuit: ut *Abilium, Justum, Cerdonem*; item *Pantænum, Clementem*, aliosque insignes viros. Nec dubium est; quin ex hac quasi scaturigine quâdam, in hac quidem Orbis terrarum parte, ad vicina etiam loca, Euangelii doctrina propagata fuerit.

*Irenæus** insuper, clarissimus hujus seculi scriptor, testatur; in Ægypto & Libyâ fuisse Ecclesias, sinceram Euangelii doctrinam profitentes. *Tertullianum** commemorat; mox Apostolorum, eorumque successorum, ministerio, ad Christum conversos esse Africanos; etiam trans Cyrenen habitantes: atque adeò etiam ipsos Getulos & Mauros: & nominatim inquit, immorantes Ægyptum credidisse in Christum. Unde colligi potest; per pleraque Africæ loca Ecclesiam Christi fuisse sparsam, & non-mediocriter floruisse. * *lib.3.c.4.* * *lib. [illegible] Judæos.*

Refert *Eusebius** ex tosâ Ægypto & Thebaide, circa 209. Domini annum, præclaros Christianos, martyrii causâ, Alexandriæ tractos. Ea spectare videtur; quòd *Cyprianus** ità scribit: *Et nos sacerdotes Dei, & Ecclesiæ ejus de ipsius dignatione propositi, [illegible]; remissam peccatorum in Ecclesiâ dari posse, nec posse adversarios Christi quicquam sibi pro ejus Ecclesiâ vendicare. Quod quidem Agrippinus, bonæ memoriæ vir, cum cæteros episcopos sui quo tempore in provinciâ Africâ & Numidiâ Ecclesiam Domini gubernabant, statuit; & librata Concilii communis examinatione firmavit.* Cyprianus hîc de quodam insigni & excellenti Episcopo Agrippino differit: qui ante sua tempora vixerit; & inter Episcopos Africanos & Numidicos præcipuus fuerit; cumq; eis Concilium re[illegible]raverit. *Vincentius Lirinensis** ait, fuisse Carthaginensem Episcopum. * *Epistol. ad Quintum.* * *lib. adversùs novas hæres.*

In Insulis totius illius magni maris, quod inter Europam, Asiam, Africamque, protenditur, procul dubio non paucæ, nec postremæ fuerunt Ecclesiæ; præsertim littoralibus civitatibus vicinæ. Ex *Patmo* insulâ Johannes Apostolus sub Trajano reversus legitur: ubi haud dubiè Euangelio Christi, quoscunq; potuit, imbuit. In *Cretâ, Gortyna*, aliisque ejus loci civitatibus, fuisse Ecclesiam; ex *Dionysii Corinthii* scriptis, ut citantur in *Eusebio*,* manifestum est. Enumerat *Bergomensis*, in Catalogo Ecclesiarum hujus seculi, & *Mesanam* Siciliæ civitatem. * *lib.4.c.23*

Ecclesia per Europam.

In Europam jam trajicimus: quæ quidem satis multa habet testimonia, Ecclesiam in eâ pluribus in locis fuisse. Namque ea pars, quæ Asiam minorem è regione spectat, quam uno nomine tanè *Græciam* vocemus, quasi radiis oppositæ Ecclesiæ illustrata, multis in locis celebres Ecclesias Christi habuit: quæ pleræque ab Apostolis ipsis fundatæ, & à successoribus conservatæ auctæque sunt. Nam (ut hinc auspicemur) *Athenienſium* Ecclesia, ab Apostolo Paulo primùm Christo lucrifacta, postea egregiis quibusdam doctoribus claruit. Namque hac tempestate *Quadratum* habuit doctorem, virum præstantem; & ipsum quidem Apostolorum discipulum: & *Aristiden*, Philosophum Christianum. Et narrat *Egesippus*, ut *Eusebius** recenset, apud *Corinthios* mansisse Ecclesiam; item *Lacedæmone*. * *lib.4.c.22.*

Exsi autem nomina reliquarum civitatum, non sunt expressa in historiis: tamen non obscurè hinc colligi potest; ex istis locis, quasi ex scholis quibusdam ac seminariis Ecclesiarum, in plures regiones & urbes Euangelium perveniſſe.

Per *Achaiam* Episcopos convenisse ad concilium, de Paschatis quæstione transigendâ; inferiùs audiemus.

Ad *Philippenses*, hoc tempore, duo excellentes doctores, *Ignatius & Polycarpus* scripsère: licèt de iis epistolis quædam nobis postea admonenda videantur. Neque credendum est, penitùs extinctum fuisse Thessalonicæ illud præclarum lumen; quod Paulus ibi accendit. Imò *Thessalonica*, & *Larissa*, hoc etiam seculo martyres inveniuntur; sicut infrà dicetur.

In *Thraciæ* urbibus, *Anchiali*, *Zetam*; *Debelti* verò, *Julium* fuisse: *Eusebius** *ex Serapione* indicat. * *lib.5.c.19.*

In *Illyrico* etiam tùm fuisse Ecclesiam Dei; ex *Nicephoro** liquet: qui quidem *Eleutherium* quendam, doctorem ibi clarum fuisse, testatur. Et suprà dictum est; venisse ipsum Paulum in *Illyriam*, & ad *Danubium* amnem. * *lib 3.c.29.*

In *Dalmatiâ, Croatiâ, Carinthiâ, Vindelicîâ, Rhetiâ*, provinciis Istro conterminis; in *Norico*, *Laureaci* ad Danubium, juxta Bavariam; *Moguntiæ*, *Treveri*; apud *Tungros & Agrippinos*; *Bardevici*, Saxoniæ celebri civitate; & alibi passim in *Germaniâ*, Ecclesias priori seculo plantatas (ut superiori libro ostendimus) durâsse hoc quoque ævo, verisimile est. Licèt autem Autorum certa testimonia de singulis non exstent: *Irenæum** tamen, fide dignus testis, & Germaniæ vicinus, Germaniæ Ecclesias illustri ornat præconio: *eas nimirum nunquam, aut aliter credidisse, aut aliter tradidisse, quàm Apostolos, eorumq; discipulos.* Unde certum est; Euangelium ad Germanos non tàm serò pervenisse; ut recentiores quidam scriptores censuerunt. * *cõtra Hæres lib.1. cap.3*

Nunc ad *Italiam*: in quâ quidem *Roma* habuit doctores, *Evaristum, Alexandrum, Sixtum*, & cæteros: de quibus suo loco inferiùs. *Syrum*, Papiensem Episcopum, *Bergomenſis* narrat; *Ticinum, Genuam, Derdonam, Astensem*, & reliquas vicinas urbes, Christo lucrifecisse. *Brixia Faustinum* Episcopus fuit. Fuerunt igitur in iis locis adhuc sancti cœtus.

In *Galliâ, Arelati, Trophimum*, Pauli discipulum, Christum docuisse; suprà diximus: de quo [illegible]te, (ut *Sofimus* Papa, teste *Petro Clunia*[illegible]se, scribit) omnes Galliæ civitates fidei rivulos acceperunt. Unde verisimile est; circa centesimum Domini annum, latiùsimè istos Trophimi

rivulos per Gallias fluxisse, exquelandis Dei germinibus fœcundas fecisse.

Vienna & *Lugdani* Ecclesiam hac tempestate floruisse; patet ex epistolâ Martyrum Galliarum, quam *Eusebius** *Adon Viennensis* indicat; *Pothinum* in Gallis, sub Trajano, *Zachariam* quendam docuisse; atque in eodem loco martyrem effectum; cui *Justus*, alijq; plures successerunt. *Irenæum* ex, se apud *Celtas* commorari.

In *Hispaniâ* etiam suam Ecclesiam habuit Deus: quod & indè cōstat; quia *Irenæus** testatur, Ecclesias in Iberis fuisse. *Justus & Pastor*, in civitate *Complutensi*, passi leguntur. *Fasciculus temporum*, *Toletum* etiam recitat. *Tertullianum* inquit; Hispaniarum omnes terminos, & Galliarum diversas nationes, Christo fuisse subditas: ac recitat ea tempora, quæ post emissos Apostolos mox subsecuta sunt.

In *Britanniâ* quoque tùm fuit Ecclesia Christi. nam circiter annum Domini 179. (sicut paulo post explicabitur) accersiti sunt plures doctores: qui eas scintillas, quas antea habuerunt, rursus accenderunt, unde & *Scotos*, Christianos antiquiores *Petrus Cluniacensis* vocat. Ac referatur huc quoq; *Tertulliani* testimonium, qui inquit: *Britannorum, inaccessa Romanis loca, Christo fuerunt subdita; & Sarmatarum, & Dacorum, & Germanorum, & Scytharum, & abditarum multarum gentium, & provinciarum, & insularum multarum nobis ignotarum, & quæ enumerare minùs possumus.* ubi de his temporibus differit.

Supra etiam commemoratum est, à *Thomâ Scythas* conversos esse: unde postea ibi mansit aliquis cœtus, eam doctrinam retinens. Et, ut hanc quasi summam omnium adjiciamus, *Eusebius** testatur; Ecclesiam ad Romanos & Græcos, ad Scythas & Barbaros, & ad ipsas penè in ultimis orbis partibus reconditas nationes, propagatam esse, sub Hadriano. neque refert, etiamsi singulorum loca non invenianus annotata.

Hactenus insigniora loca, quorum passim apud autores fit mentio, in quibus Ecclesia sua hospitiola habuit in hoc seculo, utcunque designavimus. ex quibus videre licet; quomodo verbum Dei revera sit admirandum semen Dei, ut Christus vocat; quod quidem ipse in totum Orbem, ad omnes gentes, sub initio disseminat, fovet, conservat, fœcundum atq; frugiferum efficit; ut indè suam æternam Ecclesiam colligat.

DE PROPAGATIONE.

JAM & hoc adjiciendum erat; quomodo Ecclesia Christi in alia atque alia loca, in hoc seculo, propagata fuerit. sed tàm pauca de eâ re ad nostram usque memoriam pervenerunt: ut dolendum sit, tàm præclara beneficia Dei tanto silentio esse sepulta. Generalia quædam *Eusebius** recitat: *Apostolicos viros per universum orbem, quaqua patet, discurrisse. salutaria cœlestis doctrinæ semina superseminantes, & auctiora reddentes: ac, jactis fundamentis uno in loco, fidei, Magistris constitutis; mox ad alias peregrinas gentes, quæ de fidei doctrinâ nihil audierant, maximis itineribus contendisse.* Hinc & *Nicephorus*,* eâdem de re testificans, ait: *Omnium regionum Ecclesias, per fidem in JESUM Christum, plenissimè floruisse.* Id verò de doctrinâ & confessione accipiendum est. nam aliàs duris persecutionibus vexatæ & pressæ fuerunt. Et affirmat uterque; (quod observatione dignum est) istos Dei servos Apostolicam doctrinam, & divinorum Euangeliorum scripturam, tradidisse: durâsse etiam in iis miraculorum donum: nec tantùm sermonibus; sed & libris inexpugnabilibus, vitâque sanctâ, rem Christianam juvisse & auxisse. Non immeritò igitur Euangelistæ ab *Eusebio*, & aliàs etiam, Apostolici viri appellantur.

Hæc in genere, de amplitudine Ecclesiæ, dicta sint. Jam verò nemo dubitabit; [illegible] doctorem in suo loco tedulò hoc egisse, ut non tantùm in suo cœtu sana doctrina plantaretur; sed ut etiam forâs ille salutaris fontic[illegible]lus Euangelii JESU Christi, ad vicinas gentes, emanaret. Sic consentaneum est, ex Hierosolymis, Antiochiâ, & aliis celeberrimis locis Asiæ, ad alios populos, veluti colonias quasdam Ecclesiæ Christi transmissas esse.

[illegible] ex vinculis, alias Ecclesias, procul dissitas, scripsit [illegible] & consolari non cessavit. Quantò verò studio ad liberalia idem egit; donec liber Antiochiæ functus est ministerio?

Polycarpum Romam venisse scribunt; ibique quasdam hæreses, ut Valentini & Cerdonis, repressisse & extinxisse.

Ac de *Johanne Evangelistâ*. *Clemens* scriptum reliquit; ut habet *Eusebius**) *eum, post reditum insulæ, sub Trajano factum, ex vicina quoq; Gentium loca discessisse, ut ibi Ecclesias & ministros constitueret: idq; rogatum fecisse.* Et considera mirabile Dei consilium. Johannes in Ephesum, ad litus maris Ægæi, collocatus est: ut indè, quasi ex speculâ, retrò suam Asiam videret, suâq; fragrantiâ repleret: ante se verò, Græciam, totamque Europam, haberet; ut indè, tanquam tuba Domini sonora, etiam ultramarinos populos suis cōcionibus ac scriptis inclamaret, & invitaret ad Christum. præsertim, cùm ibi fuerit admodum commodus portus; plurimique mercatores, ac homines peregrini, ea loca adierint. Habitavit in eodem littore, non procul a Johanne, Polycarpus, aliique insignes viri: qui nequaquam canes muti; verùm tubæ tonantes fuêre, Ecclesiam Christi perpetuo studio convocantes.

Decimo Trajani anno, *Alexandrum* Romæ magnam Senatorum partem, & Hermetem præfectum cum tota domo, admodum numerosâ familiâ, & Quirinum Tribunum cum suis domesticis, convertisse, ferunt. Recenset *Platina*; Romanos Episcopos hujus ætatis, plures ad diversa loca Episcopos ordinâsse. Verùm, cùm loca non exprimantur; fides penes scriptorem esto.

Sunt, qui scribant, Sixtum, Romanū Episcopum, quendam, *Peregrinum* nomine, in Gallias misisse, qui eas in fide confirmaret. acceperant enim antea doctrinam Christi ab aliis doctoribus. *Irenæum*, Polycarpi discipulum, in eas quoque partes devenisse, scribunt.

Anno Hadriani 13. Domini 113. *Taurinus*, Ebroicensis Episcopus decrepitus, à Licinio Præfecto flagellatus, & paralyticum sanâsse, & sororem illius cæcam, surdam & mutam, sanitati restituisse, fertur. Licinii quoque filium extinctum in vitam revocâsse, quidam referunt: quâ quidem occasione Licinius, cum uxore Leonillâ, & omnibus optimatibus, numero MXX. viris, baptisati sunt. Atq; hac ratione latiùs Euangelium divulgatum est.

Polycarpum ad littora *Massiliæ*, item *Valentiam*, suos discipulos, propagandi Euangelii causâ, misisse; *Irenæus** commemorat: per quos in his quoque locis Ecclesia aliqua collecta est.

Celebratur autem in primis propagatio in *Britanniam*, sub Eleutherio facta: de quâ tamen pleraque tàm dubiè & obscurè recitantur; ut propemodum tota hæc historia de fide suâ laboret. *Josephum Arimathæensem*, circa annum Domini 63. in Britanniam Euangelium Christi, cum suis quibusdam sociis, pertulisse, & fundamenta Ecclesiæ in ea provinciâ primùm cœpisse jacere; suprà est commemoratum. Hinc aliquæ reliquiæ etiam ad hanc pra[illegible]tenus usque ætatem permanserunt: licèt videantur paulo obscuriores fuisse. *Lucio* igitur in Angliâ [illegible]perante, narratur publicâ ipsius Regis autoritate, religionem Christianam introductam; & Ethnicismū totum deletum esse. Non erat omnino iniquus Lucius [illegible] Christianorum religioni, statim initio sui imperii. Movebatur enim nonnihil miraculis illustribus, quæ à Christianis, in testimonium & ornamentum suæ doctrinæ, passim edebantur: ut *Gildas Albanius** refert. Verùm, ne prorsus offenderetur; retrahebatur avitâ suâ religione, quæ erat ethnica. Altissimè enim hærent, difficillimeq; [illegible] ejiciuntur, quæ in teneris annis nobis infiliu[illegible] accedit: quòd natura nostra per se proclivis sit ad superstitiones; quàm ad veram Dei doctrinam, quæ [illegible] abhorrentissima. Offendebatur etiam [illegible] Christianorum: quòd videret, homines [illegible] Christianam religionem profiteri. Præcipue verò pertæsus Romanos, & ipsum adeò Imperatorem suum homines [illegible] pleruṁq; potentes spectare eorum exempla soleant, Postea quàm igitur [illegible] ex Legatis Cæsaris; præpotentes atque illustres quosdam ex Romanis, Trebellium nempe & Pertinacem, aliosque nonnullos, Christianæ religioni

acciſſe: imò etiam ipſum Imperatorem Chriſtianis æquum factum; miraculoſâ pluviâ à Chriſtianis, precibus impetratâ, permotum cœpiſſe ipſe quoque Chriſtianorum doctrinam attentiùs & plenius cognoſcere: ac tandem ad Eleutherium, Romanæ Eccleſiæ Epiſcopum, Eluanum & Mediolanum Britannos, doctrinâ præſtantes, mittis, ac rogat, ut indè doctores quoſdam accipiat, qui Chriſtianam religionem in ſuo regno, abolito toto Ethniciſmo, inſtaurent. *Fugatius* itaque & *Damianus*, in ea loca venientes, Eccleſiam partim reformant; partim conſtituunt. Hæc anno Domini 179. contigerunt. Ad hunc ferè modum, *Baleus in ſuo Catalogo*, aliiq; iſta commemorant. *Nauclerus** ait; circa annum Domini 156. hanc propagationẽ factam eſſe. *Henricus de Erfordiâ*, anno Domini 169. anno Veri 19. ſecundùm quoſdam, 6. Commodi.

* *Chronic. Genebr. 6.*

In hiſtoriâ Timothei eſt; ipſum Eleutherium in Angliam veniſſe. id quod Hiſtorici tamen non recipiunt.

Fabulam deniq; omninò reſipiunt: *quòd Lucius Rex, Imperio ſuo ſponte abdicato, imò etiam totâ Angliâ relictâ, factus ſit concionator: qui in Gallia, & in Germaniâ, nempe Auguſta, & in Suevia, paſſim prædicârit Chriſtum; ac denique, Curienſis Eccleſiæ doctor effectus, martyrio occubuerit.* His fabulis Diabolus conſpurcavit hiſtoriâ Eccleſiæ Chriſti. Ut autem ſe res habeat, nos quidem ſatis certò dicere non poſſumus.

Atque hæc quidem, de Britanniâ, ex aliis breviter commemorantur. Sed quis tamen fuerit, qui primùm in Britanniâ Euangelium docuerit; non ſatis liquet. Illud certè à veritate alienum non videtur: eam Eccleſiam initiò à Græcis, ſeu Orientalibus doctoribus; non à Romanis, ſeu Occidentalibus, plantatam fuiſſe: Græcoſque eò ritus ac ceremonias, qualeſcunque demum initiò fuerint, tranſtuliſſe. Cur aũt ità ſentiamus; duobus potiſſimùm indiciis movemur. Primum eſt: quod *Petrus, Cluniacenſis Abbas*, ad D. Bernhardum ſcribens, affirmat: *Scotes Græco more, ſuo tempore, ſolitos olim Paſcha celebrare; non Romano.* Notum verò eſt, de hac re acerbè initiò inter Orientales & Occidentales certatum eſſe. Alterum porrò eſt: quòd *Galfridum Cardinalis*,* qui itidem circiter annum 700. vixit, teſtatur; *quòd Britanni penitùs noluerint recipere Auguſtinum juniorem, magni Gregorii Legatum; nec ullum Pontificis Romani primatum ſuper ſe agnoſcere.* Quòd itidem non obſcurum ſignum eſt; eò doctrinam non à Romanis propagatam eſſe.

* *Hiſt. Britann. lib. 5. cap. 4.*

Cæterùm, quòd *Innocentius in ſuâ Epiſtolâ*,* contrà contendit; *Occidentales Eccleſias omnes, & etiam Africanas, vel à Petro, vel ab ejus aut ſucceſſorum ſuorum diſcipulis, propagatas eſſe*: id pudimus, magis quodam inanis gloriolæ, terrenæq; poſſeſſionis ſtudio, ab eo dici; quàm quòd rei veritas ità ſe habeat, hiſtoriiſque probari poſſit. In promtu enim eſt exemplum Pauli, ac ejus diſcipulorum; qui negat ſe à Petro eſſe miſſum aut vocatum: & tamen etiam in Occidentalibus Eccleſiis multùm cum ſuis laboravit. *De Joſepho Arimathæenſi* ſuprà facta eſt mentio.

* *Diſtinct. 11.*

Sub Commodo Imperatore, in *Indiâ* quoq; memorabile inſtauratio accidit, circa annum Chriſti 178. Nam Indi (ut *Hieronymus** refert) ad Demetrium, clariſſimum Epiſcopum Alexandrinæ Eccleſiæ, nuntios ablegarunt; petentes, ut eruditum ac pium doctorem ſibi mitteret. Erat enim Alexandria, cùm propter literarum ſtudia, tum verò omnium maximè propter ſinceram Euangelii doctrinam, etiam in longinquis regionibus celeberrima. Deligitur autem vir doctrinâ & pietate præſtans, *Pantænus*: qui & peregrinationem non invitus ſuſcipit; & feliciter expedit. Non autem primus in Indiam Euangelium Chriſti intulit Pantænus: ut ex ſuperiori Centuriâ patet. Præterea, ejus rei & hoc argumentum eſt: quòd in eo loco Euangelium Matthæi, Hebraicis literis à Bartholomæo deſcriptum, invenerit; [illegible] Alexandriam deportaverit. Quapropter [illegible] eum inquibuſdam locis Indiæ Eccleſiam [illegible], in aliis de integro reſtituiſſe, vel etiam plantâſſe. Apud *Brachmanas*, & circùm ea loca, eum docuiſſe; *Hieronymus** teſtatur.

* *In vitâ Pantæni.*

* *Ep. ſol. ad Magnum.*

CAPUT III.

DE PERSECUTIONIBUS, QUÆ EST, *de ſanctorum martyrio & pace Eccleſiæ.*

IAm igitur paulatim propius ad Eccleſiæ deſcriptionem accedamus. Ejus enim domicilium hactenus ineuntique monſtratum eſt: nunc verò, qualibus tempeſtatibus incolæ Eccleſiæ, in hoc quaſi vaſto Mundi ipſius mari, ſint uſi, conſiderandum eſt: nempe, quâ ratione, quibus artibus, inſidiis & crudelitatibus, Diabolus ejusque ſatellites conati ſint, Eccleſiam Chriſti concutere atq; evertere; & quomodo interdum Deus eiquaſi halcyonia quædam, inter medias procellas, dederit. Quæ quidem res, miraculoſam Dei gubernationem, & ingentẽ miſericordiam erga ſuam Eccleſiam, perpetuò declarat & commendat.

Primùm autem, cùm Diabolus immani odio contra Chriſtum ejusque Eccleſiam flagret; & illud divinum oraculum,* *Tu mordebis calcaneum feminis*, ad finẽ uſq; Mundi impleri oporteat: facile eſt cogitare; quòd his præſertim temporibus, tantiſq; incrementis regni Dei, nihil non molitus ſit; quo gloriam Chriſti, Hominum ſalutem, ac Miniſterium verbi, impediret, conſpurcaret, aut etiam funditùs everteret ac deleret; ſuamq; aulam ampliaret, &, tanquam fortis armatus, cum potentiâ tueretur. Literis igitur prodimus eſt; tùm maximè Diabolum, externo & interno bello, Eccleſiã Dei acerbè & crudeliter infeſtâſſe. Verùm de externâ ejus, nempe corporum, oppugnatione; hoc Capite diſſeremus: de internâ, paulo inferiùs.

* *Genes. 3. verſus 15.*

DE PERSECUTIONE SUB *Trajano.*

DOmitiano igitur, cùm alioqui gravi omnibus hominibus tyranno; tùm verò in primis Chriſti & Eccleſiæ Dei acerrimo hoſte, è rebus humanis ſublato; & ſuccedente Nervâ: (ut eſt ſuperiori libro expoſitum) publico decreto, pleraq; Domitiani injuſta & crudelia edicta caſſantur; eâ ratione, ut Chriſtianis aliqua pax concedatur, & exſulibus in ſua loca & functiones redire liceat. In his quaſi induciis, etiam Johannes Euangeliſta, ex Patmo, ad ſuos Epheſios reverſus eſt: & Eccleſia Chriſti mediocriter reſpiravit; ac veluti ſereno cœlo, ſementis Verbi divini paſſim feliciter facta eſt.

Verùm eam felicitatem mox invidit Eccleſiæ Chriſti, Diabolus. Nervâ enim, poſt unicum imperii ſui annum, extincto; in Imperium ſuccedit Trajanus, circa annum Chriſti centeſimum: ac Imperio præfuit annos 19. menſes 6. Mox igitur alium ſtatum vel conditionem Eccleſia accepit. Erat alioqui M. Ulpius Trajanus civiliter bonus ac laudatus Princeps, ob juſtitiã & humanitatẽ clarus adeò; ut poſtea lætæ acclamationis, quoties crearetur Cæſar, præbuerit formulam: *Sis felicior Auguſto; melior Trajano!* Eſtq; argumentum non-peſſimæ naturæ; quòd aliquando Præfectum prætorii eligens, & gladium ei tradens, ferunt dixiſſe: *Hoc enſe contra meos hoſtes utêris; cùm tibi juſta mandavero: quòd ſi verò me videris injuſtè agere; contra me ipſe utêre.* Sed, cùm diſtinctæ ſint virtutes politicæ & chriſtianæ; quod ad regnum hoc cœleſte ſeu ſpirituale ipſius Chriſti attinet: talem ſe præſtitit; ut tertius inter hoſtes Chriſti, & cruentos perſecutores Eccleſiæ Dei, nempe à Nerone ac Domitiano, connumeretur.

Occaſiones autem fuêre tales. Fuit Imperator (quod dici ſolet) à teneris annis, ethnicis ſuperſtitionibus imbutus. Deinde & aliãs Gubernatores, rebus politicis quaſi ſpinis quibuſdam irretiti, non inquirunt diligentiùs Religionis negotia. Ad hæc, ſumma etiam hominis ſapientia & juſtitia, eſt naturâ inimica Deo: ut plerumq; homines, quò ſunt ratione excellentiore prædicti, eò magis myſteriis Dei ac regno Chriſti adverſentur. Et [illegible] maſſimis conſiliariis, Trajanus [illegible] religionem Chriſtianam, utpote [illegible] contrariam, naturâ habebat poſita [illegible] ſtigatores accederent. Et [illegible] Hiſtorici plures Imperatorem, non tàm à natura [illegible] ſtionem ſanguinis in-

clinatum; quàm à Conſiliariis fuiſſe deceptum & inflig-
tum: in-primis verò (ne non Diabolus ſuum anticipum
obtineret) aberbani in Sacerdotes eſſe concitatum & inflam-
matum; nempe, à Publio Tarquinio ſacrorum principe,
cum Mamertino Urbis præfecto: ut *Hegeſippus* refert. Ac
numerarunt Idolorum Sacrifici Præfecti, pecudum; ut
Chriſtianos, tanquam hoſtes ſuos, è medio tollerent: con-
ſtante id *Fraudem*.* Præſidibus etiam cauſa quæſita, & in- * *li. 2. c. 20*
tidioſè amplificata eſt. Poſtquam enim in conſpectu eſſet,
religionem Chriſtianam indies magis magisque augeri:
præcavendum eſſe ſenatibus, ne Imperium Romanum
indè aliquid detrimenti caperet. ſicut etiam *Sabellicus* ſcri-
bit: Piorum numerum & multitudinem ſuſpectiorem
fuiſſe Trajano; quàm ipſam religionem. Ejuſmodi enim
criminationibus Monarchæ, ſuæ potentiæ *præter* neces-
ſitatem anxiè metuentes, plùs, quàm ullis aliis afficiuntur.
Prædarum quoque occaſiones quælibet plurimi, præ-
ſertim verò Aulici, cupidè venantur. Neque verò hoc
prætermittendum eſt, quod *Nauclerus* prodit: *Evariſtum*
conſtituiſſe; *ne Plebis in Epiſcopum reciperetur accuſatio.* Hæc
tàm regiâ, vel tyrannicâ potiùs lege, permotos eſſe poli-
ticos viros, & ipſum adeò Trajanum: ut mecuerent, ne
quando, ſi illi doctores Chriſtianorum autoritate & po-
tentiâ creſcerent, Romano imperio detrimentum inſigne
indè emergeret.

Fuerunt autem (ut ſolet) plurimæ cauſæ, quæ ſimul
concurrerunt: & crudèlitatem tum excitarunt, tum auxe-
runt. Eſt enim Diabolus, in perſecutionibus contra Chri-
ſtum & ejus membra concitandis, mirus rhetor: ideò præ-
textus multi fuerunt. Fecerat & Senatus Romanus, Tra-
jano bellum in Orientegerenti, decretum contra Chri-
ſtianos: quaſi eſſent hoſtes Deorum immortalium, Rei-
pub. & Religionis Romanæ. Etenim graveipſis videba-
tur, patriam & avitam religionem labefactari, aboleri; no-
vamque induci. Itaque & blaſphemiæ, & ſeditionis cri-
men, Chriſtianis intentabatur. Addebatur & hoc: quòd
Chriſtiani ſtatuis Imperatorum thure ac vino ſacrificare
nollent; (id quod, inter idolatricas gentes, publicum
læſæ Majeſtatis crimen habebatur) extrinſecus ſimulacris,
quæ ſola pro diis habebant, colebantque per orbem, nihil
divini honoris exhiberent.

Porrò, quo anno ſui Imperii eam perſecutionem ex-
perit; non tam accuratè annotatum invenimus. veriſimile
tamen eſt, eum ſtatim unà cum aſſumto Imperio, aut certè
non multo pòſt, expiſſe in Chriſtianos ſævitiam exerce-
re: utpote homo ethnicus, & plurimis Chriſti hoſtibus ſti-
patus. Neque erat adhuc Domitiana perſecutio penitùs
abolita: præſertim cùm Nerva vix annum Imperio præ-
fuiſſet; ut dictum eſt. Scribit *Henricus de Erfordiâ*; Traja-
num ſecundo anno moviſſe perſecutionem: verùm ſepti-
mo demum acriùs urſiſſe.

Non autem uno tantùm in loco ea perſecutio graſſata
eſt; ſiquidem à tali capite, nempe Monarchâ, mota fuit:
paſſimq; per omnia Romani Imperii loca (quod tùm non
modò Europam; ſed maximam etiam Aſiæ & Africæ par-
tem, adhuc complectebatur) ſe-ſe extendit. Ac docet re-
rum uſus; Regum miniſtros aut præfectos promtiſſimos
eſſe ad talia obſequia: ut qui gratiam, ac ſua quædam com-
moda, in illis rebus venentur. Proſcripta enim Chriſtiano-
rum bona iſtæ Harpyiæ ad ſe rapiunt; & veſtimentis Chri-
ſti ſe-ſe palliant & ornant.

Apparet autem ex *Plinii ſecundi* ſcripto; publica man-
data, ab Imperatore, ad omnes omnium provinciarum
Præſides eſſe miſſa: quæ quidem neceſſitatè perſequendi
cuilibet Præſidi armaverunt. Ac teſtantur Autores; infinitos
Chriſti fideles, ſub hoc Imperatore, interemtos eſſe.

Romæ, doctores Evangelii Chriſti, velut hoſpites, &
omnis politicæ dominationis & mundanorum bonorum
expertes, doctrinæ & oratori incumbebant in eo, quo da-
batur, tugurioło: ac confeſſione parata erat, pro Chriſto
cervicem præbere. Rapitur ergo, anno Trajani quarto,
Evariſtus ad ſupplicium. De crimine contra eum, fuerit
dictum ei. ſed præcipuum erat; quòd Chriſtianorum doc-
tor haberetur. Scribunt Hiſtorici patuiſſe; quòd, ſub
Trajano, *Clemens*, *Alexander*, *Quirinus*, & *filia ejus Bale-
ria*, *Sulpitius & Servilianus*, & *Domicilla Serapia*, *Nereus &
Achilleus*, aliique plures, paſſi ſint. Eandem violentiam, &
cæteri per Italiam doctores, & Chriſtiani, experti ſunt.

Hierosolymis, per Atticum Conſularem, perſecutio
viget: ac *Simeon* Cleophæ filius, Chriſti conſobrinus, cùm
quidem annorum eſſet CXX. cruci affigitur. Crimen eſt,
quòd Chriſtianus, & ex poſtera David, Chriſtique cognatus,
eſſet. Et citatur ab *Iſcio** Iudæo; qui alibi erat, ab * *li 3 c.32*
Hæreticis Simeonem eſſe accitum eo, quo diximus,
modo. Quamvis in ratione reliqui privati Chriſtiani ſint
tractati forè ob multitudinem, non eſt in literas relatum.
Idem quoque ait, Epiſcopos Hieroſolymitanos, tanquam
martyres & reliqui, præfuiſſe. Unde colligi poteſt; ipſos in
maximis periculis & afflictionibus ibi domuiſſe: nec ha-
buiſſe, vel magnificos & ſplendidos ritus; vel ullam do-
minationem ullam politicam.

Antiochiæ verò, Trajanus, rediens ex bello, Deos ſuos
laudat; iisq; pro victoriâ ſacrificat; & miſeros Chriſtianos
interfici curat. præcipuè autè clariſſimum doctorem *Igna-
tium*, diſcipulum Apoſtoli Johannis, ei Eccleſiæ eripit; ut
poſtea dicetur.

In Ponto, Phocæ Epiſcopus, juſſu Trajani, eò quòd Ne-
ptuno ſacrificare nollet, in caminum ardentis calcis de-
truſus eſt per præceps: ac poſtea in thermas conjectus,
& necatus.

Quin & ſingulatim per civitates, populus inſanus con-
tra Chriſtianos perſecutionem exaſperabat. Cauſæ non
ſunt obſcuræ: nempe, quòd partim peccata atrocia, quibus
populus eſt obnoxius, miniſterio verbi nollent argui: par-
tim, quòd apud Imperatorem plurimi gratiam inire ſtu-
derent, & munera caperent. Ideò & gradibus dignitatum
multi dejiciebantur; bona publicabantur, extorquebatur
pecunia. ſicut Præfecti, præſertim impii, norunt ejus rei
infinita aucupia. Sed iſtæ crudelitates nequaquam op-
preſſerunt Eccleſiam Dei: verùm, ſicuti palma adver-
ſùs impoſitum pondus aſſurgit, lætioſque viret: ità Ec-
cleſiæ etiam eo tempore, inter medias cruces, gladios,
ignes, innumeraque tormenta, ſubindè revirеſcebat & ac-
creſcebat. id quod ex ſcripto Plinii, & ſequenti hiſtoriâ,
manifeſtum eſt.

Addendum & hoc eſt: Doctores, tempore perſecutio-
nis Trajanæ, ſe invicem & ſuos diligenter cohortatos eſſe
ad patientiam. Sic *Ignatius* Polybium conſolatus eſt; in
epiſtolâ ad Trallenſes. *Fuit ac* * *Clemens* Chriſtianos ad * *ſub 3. c 35*
marmora damnatos; ad Chersonam. *Precelpius*.* Item * *li 2 c.10.*
paſſim communes fuderunt preces, pro conſervatione
Eccleſiæ, & conſtanti confeſſione Martyrum: ut patet ex
epiſtolâ Plinii; item ex hiſtoriâ Polycarpi.

Vide igitur, quid acciderit; & quomodo aliqua qua-
liſcunque ſerenitas exorta, Dei beneficio, fuerit. Circa an-
num Trajani 14. Domini verò 112. Plinius Secundus, lite-
ris & facundiâ celebris, Proconſul Bithyniæ, erat inter
cæteros judices perſecutor datus: ut ait *Tertullianus*. Is mul-
titudine Martyrum, quotidie jugulatorum, ingenti ſpiritu
& fide Chriſtum confitentium, & ferè ultrò martyria pro-
per Chriſtum expetentium, territus eſt: ut paulò abſùs
eam quotidianam mactationem ſecum perpenderet. De-
prehendit enim, Chriſtianos nullorum facinorum reos
eſſe: ſed duntaxat ſuum Chriſtum colere; & ſe-ſeq; pie-
tatem & honeſtatem obſtringere. Cùm igitur ex literis hu-
manitatem hauſiſſet, innocentiam debere tamis cruciа-
tibus crucidari: conſcientiæ quæſtâ, etiam homo ethnicus;
Deo tamen, facio quodam conſilio, omnia iſta mirabiliter
moderante; ſerio cogitat, de mitigandâ hac, tàm iniquâ,
tamque cruenta perſecutione; literasq; ad Trajanum mit-
tit; rem omnem, quoram habet cognitam, exponit; & ea
ratione qualemcunque relaxationem impetrat. Mandat e-
nim Imperator: ne magiſtratus Chriſtianos amplius quæ-
rant; ſed ultrò oblatos ab accuſatoribus puniat. Ad eam
quoque rem, non parum habuerunt momenti quotidia-
næ piorum preces, à Chriſtianis ad Deum de hac-ipsâ per-
ſecutione factæ. Cùm autem hæ literæ Chriſtianis inno-
centiæ teſtimonium perhibeant; & ipſos tyrannos coar-

guant, quòd causâ non-exploratâ innoxios Christianos & trucidarint: vitium nobis est, utraque scripta insigne huc collocare.

Epistola Plinii ad Trajanum, unexstat in ejus libro.

Solenne est mihi, Domine, omnia, de quibus dubito, ad te referre. Quis enim potest melius, vel cunctationem meam regere, vel ignorantiam instruere? Cognitionibus de Christianis interfui nunquam. Ideò nescio, quid, & quatenus, aut puniri soleat, aut quæri. Nec mediocriter hæsitavi: sitne aliquod discrimen ætatum; an, quàmlibet teneri, nihil a robustioribus differant: detúrne pœnitentiæ venia; an ei, qui omninò Christianus fuit, desisse non prosit? Nomen ipsum, etiamsi flagitiis careat; an flagitia cohærentia nomini, puniantur? Interim in iis, qui mihi tanquam Christiani deferebantur, hunc sum secutus modum. Interrogavi ipsos; an essent Christiani? confitentes, iterum ac tertiò interrogavi, supplicium minatus: perseverantes duci jussi. Neq, enim dubitabam, qualecunq, esset, quod faterentur; pervicaciam certè & inflexibilem obstinationem debere puniri. Fuerunt alii similis amentiæ: quos, quia cives Romani erant, adnotavi in urbem remittendos. Mox ipso tractatu, ut fieri solet, diffundente se crimine, plures species inciderunt. Propositus est libellus sinè autore, multorum nomina continens; qui negant se esse Christianos, aut fuisse: cùm, præeunte me, deos appellarent; & imagini tuæ, quam propter hoc jusseram cum simulacris numinum adferri, thure ac vino supplicarent; præterea maledicerent Christo; (quorum nihil cogi posse dicuntur, qui sunt verè Christiani) dimittendos putavi. Alii, ab indice nominati, esse se Christianos dixerunt; & mox negaverunt: fuisse quidem; sed desisse: quidam ante triennium; quidam ante plures annos; non nemo etiam ante viginti quoque. Omnes & imaginem tuam, deorumq, simulacra, venerati sunt. ii & Christo maledixerunt. Adfirmabant autem, hanc fuisse summam, vel culpæ suæ, vel erroris: quod essent soliti, stato die ante lucem convenire; carmenq, Christo, quasi Deo, dicere secum invicem; seq, sacramento, non in scelus aliquod obstringere: sed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent; ne fidem fallerent; ne depositum, appellati, abnegarent quibus peractis, morem sibi discedendi fuisse; rursusq, coeundi, ad capiendum cibum, promiscuum tamen & innoxium. quod ipsum facere desisse, post edictum meum; quo, secundum mandata tua, & hetærias esse vetueram. Quò magis necessarium credidi; ex duabus ancillis, quæ Ministræ dicebantur, quid esset veri, & per tormenta, quærere. Sed nihil aliud inveni; quam superstitionem pravam & immodicam: ideoq, dilata cognitione, ad consulendum te decurri. Visa est enim mihi res digna consultatione; maximè propter periclitantium numerum. Multi enim omnis ætatis, omnis ordinis, utriusq, sexûs etiam vocantur in periculum, & vocabuntur. Neq, enim civitates tantùm; sed vicos etiam atq, agros, superstitionis istius contagio pervagata est: quæ videtur fieri & corrigi posse. Certè satis constat, prope jam desolata templa cœpisse celebrari; & sacra solennia diu intermissa repeti; passimq, venire victimas, quarum adhuc rarissimus emptor inveniebatur. Ex quo facile est opinari, quæ turba hominum emendari possit, si sit pœnitentiæ locus.

Epistola Trajani ad Plinium.

Actum, quem debuisti, mi Secunde, in excutiendis causis eorum, qui Christiani ad te delati fuerant, secutus es. Neq, enim in universum aliquid, quod quasi certam formam habeat, constitui potest. Conquirendi non sunt. Si deferantur & arguantur; puniendi sunt: ita tamen, ut, qui negaverit se Christianum esse, idq, re-ipsâ manifestum fecerit, id est, supplicando dis nostris; quamvis suspectus in præteritum fuerit; veniam ex pœnitentiâ impetret. Sine autore vero propositi libelli nullo crimine locum habere debent: nam & pessimi exempli, nec nostri sæculi est.

¶ *Tertullianus* autem, de hoc-ipso rescripto, sic pronuntiat: *O sententiam necessitate confusam! negat inquirendos, ut innocentes; & mandat puniendos, ut nocentes.*

Hac igitur ratione, Deus aliquam tranquillitatem suæ Ecclesiæ donavit: ut paululùm vires suas recuperaret, & in locum interfectorum alii succederent, latiusq; aliquantò Euangelii doctrina progredi posset: & res ipsa probaret, Ecclesiam suâ constantiâ, confessione & cruce, magis frangere persecutorum tyrannidem; quàm cessione, simulatione, vel adulatione.

Atqui, licèt restincta nonnihil fuerit ea præsidia in innocentes Christianos: non tamen omnino sublata aut prohibita fuit; sed permansit: ut *Eusebius* & Nicephorus†* extrema. Abundè enim licentiæ, in pios grassandi, improbis relictum erat: ità ut, manifestâ & atrociore persecutione incensâ, sedatâ, singulares quædam per provincias, a Præfectis & aliis impiis, præda jam assuetis inhiantibusque, instituerentur; ac complures hinc-indè levi occasione trucidarentur. Quàm enim facilè fuit, accusatorem Christiano subnixe!

* li.3.c.33.
† li.3.c.17.

Duravit autem hæc persecutio, fortè circiter annos quatuordecim: ità tamen, ut initiò, in recenti Trajani imperio, fuerit lenior; postea subindè magis magisq; ferverit. Non aût omnes patiter constantes semper manserunt: sed eo quoq; tempore non-pauci, metuentes suo corpori ac bonis, defecerunt. Cujus rei testis est *Plinius* in suâ epistolâ: qui Cæsari refert, plurimos Christianos deficere, ac Gentilium diis sacrificare; ac, mitigatione adhibitâ, plures quotidie accusatos esse.

DE PERSECUTIONE SUB Hadriano.

HUjusmodi igitur statum Ælius Hadrianus, Trajano defuncto, in Imperio, anno Domini 120. succedens, & 20. annos imperans, inveniebat: nimirum, quòd edictis non erat præcepta Christianorum deletio; sed tamen permissa. Ideoque glisccbant passim & impunè organa Diaboli, quæ membra Christi affligebant & trucidabant. Rursus igitur mutato imperio, recrudescit persecutio.

Quod ad politicam illam gubernationem attinet; mediocrem sanè laudem Hadrianus adeptus est. nam ingenio excelluit, & omnium doctrinarum fuit capacissimus: sed mirus fuit occultator suorum vitiorum, ac simulator egregius. Cùm enim aliquando, ob nimiam largitionem, reprehensus esset; dixisse fertur: *Imperatorem erga unumquemq, debere esse talem; qualem, si privatus esset, sibi vellet esse Imperatorem.* At nos de regno Christi, ejusque Ecclesiâ, hic agimus. ubi Hadrianus, non modò nullas portas Christo, Regi gloriæ (ut debebat) aperit: sed inter eos milites est, qui Christum in suis membris, præter omnem culpam, crucifigunt. Persecutionis autem in Christianos causas propemodum easdem habuit; quas & Trajanus. Erat enim ethnicus: & præcipuè susurrones ac criminatores habebat penes se quàm-plurimos, Christianos subindè deferentes; & dictitantes, Christianos esse exitiales Romano Imperio.

Secundo igitur Hadriani anno, Aurelius Comes, *Alexandrum* Romanum Episcopum, cum Hermete Præfecto urbis, ejus uxore, liberis, & totâ familiâ, numero MCCL. in carcerem conjecit: & tandem in furno ardenti cremavit. Redarguens verò hanc iniquam tyrannidem *Theodulus*, Alexandri Diaconus, idem supplicium subiit. Eâdem crudelitate & alios ille Comes tractavit.

Narrant & *Zenonem*, patritium Romanum, cum decem millibus ducentis & tribus, pro Christo interfectum.

Quinto Hadriani anno, *Eustachio*, quem Trajanus contra Barbaros miserat, partâ victoriâ domum redeunti, Hadrianus lætabundus occurrit: & eum introducens, pro victoriâ Apollini confestim sacrificat. Quod cùm Eustachius unà cum ipso facere detrectâsset; cum uxore & liberis martyrium perfert. *Vincentius.**

* li.11.c.82.

Circa decimum ejus annum, *Faustina & Jobita*, in civitate Brixianâ, martyrium subierunt. *Eleutherius* apud Messanam, cum *Anthiâ* matre. Item, *Symphorosa* cum septem filiis; *Sophia* cum tribus filiis, interficiuntur: ut *M. Hermannus* narrat. In Hispaniæ civitate Compluto, *Justus & Pastor* fratres interfecti sunt.

Nono ejus anno, decem millia martyrum, in Armeniæ monte Ararat, pro fide Christi crucifiguntur. & nominantur quidem, *Achatius* princeps militiæ *Heliades* dux, *Theodotus* magister militum, & *Carterius* dux exercitûs, cum suis contribulibus, ab *Henrico Erfordiensi*. Sed multæ circumstantiæ, cum fide ejus historiæ pugnare videntur.

Sed vece, quod semper Deus clementissimus solitus est

facere;

furias; quando graſſandi libidinem vaſanæ, contra dilectos Deo, omnium mentes videmur velle explere, & nihil relinquere: ureo ipſo tempore, mutabitur, aliquam quaſi tempeſtatem tolerationem ſuis largiturus erit: ita hoc etiam tempore, miro Dei conſilio, per omnia aliquantulùm ſiſtitur. idq; fit hac ratione.

Excitantur divinitùs quidam pii, eruditi, & docti viri: qui, videntes Imperatorem impiis quibuſdam Furiis cinctum, animo ejus tantùm ad cædes illas cruentas abutentibus; nec eſſe ei cognitam doctrinam aut cauſam Chriſtianam; gravia ſcripta edonant, eaque Imperatori exhibent: quibus declarant; quid doceant, quid profiteantur Chriſtiani, & qualis ſit eorum converſatio. Hæc fiunt circa annum Domini 126. Hadriani verò 9. vel 10. Degebat eo fortè tempore Hadrianus Athenis: cumque ibi, Eleuſinam invitus, omnibus penè fieris Græcis initiandus eſſet; impunè permiſit in Chriſtianos ſævire, quibuſcunque id libitum fuiſſet. Proinde *Quadratus*, Athenienſis antiſtes, Apoſtolorumque diſcipulus, Imperatori librum pro religione Chriſtianâ offerens, demonſtrat, Chriſtianos præter culpam meritumq; tam indignis modis tractari. Idem facit & *Ariſtides*, Philoſophus Athenienſis, literis & eloquentiâ; in primis verò pietate & fide, præſtans. Nam & coram Imperatore (qui ob hoc etiam celebrari volebat; quòd eruditis viris delectaretur) ipſemet luculentiſſimè peroravit; & Apologiam pro Chriſtianis exhibuit. cujus libris tantam inquit *Hieronymus* ineſſe eloquentiam; ut Philologis adhuc ingenii indicium ſint. Huc accedit lectus *Serenus Granius*, vir apprimè nobilis; qui literas gravi ſanè ſcriptas ad Hadrianum mittit: iniquiſſimum eſſe offendens, clamoribus vulgi innocentium hominum ſanguinem concedi; & ſine ullo crimine, nominis tantùm & ſectæ reos fieri. *Euſebius.*[a]

[a] *lib. 4. c. 8*

Precibus igitur Eccleſiæ tunc permotus Deus, per hos excellentes viros fuit efficax: ut Hadriani animus, de Chriſtianorum rebus nonnihil pleniùs edoctus, aliquantulùm mitesceret, & æquior Chriſtianis fieret. Proinde igitur ad Minutium Fundanum, Aſiæ minoris Proconſulem, ſcribit; Neminem ampliùs liberum eſſe debere, Chriſtianos ſinè certâ objectione criminis politici, & probatione, damnare. Cùm autem & *Juſtinus* eam epiſtolam in ſuâ Apologiâ citet: teſtimonii gratiâ, nos quoque eam hùc adſcribemus.

Epiſtola Hadriani ad Minutium Fundanum.

Epiſtolam accepi, ſcriptam mihi à Serennio Graniano, viro illuſtriſſimo; cui tu ſucceſſiſti. Itaq; non videtur mihi cauſa hac fine inquiſitione relinquenda: ne & homines turbentur, & ſycophantis malitiæ ſubſidium præbeatur. Quapropter, ſi provinciales id quod contra Chriſtianos petunt comprobare, & pro tribunali reſpondere poſſint: id ſolùm agant; & non ſolùm petant ac vociferentur. Etenim multò magis convenit: ut, ſi quis accuſare voluerit, id per te cognoſcatur ac dijudicetur. Igitur, ſi quis Chriſtianos accuſat, & contra leges agere oſtendit: tum demum pro ratione delicti decerne. Verùm hercle, ſi quis calumniæ gratiâ hoc poſtulabit: hunc propter malitiam corripe; & cura ut vindices.

¶ Hoc pacto iterum quædam halcyonia ſuæ Eccleſiæ, eaque majora quàm Trajani tempore, conceſſit Deus: idque præter Diaboli voluntatem. quàmvis & hac ratione nondum, omnis inſidiandi & affligendi materia, impiis fuerit, ademta. Ac *Hermammon* narrat: Hadrianum brevi, poſt edictum ad Aſiaticos pro Chriſtianis promulgatum, mutaſſe in priſtinam tyrannidem; & paſſus eſſe *Serapiem & Sabinum*. Sunt autem exempla fidei & confeſſionis digna laude: quòd hi tanti viri, in tantis terroribus piorum, non ſint veriti ſua ſcripta exhibere; & veluti patronos ſe ſe omnium Chriſtianorum præbere. Neque hæc virtus Imperatoris ſilentio præterenda eſt: quòd & accepit clementer ea ſcripta, & cautum ut vim non caperent. Chriſtianis internecionem parat. Erat tùm Judaicæ factionis dux, Barcochabas: de quo infrà dicetur. Is, quò pleniorem manum haberet; Chriſtianos ſolicitat, ut ſibi ſubſidium contra Romanum militem ferant. Quod cùm ipſi detrectarent; nec ſe ſibi eſſe crederent, Imperatori, tanquam numini ſublimiori in terris, obedientiam non præſtare; vetum impiis & hoſtibus Chriſti ſe concurrere: mox furiosè in Chriſtianos converſus, eos tanquam blaſphemos & tardos ad ſupplicia rapit, ac diris cruciatibus perimit. Hadrianus autem, iſtis ſeditioſis bello armisque repreſſis, atque Judaicâ gente fundi fermè ad internecionem uſque delectâ, iterum quandam quietem Chriſtianis peperit.

DE PERSECUTIONE SUB *Antonino Pio.*

HAdriano è rebus humanis exemto; T. Ælius Arrius Antoninus Pius in Imperio ſubrogatur, anno Domini 139. & regnavit annos 23. ob virtutes politicas eandem conſecutus. *Solitus eſt dicere: Se malle unum civem ſervare; quàm mille hoſtes occidere.* Statum verò Eccleſiæ accepit talem; qualem anteceſſor reliquit: nempe quòd, etſi non edicto aliquo jugularentur Chriſtiani; tamen paſſim erant inviſi, ac premebantur à filiis hujus ſeculi, ſuis cupiditatibus conſulentibus. Initio igitur illius imperii, hinc inde pii interficiuntur. Obtendunt Ethnici; (ut ex ſcripto *Antonini*, quod à nobis paulo pòſt recenſebitur, patebit) quòd omnis generis mala, terræmotus, bella, ac prodigia, propter Chriſtianos, veluti hujus Mundi catharmata, ſibi accidant: eaſq; ad Imperatorem deferunt. Ex *Juſtino* liquet; Chriſtianos de voluptatibus turpiſſimis, deque infanticidiis, vel quòd carnes humanas vorarent, accuſatos eſſe. Idem Autor in Apologiâ inquit; quòd Ethnici, quando audierunt Chriſtianos de regno Chriſti dicere, ſuſpicari ſint, eos de terreno agere. Quare tantò magis, ſuo regno metuentes, in eos ſævierunt. cùm tamen ſpirituale & æternum Chriſti regnum tantùm, Chriſtiani crederent, & exſpectarent. Quæcunq; etiam ſcelera impuri Hæretici patrarunt; ea Chriſtianis ſunt imputata.

Felicitas igitur, cum ſeptem filiis, ob confeſſionem fidei, morti tradita eſt: *Braxedis* itèm Romæ; ubi ſimul plures Chriſtiani patiuntur.

In Hiſpaniis & Galliis quoq; non-pauci interimuntur: eſtq; inter alios *Photinus*, Lugdunenſis Epiſcopus, cũ quadraginta octo ex civibus miſſus, ac necatus.

Apud Alexandriam Ægypti, *Ptolemæus & Lucius*, cum multis aliis, pro fide Chriſti pariſtant: ut *in Chronico Euſebii* indicatur. *Juſtinus* in Apologiâ meminit martyrium ante ſe, *Ptolemæi & Lucii*. Etſi igitur, tempore hujus Antonini, paululùm remiſſior videri queat fuiſſe perſecutio: non tamen deſtitit ſuis homicidiis, pro ſuâ naturâ, membra Chriſti impetere, calcaneumque mordere, Diabolus.

Non autem omninò clementem fuiſſe erga Chriſtianos Antoninum Pium; præſertim initiò: *Tertullianus* teſtatur. nam in eo, quem *ad Scapulam* ſcripſit, libro, ſic inquit: *Arrius Antoninus in Aſiâ, cùm perſequeretur inſuetos; omnes illius civitatis Chriſtianos ante tribunalia ejus ſe manifeſtâ obtulerat. Tot ille, paucis duci juſſis, reliquis ait: Miſeri, ſi contra Deum habere volunt, quòd paucis de locis; O infelices, ſi unus capitis, an non habeatis laqueos & præcipitia?*

Scribit & *Juſtinus*,* quantâ injuſtitiâ ac tyrannide Chriſtiani ad ſupplicia ſint abrepti: nempe, quod non ſolùti ſint judices, in delatos inquirere, num alicujus ſceleris rei eſſent; ſed tantùm, quia eſſent accuſati de Chriſtianismo, mox puniret: & eam inquiſitionis formam fuiſſe, quòd jurare eos adacti fuerint Cæſarem, veritatem proferri, non eſſe ſervari Chriſtiani.

* *in Apol. 2*

Apparet quoque *ex Epiſtolâ Smyrnæorum*; (quæ in *Euſebio** recitatur.) Tyrannos ad defectionem hortatos eſſe Chriſtianos, hac videlicet ratione: ut jurarent per fortunam Cæſaris; ut Chriſto convitiarentur; ut ſacrificarent idolis.

* *lib. 4. c. 15.*

Vide autem, quâ ratione & hoc tempore Deus hanc tempeſtatem perſecutionis *non* ſiverit quam ebullire ad impiorum confeſſione, & aſſidua & ardenti invocatione, Eccleſiæ

Christi impetravit. Sicut enim in veteri Testamento, Prophetæ divinitùs, in summis tribulationibus piorum, excitabantur; ut & populum Dei consolarentur, & tyrannorum impetum frangerent: sic & hoc tempore, *Justinus*, Philosophus Christianus, vir doctissimus, exstitit. Is ad Antoninum Imperatorem, ejus Filios, ac Senatum Romanum, Apologias pro Christianis, fervenri animo scribit; apertè asseverans, Christianos insontes piosque: ipsosque Judices, non examinatis causis, affectu temerario, flagelloque Furiarum percitos, occidere indemnatos, absque ullo respectu justitiæ: cùm eam, quæ vera & sola sit, religionem Christiani profitentur. Accedunt & aliorum Asiaticorum scripta. Tantumque Deo cooperante obtinetur: ut Imperator literas in Asiam, de coërcenda persecutione, mittat. quæ quidem sunt ejusmodi.

Literæ Imperatoris.

Imperator Cæsar Aurelius Antoninus, Augustus, Armeniacus, Pontifex maximus, Tribunitiâ potestate septimum quindecies, Consul tertiò, Communitati Asiæ salutem.

Ego quidem etiam Dis hoc esse curæ novi; ut, qui tales sunt, lateant. Nam is est, qui se adorare nolunt, magis puniunt; quàm vos, quos in perturbationem conjicitis: ac sententiam eorum, quam de vobis habent, confirmatis; quâ vos tanquam impios accusant. Etî aût illis optabile; ut accusatis pro Deo suo mori malle, quàm vivere, videantur. Unde & victores evadunt: animas suas potiùs tradentes; quàm vobis ad ea, quæ petitis ut faciant, obtemperãtes. Haud verò absurdum fuerit, admonere vos de terræmotibus, qui facti sunt ac fiunt: ut, cùm tristamini, quando fiunt, res nostras cum illarum conferatis. Illis meliore erga Deum animantur fiducia: vos verò per universum tempus, quo ignoratis esse, & Deos alios colitis; & religionem erga immortalem neglegitis; ac Christianos illum colentes pellitis, & ad mortem usq; persequimini. Pro talibus, jam etiam multi provinciarum Præsides, divinissimo quoq; Patri nostro scripserunt, quibus & rescripsit, non esse tales molestandos; nisi quod contra Romanum Imperium tentâsse deprehendantur. Et mihi etiam multi de talibus significarunt: quibus etiam, secundùm Patris mei sententiam, rescripsi. Si verò posthac quisquam negotium talibus, tanquam talibus, facessere pertexerit: is, qui defertur, ab accusatione sit absolutus ac liber; etiamsi talis esse deprehendatur: delator verò, pœna subjaceat.

Propositum est hoc edictum Ephesi, in publico conventu Asiæ. De his ità gestis testatur etiam *Melito*, Sardensis Ecclesiæ Episcopus, eodem tempore clarus: quod patet ex dictis illius, quæ in utilissimâ illâ Apologiâ scripsit; quam Imperatori Vero pro doctrinâ nostrâ obtulit. Testatur Melito, referente *Eusebio*, * Antoninum Pium generaliter ad omnes civitates pro Christianis scripsisse: singulariter tamẽ ad Larissæos, & Thessalonicenses, & Athenienses. * *l.* 4. *c.* 26.

Hac igitur ratione, rursus quædam persecutionis remissio interjecta est: quâ Deus suam præsentiam, curam, ac gubernationem, declaravit. Non est autem, istis ferè cõtinuis persecutionibus Ecclesia Christi deleta: sed (ut inquit *Nicephorus* *) res Christianorum quotidianum incrementum ceperunt; radicibus Apostolicorum virorum (quorũ tùm adhuc multi in vitâ erant) doctrinæ alte actis, & Sanctorum sanguine uberrimè rigatis. * *lib.* 3. *c.* 22.

In-primis aût hæc præclara *Justini* vox, hic locũ habet: *Quid autem*, inquit, *nos in Jesum credentes nemo terrere aut domare valet, apparet quotidie. Cùm enim obtruncamur, crucifigimur, objicimur bestiis, ignibus aliisq; tormentis tradimur; tamen à confessione non discedimus: sed, quantò magis in nos sævitur; tantò plures pietatem fidemq; per nomen JESU profitentur: haud secùs, quàm si quis vitis putatione provocet ad ubertatem. nam vitis, à Deo & Servatore Christo plantata, est ejus populus.* Hactenus ille.

DE PERSECUTIONE SUB M. Antonino Vero.

ANtonino Pio, sene septuagenario, apud Lorium, villam Urbi vicinam, placidissimè vitâ defuncto, in regnum successit M. Antoninus Verus, frater ejus: & Imperium per annos 8. administravit. Is quoniam regnandi & eruditione valuerit; nomen ipsum *Philosophi* indicato, non secognominari passus est. Etenim à Philosophiæ studiis, nec imperii negotiis arduis, nec bellicis occupationibus, (ut *Spartianus* scribit) avocari aut distrahi se unquam sivit. Ex illis optimus Imperator formatus, multa in Reipub. Romanam contulit præclarissima merita. Talem denique se omnibus præstitit; ut ab omnibus amaretur.

Dignæ quidem hæ virtutes commendatione sunt, & in Principe admirandæ: sed tamen verâ laude, nempe piorum, carent. Nam, quò in suos hic Antoninus cõmodior; eò in Christianos, eorumq; religionem, gravior fuit, &, ut homo Stoicus: & à primis annis in Salliorum sacrificulorum collegio educatus, durior.

Movisse igitur eum quartam à Nerone persecutionem, cum ipso statim regni sui initio, *Eusebius* * indicare videtur. cùm ante eum bene quidem & tranquillè habere Ecclesia potuisset: si bonus & à sanguine abhorrens princeps, Antoninus Pius, resistere furoribus eorũ, qui in Christianos sæviebant, potuisset. Nam quis nùm Ecclesiæ Christi status fuerit; *Apologia Justini*, ad Antoninum Pium scripta, abundè testatur. Sunt, qui anno sexto regni M Antonini, hanc persecutionem motam, prodiderint: ut *Heinricus de Erfordiâ, & alii.* sed ipso anno XVII. hujus Imperatoris, motam ab eo persecutionem vehementissimè fuisse; *Eusebius*, * indicat. * *lib.* 4. *c.* 15. * *in Præfat. lib.* 5.

Cœpisse autem, & crevisse eam persecutionem, per edicta Imperatoris; quæ belli contra Christianos & furorum semper tubæ fuerunt: res ipsa indicat. Nam *in Pandectis* tale quoddã ejus rescriptum proponitur: ut in insulam relegentur, qui aliquid faciunt cõtra superstitionem gentilem. Et ex *Melitonis* apologiâ ad Antoninum, *Eusebius* quædam recitat; inter quæ & illud habetur: *Piam gentem persecutione pati, ex edictis in Asia propositis: quibus freti & incitati sycophanta, & alienorum bonorum appetitores, manifesti latrocinentur.* Meminit *Epistola Martyrum Galliæ*, etiam Præsidũ; quorum semper tyrannis in Christianos miseros atrocior erat, quam ipsorũ Imperatorum: quibus etiam invitis, hæc sævitia interdum grassabatur. Meminit & rescripti Imperatoris ad Præsidem: Christianos in confessione perseverantes, capitis supplicio afficiendos esse; negantes verò, dimittendos. Denique, satis erat ubique persecutorum; modò Imperatores connivere visi essent: qui, novis subinde excogitatis criminibus, vulgus insanum alioqui & temerarium, si quid cõra Christianos suscipiendum esset, ad majorem audaciam & sævitiam armarunt, ac novis quasi Furiis excitarunt.

Narrant scripta *de Martyribus Gallicis*; Ethnicos instigâsse Christianorum servos, & tormentis adegisse: ut talia de Christianis divulgarent; qualia ab hominibus fieri posse, nefas sit credere: nimirum, quòd, ad morem Thyestei convivii, infantibus vescerentur; & Oedipodeis incestibus se polluerent. Hisce igitur detestandis criminibus moti, illi etiam, qui moderatiùs antea in causâ Christianorum egerant, licentiùs nunc & crudeliùs adversùs eos sæviebant.

¶ De loco jam meminimus. Nam in his duabus celeberrimis Galliæ civitatibus, *Lugduno* nempe, & [illegible], quâ fuerit sævitum crudelitate in Christianos, [illegible] quidem & gubernatores Ecclesiæ Christi; [illegible] dicat epistola: cujus exemplum infrà subjiciemus. Nec quisquam putet, mitiùs fuisse actum, ut in aliis ejus provinciæ locis, aut cum reliquo Christianorum cœtu: quandoquidem nullâ reverentiâ, nullo pudore, accusatores & persecutores, in præcipuis & gubernatoribus ipsis explorandis & producendis, usi sunt. quorum aliquot Epistola recenset: ut *Vettium quendam Epagathum*, excellentis spiritus juvenem, *Zachæum* Presbyterum Viennensem, *Sanctum*, *Maturum*, *Attalum*, *Blandinam*, *Alexandrum*, *Alcibiadem*, & alios.

Romæ qui tunc Ecclesiæ fuerit, Justinus, hoc tempore ibidem affectus, existimari esse potest.

Tantum crudelitatis Ab quibusdam remiserint persecutiones: in eam, partem ex his videri fuisse, [illegible] * significet; ubi de martyrio [illegible] prolixa per epis- * *lib.* 5. *c.* 15.

[illegible] tam,

Lite [illegible] Smyrnæorum [illegible] fuisse ad ipsicimus. Quo [illegible]
*lib.4.c.23. pœnè [illegible] Lucifer [illegible] Dionysii Corinthiii [illegible]

De [illegible] eam, scindebant, ut [illegible] eis tam atrocis supplicii & [illegible] ab immanissimis quibusque [illegible] annis, & organis Diaboli, excogitari potuisse; quo [illegible] digni Christiani judicio fiant. *Gehennæ ipsius*, aliquoties [illegible] crudeles formas enumerat: veluti infidias domi forisq;, & omnibus publicis locis inclusiones, plagas, tractiones, direptiones, lapidationes, conclusiones, applicationes laminarum candentium, carceres tenebrosos, inclusiones in equuleo ad quintum punctum, in ipsis custodiis strangulationes, bestiarum dentes, ferreas strigiones, patibula, ventilationes ex cornibus taurorum, & similia. Addita est insuper & alia sævitia. Disjectis enim in carceribus & alibi mortuorum cadaveribus; canes custodes additi sunt, ne sepulturæ officium cuiquam cõtingeret; neq; vel precibus ab illis sepulturæ impetrari potuisset.

Sed eas crudelitates omnes, in causâ omnium optimâ, nempe ipsius Christi, & cœlestis doctrinæ confessione, non fortiter modò & alacri animo, Spiritu sancto eos sustentante, pertulerunt: verùm etiam consolationibus alii alios animosè confirmarunt; ut ne quidem ab atrocioribus suppliciis sibi metuerent. Denique, una hæc omnibus cura fuit: ne quis eorum infirmitate, aut cruciatuum perferendorum impatientiâ, victus succumberet; ac Christum suum turpiter abnegaret. Sicut decem aliquos ex glorioso eo martyrii stadio rediisse, Epistola refert: sed qui non multo pòst redierint, & ornamentum martyrii cum aliis receperint. Qui verò in abnegatione perstiterunt; diuturioribus suppliciis, non ut Christiani solùm, verùm ut homicidæ & scelesti, adjudicati sunt.

Hac igitur de causâ, summo rerum Christianarum motû discrimine, duo nobilissima lumina Asiæ, *Melito* Sardensis, & *Apollinarius* Hierapolitanus Episcopus, pro religione Christianâ, libros Apologeticos Imperatori Vero exhibuerunt. Sed de Apollinarii scripto veterum nobis nihil est. Melitonis particulam *Ephesum** remitto: quam, quia liberum & ingentem animum, & pietatis propagandæ studio ferventem, repræsentat; non pigebit nos hic adscribere.

In bello (inquit) *ad Imperatorem, talia quædam sub te contra nos facta deferuntur. Quod enim nunquam est factum, jam persecutionem patitur pientissimum genus, novis edictis per Asiam exagitatum. Impudentes enim sycophantæ, & alienorum appetitores, occasionem ex constitutionibus illis adepti, manifestè latrocinantur noctes & dies, eos depradantes, qui nihil iniqui faciunt.*

Et pòst alia quædam dicit: Quòd-si hoc te jubente committitur; fit vobis salutare. Justum enim Imperator, nihil unquam volet injusti: & nos capitis mortis hujus honorem fecimus. Hoc autem solum abs te supplices petimus: ut, cognito ipse primum hujus contentionis auctoribus, justa tum judices; an morte & supplicio, vel salute & quiete, digni sint. Si verò voluntas hæc, & novum illud edictum, penes te non est; quod ne contra Barbaros quidem hostes locorum esset: multò magis precamur, ut nos inhonestâ hac depradatione pressos contemnas.

Ipse iterum subjicit, dicens: Etenim Philosophia nostra primùm quidem inter Barbaros viguit. Cum autem sub magno Assyriæ imperatore exemplum fuerat: facta est maximum imperio commodorum fontem. Ab ea quippe tempore, Romanum imperium magis splendore incrementum cepit: cujus tu optatus successor & futurus es, & erit natus filio. Serva igitur Philosophiam hanc, quam cum imperio cepisti, & cum Augusto cepit; quam & progenitores tui præ cæteris rebus in primis habuerunt. Et hoc maximum est argumentum [illegible] quòd, ex quo nostra doctrina nata cum bono imperii fuerit; nihil illi mali, ibi ab Augusti principatu, accesserit: sed per contrarium, cuncta splendida & [illegible] fuisse eorum res. Soli ex omnibus Nero & Domitianus, ad invidiam quibusdam calumniis perfusi, doctrinam nostram calumniari cœperunt: a quibus & mendacium hoc sycophantæ, [illegible] hic eandem [illegible] contigit. Verùm illorum [illegible] cæteris [illegible] vestigia, [illegible] sæpenumerò, in [illegible] pervertuerunt. E quibus [illegible] Fundano [illegible] Adjecerit [illegible]

Pater verò tuus, cum inprimis pietatem cum cæteris coluerit, civitatibus & [illegible] ubi quæ tumult moverant, ne quibus & ad Larissæos, & Thessalonicenses, & Athenienses, & cunctas Græcas, [illegible]. Te verò, cum maximè in ipsis sanctissimis animi tui partibus tam pientem, eamq; multò clementiorem & magis philosophicam habeas; eandem facturum persuasissimum, quæ à nobis petimus. Hæc ille.

Hæc tam ingenuè, tam fortiter, tamque magnò dicta spiritu, verùm Antonini permoverint animum, ut æquiorem se & mitiorem Christianis præberet; affirmare non habemus. Missus erat ad eum aliquando legatus Christianorum, *Athenagoras*, Philosophus Christianus: sed odio ignotæ religionis incensus Princeps, placari non potuerat. Apparet enim, ejus animum in Christianos à nullâ re aliâ mutatum fuisse; quam ex pluvia miraculosa, precibus Christianæ legionis, quæ postea *Fulminatrix* ab eo dicta est, impetratâ, in bello Marcomannicó: quæ & sitî languentem exercitum refocillaverat; & fulmen conflavit, quod hostes barbaros perterrefaceret, oratione impetraverat. Tùm enim domum Christianis placatus Antoninus, edictis pacem illis aliquam conciliare studuit. Et, sicut Trajanus præceperat, ne inquirerentur Christiani: ita postea ne sponte quidem ad supplicium ducendos, quàm reis, minatus est. Quam rem & *Tertullianus* in Apologetico narrat; & de eâ ipsius Imperatoris exstare ait literas: quarum exemplum hoc est.

IMPERATOR CÆS. M. AURELIUS ANTONINUS, GERMANICUS, PARTHICUS, Sarmaticus, Populo Rom. sacroque Senatui salutem.

NOTOS vobis facio conatus meos, & fortia bella Germanica; quantaq;, in hostico laboraverim, dum exercitum [illegible] circumventum à draconibus LXXIV. intra nonam horam liberavi. Eos in propinquo esse indicarunt exploratores; & Pompejanus, Magister militum, conspectos esse mihi significavit. Itaque sensi, me cum legionibus, primâ, decimâ, geminâ. Euphratensi, pene oppressum ab immensâ caterva, in quâ numerabantur armatorum nongenta [illegible] quinq; millia. cumq; non haberem copias conferendi numero barbarorum hostium; præcelandus confugi ad opem patriorum numinum: a quibus neglectus, & in arctum redactus ab hoste, accivi, quos Christianos vocamus, & perquisiti, bene-multi reperti sunt. Irascor in eos; quod non debuerant, ut postea cognovi ex miseriis eorum pœnisq;, qui mox vim aggressi sunt, absque telis, armis, cruentâ: nimirum abhorrentes ab istiusmodi paratu; & contenti Deo, quem circumferunt secum in conscientiâ. Credibile est igitur, licèt impios existimemus, Deum pro munimento habere in pectore. Prostrati enim hostis, non solùm pro me deprecati sunt; sed & pro præsenti exercitu, petentes opem contra urgentem sitim & insidias. Quintus enim dies erat, ex quo aquâ carere cœperamus. Etenim quippe in hostilis soli, in ipso mediterraneo Germaniæ. Confestim autem, ut procubuerunt in facies, & preces fuderunt ad quemcunq; mihi Deum; defluxerunt de cœlo, in nos quidem, pluvia vitalis imber; in nostros verò hostes, grando mixta fulminibus: ut sensim mortâ sentiremus, præsto esse invictam opem Dei precantibus. Jam nunc igitur permittimus, esse Christianos, hujusmodi hominibus: ne fortè contra nos tale quodpiam telum petant, quo cædantur impetrent. & autorem me interpono, ne cuiquam ritus Christiana vertatur crimini. Quod si quis Christianum damnaverit hoc solummodo, quod Christianus sit: velit, ut velut reus Christianus, & impunè fruatur; nihil nihil ni objectet, præter religionem, diversum: delatori verò ejus, vivus comburatur. Confestim autem comperiunt, Christianum, non ex more Religionem esse, à provincia Præside [illegible] Asiæ. Et hoc nunc decretum [illegible] transcribitur, [illegible] ex nostro exemplari, publicè [illegible]

¶ Hac igitur o[ccasione] [ad]reliquum dum Christianis [fa]vit, [ne]que [ul]lia res intervenit [Chri]stianorum cellit, [im]pestis favo[re] [ma]xime; [Ro]mæ orta, [per] Orientem, Italiam & Galliam; [ut] auctor Victor ait, [per] omnem non sinè interitu civitatum, fluminum exundationes; infecta nocentia, & segetes depascentia locustæ, & alia calamitates.

DE REBUS ECCLESIÆ SUB Commodo.

PERTINAX Commodus, Antonino succedens, ut cæteris quidem, quæ gerebat, incommodus fuerit, tamen persecutionem in Christianos minimè movit. Quod factum esse *Xiphilinus*, Dionis Epitomistes, ideò scribit: quia Marciam quandam concubinam, quæ Christianis favebat, Commodus amaret. Sub eo igitur (ait *Eusebius**) furor ille Gentilium contra Christianos mitigari cœpit; datâ, per gratiam Dei, pace universæ per totum Orbem Ecclesiæ: quando etiam salutaris doctrina, omnis generis hominum mentes, ad piam unius & omnium Dei religionem adducebat; ità ut jam Romæ quoque plures ex illis, qui & opibus & genere illustres erant, ad suam ipsorum salutem, simul cum universâ domo & familiâ, accederêt. Fuisse enim tale quoddam serenum, post nubila tristia multa, Christianis: indicant etiam diversi illi conventus, plurimis in locis, super controversiâ de Pascha coacti; & liberæ Christianorum Doctorum per terras peregrinationes: cùm antea, persecutionibus grassantibus, vix in latebris tuti fuissent.

* *Lib 5. c. 21*

Attende tamen mirabiles Ecclesiæ vices. Liberata à persecutionibus externis, ab aliâ statim palæstrâ excipitur: in quâ certaminibus diversè trahitur & exercetur. Quantum enim laborum & negotiorum, *Victoru* illi conatus, toti Ecclesiæ Orbi peperierint; infrà dicetur. Natæ præterea & grassatæ hoc tempore sunt hæreses, Romæ & in Phrygiâ: ubi monstrum illud pseudoprophetiæ Montani & Maximillæ, quantùm turbârit Ecclesiæ, quam vix nacta erat, tranquillitatem; vides. Hinc enim plurimorum Doctorum extitêre occupationes, in refutandâ & reprimendâ audaciss[i]mâ hæresi: quemadmodum de singulis his paulo pòst dicetur. Nec tamen sine sanguine prorsus Christiano, qualiscunque fuerit in eos favor, fuit. Hoc enim tempore, sub Commodo, *Apollonius*, Senator Romanus, vir claritsimus, cùm à servo suo delatus fuisset; religionem priùs medio in Senatu Christianam confessus, capitis pœnas dedit. Ad quam crudelem sententiam, *Eusebius & Hieronymus* significant, Senatum adactum esse veteri quâdam lege; quæ Christiani nominis reum, confitentem, elabi non pateretur: interea verò accusatori erura suffringi jussisse; ut Antonini edicto satisfaceret.

Nunc ipsius *Epistola Martyrum Galliæ* exemplum subjiciemus; quemadmodum apud *Eusebium** descriptum est.

* *Lib 5. c. 1.*

SERVI CHRISTI, VIENNAM & LUGDUNUM GALLIÆ INCOLENTES, fratribus per Asiam ac Phrygiam, eandem nobiscum redemptionis fidem & spem habentibus, pax & gratia & gloria, à Deo Patre, & CHRISTO JESU Domino nostro.

MAGNITUDINE *nostræ hujus tribulationis, tantámque Gentium iram adversùs Sanctos, & quæ passi sint beati Martyres, neque verbis edicere, nec scripto exacte complecti, possimus. Totis enim viribus incubuit adversarius; atque ita jam advenius suo præludio certaturi præludia fecit: & per cuncta loca tentavit, suos ad pugnam, contra vivos Dei, primùm assuefecit: itaque non solùm domibus, & balneis, ac foris omnibus, sed & in universum prohibuerunt ne quis nostrûm ullo ejusmodi loco videretur. Rursus autem ille gratia Dei & infirmos quos erexit; quosdam verò tanquam firmos & columnas contrarium vires exercuit: qui, per tolerantiam, omnem malitiosi hostis impetum ad se trahere, & manus conjicere possent; omnia genera probra &*

malis

Et primùm quidem quæ à turbâ universâ accidere solebant, ferre fortiter: dejectationes, plagas, trahones, direptiones, lapidationes, clausuras, & quæcunque ira à multitudine efferatâ, velut hostibus & inimicis, inferri solent. Deindè verò in forum duci; à Chiliarcho, & reliquis urbis Potestatibus, coram omni multitudine fassi confessionem, judicari; in carcerem, ad Præsidis usque adventum, duci sunt. Postea, cùm ad Præsidem ducti essent; & ille omnis generis atrocitate adversùm nos uteretur: Verum Epagathus, unus ex fratribus, plenitudinem dilectionis, cùm erga Deum, tum erga Proximum, nactus, (cujus etiam conversatio tam erat perfecta: ut, licet juvenis esset; Presbyteri tamen Zachariæ testimonio par haberetur. etenim & ipse, in omnibus mandatis & justificationibus Domini inculpatè, & in omnibus erga Proximos obsequiis impigrè, ambulabat) cùm multum zelum Dei haberet, ac spiritu ferveret; judicium illud, quod contra nos tam iniquo rationibus fiebat, non tulit: sed vehementer indignatus petiit, ut & ipse, rationem pro fratribus, quòd in nobis nihil esset impietatis, redditurus, audiretur. Reclamantibus autem illis, qui tribunali assistebant, (erat enim nobilis) & Præside tam justam petitionem non admittente; sed hoc solùm interrogante, an & ipse Christianus esset? clarissimâ voce confessus est: atque ita & ipse in sortem Martyrum receptus; ac Christianorum advocatus appellatus. Cùm autem Spiritum paracletum in se haberet; plus quàm Zacharias; in lectionis plenitudinem in eo declaravit: quòd, pro defensione fratrum, animam suam ponere dignatus est. Erat enim, & est, germanus Christi discipulus; Agnum sequens, quicunque est. Hoc exemplo moti etiam reliqui protomartyres, ad martyrium contendunt: redduntur, alacres & parati; ac totâ animi alacritate Martyrii confessionem adimplent.

Inventi sunt autem & alii quidam imparati, & minùs exercitati, & adhuc infirmi; magni certaminis vehementiam ferre non valentes. è quibus numero decem prolapsi sunt; nobis, magnam mœstitiam & immodicum luctum peperierunt: ac reliquorum alacritatem, qui comprehensi non erant, amputarunt; qui martyribus, ut-ut cuncta dira paterentur, una adsistebant, nec ab illis sejungebantur. Tum autem cuncti magnopere consternati fuimus, propter confessionis incertitudinem: non, quod illata supplicia formidaremus; sed, quòd ad exitum profecturi essemus, & ne quis deficeret, timeremus. Comprehendebantur autem quotidie, digni adhuc, ut numerum lapsorum adimplerent: ità ut è duabus Ecclesiis comprehenderentur, quotquot præcipui erant; & per quos potissimùm nostra Ecclesia gubernabatur. Simul autem & Ethnici quidam capti sunt, nostrorum servi: (Præses enim nos omnes publicè requiri jusserat) qui & instinctu Satanæ victi, ac tormenta, quæ Sanctos ferre videbant, veriti, Militibus etiam eos ad hoc instigantibus; commenti sunt adversùm nos Thyestea convivia, & Œdipodeos incestus, & quæ alia nobis nec loqui nec cogitare fas est; imò ne credere quidem, tale quid unquam ab hominibus esse factum. Hisce autem divulgatis, cuncti in nos furere cœperunt: ita ut, qui antea familiaritatis gratiâ moderatiùs egerant, jam vehementer indignarentur, & acerrimè adversùm nos. Implebatur autem hoc quoque, quod à Domino; nempe: Veniet tempus, ut omnis qui vos occiderit, obsequium se Deo præstare putabit. Timuerunt tanta fancti Martyres pertulêre supplicia; ut omnem narrationem superent: contendente adhuc Satana, ut etiam per illos blasphemium quid diceretur.

Excellenter verò totus, & Populi, & Præsidis, & Militum, furor incumbebat in Sanctum Vettium Epagathum, Viennensis Ecclesiæ diaconum, & Marturem, virum quidem hoc nomine, sed generosum veraturum; & totum, Pergamenæ natione, qui semper nostra Ecclesia columna fuerat & fulcimentum. & Blandinam, per quam Christus ostendit, quæ apud homines vilia sunt, & obscura & contemptibilia apparent, magnâ gloriæ apud Deum digna haberi, propter dilectionem erga eum, quæ in re ipsa ostenditur; & non in fastu quodam jactatur. Cum enim omnes timerent, & tam

Digitized by Google

nalis ejus hera, quæ & ipſa una erat è numero deſertarum
Martyrum, anxiè vereretur, ne fortè in confeſſione, propter cor-
poris imbecillitatem, non eſſet conſidenter permanſura: tantâ
eſt Blandina illa, virtute repleta; ut laſſarentur & concide-
rent, qui per vices illam, quovis ſupplicierum genere, à mane ad
veſperam uſque, torquebant: ſeq; victos eſſe, nec quicquam ha-
bere amplius, quod illi inferrent, confiterentur: mirarenturq;,
quòd adhuc ſpiritum traheret, corpore toto perrupto & aperto:
ac ſimul teſtificarentur, unum tormentorum genus in ſe ſatis
ad hoc fuiſſe validum, ut animum illis eximeret; nedum talia
ac tanta. Verùm beata, tanquam generoſa certatrix, in con-
feſſione renovabatur: eratq; illi recreatio, refocillatio, & in-
dolentia eorum quæ patiebatur, quoties dicebat: Chriſtiana
ſum: nec mali quicquam à nobis committitur.

Sanctum verò & ipſe, cuncta ab hominibus illata ſupplicia,
excellenter & generosè, ſupra omnes humanas vires, ferendo;
cùm iniqui, propter paſſionem ac tormentorum magnitudinem,
aliquid ex eo, quod indecorum eſſet, audituros ſe ſperarent;
tantâ illius conſtantia reſtitit: ut nec proprium nomen ſuum, nec
gentem, nec civitatem unde erat, neque ſervus ne an liber eſſet,
ediceret; ſed ad cuncta interrogata, Romanâ voce reſponderet;
Chriſtianus ſum. *Hoc ille, & nomine ſui, & civitatis, & gene-*
ris, & omnium aliorum loco, frequenter cõfitebatur: nec aliam
vocem ex illo audiebant Gentiles. unde & vehementer contra
eum, & Præſes, & tortores, contendebant. Itaque, cùm nihil
haberent amplius, quod illi facerent; tandem æneas laminas
ignitas, teneerrimis corporis illius membris, applicabant. Et illa
quidem comburebantur: ipſe verò immotus permanebat, im-
perterritus ac firmus in confeſſione; è cœleſti fonte aqua vivæ, &
ventre Chriſti emanante, irroratus ac corroboratus. Corpus
verò illius teſtificabatur de illis, quæ illata fuerant. erat enim
totum vulnus & cicatrix, & contractum: ità ut externam illâ
humanam formam amiſerit. in quo Chriſtus patiens magnam
conſequutus eſt gloriam; dum adverſarium devicit: & ad docu-
mentum reliquorum oſtendit, nihil eſſe terribile, ubi Patris di-
lectio; neque triſte, ubi Chriſti eſt gloria. Cùm enim iniqui
Martyrem poſt aliquot dies iterum torquerent; futurum ſi, ſpe-
rarent, ut, ſi corpori jam tumido & inflato, quando ne manu
quidem tractari ſuſtineret, eadem ſupplicia inferrent, victores
illum evaderent; vel, ſi tormentis moreretur, reliquis metum
incuterent: non modò nihil horum illis accedit; ſed & præter o-
mnem humanam exſpectationem, corpus illius, in poſterioribus
tormentis relaxatum ac reſtitutum, priorem formam & uſum
membrorũ recepit: ità ut altera illis tortura, per gratiam Chriſti,
non ſupplicium facta ſit; ſed medela.

Sed & cùm Biblidem quendam, unum ex illis qui negave-
rant, Diabolus jam animo concidiſſe putaret; ac, per blaſphe-
miam, condemnationis obnoxiam reddere vellet: quaſi jam fra-
gilem & puſillanimem, ad ſupplicium duxit, impia de nobis
edicere cogens. Illa verò in tortura ad ſe reverſa, & velut è
profundo ſomno excitata, per temporarium illud ſupplicium, de
æternâ gehennæ pœnâ cogitavit: contra ſeum tortoribus contra-
dicens; Quomodo, *inquit,* infantes ederent illi, quibus ne
irrationabilium quidem pecudum ſanguine vesci licet? *Ex eo, cum ſe Chriſtianam eſſe confeſſa eſſet, ad Martyrum ſor-*
tem appoſita eſt.

Cùm autem tyrannica illa tormenta, per Beatorum pa-
tientiam, a Chriſto eſſent abrogata: alias machinas excogita-
vit Diabolus: nempe, ut in carceres conjecti fideles, loco lu-
bricoſo ac moleſtiſſimo includerentur; in equuleo pedes ad
quintum uſque foramen extenderentur; & reliqua ſupplicia,
quæ variis miniſtri diabolici furoribus pleni, inferre ſolent, in-
clauſi paterentur: ità ut plurimi in carcere ſtrangularentur. quos
Dominus ad hunc modum vitam hanc ingredi & gloriam ſuam
oſtendere, voluit.

Etenim Sanctis, uſque adeo acerbâ tortura confectis; ut, et-
iamſi omnis generis medela adhiberetur, amplius vivere poſſe
non viderentur; manſerunt in carcere: humanâ quidem ope
deſtituti; a Domino verò corroborati, & corpore patiens
& animo confirmati, ità ut & reliquos excitarent & con-
ſolarentur. Juniores verò, qui recens erant comprehen-
ſi, quorum corpora antea non fuerant verberibus caſa,
moleſtiam inclauſionis non tulerunt: ſed in carcere ſunt
mortui.

Beatum autem Photinum, cui Lugdunenſis epiſcopatûs diace-
natus fuerat concreditus, annos ſupra nonaginta natum, &
corpore admodum imbecillum; cùm vix ſpiritum traheret, pro-
pter incumbentem corporis imbecillitatem; ſpiritûs alacri-
tate, propter conceptum martyrii deſiderium, corroborа-
tum, etiam ipſe ad tribunal ferebatur: corpore quidem,
cùm propter ſenium, tum propter morbum, elanguido; animâ
verò ad hoc in illo ſervatâ, ut per eam Chriſtus triumpharet.
Hic à militibus ad tribunal deportatus, concomitantibus i-
pſum civilibus, & poteſtatibus, & omni multitudine varii mo-
do, quaſi ipſe Chriſtus eſſet; inclamante; bonum dedit teſti-
monium. Interrogatus autem à Præſide; Quis nam ſit Chri-
ſtianorum Deus? Si dignus, *inquit,* fueris; cognoſces.
Hoc dicto, atrociter tractus, varias plagas ſuſtinuit. Etenim,
qui è vicino erant, manibus illis ac pedibus contumeliam infere-
bant; nec ætatem illius verebantur: qui verò remotiores erant,
quod quiſque in manu habebat, in ipſum jaculabantur: puta-
bantq; cunctis, magnoperè ac impiè delinqui, ſi quis ab hac contu-
melia illi inferendâ abſtineret. putabant enim, ſe hoc pacto deos
ſuos ulciſci. Ægre autem adhuc ſpirans, conjectus eſt in carcerem:
ac poſt biduum exſpiravit.

Declarata eſt hîc magna providentia Dei, & immenſa mi-
ſericordia JESU Chriſti: quæ verò quidem in fraternitate
facta; arte tamen Chriſti non eſt deſtituta. Etenim, qui in
primâ perſecutione negaverant, ſimul & ipſi in carcerem
ſunt inclaſi; & afflictionum participes facti. Neque enim
illo tempore aliquid iſtius, quod negaverant, conducebat. ſed
qui, quod erant, confitebantur, includebantur, tanquam Chri-
ſtiani; nec alia illis culpa imputabatur: iſti verò jam qua-
ſi homicidæ ac ſceleſti detinebantur; ac duplo magis, quam
illi, puniebantur. Illis recreatio erat gaudium martyrii, ſpes
promiſſorum, dilectio erga Chriſtum, ac ſpiritus paternus:
iſtos verò conſcientia magnoperè cruciabat; ità ut, in tranſi-
tu, cunctis reliquis vultus eorum conſcientiæ objicerent judi-
cia. Nam illis prodibant, hilares, vultu habentes gloriâ &
gratia plurimùm illuſtres; ità ut & vincula decentem illis or-
natum, perinde atque ſponſa deauratis ac variegatis ſumbriis
ornata, præſtarent, ac ſimul bonam Chriſti fragrantiam
olerent; ſic ut nonnulli eos mundano unguento unctos eſſe pu-
tarent: iſti verò triſtes, abjecti, deformes, omni dedecore ple-
ni, deinde & ab ipſis Gentilibus probro affecti; ut degeneres
& puſillanimes, homicidii crimen habentes; & pretioſiſſimâ,
gloriosâ, & vivificâ Chriſtiani nominis appellatione deſtituti.
His autem viſis, confirmati ſunt reliqui: & comprehenſi abſque
ullâ hæſitatione confeſſi ſunt; ne cogitationem quidem diaboli-
ci ſenſûs habentes.

Iſtis paulo poſt iterum ſubjiciunt: Poſt iſta jam martyria,
in omnes formas terminantur ac dividuntur. Ex variis e-
nim coloribus ac floribus, unam coronam confertam, Deo Pa-
tri obtulerunt. Oportebat itaque generoſos athletas, varium
certamen perpeſſos, ac magnificam victoriam nactos, magnam
veſtræ incorruptionis naturam. Maturus igitur, & San-
ctus, & Blandina, & Attalus, ducti ſunt ad beſtias,
ad populare & publicum ethnica inhumanitatis ſpectacu-
lum; datâ per noſtros inſaniendi beſtiarii pugnæ conſtitu-
tâ die.

Et Maturus quidem & Sanctus rurſus, in amphitheatro,
omnis generis ſunt ſupplicijs ſubjecti; quaſi hactenus nihil eſſent
perpeſſi: imò potius, tanquam plurimis jam ſortibus repulſo ad-
verſario, de ipsâ coronâ certamen ſuſtinentes, rurſus verberum
illationes, eo loco conſuetas, beſtiarumq; lacerationes, &
quæcunque populus inſanus alis aliunde vociferabantur & ju-
bebant, ac ſuper omnia ferream ſedem perferunt, in quâ cor-
pora ipſorum, velut in ſartagine coſta, uſtore adhibito repleb-
bant. Interea tamen ne ſic quidem ceſſabant; ſed adhuc am-
plius inſaniebant; volentes Sanctorum vincere patientiam.
Verùm nec hoc pacto aliud audiebant ex ore Sancti; niſi vo-
cem illam confeſſionis, quam inde ab initio proferre conſueve-
rat. Itaque Sancti iſti, cum animas ſuas per magnum illud cer-
tamen diu extenuaſſent; tandem cæſi ſunt: poſtaquam tunc ille
dies, loco variationis, quem in amphitheatro exhibuit ſolis ſpectacu-
lum fuerat hujus Mundo.

Blandina verò in ultimo ſuſpenſa à beſtiis irruentibus, ad ve-
randum eſt propoſita. Quod vel ab ipſa eſt conſilio Dei factum:

ut dum in forma crucis suspensa videretur, per indefessam orationem, plurimum alacritatis inderet Sanctorum decertantium mentibus, in agone illo etiam externis oculis in sorore eum contemplantium, qui propter ipsis erat crucifixus: & ut credentibus in eum persuaderetur, omnes eos communionem habere cum Deo vivente, qui pro gloria Christi patiuntur. Cùm autē ità pendentem nulla bestia contingeret; ligno deponitur: & iterum in carcerem, alteri certamini servanda, conjicitur. ut, plurium certaminum victrix, tortuosum serpentem inexcusabili condemnationi redderet obnoxium: & fratres excitaret, modica illa, imbecillis & contenta, magnum & insuperabilem athletam Christum induta, multis nominibus adversarii victrix; &, per certaminis illius tolerantiam, incorruptionis coronam consequuta.

Attalus autem, & ipse vehementer à populo ad supplicium postulatus, (erat enim nominatus) ad certamen propter conscientiam paratus progreditur. Etenim generose in Christiana professione exercitatus, veritatis, quæ apud nos est, semper testis & assertor fuerat. Itaque, cùm in amphitheatro circumduceretur; & tabula ante eum portaretur, in qua Romana linguâ scriptum erat, HIC EST ATTALUS CHRISTIANUS; & populus vehementer in eum fremeret: cognito Præses, quòd Romanus esset, jussit eum in carcerem recipi, una cum reliquis in custodiâ existentibus; de quibus Cæsari scripserat, illiusq; adhuc sententiam exspectabat. Tempus autem intermedium non erat illis otiosum & infrugiferum: sed, per ipsorum patientiam, immensa Christi misericordia reluxit. Per viventes enim vivificabantur mortua; & martyres his, qui martyres non erant, benefaciebant. Lætabatur q. plurimum virgo mater; quæ, quos vivos abortivos ac mortuos amiserat, viventes recipiebat. Plurimi namque, qui negaverant, per illos refingebantur, regenerabantur, excitabantur, ac confiteri discebant: jamq; viventes ac corroborati, suavitatemq; ejus experti, qui mortem peccatorum nō vult, sed placabilis est pœnitentibus; ad tribunal accedebant: ut iterum a Præside interrogarentur. Quoniam enim Cæsar rescripserat, confitentes esse plectendos; negantes verò dimittendos: & panegyris jam ordiretur, quæ ex eo, quòd omnes circum quaque gentes convenirent, frequentissima erat: beatos Confessores spectaculi gratiâ ad tribunal ducebat, ac populo ostentabat; atque ita iterum inquirebat: &, quotquot Romanæ civitatis jus habere videbantur, illos capite truncabat; reliquos verò bestiis objiciebat. Glorificabatur autem Christus plurimum per eos, qui antea quidem negaverant; tum verò, præter Ethnicorum exspectationem, confitebantur. Illi siquidem separatim, quasi dimittendi, inquirebantur: & confitentes Martyrum choro adjungebantur. Manebant autem foris, qui ne vestigia quidem fidei, neque sensum nuptialis indumenti, neq; cogitationem timoris Dei, unquam habuerant; imò, per vitæ suæ conversationem, viam Dei blasphemaverant, perditionis videlicet filii.

Reliqui verò cuncti Ecclesiæ conjungebantur. qui cùm interrogarentur: Alexander quidam, natione Phryx, arte Medicus, annos multos in Galliâ moratus, ac omnibus ferè notus, propter dilectionem erga Deum, & loquendi fiduciam, (non enim expers erat apostolicæ charismatis) prope tribunal stabat; & eos, qui interrogabantur, nutibus ad confitendum hortabatur: ità ut, tanquam dolens ac gestiens, manifestus fieret adstantibus. Turba autem, molestè ferentes, quòd, qui antea negaverant, denuò confitebantur; Alexandro reclamabant, tanquam ejus rei autori. Urgente autem Præside, & percontante, quis nam esset? respondit: Christianus sum. Quo audito, Præses bestiis eum adjudicavit. Sequēti die, unà cum Attalo producitur. (nam & Attalum Præses populo largitus, iterum bestiis tradiderat.) Hi, cùm omnia in amphitheatro ad supplicium parata organa experti, & maximum agonem perpessi essent; tandem cessisunt & ipsi, e quibus Alexander ne ingemuit quidem, nec ullo modo mutavit; sed ex corde cum Deo locutus est. Attalus verò, cùm ferrea cathedra impositus jam combureretur, & nidor ardentis corporis sentiretur; ad multitudinem Romanâ voce dixit: Ecce, hoc est homines vorare, quod vos facitis: nos verò nec homines voramus, nec aliud quoddam malū facimus. Interrogatus autem, quod Deo nomen esset: Nomen, inquit, Deus, sicut homo, non habet.

Post hæc omnia, postremo spectaculorum die, Blandina, iterum, una cum Pontico, puero quindecim annorum, producebatur: idq; singulis diebus factum fuerat; ut reliquorum supplicia cernerent: cogebantq; eos per nomina idolorum suorum jurare. Quoniam verò constanter in sententiâ perdurabant, & illorum idola contemnebant: efferata est contra eos multitudo; ità ut nec pueri ætatem miserarentur, nec muliebri sexui parcerent; sed omnibus eos pœnis subjicerent, & omnibus circuli supplicii afficerent, ac subindè jurare cogerent: quod illi tamen facere nequiverunt. Ponticus enim, ità à sorore animatus, ut & Ethnici adstantes viderent, quod illa puerum hortaretur ac corroboraret; omnis generis supplicium toleratus, spiritum reddidit. Beata verò Blandina, omnium novissima, postquam tanquam nobilis mater filios adhortata fuisset, ac victores ad Regem præmisisset, & cuncta liberorum certamina reputâsset; ad eos, propter exitum gaudens & exsultans, quasi ad nuptiale convivium vocata, & non bestiis projecta, properavit: & post flagella, post bestias, post sartaginem, tandem reti inclusa, tauro objicitur. & cùm satis ab ea bestiâ esset cornibus ventilata, nec ullum eorum, quæ accederant, sensum haberet, propter spem & animum in ea, quæ credebat, intentum, colloquiumq; cum Christo; cæsa est & ipsa: fatentibus hoc ipsis Ethnicis, nunquam apud ipsos talia ac tanta ullam perpessam esse mulierem.

At ne sic quidem insaniæ illorum, & crudelitas in Sanctos, quievit. Etenim feræ ac barbaræ gentes, à ferâ bestiâ exagitatæ, quiescere nesciebant. Aliud itaque incitamentum, adversùm corpora nostra sæviendi, contumelia eorum cæpit. Neque enim eo placabantur quod vincebantur; eo quòd humano sensu destituti erant: sed hinc magis, instar bestiarum, & Præses & populus irritabantur; pari nos odio prosequentes, ut Scriptura impleretur, quæ dicit: Qui iniquus est, iniquus sit adhuc; & qui justus est, justificetur adhuc. Etenim eos, qui in carcere suffocabantur, canibus projecerunt; adhibitis nocte ac die custodibus, ne quisquam illorum à nobis sepeliretur. prolatisq; reliquis, cùm a bestiis, tum ab igne relictis; ac partim laceratis, partim adustis; deinde & reliquorum capitibus, unà cum truncis, pariformiter inhumatis, complures dies militari curâ custodiam deputarunt. Et alii fremebant, ac dentibus in eos frendebant; quærentes, quonam modo amplioris de illis vindictam sumerent: alii verò videbant ac subsannabant, idola sua magnificientes, illisq; supplicium nostrorum tribuentes. Qui verò mitiores esse, & aliquantulum condolere videbantur; admodum exprobrabant, dicentes: Ubi est Deus eorum? Et, quid profuit eis ista religio, quam etiam animabus suis præposuerunt? Ad hunc quidem modum erant infidelium varii affectus. Nos verò in magno eramus mœrore constituti: quòd non liceret nobis corpora sanctorum martyrum sepulturæ tradere. Neque enim nox adeò nobis rem quicquam conferebat; neque data pecunia custodibus persuadebat; neque eos supplicatio flectebat: sed reliquias Sanctorum perinde custodiebant; ac si magnum aliquod inde emolumentum consequerentur, si non sepelirentur.

Hisce post alia quædam subjiciunt: Itaque sanctorum martyrum corpora, omnibus modis ludibrio exposita, ac totis sex diebus sub dio jacentia, denique combusta, & in favillam ab iniquo redacta, in Rhodanum fluvium, è vicino præterlabentem, sparsa sunt; ne quicquam ex illis super terram amplius reliquum esse videretur. Et ista fecerunt, quasi Deum vincere, & Sanctorum regenerationem impedire possent: Ne ullam amplius (ità dicebant illi) resurrectionis spem habeant; qua persuasi peregrinam nobis ac novam religionem inducunt, & pœnas contemnunt, parati & cum gaudio ad mortem accedentes. Jam videamus an resurgant; & an Deus eorum ipsos juvare, & è manibus nostris eripere possit.

ECCLESIA DEI, QUÆ SMYRNAM INCOLIT, EI QUÆ INCOLIT PHILOMILIUM, & cunctis per universum Pontum sanctæ catholicæ Ecclesiæ paroeciis, misericordia, pax & dilectio, Dei Patris, ac Domini nostri JESU CHRISTI, multiplicetur.

SCripsimus vobis, fratres, de iis qui martyrium sustinuerunt: & de beato Polycarpo, qui persecutionem hanc, martyrio

...ndis obsignando, terminavit ac solavit. Confecutus autem, narrat Polycarpo refuisse, de reliquis [illegible] enumeravit: & quem illi tolerantiam in perferendis doloribus ostenderint, describunt. Stipulam enim (inquiunt) circumstantes, flagris eos ad intimas usq; venas & arterias dilaceratos, ita ut secreta illa corporum penetralia, viscera, & membra, patefacta viderentur; deinde & conchas marinas, & acutos quosdam obeliscos martyribus subtratos, & omne genus supplicio-rum & tormentorum illatum, ac tandem eos bestiis ad devoran-dum traditos, ferunt. Præsertim autē de Germanico scribunt: quomodo ille generosissimè perstiterit; ac metum illum mortis, corpori natura insitum, gratia Domini superârit: & cùm eum Proconsul flectere vellet, atq; ætatis ejus admoneret, obsecraretq;, ut, quoniam admodum juvenis, & in flore esset, sui-ipsius misere-retur, incunctanter & sponte suâ bestiam in se illexerit, ac tan-tùm non coegerit & provocârit, ut quàm-velocissimè ab hac in-justâ & iniquâ vitâ liberaretur: & quamvis, cùm ille tam illu-strem mortis tolerantiam ostenderet, universa multitudo, dolo-sum Deo martyrē, fortitudinis nomine, ac simul universa Chri-stianorum gentis virtutem admirata, subitò vociferari cœperit; Tolle impios; quæratur Polycarpus: *maximâq; exclamoribus illis obortâ tumultuatione; Phryx quidam, nomine Quintus, recèns ex Phrygiâ profectus, visas bestias ac minas illa-rum horruerit; animoq; remisso tandem salutem suam prodide-rit. Indicat autem hunc, dicta scriptura narratio, non religiosè, sed protervius, unà cum reliqui ad tribunal prosiliisse; ac ca-pitū, manifestum omnibus exemplum dedisse, non debere se quem-quam talibus temerè, & sine religione, cum audaciâ ingerere. Sed hactenus de illis narrandi finem faciemus.*

De Polycarpo celeberrima subjiciunt: quomodo ille initiò qui-dem, hisce auditis, imperterritus perstiterit, & animi sui tran-quillitatem immotam retinuerit: ac in urbe quidem manere voluerit; verùm precibus eorum, qui circa ipsum fuissent, & ut se-se subduceret orassent, persuasus, in agrum haud procul ab ur-be secesserit: illicq; cum paucis commoratus, noctes atq; dies fe-cerit nihil aliud; quàm quòd precibus immoratus sit: quibus pro pace omnibus per Orbem Ecclesias impetrandâ, suppliciter ora-verit; eò quòd illi in more perpetuo fuerit: atq; ità inter precan-dum, triduo antequam comprehenderetur, in visione nocturnâ, lectum sub capite suo, igne accensum, ac subitò consumtum, vide-rit; & cùm evigilasset, confestim visionem eam præsentibus ex-posuerit; &, quod futurum erat, nempe quòd propter Christum vitam hanc igne depositurus esset, circumstantibus perspicuè prædixerit. Subjungunt: cùm jam nuntiarent, qui eum studiosè quærebant, rursus affectu & amore fratrum coactum, in alium agrum migrâsse: quo tamen paulo post persequutores venerint; ac duobus ejus locis pueris comprehensis, unum ex illis verberibus eò adegerint, ut illum indicio ad diversorium Polycarpi ducis sint. huc eos serò ingressos, ipsum in superiore loco domûs jacen-tem reperisse, unde illi possibile fuerit in alias ædes transmigra-re: sed hoc eum facere nolusse, dixisseq;; Domini voluntas fiat. *Denique, cùm scirent eum adesse, (sicut dicta jam narratio habet) descendisse; illinc admodum hilari ac placido vultu lo-cutum esse: ità ut mirū fuerit, cernere eos, qui virum hunc jam olim non cognoverant, honestam ætatem, gravitatē & constan-tem vultum intuentes ac contemplantes; eò quòd tantum stu-dii ad hoc impenderetur, ut talis senex comprehenderetur. dein-que, illum confestim, absque cunctatione, mensam ejus parari jussisse; ac, ut cibum largè usurparent, adhortatum esse; u-nanoq; ab illis horam ad orandum intrepidè petuisse. quo con-cesso, surrexisse & orâsse, ità gratiâ* Domini *plenum: ut pre-sentes, & orationem audientes, obstupescerent; multiq; illo-rum jam dolerent, quòd tam honestus ac divinus senex esset oc-cidendus.*

Sub ista, dictum de hoc vivo scriptum, consequentem histo-riam, hu quodammodo verbis ponit: Fallunam verò orationem terminavit; summumq; meminit, quæ unquam ipse, sive medi-ca, sive magna, sive gloriosa; sive ingloria, audierat, & uni-versa per Orbem catholicæ Ecclesiæ: hostâ jam ejus videndi ex-istente, asino impositum duxerunt ad urbem, cum magnus esset sabbatum. Occurrerunt autem ei Herodes, et pater ejus Nicetes: qui in vehiculum ejus ascendebant, sua-debant, ac dicebant; Quid'nam mali fuerit, dicere, Domi-ne Cæsar; sacrificare, ac conservari? *hic verò initio*

non respondebat. tertiùm verò dixit: Facturus non sum, quod consulitis. *Illi, ubi videbant, eum persuaderi non posse; dura loquebantur, ac studio deturbabant: ut de vehiculo descendens tibiam læserit. Verùm sine ullo respectu, quasi ni-hil passus esset, alacriter ac sedulò prosequebatur; contendens ad stadium. Cum autem ingens in stadio esset tumultuatio, ut à paucis audiretur: Polycarpo stadium ingredienti vox cœlitùs demissa est;* Confortare Polycarpe, ac vir esto. *Loquentem verò ne unus quidem vidit: vocem autem multi ex nostris au-dierunt. Adducto autem eo, magnus ei strepitus obortus eorum, qui Polycarpum comprehensum ab urbe audiebant. Accedentem interrogat Proconsul;* Ipsene sit Polycarpus? *Annuenti, suadet, ut neget; dicitq;:* Parce ætati tuæ. *& alia consimi-lia, quæ illi solent objicere:* Jura per Cæsaris fortunam; resi-pisce; dic, Tolle impios. *Polycarpus verò, constanti vultu u-niversam turbam, quæ in stadio erat, intuens; manu in eam motâ, ingemiscensq;, ac in cœlum respiciens, dicit:* Tolles hos impios. *Instante autem Proconsule, ac dicente;* Jura, ac dimittam te: convitiare Christo: *respondit Polycarpus:* O-ctoginta-sex annos illi servio; nec me ullâ in re læsit unquam: & quomodo possum maledicere Regi meo, qui me servavit? *Urgente iterum Proconsule, ac dicente;* Jura per Cæsaris fortunam: *regerit Polycarpus:* Si inanem hanc jac-tantiam quæris, ut jurem per Cæsaris fortunam, sicut di-cis, simulans te nescire quis sim; Christianus sum. Si verò doctrinam Christianismi cognoscere cupis; constitue diem, & audies. *Proconsule respondente;* Persuade hoc po-pulo: Te quidem, *inquit Polycarpus,* sermone dignarus sum: etenim sic institui sumus, ut principibus ac potestatibus à Deo ordinatis, honorem, qui competat, nec nobis oblit. exhibeamus. Illos verò indignos judico, quibus me purge-gem. *Sub illa Proconsul:* Bestias, *inquit*, habeo, quibus te objiciam; nisi resipiscas. *Ad quæ Polycarpus respondet:* Voca eas. Est enim nobis fixum, à potioribus non esse per pœ-nitentiam ad pejora transeundum: sed honestum duci-mus, à malis ad ea transire quæ justa sunt. *Rursus Procon-sul:* Igne te compescā, si bestias contemnis; nec resipiscis *Polycarpus respondet:* Ignem minaris ad horam arsurum, ac paulo post extinguendum. ignoras enim ignem illius fu-turi judicii, & æterni supplicii. Sed quid tardas? Inter quicquid lubet. *His & aliis pluribus dictis, fiduciâ & gaudi-replebatur; ac vultus ejus ità gratiâ plenus apparebat: ut non modò per ea, quæ dicta fuerant à Proconsule, non turbaretur; sed è contrario ipse Proconsul obstupesceret, ac præconem mitteret qui in medio stadio tertiò vociferaretur;* Polycarpus Christia-nū esse se confessus est. *quo dicto à tota gentium universa, cum Gen-tilium, tum Judæorum, Smyrnam inhabitantium, multitudo impotenti furore, magnâq; voce, clamat:* Hic est doctor ille Asiæ, pater Christianorum, deorum nostrorum demolitor, qui multos docuit, non adorandos esse deos. *Hæc dictu, suc-clamabant; & à Philippo Præside Asiæ petebant, ut Polycarpum leonem immitteret. Quibus ille respondit: non hoc licere sibi; e-quòd munus venandi jam adimpleisset. Tum videbatur illis una-nimiter acclamare, ut Polycarpum vivum comburetur. Opor-tebat enim visum illud, quod de cervicali apparuerat, impleri, quod cùm combustum vidisset; inter orandum ad fideles, qui cum ipso erant, conversus, prophetice dixerat:* Oportet me vivum comburi. *itaque factum est hoc dicto citiùs. Etenim turba con-festim, ex officinis & balneis, ligna & sarmenta comportaban-& Judæi præsertim prontè ad eam rem, prout more, subservie-bant. Igitur rogo constructo; cùm jam ipse vestes suas omnes posuisset, zonamq; solvisset; etiam calceos solvere conabatur, quod antea non fecerat: eòquòd semper singulis fidelibus inter se-quis corpus illum cujus contingeret, decerneretur. Etenim, præ-ter bonam vitæ conversationem, etiam antequam canitiem co-traxisset, ab omnibus honoratus. Mox itaque instrumen-ta illa, quæ ad rogum erant accommodata, applicantur. Cùm autem & palum circumfigere vellent; dicit:* Sinite me ad hunc modum. Qui mihi quoque ignem ferre posse dedit; dabit et-iam, ut sine vestrâ clavorum cautione intrepidus in hoc ro-go permaneam. *Quibus audito, eum non affixerunt; sed alligav-Manibus ergo post tergum ligatis, instar insignis cujusdam ar-vietis, è magno grege desumti, holocaustum Deo omnipoten-acceptum offertur; dicens:* Pater dilecti ac benedicti Fi-

tui Jesu Christi, per quem agnitionem tui accepimus; Deus Angelorum & virtutum, omnisque creaturæ, & omnis generis Justorum, qui vivunt coram te; tibi gratias ago: quòd hac me die ac horâ dignatus es, ut partem accipiam in numero martyrum, in poculo Christi, ad resurrectionem vitæ æternæ, animæ simul & corporis, in incorruptione Spiritûs sancti; in quibus suscipiar in conspectu tuo hodie, in sacrificio pingui & accepto: sicut præparasti jam antea, patefecisti & adimplesti, qui mentiri nescis, Deus verax. Quapropter & de omnibus te laudo, te benedico, te glorifico, per æternum pontificem Jesum Christum, Filium tuum dilectum: per quem tibi unà cum ipso & Spiritu sancto, sit gloria, nunc, & in futuris sæculorum sæculis. Amen. *Cùm ait Amen hoc Deo destinasset, & orationem terminasset; ministri ignis rogum incendunt. Flammâ verò jam adigendum emicante; rem mirari vetitum, quibus illum datum erat cernere: qui etiam ad hoc servabantur, ut gesta hæc reliquis annuntiarent. Ignis enim, facta camera figura, ad morem veli nautici vento repleti, corpus Martyris veluti muro quodam circumcinxit: eratque illud in medio, non tanquam caro ardens; sed tanquam aurum & argentum in camino ignitum. Etenim tantam bonæ odoris fragrantiam sensimus; quasi vel thus, vel aliud quoddam pretiosum aroma, spiraret. Tandem igitur Iniqui, cùm corpus illius ab igne consumi non posse cernerent; confectorem accedere, & ferro illud transfodere jubent. Quo facto, copiosus sanguis efluxit: ità ut ignis extingueretur; ac tota turba miraretur, quòd tantum discrimen esset inter infideles & electos: quorum unus & Polycarpus hic fuit, Apostolicus & Propheticus nostrorum temporum doctor, catholicæ Smyrnensis Ecclesiæ Episcopus. Etenim, quodcunque verbum ex ore suo emisit, & perfectum est, & perficietur. Æmulus autem & invidus, ac versutus generis justorum adversarius, cùm magnitudinem hujus amplitudinem, & conversationem ejus inde ab initio irreprehensibilem, incorruptionis corona ornari, ac incomparabile brabeum acquirere cerneret; hoc curavit, ne corpusculum illius à nobis acciperetur. erant enim multi, qui hoc facere, & sanctæ hujus carunculæ participes fieri cupiebant. Suggesserunt itaque nonnulli Niceta, patri Herodi, ac fratri Dalcæ; ut Proconsulem monerent, ne corpus illum traderet: Ne Christo, inquiunt, relicto, hunc colere incipiant. Et hoc dixerunt, Judæi suggerentibus & urgentibus: qui etiam nos observabant, ne ex igne illum eriperemus, ignorantes, nos nec Christum unquam relinquere, qui pro totius servandorum Mundi salute passus est; nec alium quempiam colere posse. Nam hunc quidem, tanquam Filium Dei adoramus. Martyres verò, tanquam discipulos & imitatores Domini, digne, propter insuperabilem in regem ipsorum ac præceptorem benevolentiam, diligimus; quorum & nos consortes & discipulos fieri optamus. Cùm ergo Centurio contentionem Judæorum cerneret: positũ corpus in medio, sicut mos ipsis est, combusserunt. atque ita nos tandem ossa illius, pretiosis lapidibus pretiosiora, & auro probatiora, sulli, condidimus, ubi ad hæc decebat: ubi etiam, quoad fieri potest, congregatu cum exultatione & gaudio, Dominus natalem Martyrii sui diem, ad memoriam eorum qui antè certarunt, & futurorum exercitationem ac præparationem, celebrare largietur.*

Talia beato Polycarpo, una cum duodecim è Philadelphiâ, Smyrnæ martyrium passo, acciderunt: qui solus præcæteris omnibus in memoriâ retinetur; ità ut & a Gentibus ubivis locorum prædicetur. Itaque cursus præclari & apostolici Polycarpi, hujusmodi finem est consecutus: cujus historiam Smyrnenses Ecclesiæ fratres, in supra-dictâ epistolâ composuerũt.

Sunt autem, in eodem de Polycarpo scripto, & alia martyria conjuncta; eodem martyrii Polycarpi tempore Smyrnæ tolerata: inter quæ & Metrodorus, qui in Marcionis errore Presbyter esse videbatur, igni traditus est, & exustus. Et inter illorum temporum martyres, etiam præclarus Pionius innotuit: cujus confessionis exparte, ac sermonis libertatem; apologiasque pro fide, cùm ad Populum, tum ad Duces fidei, ac conciones ad docendum habitas; & revelationes, eorum, qui tentatione persecutionis animo erant dejecto; consolationesque, quas, in carcere constitutus, veniebat ad se fratribus communicaturus, & quæ præterea tormenta, & quos intermentis dolores sit sustinens, & in rogo ardens constantiam, ac post omnia paratam etiam mortem illius, scripsimus diligenter, singula plerisque notata ad quæ, si quibus lapsi placuerit, remittimus; quæ nullis veterum martyrii confectariis. Consequenter autem & alterum, qui Pergameni Asiæ martyrium passi sunt, memoriæ circumferuntur: Carpi videlicet, & Papyli, & Agathonicæ mulieris, qui post plurimos, & illustres confessiones, gloriosè sunt consummati. Hactenus Eusebius.

DE POENIS PERSECUTORUM.

DE pœnis, quæ autores persecutionum contexuerunt, nunc subjiciamus: ut exempla judicii divini & vindictæ conspiciantur. Miserabili & tristi morte plerique, penes quos hac ætate imperium fuit, scribuntur interiisse.

Sic Trajanum, *Dion* narrat, resolutione membrorum, & stupore corporis sensuumque, primùm subitò correptum esse; adeò ut venenum se hausisse suspicatus sit: postea verò, aquâ intercute repletum, apud Selinuntem Siciliæ urbem extinctum.

Idem, Hadrianum, scribit, gravibus & multiplicibus morbis affectum; miserabiliter periisse. primùm enim, nimio sanguinis fluxu adeò debilitari & exhauriri cœpisse; ut de vitâ ejus sæpiùs desperaretur. Qui morbus, etsi consuetus etiam antè fuerat; tamen nunquam majori dolore eum invaserat: in tantum, ut sæpiùs ipse mortem vocaret; sæpe etiam sibi-ipsi crudeles manus inferre constituerit, ut dici ibi potuerit:

Sanguinis effusi pœnas in sanguine solvit.

Interea & phthisis accedit: quâ cùm totum corpus contabuisset; hydropisis secuta est. Quæ nec quidem, cùm magicis artibus & incantamentis sibi aquam omnem extrahi Imperator curâsset, quicquam remisit: nihil etiam cessante fluxu sanguinis. Sicque, dum tot malis simul exercetur, ac miserandum in modum discruciatur; dolorum impatientiâ ità vincitur: ut, in proprium corpus sævire, secum constituat. Primùm enim à Medico (ut *Spartianus* scribit) venenum petiit. quod cum ille non porrigeret: gladium postulavit; promittens pecuniam, si quis porrexisset. Sed domesticorum nemo obtemperabat. Postremò, Medicorum consilio, quamdiu morbis & doloribus tantis conflictabatur, cibo & potu abstinuit: sed quod cõsilium etiam, ad morbum exaugendum magis, quàm ad salutem, faciebat. Mortuus igitur tandem, suprà quàm dici potest, miserabiliter est; cruciatibus omnium ferè membrorum confectus: cùm vixisset annis sexagintà duobus; ut *Aurelius Victor* testatur.

Epiphanius [a] ità: *Hadrianus, læso corpore, universam multitudinem Medicorum sub regno suo accersivit; & corporis sui medelam ab ipsis petiit. Verùm illi, multo labore insumto, & nihil efficientes, irrisi ipsi irrisi sunt.*

[a] *li. de Mensur. & ponderib.*

De sequentium verò Imperatorum, sub quibus persecutiones fuerunt, exitu, hæc prodita sunt. Marcus Antoninus verus, apoplexiâ correptus, cùm per triduum mutus decubuisset; tandem extinctus est, in Pannoniis. Placidiorem hùc exitum sortitus forsan, propter pietatem in Christianos: quâ, posteaquàm servata fuisset eorum precibus Romana expeditio, non crimine tantùm, & legibus adversùs eos latis, ultrò absolvit; sed & pœnam [illegible] Christianorum edicto publico statuit.

Commodus ille incommodus, (qui [illegible] Domitiano sævior, & Nerone impurior [illegible] est) tragico periit exitu: quia à nullis flagitiis, scelere & atrocibus, quamdiu Imperio præfuit, abstinuit. Erat ei Præfectus prætorii, Quintus Ælius Lætus, qui cùm Mariâ Imperatoris concubinâ, de veneno ei exhibendo, ob metum mortis, quam eis minatus erat, conspiravit. Tentata res eò usq; successit; ut venenum Imperator biberet: sed quod seu efficax minùs fuit; seu robore Imperatoris vi[illegible] est. Aliis igitur insidiis circumventus est; atque [illegible] modi: ut cum Narcissi athletæ, cum quo exerceri & unctitare consueverat, in palæstra commilitonis in quo ab eo subitò strangulatus est, sed privata tantùm hæc pœna fuerunt.

Hinc, [illegible] celebriores, Imperatorum odia & furores in Christianos [illegible] ex solâm supplicia; verùm etiam publicos, & late quæ-

by Google

...ullum, ...lumnias ...ionis rabies ...ssionem ...ebat. ...sdem ...tonio Antonini Veri Imperii ...que: Marcomannos, Pannonas & Dacos ...ntes, ...ebrosque, ...plurimos qui in Gallia ...ssa ...ntes per Orbem ...ssimos, ...ssa ...que, ...quæ ...ssa ...ntia ...ssa ...ssa ...ssa

DE DEO VERO DE TRINITATE.

Ante ætatem Dei hujus, Doctores hujus ætatis illiterati, & contra Hæreticos imperiti, pugnare, & vera defendere nesciebant. Discernere nimirum non poterant, verum æternum, & consempiternum Deum, non nisi unum esse posse; tamen verò per eum quemadmodum & de Filio Deo, certo verbo scripturarum, personas, unitatem, quod sit Deus Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Sicut ex plerorumque Doctorum testimoniis non obscure videre est.

Ignatius enim * sic scribit: *Unus est ingenitus Deus, Pater, & unus unigenitus Filius, Deus Verbum & Homo: & unus Paracletus, Spiritus veritatis.* Et * *unus est omnium Deus, Pater Christi, & unus Dominus noster* JESUS *Christus, Filius Dei unigenitus: unus autem etiam Spiritus sanctus. Ergo neq; tres sunt Patres; neq; tres Filii; sed neq; tres paracleti: sed unus Pater, et unus Filius, & unus Paracletus: propter quod & Dominus, mittens Apostolos docere omnes gentes, præcepit eis; baptizare in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs sancti.*

Et *Justinus* * expresè ait: *Christianos venerari & adorare Deum Patrem, & missum ab eo Filium, Spiritumq; prophetiæ.* Item: * *unum est verus universorum Deus; qui in Patre, Filio, sanctoq; Spiritu, agnoscitur.*

Et *Clemens* * sic inquit: *Laudemus unâ Patrem, & Filium, unâ cum sancto Spiritu; qui unus est omnia; in quo omnia, per quem omnia unum; per quem est quod semper est.* Et: * *Omne verbum in duobus aut tribus testibus consistit; Patre, Filio, & Spiritu sancto: quorum testium auxilio, mandata servari debet.* Item: *Rerum utilium, & necessariarum ad salutem, notitiam nos habere oportet: ut Patris, Filii, & Spiritûs sancti.*

In *Irenæo* solo mirari hoc potuis; quòd Spiritum sanctum nusquam quidem expresè videtur vocare Deum: etiamsi ei operum divinorum potentiam, ut creationis, reverenter tribuat; ac nusquam etiam divinitatem ejus ex professo oppugnet.

DE CHRISTO.

DOCTRINÆ porrò de Christo, unico generis humani mediatore, redemtore ac salvatore, integritatem summis viribus tutati, pro sè quisque, ac suo loco fideliter inculcarunt: nempe, quòd persona sit distincta à Patre & Spiritu sancto, ab æterno unà cum Patre & Spiritu sancto simul existens; ὁμοούσιος Patri; ac verus Deus, genitus à Patre ab æterno: Homo verò etiam verus, natus præfinito tempore de Virgine, absque ullâ peccatorum labe; ac, secundùm inexplicabile Patris consilium & decretum, pro peccatis universi humani generis victima factus: per quam Legis maledicto sublato, benedictionem æternam ac justitiam coram Deo, passione ac resurrectione, eoq; suâ humiliatione, generi humano contulerit; quæ per fidem in ipsum nobis applicetur ac donetur. qui & in cœlum tandem receptus, regnum æternum & cœleste nûc obtineat: in terris verò Ecclesiam per ministerium verbi colligat, justificet, sanctificet: ac rediturus sit in fine mundi, cum majestate & gloriâ, judicaturus vivos & mortuos.

At de Divinitate quidem ipsâ Christi, apertè testantur; eumdem esse à Patre ab æterno. Sic enim *Justinus* * inquit: *Hæc vera Patris progenies, ante omnes creaturas cum fuisse erat, Dominum Deum, Deiq; filium.* Et *Irenæum*, * *infectum semper fuisse; & semper cum Deo coëxstitisse.* Quod & in aliis locis passim reperis: * *Verbum, id est, Filium, semper cum Patre fuisse.* Hæc & plerisque hujus ætatis Doctoribus usitatum & familiare est; Filium Dei appellare Verbum, qui deus olim ante Patris hominibus conditoris. sicut inquit *Irenæus*: *Verba Patris profert; ut ipse dicit.* Sic enim Christum cum Patriarchis & Prophetis locutum esse, asserunt. Et *Ignatius* prudenter Verbum, scilicet Filium Dei, à verbo quod loquitur; ubi sic scribit: * *Unus est Deus omnium, qui manifestavit seipsum per Jesum Christum Filium suum, qui est verbum ejus ex silentio prolatum.* Quæ verba [illegible]

Dei Filium Deum, Dominum Patris & Creatorem omnium, verbo ordine, vere & consentaneè Verbum, hoc est, vere & salutariter nos instituisse ac veritatem nostram instituisse, non phantasmatice, aut putative, quemadmodum Hæretici imaginabantur & blasphemabant. Sic enim Ignatius * testimonio Johannis, *Verbum caro factum est*: Verbum, inquit, *natum est Maria virgine. Deo in exhibendo: & vere salvati. Deus Verbum ex Virgine, corpus simile nobis, susceptum. Non putativè dominus vere conceptus est in utero, & factus est in utero: formam & faciem sibi corpus ex Virgine, sumsit: omnem de carne Adam vivificans, portavimus, in utero, sicut & nos tempore portavimus.*

Quamobrem verò hominem factus Christus oportuerit; causam explicat *Irenæus*: * *Oportebat enim, qui incipiens occidere peccatum; & mortis regnum vulnerare hominem, ipsum fieri, quod erat ille; scilicet hominem: qui à peccato quidem in servitium traditus fuerat; à morte verò tenebatur: ut peccatum ab homine amputaretur; & homo exiret à morte. Quemadmodum enim per inobedientiam unius hominis, qui primus de terrâ rudi plasmatus est, peccatores facti sunt multi, & amiserunt vitam: ita oportuit & per obedientiam unius hominis, qui primus de virgine natus est, justificari multos; & percipere salutem.* Item: *Verbum ideò caro factum est, ut, quos in Adam perdideramus, esse scilicet secundùm imaginem & similitudinem Dei, hoc in Christo reciperemus.*

Justinus * etiam, de personâ Christi & officio, multa subindè gravissimè monet: *Dei scilicet esse Filium ab æterno; natum autem hominem, juxta dispositionem Patris, præfinito tempore: perq; eum solum justificari & salvari, qui sunt ex Judæa, seu ex Gentibus; & aut priores, aut posteriores, salventur.*

Quoties autem de duabus in Christo naturis Doctores hujus ætatis loquuntur; mysterium admirandum unionis non prætereunt: sed diligenter monent & ostendunt; inscrutabili modo, in unâ eâdemq; Christi personâ, unitam esse utramque naturam, divinam scilicet & humanam. Sic enim *Clemens*: * *Hic Verbum Christus, & ut nos olim essemus, (erat enim in Deo) & ut bene essemus, causa fuit. Nunc autem apparuit hominibus hic ipse, Verbum; qui solus est ambo, Deus & Homo.* Ac præclarè *Irenæus*. * *Homo Verbum Dei factum est; semetipsum homini, & hominem sibimet-ipsi, assimilans.* Et *Justinus* sic inquit: *Quidam eam unitionem comparant unioni corporis & animæ. quod quidem exemplum, etsi non per omnia, tamen aliquo modo congruit.* Et de causis admirandæ ejus unionis, *Irenæus*: * *Misericors Deus, & amans humanum genus, hanc fecit & adunivit hominem Deo. Si enim homo non victus esset inimicum hominis: non justè victus esset inimicus. Rursus autem, nisi Deus donâsset salutem; non firmiter haberemus eam: & nisi homo conjunctus fuisset Deo nostro, non potuisset particeps fieri incorruptibilitatis. Oportuerat enim Mediatorem Dei & Hominum, per suam ad utrosq; domesticitatem & amicitiam & concordiam, utrosq; reducere; & facere, ut Deus assumeret hominem, & homo se traderet Deo.*

Ad eundem modum, de opere passionis Christi, quâ se victimâ pro peccatis totius humani generis obtulit Deo, constanter docent: quòd verè, ac non per phantasma, aut putativè, passus sit & resurrexerit: quodq; non sibi causâ, aut pro se, passionem & mortem subierit; sed primùm hominibus, ut eos à maledicto & exsecratione legis [illegible] Sic enim *Ignatius*: * *Secundùm placitum voluntatis [illegible] crucifixus est, & verè mortuus; videntibus [illegible] & terrestribus, & infernis.* Item: * *Hæc omnia passus est nobis & salvet nos: verè passus est: non putativè; sed verè [illegible] resurrexit.* Sed & celebris apud doctos passim *Irenæi* * sententia est: *Sicut homo erat, ut tentaretur; ita & Verbum, ut glorificaretur: verbo quiescente quidem Verbo; ut possit tentari, & inhonorari, & crucifigi, & mori.*

DE SPIRITU SANCTO.

DE Spiritu [illegible] Sanctum [illegible] a Patre & Filio [illegible] consulem, a Patre & Filio [illegible] per [illegible] & operum [illegible] Quamobrem [illegible]

* ad Philadelphi en.
* Epist ad Philippens.
* Apolog. 2.
* in lib. de Trinitate & Spiritu Sancto.
* lib. 3. Pa. 1. 8. 8.
* in Epistola
* in Dial. cum Tryph. ne
* lib. 2. c. 43. fin.
* l. 4. c. 37.
* ad Magnesium.
* adversus Praxeam.
* lib. 5.
* lib. 2. c. 25.
* ad Trallian.
* Epist. ad Smyrnæos.
* lib. 2. c. 21

testimonium proferamus. Ita enim de Spiritu sancto *Ignatius* * scribit: *Quod Deus vetustate novi Testamenti: unus etiam Mediator Dei & Hominum, unus quoque Paracletus, qui operatus est in Mose & Prophetis & Apostolis.* Sic etiam *Clemens* * *Spiritum sanctum* vocat *Dominum.*

De officio verò Spiritus sancti, *Irenæus* * *Defecerat*, inquit, *Spiritus sanctus in Filium Dei hominem factum: ut assuesceret cum ipso habitare in genere humano; & requiescere in hominibus; atque operari in iis voluntatem Dei; & renovare eos à vetustate in novitatem Christi.* Item: *ut homines adoptaret Deo. Idem*, ideò datum esse Spiritum sanctum, ibidem ait: *ut, quia Diabolus decreto prætruserat, ibi haberemus Paracletum; ubi accusatorem Diabolum.*

Est igitur hic Locus, de Deo, præ cæteris hac ætate illustratus. Cujus rei causam suprà indicavimus: nimirum, quòd hunc ipsum locum Hæretici labefactare & depravare cœperunt. Quâ re excitati pii Doctores, rectiùs & diligentiùs hanc totam doctrinam excusserunt: atque in eâ retinendâ, & ab erroribus & corruptelis vindicandâ, acriùs & vehementiùs laborarunt.

DE CREATIONE.

DE Creatione sic docuerunt: *Mundum hunc universum cum omnibus creaturis, à Deo Patre, Filio, & Spiritu sancto, liberâ voluntate, per verbum, conditum esse.* quemadmodum *Irenæus* * disertè indicat. Et *Clemens* * ait: *Ipsius Dei solius voluntas est, Mundi creatio. Solus enim Deus fecit: quoniam ipse quoq; est solus verè Deus, solâ virtute operatur; & ejus solum velle, factum esse censetur.*

Deinde, res & creaturas initiò à Deo bonas, hoc est, voluntati suæ congruentes, & ad certum atque utilem finem conditas ac destinatas esse, tradiderunt. Sic enim *Theophilus* * inquit: *Nihil noxium ab initio à Deo conditum est: sed hominis delictum, conditionem creaturarum deteriorem reddidit.*

Postremò, interitum etiam Mundum hunc visibilem; non æternum aut perpetuò duraturum esse, senserunt. *Irenæus*, universam Mundi ætatem fore censet sex mille annorum: rationemq; ejus colligit ex numero dierum, quibus Mundus factus est; ex quorum unoquoq; millenarium deducit: ac tot annorum millibus consummandum eum dicit, quot diebus factus sit.

De Angelis bonis & malis.

TRADIDERUNT, Angelos priùs creatos esse, quàm Homines. Conditos vero eos esse bonos, & cum liberrimo propriæ voluntatis arbitrio, quemadmodum *Justinus* * inquit: *Deus, cùm vellet angelos & homines obsequentes habere; visum est ei, facere hos libera potestate ad bene agendum, ratione præditos: ut scirent suam originem; & à quo, ut sint, acceperint.* Ibidem tamen, *in naturâ mutabile condidisse esse.* Autor idem affirmat: *atque hinc accidisse, ut eorum quosdam, propria voluntate, contra voluntatem Dei, peccarint, atq; à Deo defecerint.* Quod aliquoties *Justinus* probat, tum ex aliis locis Scripturæ; tum inde etiam: *quod in paradiso Serpens Evam seduxerit; eumq; Deus rursus exsecratus sit.* Quod & *Irenæum* * docet. *Clemens* verò, * *Satanam* vocat *principem vitii: eúmq; supplicium imminere* dicit.

Testantur etiam: malos *Angelos*, non hostes solùm Dei, post lapsum, factos esse; verum & hoc studii indefessi suscepisse: ut in omnis generis tetra flagitia homines præcipites; & secum in æternum exitium & damnationem pertrahant: & quò excellentior in suo genere sit eorum naturâ; eò astutiùs homines circumveniant, & crudeliùs persequantur. Sicut *Clemens* * ait: *Diabolum causas peccatorum servis Dei suggerere; atque aliis hoc moliri, ut ipsi quoq; secum cadant.*

De Homine ante lapsum.

CONDITUM esse Hominem, docent, ad imaginem & similitudinem Dei, ab omni omnino peccato, liberi arbitrii voluntate: atque ejusmodi animo præditum & ornatum, qui Deo obtemperare, vel inobsequi, posset. Sic enim *Irenæus* * inquit: *Factum hominem, colligit ex eo, quòd ad imaginem Dei formatus est, & per manus ejus plasmatus, hoc est, per Filium & Spiritum: quibus & dixit, Faciamus hominem.* Et: * *Per hanc ordinationem, & hujusmodi consuetudinem, & talis facti & plasmatus homo, secundum imaginem & similitudinem constituitur infectis Dei: Patre quidem bona suggerente; Filio vero manifestante & formante; Spiritu verò nutriente & augente, &c.* Sic & *Justinus* * *Cùm dixit Deus; Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: Hominis excellentiam & dignitatem prodit. Cùm enim cætera omnia sermone nudo constituerat Deus; & ea quasi obiter, nullâ peculiari adhibitâ diligentiâ, condere: Hominem existimavit solum esse opus sempiternum, & magnis manibus dignum.*

Præterea docuerunt: Hominem non ad interitum; sed immortalitatem, à Deo initiò creatum esse, sicut *Justinus* * ait: *Condidit Deus homines: ut, si vitam ipsius voluntati attemperarent; cum illo degerent, regnarentq; immortales.*

De Lapsu Hominis; & causâ atq; origine Peccati.

PERspicuè cum Scripturâ sentiunt: Hominem, circumventum & seductum à Diabolo, propriâ ac liberâ voluntate, à Deo creatore suo se-se avertisse; Diabolo verò assensisse: & contra interdictum, de non-gustanda arbore cognitionis boni & mali, contumaciter egisse; hoc non volente, hoc est, nec incitante, nec approbante. Ita agitur in eas pœnas incidisse, quas in interdicto tuo arbore Deus expresserat; ipsam videlicet mortem, hoc est, iram Dei, corruptionem naturæ suæ, & præstantissimarum virium, quibus initiò, cùm factus esset homo, à Deo ornatus fuerat; in Diaboli præterea potestatem, jugum & tyrannidem; denique in æternam damnationem. Ita enim *Justinus* * inquit: *Cùm integra virgo esset Eva; concepto verbo Serpentis, inobedientiam mortemq; peperit.* Item *Irenæus* * *Qui abstiterunt à paterno lumine, & transgressi sunt legem libertatis; per suam abstiterunt culpam, liberi arbitrii & sui potestatis facti.* Et *Clemens* * *Quid*, inquit, *Ada profuit talis ejus nobilitas; & quòd ejus nullus esset pater mortalis? Ipse enim pater hominum, qui sunt in generatione, turpia quidem promto & alacri animo delegit, uxorem sequens; pulchra autem & honesta neglexit. Quo factum est, ut vitam immortalem mortali commutaret.* Rursus: * *Quod homo elegerit, atq; adeò id quod erat vetitum elegerit; non est culpa in Deum conferenda.* Sic & *Theophilus* inquit: *Ubi primùm homo factus, legem Dei transgressus est, etiam reliqua prævaricata sunt, & degenerarunt*

DE PRAEDESTINATIONE.

DE Prædestinatione ità docuerunt; ut, quantum ad utriusque, Hominis scilicet & Diaboli, lapsum attinet; negarint, eum fatali necessitate contigisse, quemadmodum *Justinus* * ait: *Non esse Deum in causa, ut prædestinati fiant injusti, sive angeli, sive homines: sed suâ quemq; culpâ talem esse; qualis apparebit.* Item: *Si verbum Dei prædixit omnino quosdam angelos & homines damnandos; ideò prædixit: quia præscivit incorrigibiles; non quia tales à Deo facti sint.*

DE PECCATO ORIGINALI.

CORruptionem naturæ, & malum illud universum quod per peccatum primi sibi Parentes adiciverunt, propagari docuerunt in omnes homines; qui quidem communi generationis lege, seu commixtione maris & fœminæ, nascerentur: ac propter illud idem omnes mortali, hoc est, ærumnis, calamitatibus ac pœnis, quas per peccatum originis in omnem posteritatem fudit Adam & Eva derivarunt. Eò enim respexit *Ignatius* * ita scribens: *Incipiebamus perire, pro malitiâ, quæ erat in modo. Et Justinus* * *Spiritualiter circumcisionem nos per baptisma, atque PECCATORES NATI, à Domino misericorde accepimus.* Item: *Adam peccando posteros suos mortis subjecit; & universam humanam naturam hujus delicto reddidit obnoxiam.* Rursus ibidem: *Ex Adamo pecatores facti, mortui sumus.*

DE LEGE.

IPsam Mosaicam, nec contemnendam docuerunt, atque eam esse & sublimem, per Christum abrogandam: ita scripserunt ejus [illegible] ad Judæos: ut quæ tempora tantùm Christi fuerit. Sic enim *Justinus* * *Lex*

rum tantùm antiquorum non capiunt. Sanctum enim Verbum [illegible] *& filiatum fidele: post quæ ea illi non mandatos, non præceptos jeiunare.* Quam tamen tam ampliter fidem prolixè; & illustrat testimoniis Scripturæ. Atque aliquanto post acerrimam ten[illegible] adversùs eos, qui, agnito Christo, nullis ut legis Mosaicis cedunt. Sic enim ait: *Eos, qui ex gentibus hos Christum confiti, & credidisse quæcunque de eo sunt ad Iesum Nazarenum, fanctis Christum ipsum prænunciasse, & quæ futura erant prænunciasse; longè quàm fervandis præstare.*

Docuerunt mortem, non ita penitùs sublatam aut abolitam Christianis esse, docuerunt: sed eam servire expiationi peccatorum; & regulam ostendere, juxta quam renatos per Christum, ac justificatos, obedientiam Deo præstandam, cognoscere & inchoare oporteret. Inprimis verò inculcarunt, Decalogum omnia illa opera continere, quibus pii fidē suam declarare debeant: Obedientiam perfectam Legis, in hac depravatione naturæ, seu renatis, seu non renatis, esse impossibilem. Hinc illa gravissima, de legē non-justificante, Doctorum dicta. ut *Justini:* * *Si ante Abrahamum non erat opus circumcisione; nec ante Mosen sabbatis sabbatá, & victimis: nec nunc quidem opus est; postquam voluntate Dei, sinè peccato, ex genere Abrahami, de Virgine* Jesus *Christum natus est.*

* *in Dial. cū Tryph.*

Deindè & illud docuerunt: Legem, propter corruptionem naturæ humanæ, non posse justitiam & salutem æternam coram Deo tribuere. Sic enim *Justinus** inquit: *Si lex potuisset lumen præbere gentibus ipsam recipientibus quid opus fuisset novo Testamento, quod Deus se missurum promisit?* Et *Irenæus:* * *Spiritualis cùm lex esset: manifestavit tantummodo peccatum; non autem interemit.*

* *Dial. cum Tryph.*

* *lib. 3. c. 20.*

DE EVANGELIO.

Modiocriter & hunc locum tradiderunt: nimirum, quòd detur remissio peccatorum gratis, propter Christum; quam lex, quia præstare eam nostris viribus non potuimus, conferre nequaquam potuit. Estque memorabile! quòd universaliter omnibus applicant remissionem peccatorum; si credant. Sic enim *Ignatius* passim repetit. Et *Justinus** inquit: *Omnium gentium homines, tam servi, quam ingenui, quicunque in Christum credunt, & norunt vera Prophetarum oracula, fiunt, seu futura habent, beatitatem æternam recepturos.* Sic *Clemens** cum Paulo pronunciat: *Finis legis est Christus, à lege præditus, ad justitiam omnis credenti.* Complexus est & summam Evangelii eleganter *Ignatius, ad Philadelphienses* scribens: *Quid præstantius habet Evangelium? Præsentiam adventûs Salvatoris nostri Jesu Christi, passionem; sed & ipsam resurrectionem.* Libet autem adscribere & præclaram eiusdem sententiam, de antiquitate doctrinæ Evangelicæ. Ita enim in eâdem epistolâ inquit: *Audivi quosdam dicentes: Si non invenero Evangelium in antiquis, non credam. Talibus autem ego dico: quia mihi antiquitas* Jesus *Christus est; sui non obedire, manifestus & irremissibilis est interitus.*

* *Dial. cum Tryphon.*

* *lib. 2. Strom.*

DE JUSTIFICATIONE.

Hic locus cùm pluribus partibus constet; non facile est, ex Scriptoribus hujus sæculi, omnes eius partes distinctè & dilucidè demonstrare; præsertim, cùm vix paucissimorum Doctorum, qui hoc sæculo vixerunt, monumenta ad nos usque pervenerint. Constat tamen; de causâ efficiente Justificationis unanimiter eos docuisse: quòd Christus, suorum passione suâ, pro nobis *λύτρον* persolvens; de [illegible] suâ, justitiam, vitam ac salutem [illegible]. Sic enim *Ignatium** ait: *Imitatores estote Dominum Christi, & dilectionis ejus; qui dilexit nos, dans semetipsum pro nobis redemptionem: ut nos sanguine suo [illegible] qui impietate; & vitam nobis præstaret, in [illegible] parte; pro malitiâ quæ erat in nobis. & Justus [illegible] Dei, ut Deus & Homo, lapsum Adam in interitum [illegible]. Irenæus** ipse unum erat, qui salvabat et [illegible] salvari. Et propter hoc [illegible] ait; Scis enim quid [illegible]*

* *Epist. ad Trall.*

* *lib. de Trinit. [illegible]*

in carne mediator [illegible] et hominum salutem nobis.

De causâ etiam materiali justificationis, [illegible] eam dicunt esse obedientiam [illegible]. Irenæus* ait: *Sicut per inobedientiam unius hominis, qui primus de Virgine natus est, peccatum multos, & percipere salutem.*

* *lib. 5. c. 17.*

Sed & de formali causâ ita tradiderunt; quòd [illegible] obedientia Christi, & satisfactio, nobis imputetur & applicetur; nosq; hoc modo justi coram Deo efficiamur. Id quod ex superioribus etiam dictis clarū est: ut *Irenæi*; in quo diserte affirmat, *nos obedientiâ Christi justificari, & salutem percipere.* Ait & *Clemens: Cùm ipse esset vita; propter nos pati voluit: ut ejus passione viveremus.*

Cæterùm, fide apprehendi, sibique applicari oportere, hanc Christi obedientiam, & remissionem peccatorum gratuitam; clarè tradiderunt. ut *Justinus:* * *Nemo ex illis quidem, qui se posteros Abrahami gloriantur, quicquam assequetur, nisi ex animo fidem Abrahami referat.* Item: *Purificantur fide, per sanguinem Christi, mortemq; ipsius.* Et *Irenæus** clarè docet: *Omnes oportere credere; sicut Abraham crediderit, & imputatum sit ei ad justitiam.* ubi & expresè addit: *Fides nostra est ad Deum, justificat hominem.* Et *Clemens,** *Fidem appellat clavem regni cœlorum.* Recitat & * propemodum integram fidei definitionem, quæ in Epistolâ ad Hebræos extat: *Fides est voluntaria anticipatio, pietatis assensio, rerum quæ sperantur subsistentia, argumentum earum quæ non videntur; sicut divinis Apostoli sententia est.* Sed & hoc familiare *Clemenſ* habet, ut fidem cum fiduciâ conjungat. quod aliquoties *in Stromatis* facit. ut *libro 2. Cùm credimus, in quo fiduciam habuimus, in gloriam divinam & salutem.* Et lib. 5. *Beati sunt omnes, qui confidunt in ipso.*

* *Dial. cum Tryph.*

* *lib. 2. Strom.*

* *in Paedagog.*

* *lib. 2. Strom.*

Salutem etiam & justitiam coram Deo, huic fidei soli acceptam tetenint; & nullis operibus tribuunt. sicut supra ex *Justino* adduximus: *Neminem ex præterito Abrahæ justificari: nisi Abrahæ fidem habeat.* Idem: *Abraham ipse, nondum circumcisus per fidem, quâ credidit Deo justificatus est.* De quo & *Clemens** diserte inquit: *Abraham non ex operibus justificatus est, sed ex fide. Nihil ergo ei post vitæ finem proderit; etiamsi nunc recte operentur: nisi fidem habeant.* Et: * *Per fidem solummodo efficitur fidelis perfectus.*

* *lib. 2. Strom.*

* *lib. 7. Strom.*

Doctrinam autem de dubitatione, an credens in Christo certò habeat remissionem peccatorum, & sit in gratiâ Dei; Patres hujus sæculi ignorant.

DE NOVA OBEDIENTIA, seu Bonis operibus.

Tradiderunt, justificationem debere sequi opera, seu bonos fructus, qui de fide testentur.

*Clemens,** de ordine bonorum operum, sic dicit: *Opera sequuntur cognitionem; sicut umbra corpus.* In quam sententiam & *Theophilus* inquit: *In primis requiritur fides; & timor quidno in animo tuo præsidere oportet.* Item: *Quidni ab scurra irrideatur, qui credulus est? Quis, credo, agricola metere poterit; nisi prius semen credat sulcis?*

* *lib. 6. ad Autol.*

Docuerunt autem clarè; præstanda esse opera [illegible], quorum summam Decalogus proponit. Ita [illegible] *Ignatii* vides inculcari moralia: quod & alii [illegible] habentur in magnâ autoritate opera eleēm[illegible].

DE POENITENTIA.

Docent, Lapsos in peccatum, si ad Ecclesiam redeant, recipiendos esse; & locum illis veniæ relinquendum. Sic enim Philadelphiorum Ecclesiam monet *Ignatius: Quicunq; pœnitentes venerint ad unitatem Ecclesiæ, suscipite eos cum omni mansuetudine: ut, per unitatem & benignam demonstrationem, deinceps & meliùs pati Dei cum digni* Jesu *Christo effecti, [illegible] regno Christi.* Idem ibidem: [illegible] *Deus, & ad unitatem Christi [illegible] Quid enim [illegible] quod [illegible]* Et [illegible] *Deus, [illegible] [illegible] [illegible]

Est autem expetitio divina: tenet ea quidem ferme veritatis; quanquam ad proximum non attingat. Ait enim, loquitur Paracletus, iram ne prosequamini; ulcisci vetat, & exhortatur. Vult autem & ille, augeri, quod dat; dare augendæ bonæ spei, ad consummationem. & bonis, & malis, pluviam. Et in Pædagogo. * *Deus, justitiæ fontem immittens, respexit ad terram: & in spe misericordiæ intuens, suam ad homines benevolentiam.* Et *Theophilus,* * *Semper, inquit, Deus hoc erit; ut humanum genus ad pœnitentiam convertatur: quo liberaretur ab omnibus peccatis.*

* *Lib. 1.*

* *Lib. 3 contra Autolyc.*

DE BAPTISMO, AC Regeneratione.

SEd enim, Regenerationem fieri per Baptismum, & Verbum: quibus conjunctis efficaciam salutarem, videlicet remissionem peccatorum. & quidem in adultis etiam Pœnitentiam requirunt. Testimonia eorum apud *Justinum* multa & clara, ut *in Dialogo cum Tryphone: ut lavacrum pœnitentiæ & notitiæ Dei, quod ad expiandas impietatem populorum suæ institutum, (ut Esajas clamat) non credimus. & certò scimus, hoc esse illud baptisma, quod olim prænuntiatum fuerat: quod solum purificare pœnitentes potest: quod est aqua vitæ.* Ibidem paulo pòst, *Baptismum* vocat *spiritualem circumcisionem, acceptam a Deo miserante.* Et *in fine ejus Dialogi* inquit; *Per aquam & fidem, regenerationem fieri humanigeneris.*

De effectu Baptismi, *Clemens** ad hunc modum loquitur: *Tinctis illuminamur; illuminati in filios adoptamur; adoptati perficimur; perfecti immortales reddimur. Ego (inquit) dixi: Dii estis, & filii excelsi omnes. Multa autem modis vocatur hoc opus, gratia, illuminatio, perfectum, & lavacrum. Lavacrum quidem, per quod peccata abstergimus. Gratia autem, quâ remittuntur pœnæ, quæ peccatis debentur. Illuminatio autem, per quam sanctam illam & salutare lucem intuemur: hoc est, per quam id, quod est divinum, perspicimus. Perfectum autem dicimus, cui nihil deest. Quid enim ei deest, qui Deum novit? Est enim revera absurdum, Dei vocari gratiam; quæ non sit perfecta, & undequaque plena.* Rursus ibidem: *Hæc vincula (scilicet tenebrarum & ignorationis) quàm celerrimè remittuntur, humanâ quidem fide; divinâ verò gratia: cùm remittuntur peccata, uno medicamento Paonio; nempe verbali Baptismo? Omnia ergo peccata eluimus: & à vestigio mali non sumus amplius. Una est hæc gratia illuminationis: quòd non sint iidem mores; qui erant, antequàm lavaremur.*

* *Pædag. lib. 1 cap 6.*

Porrò, nec uspiam legitur, Infantes hoc sæculo à Baptismo remotos esse. Imò *Origenes** asserit; *Ecclesiam ab Apostolis traditionem suscepisse, etiam parvulos baptizandi.*

* *Homil. 2 in Psal 38. & Homil 8. in Levit*

DE EUCHARISTIA.

EX verbis & institutione Christi, de Eucharistiâ ità senserunt. Primùm pro materiâ Cœnæ Domini docuerunt; eam tum Panem & vinum, tum Christi carne & sanguine, constare. Quemadmodum apertè *Justini* locus* testatur: *Non ut vulgarem panem, & vulgare poculum, hæc sumimus: sed, quemadmodum per verbum Dei Caro factus* JESUS *Christus, servator noster, carnem & sanguinem pro salute nostra habuit; sic etiam, per verbum precationis & gratiarum-actionis sacratam ab ipso alimoniam, quæ mutata nutrit nostras carnes & sanguinem, illius incarnati* JESU *carnem & sanguinem esse, didicimus. nam Apostoli in suis scriptis, quæ vocantur Evangelia, sic sibi mandasse* JESUM, *tradiderunt: quòd, acceptis panis, actisque gratiis, dixisse; Hoc facite in mei memoriam: Hoc est corpus meum. Similiter simulo poculo, aliisque gratiis actis, dixisse; Hic est sanguis meus: & solis ipsis communicasse.* Quâ peripicuitate eorum Patrum de Eucharistiâ loquitur; & quidem hunc locum Justini illustrat. sic enim ait: * *Quando & mixtus calix, & fractus panis, percipit verbum Dei, fit Eucharistia sanguinis & corporis Christi: ex quibus augetur & consistit carnis nostræ substantia.* Item: * *Christus panem hujus creaturæ accepit, & gratias egit, hoc est corpus meum, & temperamentum calicis sanguinem suum confessus est.*

* *Apolog. 2*

* *lib. 3.*

* *lib. 4. cap 57.*

Error autem fuit Ecclesiæ hujus brevis, existimare de Transubstantiatione. Existimabant [illegible] quæ

A *mutatorum in sua carnis & sanguinis substantiam; cumen eò solum respexerint, ut dicerent ut hunc panem & calicem, quibus accedit hoc verbum Christi, aliis usitatis cibis & poculis, quibus solent corpora nutriri, differre.*

Porrò, licet Christi scripta duas Ecclesiæ partes expressè nominatim & hoc ordine docuerint, utriusq; partis usum toti Ecclesiæ, cum ordinis aut vocationum distinctionem, convenire. Sic enim *Ignatius** scribit: *Una est caro Domini Jesu; & unus calix, qui pro nobis effusus est: unus etiam panis pro omnibus confractus; & una ecclesia totius Ecclesiæ.* Ubi clericos, non Sacerdotibus, tanquam proprium, sed communem toti Ecclesiæ Christificit, quæ Laicos omnes (quos vocat) simul comprehendit. Ait & *Justinus* disertè: *Christum sic instituisse; & Apostolos sic tradidisse.* Quòd & *Irenæus* sentit. Nec reperitur usquam, unam tantùm partem, minimum Panem Domini, Laicis exhibendam esse; integrum verò sacramentum ad Spirituales solos pertinere.

B

De Panis sacramentalis inclusione, & theatricâ circumgestatione, sinè usu aut participatione; altum apud omnes est silentium.

C

De usu & applicatione, *Clemens** sic loquitur: *Eucharistia, quæ est bona gratia; cujus qui per fidem sunt participes, sanctificantur & corpore & animâ.* Hoc loco de ratione usûs & applicationis differit Clemens; fide scilicet efficiendum Eucharistiâ. De opere operato Missæ, nihil ad hoc scivit aut habuit hujus sæculi Ecclesia.

D

Postremò, de effectu Cœnæ dominicæ, *Ignatius** ita scribit: *Frangentes panem, qui est medicamentum immortalitatis; antidotum, non-mortendi, sed vivendi per Jesum Christum in Deo.* Idem ibidem: *Quando assidùe hoc agitur, expelluntur potestates Satanæ.* Et *Justinus** inquit; *Panem traditum nobis esse, ad commemorationem assumti corporis Christi & passionis ipsius: & poculum, in memoriam sanguinis ipsius, cum gratiarum-actione sumendum.*

E

Sic *Irenæus:* * *Quemadmodùm qui est à terrâ panis, percipiens vocationem Dei, jam non communis panis est; sed Eucharistia ex duabus rebus constans, terrenâ & cœlestis: sic corpora nostra percipientia Eucharistiam, jam non sunt corruptibilia; spem resurrectionis habentia.* Et *Clemens:* * *Bibere Jesu sanguinem est participem esse incorruptionis Domini.*

Decrebro verò usu Cœnæ Domini, *Ignatius** inquit: *Festinate accedere ad Eucharistiam, & gloriam Dei. Quando enim assidùe hoc-ipsum agitur; expelluntur potestates Satanæ, qui actus suos convertit in fugitivum ignitum ad peccatum.*

F

DE SACRIFICIO Christianorum.

POst Christi sacrificium, quod omnibus modis perfectum & absolutum esse, atque expiare nos ab omnibus peccatis dicunt, (sic enim perfectam & omni parte absolutam oblationem pro nobis Christum factum esse, *Clemens** ait) simpliciter negant; Ecclesiam Christi aut alia habere sacrificia; aut aliud quicquam solere offerre Deo, quàm invocationem, celebrationem, & gratiarum-actionem. Sic enim *Justinus** inquit: *Sacra Christianorum sola esse perfecta & Deo grata, preces, & gratiarum-actiones.* Item: *Esajam, cæterosq; Prophetas, non pollicere cruentarum victimarum aut libationum instaurationem; sed veras spirituales oblationes laudis, atque gratiarum-actionis.* Et * *Colimus Deum, non victimis sibi ingratis; sed precibus, laudibus & gratiarum-actionibus.* Et de hac ipsâ re *Clemens** loquitur. *Si gaudet honorari Deus; cum naturâ illius laudemur nos, ubi pro nobis Deum precibus honoramus. & hoc sacrificium optimum & sanctissimum cum justitiâ emittimus justissimum verbo cum honorantes: per quem accepimus cognitionem, ex qua indicibus, per eum glorificamus.* Est ergo, quod ei hic apud nos altare, terrestris congregatio eorum, qui sunt deditæ orationibus; qui veluti unam vocem habent communem & unam mentem. Et: * *Sacrificium non accepturus est corporis, sanguinis assumptionem & nostram salutationem. Hæc est vera Dei victima.* Rursus: * *Sacrificia erunt, verbum profectum ex sancto cœlum [illegible] verò, sanctam & justam animam [illegible] gratiarum-actionem*

G

H

Digitized by Google

Quo in loco & gravitèr inquit: *Optimus Deus offert sacrificia, non quæ nos ad ejus libidinem: sed quæ sunt ejus, ejus, accepta: & suffumigium in loco ponitur, qui conflat ex multis singulorum & verbis in orationes; vel potius qui ex diversis gentibus & sectibus, per donum Verbi quorum, construitur in unitatem fidei, & in laudem congregatur: mente quidem puræ; justâ autem & rectâ vitæ institutione, ex sanctis operibus, & justâ oratione.* Ubi aliquanto pòst, *& lectiones ac studia pii hominis* vocat *sacrificia.* Quo nomine, cum omnium piorum hominum actiones, tum publicæ, tum privatæ, dici possint sacrificia; verisimile est, apud successores paulatim hanc vocem, per allusionem, à precibus & gratiarum-actione, in sacramentum, tanquam rem vicinam, deflexam esse. Cujus rei argumentum & hoc est: quòd *Græca Missa Chrysostomi, adhuc hodiernâ die, non sacramentum; sed rationalem cultum ac obsequium, offert.* ut postea suo loco dicetur.

DE INVOCATIONE DEI.

DOcent, Deum verum, sicut certo se verbo ac testimoniis patefecit, verâ fide esse invocandum. *Clemens,* *orationem esse ait, *cum Deo conversationem & collocutionem.* Item, *fidem esse speciem orationis:* hoc est, cum oratione conjungendam. Ex contra dubitationem, *Ignatius* * ait: *Noli esse duplex animo in oratione tuâ. Beatus est enim, qui suis dubitaverit.* Requirere autem in oratione Deum, mentem magis, quàm verba; *Clemens* * dicit: ubi *satis logicam & verbosas ac prolixas preces Deum* negat expectare.

Nondum verò tùm in usu fuit invocatio Divorum. sicut *Eusebius* * refert: *Christianos ossa Polycarpi, in rogo extincti, ad sepulturam petisse; Judæos vero, per odium & illusionem, Judici suggessisse, ne ullo modo Polycarpi corpus Christianus traderet: ne scilicet, Christo relicto, eum colere inciperent.* Ad quod respondisse Christianos, Eusebius addit: *Miseros eos ignorare, quòd nec Christum unquam relinquere, qui pro totius servandorum Mundi salute passus sit; nec alium quempiam colere possint. Nam hunc quidem, tanquam Filium Dei, adoravisse: Martyres verò, tanquam discipulos & imitatores Domini, dignè, propter insuperabilem in Regem ipsorum ac præceptorem benevolentiam, diligere.*

DE ECCLESIA.

ECclesiam visibilem, docuerunt esse cœtum, amplectentem & sequentem scripta Prophetarum & Apostolorum, in eoq; esse per verbum & sacramenta regeneratos: ità tamen, ut in hac vitâ cœtus ille sit mixtus, & in eo multi sint non-sancti; sed tamen de doctrinâ contendentes. Invisibilem verò, & propriè dictam Christi Ecclesiam, electorum Dei & verè in Christum credentium cœtum, docuerunt. Sic *Clemens:* * *Non locum; sed electorum congregationem, appello Ecclesiam.* Et *Irenæus* * ait: *columnam & firmamentum Ecclesiæ, esse Euangelium & spiritum vitæ.* Per allegoriam eleganter expressit; Ecclesiam esse cœtum collectum ex Judæis & Gentibus, qui per Christum conjungatur & regatur. Ait enim: *Extensio duorum manuum in cruce, significat congregationem duorum populorum; Gentium & Judæorum. Unum caput in medio, significans unum Dominum; qui est super omnes, & in omnibus nobis.*

Cùm autem initio, Euangelium de Jesu Christo, ubiq; terrarum spargeretur; & juxta Christi mandatum, EXITE IN MUNDUM UNIVERSUM, ex omnibus gentibus Ecclesia colligeretur: nusquam tùm Ecclesia uni loco, aut certæ & ordinariæ alicui successioni, alligata erat: sed ibi vera fuit Ecclesia; ubicunque pura tum fuit vox Euangelii, & Sacramenta ex institutione Christi instituebantur, rectè administrabantur.

DE MINISTERIO ET DOCTORIBUS.

CErtissimè tenuerunt, nequaquam rem esse adiaphoram, sed divino mandato necessariam, & habere promissionem: NISI EXCERAT DEUS VIROS [illegible]

A Igitur ab impiis quibuscunq; diris [illegible] ut ignitas* inquit: *qui verò [illegible] ritus, in ultimum demerserit. Nam sic a [illegible] sanctam operationem, gerit. Quamvis [illegible] sanctificationis amplexatus, post non est [illegible] participes; sed ejiciendus & corruptor [illegible] ne communicemus; ne forte cum eo [illegible] vel filius, aut frater, aut domesticus.* Ac de Excommunicatione multis de causis necessariâ, *Clemens* * dicit: *oportet omnes non confiteri; ut per testimonium & confessionem omnes juvetur: dum confirmantur quidem, qui sunt in Ecclesiâ: alluminantur autem & ad fidem deducuntur, qui ex Gentilibus salutem vivisse quæsierint; relapsi autem, stupore affligantur.*

De Martyrio ità senserunt: egregium esse opus, & donum Dei. Sicut *Polycarpus, rogo jam consensio, ac confirmandus, prece Deum, & gratias agit:* quemadmodum *Eusebius* * refert.

Non tamen ipsorte sibi accersendam esse crucem, aut martyrium capiendum, censuerunt: sed constantiam in confessione præstandam; si à Magistratu iniquo martyrium imponatur. Sic *Justinus* Christianos* ait *mortem sibi-ipsis non consciscere: quia hoc nolit Deus; nec ipsi sibi alicujus criminis conscii sint. postulatos tamen, mortem non recusare.* Quemadmodũ & *Clemens* * monet: *Cùm dixerit Christus; Quando vos persecuti fuerint in hac civitate, fugite in aliam: non suadet fugere, tanquam malum sit pati persecutionem: nec, ut mortem extimescentes, jubet nos eam fugâ declinare. Vult autem, nos nulli esse autores, neq; alicujus malæ rei se adjutores: nec rebus-ipsis; nec eis qui persequitur; nec ei qui interimit. Denuntiat enim quodammodo; ut caveat. Qui autem non obedit, est audax & temerarius; & incôsultè se in manifesta pericula conjiciens. Si autem, qui hominem Dei interimit, in Deum peccat: unoquoq; ejus cadis rem tenetur, qui se offert judicio. Is autem fuerit, qui non vitat persecutionem; sed occasionem præbens per audaciam. Is est, quantum in se est, adjuvans improbitatem ejus, qui persequitur.*

De Cruce, & Morte in persecutione, etiam illud *Clemens* docet: eam nullâ necessitate aut jussu Dei, quantum ad hostes piorum attinet; sed benignâ voluntatis divinæ permissione & præscientiâ, obvenire. Sic enim ad illam perpetuam Ethnicorum objectionem; cujus & *Justinus** meminit: *Si Deus vestri curam gerit; cur patimini persecutionem, morte afficimini?* respondet: *Nos non (inquit) existimamus, velle Dominum, ut incassum incidamus: sed prophetice prædixisse ea, quæ essent eventura; fore scilicet, ut propter nomen ejus patiemur persecutionem, ut occideremur, & ut suspenderemur. Quamobrem voluit nos pati persecutionem: sed ea, quæ passuri essemus, priùs significavit; per eam, quòd sint eventura prædictionem, exercens ad tolerantiam.*

DE CONJUGIO.

HOnestè ac piè de Cõjugio senserunt: & nulli homini, contra ipsius naturâ, leges cõtinentiæ inviolabiles imponendas esse censerunt; sed liberrimã omnib. matrimonium contrahendi potestatẽ fecerunt. *Ignatius* * inquit: *Non detrabo beatu, qui nuptiis copulati fuerunt.* Idem *Sagum corruptionem & coinquinationem vocat, legitimam [illegible] unctionem, & filiorum procreationem; hujusmodi [illegible] batorem Draconem apostatam.* Et *Justinus* * [illegible] *timur matrimonio, propter sobolem: aut abstinentiam, ipsi [illegible] tinentiâ degimus.* Quin & definitionem non-[illegible] ditam *Clemens* * tradit, ad hunc modum: *Vir [illegible] matrimonium, primâ legitimâ viri & mulieris [illegible] liberorum procreationem.* Et memorabiliter inquit: * *ut insumma dicam: omnes Apostoli epistolæ, quæ moderationem docent, & continentiam; cum & de matrimonio, & de liberorum [illegible] & de domûs administratione [illegible] nusquam honestè moderatam matrimonii [illegible] abrogarunt: sed Lex cum Euangelio [illegible] utrique, admittunt: & eum qui [illegible] tione matrimonium [illegible] Tum* demum [illegible] Clemens [illegible]

* lib. 7. Strom.
* lib. 3. c. 11.
* ad Philadelph.
* Ad Ephes.
* lib. 6. cap. 15.
* Apolog. 1.
* Ad Ephes.
* Apolog. 1.
* lib. 2. Strom.
* lib. 3. Strom.

[illegible] Synodos [illegible] Ecclesiæ, quæ in mentis [illegible] Apostolorum, qui & Presbyteros habuerint, & liberos procreârint, & filios nutrierint. Sic enim contra Tatianum Irenæus, matrimonium vituperantes, inquit: * *An etiam Apostolos reprobant? Petrum enim & Philippum filios procreâsse: Philippum autem filias quoque suas viro tradidisse. Et Paulum quidem certè non verentur; in quâdam epistolâ, fatam conjugem.* Quem locum, in testimonium hujus doctrinæ ejus ævi, etiam *Eusebius* & *Nicephorus* annotârunt. Et condemnat *Ignatium*: * *Opto*, inquit, *Dei dignum inveniri; sicut Petrum & Paulum, & reliqui Apostoli: qui nuptiis fuerunt faciati, & non libidinis causâ; sed posteritatis serrandæ gratiâ, & conjuges habuerunt.*

* lib. 3. Strom.

* epist. ad Philadelph.

DE MAGISTRATU.

MAgistratum esse ordinationem Dei, ac bonâ conscientiâ geri posse; præclarè judicarunt & docuerunt. quemadmodum *Irenæus* * ex Scripturæ testimoniis probat; atque inter cætera inquit: *Terrenum regnum positum est a Deo.* Dari autem magistratus alios ad utilitatem communem, alios ad pœnam; ibidem declarat. *Quidam*, inquit, *ad correctionem & utilitatem subjectorum dantur, & conversationem justitiæ: quidam autem ad timorem, ad pœnam, ad increpationem: quidam autem ad illusionem & contumeliam.*

* lib. 5. in fine.

Non tamen frena laxarunt magistratibus; ut contra verbum Dei agere aliquid aut mandare, jus fasque esse ducerent: sed obedientiam ipsis debitam certis limitibus circumscripserunt; nec præstandam esse eam, si illicita & pugnantia cum verbo Dei, magistratus imperent, docuerunt. Sicut *Ignatius* * dicit: *Cæsari subditi esse vos in, quibus sine periculo est ipsa subjecta.* Et Proconsuli respondet Polycarpus; quemadmodum ex Epistolâ Smyrnensium *Eusebius* * refert: *Sic constituti sumus; ut principatibus ac potestatibus a Deo ordinatis honorem, qui competat, nec nobis obsit, exhibeamus.* Et *Justinus* · * *Deum solum adoramus: vobis autem in aliis rebus lati servimus, Regesq; vos & Principes hominum esse profitemur: precamur, ut vos, cum regali potestate, sanam bonamq; mentem habere inveniamini.*

* epist. ad Smyrn.

* lib. 4. cap. 23.

* Apol. 2

DE REBUS MEDIIS.

LIbertatem in rebus mediis quamcunque servatam esse hoc sæculo, apparet: quamquam illæ nonnullæ jam tùm subolere cœperunt; ut postea dicetur. *Ignatius* * scribit: *Vino & carnibus non ex toto abstinas: non enim ex toto sunt abominabiles.* Item: * *Si quis aliquam ejus compotationem; cohabitatorem habet Draconem ejusdem.* De jejunio, *Clemens* passim ita loquitur; ut nec justitiæ nec meriti opinionem adhiberi: sed ostendat, non tam escis, quam à vitiis & peccatis, jejunandum esse; nec ciborum quemquam contaminari, sed animo purificari. Sic enim inquit * *Jejunare ex cibo: Quæ sunt omnem abstinentiam ab omnibus malis; tam quæ dicuntur, quam quæ fiunt & cogitationes.* Et in *Epistolâ*: *Jejunium est abstinentia a rebus ad operibus.* Ac libere addit: *Cibos non commendant, nos religiosiores reddere, quam si ad quemlibet ex cibis, & ad universam vitæ, nonnihil spectare videamur.*

* ad Heron.

* ad Philip. epist.

* lib. 6. Strom.

Christianorum Sabbata [illegible] solere & hodierno [illegible] & Dicem, habemus [illegible] Sabbatis dictum, ut [illegible]

DE IMAGINIBUS.

CLemens * de Imaginibus sic inquit: *Habemus certum vetitum est, aut simulacrum exercere.* Non [illegible], inquit Propheta, cujusve rei similitudinem, eorum quæ sunt in cœlo, & quæcunque sunt in terra infra. Item: *Nobis non est imago sensilis, de materiâ sensili; sed qua percipitur intelligentiâ. Deus enim, qui solus verè est Deus, intelligentiâ percipitur; non sensu.* Et alibi: * *Nobis nullum est simulacrum in mundo, quoniam in rebus genitis nihil potest Dei referre imaginem.*

* in Paræneti.

* lib 6. Strom.

DE ANTICHRISTO.

MAgna sententiarum & opinionum diversitas de Antichristo, apud omnes hujus sæculi [illegible] *Irenæus* variis opinionibus & conjecturis colligit. *Romanum regnum Bestiæ meretricis futurum: quia numerus nominis Antichristi, de quo in Apocalypsi est, in voce Latina* [illegible] *reperiatur.*

Nicephorus * ex doctrinâ Judæ ait: *Antichristi adventus expectabatur.* Quæ opinio, si quis Montani hæresim & Victoris Romani conatus, consideret, non prorsus vana fuit. Quid enim aliud Montanus, novis suis Paracleti conflicti traditionibus, & legibus jejuniorum, & nuptiarum dissolutionibus, egit; quàm ut fundamenta primæ venturi Antichristianismi jaceret?

* lib 4. cap. 36.

DE LOCO ANIMARUM post corporum interitum.

LOcum, in quem Animæ, post separationem per mortem à corporibus, recipiantur, & usque ad judicium extremum commorentur, non constituunt. Hoc tantùm *Irenæus* * affirmat; *Animas ubique in locum invisibilem, defunctum ex a Deo.* Et [illegible] in [illegible] eodem libro, locum animarum fidelium *paradisum* vocat. Sic enim ait: *Dicunt Presbyteri, qui sunt Apostolorum discipuli, illuc, qui translati sunt, illuc* (scilicet in paradisum) *translatos iri. Spiritum hominibus, & spiritum habentibus, præparatum a semetipso: in quem & Paulus apostolus apertam, audivit spiritales inenarrabiles, quantum ad nos in præsenti: & ibi manere eos, qui translati sunt, usque ad consummationem.* Quod & auctor *Responsionum ad quæstiones Orthodoxorum*, apud *Justinum*, * sentit. Ait enim: *Post exitum ex corpore, statim fit justorum & injustorum discrimen. Ducuntur enim ab Angelis in loca sedigna: videlicet justorum anima in paradisum, ubi conventus & conspectus est Angelorum & Archangelorum; ad Dei conspectum Salvatoris Christi: injustorum autem animæ ducuntur in infernum locum.*

* in fine [illegible]

* Quæst 71

DE RESURRECTIONE.

DOcuerunt, non animas tantùm vivere, sed & corpora ipsa resurrecturas esse; sed & corpora ipsa reviviscere; quibus denuò cum animabus reconciliatis, & immortalitate donatis, æternum victuri sint. Sic [illegible] * [illegible] *per Christum nostrum corpora ejusdem carnis cum sua anima commutationem, per multa loca Scripturæ testimonia, evidenter probat.* Et *Polycarpus* in oratione sub [illegible] *Eusebium* refert, expressè ait: *resurrecturos corpora & animas fanctorum.* Quæ & ipsius * sententia est: Hic credimus [illegible], & [illegible] [illegible] [illegible]

gunt admodum ratiocinatione colligit: *Carnem factam in corruptionem non venire; quia in Cana dominica corpori & sanguini Christi paruerat.*

Theophilus: * *Deus (inquit) locutus, carnem suam, cum ipsa cum anima immortalitate donabit.*

* *Lib. 2. ad versus Antolyc.*

DE EXTREMO JUDICIO.

DOcent, fore extremum judicium: in quo pii, per Christum reficiendi, in immortalem ab eo & æternam vitam traducendi sint; impii verò, in cruciatus & ignem æternum, paratum ipsis & Diabolo atq; angelis ejus, conjiciendi. De hoc judicio ità *Justinus*: * *Animæ suæ cum corporibus, in extremo die, coram judice Christo comparebunt.*

* *Apol. 2.*

Hactenus igitur, quantum fieri potuit, de plerisque doctrinæ Christianæ partibus, commodissimas Autorum hujus sæculi, & cum sacris Scripturis convenientes sententias, collegimus, & percensuimus.

INCLINATIO DOCTRINAE: COMPLEctitur peculiares & incommodas opiniones, fabulas & errores Doctorum; qui palam quidem, hoc est, scriptis, traditi sunt.

ETiamsi hæc ætas Apostolis admodum vicina fuit: tamen doctrina Christi & Apostolorum non parùm obfuscari cœpit. Multæ enim monstrosæ & incommodæ opiniones, passim à Doctoribus sparsæ, reperiunt. Fortè & ejus rei aliqua causa fuit: quòd dona in Doctoribus, propter ingratitudinem Mundi erga veritatem, paulatim cœperint decrescere. Sic enim de ipsis Apostolorum successoribus Nicephorus * ait: *Qui Apostolis successerunt, aliquantò illis inferiores, virtutem eorum non sunt assecuti: propè tamen vitæ splendore ad eos accessere; non ità simplicem, ut magistri eorum, orationem conficiantes.* Quod & Clemens testatur, *in initio Strom.* ubi ad doctrinæ degenerationem accommodat dictum; *Patres filios patribus esse similes.* Ac posteà prolixè exponit, *suam scriptionem nequaquam integram esse, & absolutè omnia complecti, quæ à præceptoribus accepit.* Quod licèt de se ac suo opere solo dixerit: tamen de omnibus sui temporis doctoribus intelligi, & verè quidè affirmari potest. Plerumq; enim posteriores, non omnè bonæ doctrinæ acceptæ vim ac naturam assecuti sunt, & expresserunt.

* *Lib. 4. c. 1.*

Sed nunc tenebras, & incommodas opiniones hujus ætatis, cujusmodi fuerint, recensebimus; quæ quidem, ipsis sterrentibus, in Ecclesiam Christi irrepserunt: Hæreses verò manifestas, & damnatas judicio Ecclesiæ, paulo pòst exponemus.

DE CHRISTO.

THeophilus, qui Ecclesiam Antiochenam rexit, anno Christi CLXXII. quàmvis non neget; Verbum, id est, etiam Filium Dei, in Patre fuisse ab æterno, & manifestè: tamen videtur non sentire, priùs eum genitum esse; quàm cùm, per eundem suum Filium, Pater æternus Mundum universum cõdere voluerit. Sic enim * scribit: *Habens Deus Sermonem suum in visceribus suis, genuit eum; cùm produceret eum sapientiâ suâ ante hæc universa. Hoc sermone usus est in Mundi creatione: & omnia, quæ condidit, per ipsum fecit. Hic principium dicitur: quia omnium est principium.* Item: *Cùm jam condere, quæ deliberaverat, constituisset: hunc Sermonem genuit prolatum, primogenitum universæ creaturæ.* Quæ verba quid aliud volunt; quàm, Christum non fuisse ab æterno personâ distinctam à Patre? &, fuisse aliquâdo, quando non fuerit? quam admodum perniciosè lusere Arius & Samosatenus omnes, non dubium est, semina blasphemiæ sui erroris, è talibus Doctorum sententiis esse mutuos.

* *Lib. 2. contra Antolyc.*

Clemens * de Christo [illegible] *corporis necessitate revera [illegible] Verbum illo tantùm modo; ne filium videretur.* [illegible] verò contra naturâ corpori [illegible] humani fuit [illegible]

* *In Strom.*

DE DIABOLO.

IRenæus * tradit Diabolum [illegible] *veram fabulæ: ac novellam prorsus & ridiculam Christi opinionem fecit, cum fabulæ pulchrum [illegible] Deus, Dominus universorum [illegible] Diabolus, [illegible] Hominem [illegible] Deum [illegible] & ruinam [illegible] Dei, & prævaricationis fuisse.*

* *Lib. 4. cap. 71.*

Tale quiddam est, quod idem *Irenæus* * ex traditione *Justini*, (quod & *Justinus* * indicat) fecit; *Diabolum, cum Christi adventum, non sustinuisse audere blasphemare Deum: quia nondum sciverit damnationem suam.*

* *Lib. 5.*
* *Lib. 4. cap. 12.*

Ità fanaticum quiddam edit; quòd asserit; * *Invidiâ, hominem placentem Deo, legatione Dei ad Angelos functum esse.* Cùm hoc solum Scriptura testetur; Angelos aliquando ad Homines legatione missos esse: non contrà, Homines ad Angelos ablegatos. Eódem spectat, quod affirmat: * *Homines, temporibus Noah, Deo fruiscere non potuisse; idèo, quòd Angeli transgressores essent commixti.* Quasi verò temporibus solùm Noæ Diabolus inter homines versatus sit! ac non potiùs Petrus dicat; eum esse hostem perpetuò excubantem, ac circumeuntem, ut leonem rugientem, & insidias generi humano ubiq; molientem.

* *Lib. 4. cap. 30.*

Alia de Angelis opinio est: quòd *Justinus* * prolixè disputat; *Angelos quosdam intemperanti amore mulierum captos, & lapsos esse.* quam opinionem de se & *Clemens* * prodidit. Qui & hoc addit: * *Hunc Draconem, Diabolum, mulieres in meretrices transformare; interq; eas fungi loum officio.*

* *In Apolog.*
* *Lib. 3. & 5. Strom.*
* *Lib. 6. Strom. cap. 2.*

Ad pœnitentiam etiam & conversionem Diabolorum allusisse videtur idem *Clemens*; * ubi ait, *Diabolum, quia liberum habeat arbitrium, posse duci pœnitentiâ.* Quod quidem dictum, occasio videtur fuisse erroris Origenis, eius discipuli: qui opinionem, *de Diabolo adhuc salvando*, posteà magis ex professo sparsit.

* *Lib. 1. Strom.*

DE HOMINE.

VAriæ de Homine opiniones disseminatæ sunt; quæ nequaquam consentiunt sacræ Scripturæ. Primùm enim *Irenæus*, * non sinè errore dixit; *Hominem non esse conditum a Deo perfectum.* item: *Non esse conditum ad imaginem Dei; sed oportuisse fieri secundùm imaginem Dei, accepta cognitione boni & mali.* Sic enim inquit: * *Initiò quidem Deum potens fuit dare perfectionem hominis: ille autem nuperrimè factus, non poterat illud accipere; vel accipiens capere; vel capiens continere.* Et * clarè inquit: *Artificem Deum in veteri plasmate quiddam prætermisisse; quod posteà Verbum implevit.* Quæ sententia certè pugnat cum verbis creationis: *Vidit Deus omnia, quæ fecerat: & erant valde bona:* hoc est, in eâ formâ perfectâ condita, qualiter Deus ea voluit habere. Nec obstat; quòd redemti posteà per Christum novam quasi perfectionem acceperint. Eam [illegible] necessitatem alia ratio attulit: videlicet peccati; non [illegible] tio Dei, quâ initiò in summâ perfectione Homo [illegible] fuit.

* *Lib. 4.*

Deinde, & de Imagine Dei admodum [illegible] *neus* * loquitur: cùm affirmat, *illud dictum, [illegible] nem ad imaginẽ & similitudinẽ nostram; pertinere ad Christum: qui certo tempore homo fieri, [illegible] tere debuerit.* Ante lapsum igitur, [illegible] quidem dictum esse imaginem Dei; *sed non [illegible] quia Filius Dei nondum homo factus fuerit.* Verba [illegible] adscribimus: [illegible] *priscis temporibus dicebatur quidem, [illegible] imaginem [illegible] factum esse hominem; non autem [illegible] Adhuc [illegible] visibile erat Verbum, cujus [illegible] Deus factus est. Quando autem Caro [illegible] Dei facta est, [illegible] vit. & imaginem [illegible]*

* *Lib. 4.*

Deum esse, affirmat: *Ideo quòd, si non ex ab initio esset scriptum; Deum enim videre se dixisset, si mortuum conformasset ab initio; Deum fatìs posse autor hominum nostra videri.* Cùm contrà Scriptura *carne* tegatur; peccatum inobedientiæ & transgressionis hominis constituens esse, mortem. Ità igitur Deum verè immortalis fuisset; si non peccâsset.

¶ Postremò, *Animam omnium, Clemens,* * *in matrice expectare ait semen ut; unde carnem assumat.* Cùm contrà ad totam hominis substantiam haud dubiè pertinere videatur, quod à Deo dictum est; *Faciamus hominem*: item, *Crescite & multiplicamini*: nec de corpore solo intelligi posse.

* *Lib. 3. Strom.*

DE PECCATO ORIGINALI.

CLementem, in omnibus scriptis suis, nusquam apparet vim Peccati originis, seu mali illius inhærentis, intellexisse. Nimium enim ubique tribuit humanis viribus. Ut * in explicatione dicti Job; *Nullus ab sorde mundus, &c.* clarè inquit: *Dicant nobis, ubi fornicatus est infans natus: vel quomodo sub Ada excidit exsecrationem, qui nihil est operatus.* Quo in loco & dictum Hieremiæ 20. *Exsecranda dies, in qua natus sum:* & Davidis, Psal. 51. *In iniquitatibus conceptus sum;* in mirabilem transformat sensum. ut interpretari videatur, *In peccatis concepit, non esse concepit in peccato parentum, quod in liberos traducatur; sed in aliorum peccantium ætate.* Huc accedit; quòd qualecunq; etiam ponat Peccati definitiones; quæ nihil ad fontem & veras peccati causas respiciunt. ut: * *Peccatum est voluntaria injustitia.*

* *Lib. 3. Strom.*

* *Lib. 2. Strom.*

DE LIBERO ARBITRIO.

NUllus fermè doctrinæ locus est, qui tamen citò obscurari cœperit; atque hic de Libero arbitrio, ac virium humanarum potestate post lapsum. Quod indè fortè accidit: quia plerique in Philosophicis studiis educati fuerunt; iisq; nimium tribuerunt. Prædicat autem Philosophia immodicè vires humanas; easq; ad optima quæque hortari dicit: sicut ex Aristotele & aliis videre est. Verùm hæc obscuratio, simul etiam aliarum doctrina partium tenebras secum, & corruptelas varias, traxit: ut extenuationem Peccati originalis; & depravationem & obscurationem doctrinæ de Merito Christi. *Autor Responsionum*, apud *Justinum*, * plenis buccis in hæc verba erumpit: *Quid est tota Legis justitia? Diligere Deum plùs, quam seipsum; & Proximum, ut se-ipsum: quod quidem non est impossibile hominibus volentibus.* Sed apparet; hunc autorem, quisquis fuit, nihil prorsus inter actiones externas, in quibus obedire rationi voluntas potest, & internas seu spirituales, discernere potuisse.

* *ad Quæst. 10.*

Irenæum quoque non distinctè, de potestate humanarum virium, ratiocinatur: & in eam sententiam multa Prophetarum, Christi, & Pauli dicta, detorquet. quemadmodum in toto *cap. 72. libri 4.* videre est. Inter cætera inquit: *Prophetæ & Apostoli hortabantur hominem justitiam agere; bonum quoque operari: quia in nobis fit hoc.* Quod si de actionibus externis tentiret: tolerari utcunque posset. Sed & de interioribus eum sic sensisse; nimis clarè ex multis locis, in quibus de Libero arbitrio disputat, liquet. Nam & *in eodem capite*, quod modò adduximus, totum se quasi aperit, sic inquiens: *Non tantum in operibus; sed etiam in fide, liberum & sua potestatis arbitrium Homini servavit Dominus, dicens; Secundùm fidem tuam, fiat tibi: propriam fidem hominis ostendens, quoniam suum habet sententiam.* Et iterum: *Omnia possibilia credenti: &, Vade; sicut credidisti, fiat tibi: & omnia talia, sua potestate secundùm fidem ostendunt hominem.* Hæc certè satis crassè & apertè dicuntur. Sed vide, quam sint aliena à Scripturis: quæ affirmant, Fidem non esse penes nos; sed donum atque efficacium Dei. quemadmodum *Paulus* in multis locis clarè inquit: ut *Roman. 12.*[a] *Philip. 2.*[b] *Coloss. 2.*[c] *2. Thess. 3.*[d]

a *vers. 3.* b *vers. 13.* c *vers. 13.* d *vers. 2.*

Eodem modo *Clemens* liberum arbitrium ubique allegat. Ut appareat, in ejusmodi tenebris non tantum multos quosvis ejus sæculi Doctores; verùm etiam ex posterioribus nostris subindè crevisse, & auctas esse. Sic enim ille inquit: * *Vestrum est regnum cœlorum, si volueritis, qui liberam animi voluntatem ad Deum direxeritis: vestrum est; si tantùm volueritis credere.* Et: * *Nos liberâ & absolutâ potestate eligere & vitare, à Domino datum est hominibus, acceptum à Scripturis.* Rursus in eodem libro: *Defectio & recessus & inobedientia, sunt in nostra potestate; sicut etiam est in nostra potestate obedientia.*

* *In Pæd. vers. fin.*

* *Lib. 3. Strom.*

¶ Videmus tamen interdum, hos Liberi arbitrii assertores sibi-ipsis contraria dicere; ac paulo alicubi commodiùs sentire. quasi qui, tàm acriter de libertate humanæ voluntatis, etiam in rebus quæ ad Deum sunt & fidem, contendentes, se-ipsos ejusmodi spinis & labyrinthis involverint; ex quibus se explicare non semper potuerint; ac ne quidem, quid dicerent, ubique satis arrenderint. *Clemens* enim, * secum quasi pugnans, longè diversissimum à priori sententiâ statuere videtur; ubi sic inquit: *Oportet mentem habere sanam, & quæ nullis retardetur pœnitentiâ à boni venatione, ad quod quidem maximè divinâ opus habemus gratia, vellaq, doctrina, castâq;, & mundâ animi affectione, & Patris ad ipsum attractione.*

* *Lib. 3. Strom.*

DE LEGE.

USitata & vera est sententia: *Dato uno inconvenienti, sequi solent infinita.* Posito igitur hoc fundamento; Homini, post lapsum, & horribilem hujus naturæ destructionem, sanum tamen & incorruptum in omnibus, tàm internis, quàm externis rebus, mansisse liberum arbitrium: posthæc indè colligunt; posse Legi satisfieri humanis viribus. Sicut *Autor Responsionum*, in *Justino*, in eo loco, quem suprà citavimus, ex professo, ad Legis possibilitatem inclinat: & exemplo probat *Pauli*; qui de se-ipso pronuntiat, * *se in justitiâ Legis fuisse irreprehensibilem.* Ac, cùm objici posset; Paulum respexisse eo dicto ad justitiam externam coram hominibus: statim annectit exemplum Zachariæ ac Elisabethæ; * *qui fuerunt justi coram Deo, ambulantes in omnibus præceptis & justificationibus Domini irreprehensibiles.* Quin & dictum confutat; * *Non justificari ex lege carnem ullam*: significans, hoc ideò dici, quia homines possibilia nolint; non, quia impossibilia non possint. Et *Irenæum* * aic; *Patres, ante Legem promulgatam, justos fuisse lege naturæ*: quamvis & hoc de civili justitiâ intelligi possit. Denique, *Clemens* * affirmat; *Legem non efficere metum.* Quod quid aliud est; quàm, Legi satisfieri?

* *Philip. 3. versic.*

* *Luc. 1. v. 6.*

Roman. 3. ver. 20

* *Lib. 4. c. 30*

* *Lib. 2. Strom.*

DE JUSTIFICATIONE.

DOctrina de Justificatione, negligentiùs & obscuriùs ab his Doctoribus tradita est. Quamvis enim meritum Christi satis magnificè commendent: tamen de reliquis partibus non instituunt integras & perspicuas explicationes; nec interdum satis sibi constant. Sicut *Justinus* * clarè docet: *nec ex posteritate quidem Abrahæ aliquem justificari; nisi fidem Abrahæ referat. In Apologia* verò, etiam ex cæcis Ethnicis, & Deum ignorantibus, Christianos facit; ac tantùm non justos pronuntiat. Quemadmodum *in 1. Apolog.* nimiùm admiratur & prædicat Socratem: ut, nec Christum illi fuisse prorsum ignotum, palàm asseveret. Et *in Apolog. 2.* inquit: *Qui cum ratione vixerunt, Christiani sunt; etiamsi non novisse Deum existimati sint: quales apud Græcos Socrates, Heraclitus, aliique simules.* Quæ insolens satis & superba ethnicæ cæcitatis commendatio est. Quid enim Socrates amplius habere potuit; quàm particulam Legis? de Evangelio verò nihil scivit. Adeò hic articulus, omnium summus & præcipuus, paulatim, artificio Diaboli, obscurari cœpit; hoc unum perpetuo conatu agentis, ut omnem consolationem miseris & afflictis conscientiis eriperet.

* *Dial. cum Tryph.*

DE OPERIBUS, ET Perfectione.

OBscurari cœpisse, Clementis ætate, doctrinam de fine Bonorum operum; ex ipsius Clementis scriptis apparet. Nusquam enim videas, eum in hac parte satis sibi constare; sed à sententiâ suâ subindè variare, & interdum

dum ea ponere, quibus sibi manifestè contradicat: ut, cum salutem æternam aliàs fidei, aliàs operibus, modò utrique simul, adscribit. Cùm enim *in Pædagogo* * directè pronunciet; *Fidem esse universam salutem humanæ naturæ*: itèm: *in Strom. 2.* * *Abrahamum non ex operibus justificatum esse, sed ex fide:* & * *fidem* appellet *perfectam purgationem & emundationem.* tamen eam sententiam *in Paræneticis* rursùs evertit, ac sibi contradicit; ubi sic inquit: *Ne pigeat vos laborâsse. licet vobis, si velitis, pretiosissimam salutem emere proprio thesauro, charitate & fide vitæ: quod quidem est justum pretium; quod libenter Deus accipit.* Quomodo enim illud convenit cum eo, quod in eodem opere aliquantò priùs dixit: *&, Ego (inquit) sum ostium. quod discere oportet eos, qui voluerint Deum intelligere; ut nobis omnes simul portas cœlorum aperiat? Sunt enim rationales Rationis seu Verbi portæ; quæ aperiuntur clave fidei.* Itèm cum eo, quòd *libro 6. Stromatum*, quadratam justitiam in virtutum perfectione collocat; eóque denique accommodat Abrahami imputationem. Deinde rursùs ab hac sententiâ discrepat, conjungens inter se; imò confundens potiùs, gratiam & opera; cùm dicit: * *Gratiâ servamur; sed non absq; bonis operibus.* Et: * *Quando audiverimus, Fides tua te salvam fecit: non accipiamus, eum dicere absolute, eos salvos futuros, qui quomodocunq; crediderint; nisi facta quoq; fuerint consecuta.*

Similia per omnia, etiam apud *Theophilum* * deprehendas, ubi ex professo ait: *Liberum & sui juris creavisse Deus hominem.* Quod tamen eventari posset; nisi hæc sequentia adderet: *Legem & præcepta sancta communicavit nobis Deus: quæ si homo servaverit; salutem consequi, & resurgens hæreditatem incorruptibilem nanciscipoterit.*

Etsi autem Clemens, & alii, fortassè commodiùs senserunt, quàm locuti sunt: atque eam tantùm sententiam exprimere voluerunt; Novam obedientiam in renatis esse necessariam, & habere sua præmia: tamen sequentia tempora satis ostendunt, hanc doctrinam, de Fide justificante sinè operibus, cœpisse subindè magis magisque variari & obscurari. sicut admodum proclive est humanis mentibus; in eam opinionem, quasi etiâ lex & opera aliquid ad justitiam coràm Deo faciant, incidere. Sed hæc non congruere cum doctrinâ Prophetarum & Apostolorum, manifestius est; quàm ut probatione & testimoniis pluribus opus habeat, *Facti sumus*, inquit Esaias, * *immundi omnes; & quasi pannus menstruatæ, universa justitia nostra.* Et Paulus, *Romanor. 3.* * *Statuimus, justificari hominem per fidem, absque operibus Legis.* Et *cap. 11.* * *Nam si gratiâ; jam non ex operibus. &* Ephes. 2. * *Gratiâ salvati estis, per fidem. idque non ex vobis: Dei donum est. non ex operibus; ne quis glorietur.*

Variis deinde etiam, de Perfectione, opinionibus *Clemens* lusit, ac mirum in modum exorbitavit; successoribus discipulisque suis materiam relinquens copiosam, ad exstruendam & stabiliendam opinionem de perfectione. quæ Clementi ex eo solo fonte fluit: quòd, ut suprà dictum est, vim originalis peccati non satis perspexit; & obedientiam legalem renatis omnino possibilem esse, magno errore judicavit. *Gnosticos*, quos sic à cognitione perfectâ vocat, duplices facit: alios hæreticos; qui temerè sibi & falsò hoc nomen tribuebant, & nescio quam perfectissimam cognitionem Dei arrogabant: alios verò catholicos; quos propriè eos intelligit, quos jam ad summum virtutis & perfectionis culmen perveniisse arbitratur. eosque ità describit; ut absolutissimam quandam innocentiam, contra Scripturæ sacræ sententiam, iis attribuat. Deinde & mediorum quorundam ordinem facit: qui, omnibus fermè ætatibus, in Ecclesiâ Dei clàm serpsit; interdum verò etiam palàm erupit. Semper enim tales exstiterunt, qui nescio quomodo purioris sanctioris que vitæ homines, non tàm Angelis exæquarunt; quàm Deos propemodum etiam illos in hac vitâ fecerunt. Quales fuisse Apostolos, Clemens sentit: quos omnibus numeris absolutos fuisse, & omnia sciviisse, palàm asserit. Quædam ejus dicta, ex quibus hæ non leves quidem stipulæ, sed pernicioſa zizania, conspici possint, adscribemus.

Stromatum libro 6. sic inquit: *Qui primùm fuit moderatus est animi motibus, & ut impatibilis evadat est meditatus, & avarus ad beneficentiam cognitione præditus perfectionis, est his quidem æqualis Angelis: cum autem lucidus, & cupiens se splendidum per beneficentiam, contendit juxta cognitionem per Dei dilectionem, sicut Apostolus.* Et *Strom. 6. lib. 7. Nunquid autem*, inquit, *cum, qui est cognitione præditus, perfectum esse vult Servator noster, sicut Patrem cœlestem, hoc est, seipsum? dicens; Venite filii, audite à me timorem Domini. Non quia nos amplius opus habere auxilio, quod detur per Angelos: sed à se-ipso, cùm dignus evaserit, accipere; & à se-ipso habere præsidium, per obedientiam. Qui talis est, exigit à Domino; non autem petit: & egentibus fratribus non petitis, qui est cognitione præditus, pecunias copias, ad eis impertiendum; sed optabit illis suppeditare ea, quibus indigent.* Sic & *in Eclogis* incommoditissimè pronuntiat: *Qui credit quidem, remissionem peccatorum à Domino accepit: qui verò cognitione præditus est, utpote qui non peccat amplius; à semet-ipso remissionem peccatorum habet.* Hæc quantum habeant, non incommoditatis solùm; sed blasphemiæ & impietatis: apertum est. Nam, si detur; hominem ad tantam perfectionem adspirare posse, ut ex se-ipso remissionem peccatorum habere possit: quid erit loci his dictis? *Ego sum, qui deleo iniquitates vestras.* * &, *Sinè me nihil poteſtis facere.* * itèm, *Pro hac orabit ad te omnis sanctus.* * Quid denique loci erit merito Christi?

* Esa. 43. vers. 25
* Joh 15. vers 5
* Psal. 32. vers. 6.

DE POENITENTIA.

SI quisquam aliis in hoc seculo, de Pœnitentiâ, periculosas opiniones spargit; *Clemens* facit: qui, ut cæteris aliquantò posterior, fœces quasdam turbidas trahit; & in eam sententiam non obscurè inclinat: ut duas tantùm per omnem vitam pœnitentias, alteram ante, alteram post Baptismum, admittat: crebriores verò minimè. Quemadmodum periculosissimè inquit: * *Continuæ, & se vicissim excipientes, propter peccata pœnitentiæ, nihil differunt ab his, qui omnino non crediderunt: præterquam in eo solo, quòd se peccare senserunt. Neque scio, utrum sit deterius: prudentémne ac scientem peccare; an, cùm pro iis, quæ peccavit, pœnitentiâ ductus fuerit, rursùs peccare.* Quæ sententia, tametsi ità quidem mitigari possit; quasi à lapsibus voluntariis & crebrioribus deterrere magis, quàm pœnitentiam negare, voluerit: (sicut Medicus liberationem se præstare posse interdum negat; si æger interdicto cibo utatur: non ut eam desperatam prorsùs esse sentiat; sed ut ad diligentiorem valetudinis curam ægro sit hortator) tamen periculosè vehementer dicta est. Et horrenda magis vox est, quam in ejus tractationis intricatæ & perplexæ, de Pœnitentiâ, conclusione adjicit: *Apparet ergo; sed non est pœnitentia: sæpe petere veniam de iis, quæ sæpè peccantur.* Verùm hæc quomodo conveniunt cum iis, quæ *in Paræneticis* dixit, locum Psalmi explicans? *Hodie, si vocem ejus audieritis, &c. Augetur autem illud Hodie in unoquoque die. usq; ad consummationem enim, & hodie ipsum, & doctrina, permanet.* Quomodo etiam cum doctrinâ Christi conveniunt? Adeò Clemens in multis aliis articulis lubricus est, ac sæpenumerò sibi contradicit: ut, quid constanti sententiâ affirmet, vix interdum agnoscas. Quod autem jam tùm cœperit hæc pars doctrinæ, de Pœnitentiâ, labefactari: ex Tertulliano, Cypriano, & hæresi Novatianâ, infrà patebit.

* cap. 2. v. 4

DE BAPTISMO.

DE Baptismo exstat opinio, non satis recepta sacræ Scripturæ, *in Responsionibus ad quæstiones Orthodoxorum.* Justini operibus adjunctis: *Infantes* scilicet *affici bono Baptismo, propter fidem eorum, qui eos ad baptisma afferunt.* Quæ opinio nimium alienæ fidei tribuit, (inquit enim Abacuc; * *Justum suâ fide vivere*) ac novitatem respirit.

* cap. 2. v. 4

DE SACRIFICIO.

ETsi Doctores hujus seculi, de oblatione seu sacrificio incruento, in Eucharistiâ Deo faciendo, nihil habeant; ut suprà dictum est: tamen quædam ambiguè & incommodè dicta in quibusdam occurrunt. ut *in Epistolâ*

Ignatii

Ignatii ad Smyrnenſes: Non licet, inquit, *ſine Epiſcopo, neq; offerre, neq; ſacrificium immolare, neq; ſic ſua tractare*: id quod falsò veterum, *Miſſa celebrare*. Videtur autem, per diſtributionem, de aliquot inter ſe diſſentientibus, non quaſi ſynonymis, dicere. quæ non facilè explicari poſſunt. *Ignatius* certè ipſe, de merito Chriſti, fide apprehendendo, magis, quàm de oblatione aliquâ ſeu repræſentatione ſacrificii, (ſicut ex aliis Epiſtolis colligi poteſt) loquitur.

* *lib 4. cap 32.* De Oblatione porrò, & *Irenæus** (ſi tamen locus fraude ac mendo vacat) ſatis videtur loqui incommodè; cùm ait: *Novi Teſtamenti novam docuit oblationem; quam Eccleſia ab Apoſtolis accipiens, in univerſo Mundo offert Deo.* Sed Irenæus ſe-ſe in ſequentibus, ac præcipuè *cap. 34.* copiosè declarat: quòd nequaquam intelligat oblationem conſecrati panis; ſed adhuc conſecrandi, in uſum Cœnæ Dominì, & alioqui in uſum Sacerdotum & Pauperum. Copioſè enim panem, cum aliis ad victum pertinentibus, in eum finem, à plebe offerri, moris erat. Expreſsè enim inquit: *Offerre oportet Deo primitias creaturæ ejus.* Et iterum: *Oportet nos oblationem Deo facere, & in omnibus gratos inveniri fabricatori Deo; in ſententiâ purâ, & fide ſine hypocriſi, in ſpe firmâ, in dilectione ferventi: primitias earum, quæ ſunt ejus, creaturarum offerentes. Et hanc oblationem Eccleſia ſola puram offert fabricatori; offerens ei cum gratiarum-actione ex creaturâ ejus.*

DE INVOCATIONE Sanctorum.

COnſuetudinis invocandi Sanctos, in Doctoribus hujus ſeculi, veſtigia omninò nulla conſpiciuntur: niſi quis pro incommodo dicto accipiat hoc, quod apud *Irenæum** eſt: *Sicut illa* (Eva) *ſedatta eſt ut effugeret Deum: ſic hæc* (Maria) *ſuaſa eſt obedire Deo, ut virginis Evæ virgo Maria fieret advocata.* Sed Irenæus confert inter ſe, eo in loco, illud, quod per Evam commiſſum & amiſſum eſt; & illud, quod Deus per Filium ſuum, natum ex Mariâ virgine, reſtituit.

* *lib 5.*

DE PRIMATU ECCLESIÆ Romanæ.

IN eminentiori fuiſſe hoc ſeculo dignitate & ſtatu Eccleſiam Romanam, præ cæteris univerſi terrarum Orbis Eccleſiis; ex Hiſtoriis & Doctoribus horum temporum probari non poteſt. ſed voluit ſanè Romana Eccleſia, æmula eſſe Eccleſiarum in Oriente: ut Antiochenæ, Hieroſolymitanæ, Alexandrinæ, & ſimilium; quæ in Eccleſiis ſuarum regionum, ob puritatem doctrinæ, excellentiam Doctorum, amplitudinem, confeſsionem, officia in Fratres, communicationem conſiliorum & miniſteriorum ſalutarium, fuerunt celebriores.

Ignatius, in epigraphe Epiſtolæ ad Romanos, eam Eccleſiam appellat *eminentiâ dignam*. Verùm nihil aliud ab Ignatio aſſertum eſt; quàm, eam eſſe excellentem Eccleſiam. Nam ad Romanam Eccleſiam omnes alias in toto orbe terrarum eſſe alligatas; & Epiſcopum ejus loci eſſe œcumenicum, qui errare non poſsit, & cui omnes neceſſe ſit ſubeſſe: neq; Ignatius, neq; alii hujus ætatis ſcriptores, habent.

Naviratem deinde quandam & illud reſipere, quibuſdã videri poſſet; quod in exemplaribus *Irenæi*,* qualia nunc habemus, exſtat: *Ad hanc Eccleſiam, propter potentiorem principalitatem, neceſſe eſt omnem convenire Eccleſiam; hoc eſt, eos qui ſunt undique fideles: in qua ſemper ab his, qui ſunt undiq;, conſervata eſt, quæ eſt ab Apoſtolis, traditio.* Sed hæc ſententia tantùm, de conſenſu in doctrinâ ab Apoſtolis traditâ, loquitur: ſicut ex contextu Irenæi ſatis conſtat eſt.

* *lib 3. c 3*

DE MARTYRIO.

DE Martyrio nimis magnificè ſentire cœperunt ad eò ut & expiationem illi quandam peccatorum ex[illegible]. *In Stromatis* enim diſertè [illegible] *Martyrium eſt expurgatorium peccatorum*, [illegible]. Et [illegible] ſuis ſpiritibus, *Ignatium* valde pr[illegible]

de Martyrii merito. ut *ad Smyrnenſes: Pro animabus veſtris ſpiritum meum & vincula mea ſint.* Item *ad Antioch. Pro animabus veſtris ego effundar, quando Chriſtum mercero adipiſci.* Quâ phraſi etiam ad Polycarpum & Epheſinos utitur. *Ad Romanos* inquit: *Ignem me, et beſtiarum ſitis a fim; per quem poſſim Deum promereri.* Quæ verba in Græco aliùm ſenſum referunt.

DE VIRGINITATE.

COmmendationes Virginitatis, admonitiones item ad eam exercendam, hoc quidem ſeculo reperias: Leges verò expreſſas, quibus aut cultus aliquid, aut meriti, ſit annexum; nonitem. Niſi quòd ex *Ignatii* epiſtolis apparet; homines jam tùm paulò impenſiùs cœpiſſe amare & venerari Virginitatis ſanctum. Nam *in epiſtolâ ad Antioch.* ait: *Virgines videant, cui ſe conſecrarunt. Et ad Ariam: Virgines cuſtodi, tanquam ſacramenta Chriſti. Item ad Tarſenſ. Eas, quæ in virginitate ſunt, honorate; ſicut ſactas Chriſti.* Sed, quæ fuerit Ignatii ſententia de Conjugio, ſuprà dictum eſt.

Exſtat apud Dionyſium* commemoratio, de Epiſtolis Dionyſii, Corinthiorum epiſcopi: in quâ dicitur; *ſcripſiſſe eum epiſtolas Eccleſiis per Pontum ſitis, in quibus multos eos admonuerit de nuptis & caſtitate.* Quod illuſtre ejus teſtimonium eſt; de Virginitate eos non docuiſſe, & merito, aut repudiato, ion in contemtum adducto Matrimonio; quemadmodum & Paulus utrúmq; conjungit. Accedit eò, quòd ibidem *Euſebius* narrat; *exſtare etiam epiſtolam ejuſdem Dionyſii, ad Pinytum Epiſcopum Gnoſi: in quâ cum hortetur, ne grave ſervanda caſtitatis onus neceſſariò fratribus imponat.* Quod exemplum clarè teſtatur, nondum fuiſſe conditas leges, de cultu aut merito caſtitatis: etiamſi ſuſpicere quodammodò & venerari cœperint. Quæ res etiam occaſio quædam & iter fuit ad ea, quæ poſterioribus temporibus, de Clauſtris & Votis monaſticis, ſuperſtitioſa ſunt.

* *lib 5. cap 3.*

DE REBUS ADIAPHORIS, ſeu Humanis traditionibus.

DOctrina de Libertate Chriſtianâ nonnihil cœpit obſcurari; & ſuccrevit paulatim error, de Traditionibus neceſſariò obſervandis. Quàmvis enim prohibitiones aut leges, de uſu indifferentium creaturarum, hoc tempore nullæ adhuc fuerint: tamen *Alcibiadis* hiſtoria, quæ apud *Euſebium** recitatur, ſubindicat; paulatim cœpiſſe cum cœpiſſe homines, quandam cibi rerum creatarum religionem. Fuit Alcibiades de numero Montanorum, qui, ſub M. Antonino Vero, in Gallia [illegible]. Is, cùm antea nimiùm parcè viviſſet, panem ſolùm & [illegible] cibum utens; ne in carcere quidem aliam ſervavit rationem voluit. Attalus verò Romanus, nobiliſsimus martyr, poſt ſupplicia, quæ in amphitheatro multa & varia miraculosè ſuſtinuerat, in carcerem reductus, viſione monitus eſt; peccare Alcibiadem, quòd à creaturis Dei abſtineret, aliiſq; occaſionem offendiculi præberet. Ita igitur per Attalum Alcibiades admonitus, & meliorâ doctus, eò tandem perductus eſt; ut ſinè formidine, & cum gratiarum-actione, creaturis Dei indifferentibus in poſterum ſit.

Satis tamen durè etiam *Ignatii epiſtolæ*, de rebus ritualibus loquuntur. Nam *ad Philad.* ſic ſcribit: *Attendite Epiſcopo & Presbyterio in Domino: Quicunque cum Judæo Paſcha egerit, aut ſolennia eorum ſeſtorum ſuſcepit; cum participabit eò, qui Dominum & Apoſtolos ejus occiderunt.* Et paulò antè: *Dies feſtos minùs intemerate; Quadragesimam verò nolite prorsùs habere: mentiuntur enim contra Dei converſationem. Eiſdem etiam etiam paſſionis nolite ſuperſtitiosè inſistere. Quærâ verò & ſolâ ſeria ignorate; reliqua parentelæ pergentes.* Item: *Quicunque Dominicam aut Sabbatum ſanctificat, præter unam illustrem Paſcha; ipſe eſt Chriſti interfector.* Sed [illegible] (quid enim [illegible] [illegible], de Quadragesimâ, Ignatius) [illegible] valeamus.

DE INFERORUM CONVERSIONE.

* lib. 6. Strom.

ET omnino mirabilis ordo Clementis; * qui à fonte, ante Christum omnium, ejus fabulam: sed homini homo. Et qui per vindictam, ait, ad Christi mysteria se infernos fuisse; hoc, prædicatione Christi & Apostolorum omnium corruptos fuisse est. Eaque opinione, haud dubiè, & imagines à Veteribus, & celebratum de Christo educente ex interno Sanctos, factæ sunt. Probat autem hoc Clemens, ex testimoniis Hermetis: cui mox quinam tribuendum sit, infrà dicetur. Et alibi * quidem, ecclesiæ hanc ipsâ opinione damnat Marcionem; quòd docuerit, *Servatorem salvâsse credentes in se, etiam ante Christi adventum.*

* lib. 2.

DE STATU POST RESURRECTIONEM.

MIrum est, ejusmodi fanaticas opiniones potuisse venire in animum Doctoribus hujus seculi: *Piis nimirum, post resurrectionem, ante judicium extremum & rerum consummationem, futuros in hoc mundo corporale regnum.* Cujus figmenti *Cerinthum* * primum autorem Cerinthum facit. Idem tamen etiam * ad *Papiam* autorem illud somnium refert; ubi & *doctrinam fabulosam* vocat. Papiam verò ipsum, ait, quia judicio hebeti & exiguo prædictus fuerit, Apostolicas dispositiones; & quæ ab illis per hypodigmata tradita essent, non rectè considerâsse. Sed ex *Justino* apparet: Somnium illud primùm profectum & propagatum esse, quemadmodum multa alia crassa & carnosa, à Judæis. Quanquam autem dicat Justinus, ab eâ opinione multos purè pieq; Christianos dissentire: tamen eam ipsam & affirmat, & testimoniis Scripturæ probare nititur. Sic enim ait *in Dialogo*, Tryphone ad hunc modum interrogante: *Putatisne usquam instauranda Hierosolyma, atque ibi colligendum vestrum populum, in hilaritate vitarum cum Christo, & Patriarchis Prophetisque?* respondet: *Ego cum aliis, qui rectè Christianaque sentiunt, scio; & resurrectionem carnis futuram; & mille annos in Hierusalem instauratâ, ornatâ, dilatatâq;: ut affirmant Prophetæ, Ezechiel, Esajas, & cæteri. Sic enim Esajas de hac annorum millenario loquitur: Erit cœlum novum, & terra nova: & non erunt in memoriâ priora, & non ascendent super cor: sed gaudium & exsultationem invenient in eâ, quæcunque ego creo. quia ecce ego facio Hierusalem in exsultationem, & populum meum lætum: & exsultabo in Hierusalem, & gaudebo in populo meo: & non audietur in eâ ultrà vox fletûs, neque vox clamoris: non erit ibi amplius immaturus dierum; & senex, qui non impleat ætatem suam. etenim puer centum annorum morietur: & qui morietur peccator centum annorum, maledictus erit. Et ædificabunt domos, & inhabitabunt ipsi: & plantabunt vineas, quarum fructum comedent, vinumq; bibent. non ædificabunt; & alius habitabit: non plantabunt; & alius comedet. Secundùm enim dies ligni vitæ, erunt dies populi mei: opera manuum eorum inveterascent. electi mei non laborabunt in vanum; neque liberos progignent in exsecrationem: quia semen justum erunt, & benedictum à Domino; & nepotes eorum cum eis, & priusquam, ut, antequam clament, exaudiam eos: adhuc illis loquentibus, dicam; Quid est? Tunc lupi & agni simul pascentur: & leo, sicut bos, edet paleas; & serpens terram, sicut panem. non lædent, neque lædentur in monte illo sancto; dicit Dominus. Hæc sunt, inquam, verba prophetiæ: Erunt enim secundùm dies ligni, dies mei populi, opera laborum eorum, intelligimus mille annos significare mysticè. Sicut enim Adamum, cui dictum fuit; Quacunque die ederis de ligno, eâ morieris; scimus mille annos non expleste: sic illam sententiam; Dies Domini ut mille annorum; eodem tendere intelligimus. Quoniam & apud nos vir quidam, cui nomen Johannes, unus è Christi Apostolis, in revelatione sibi factâ prophetavit; mille annos habitaturos Hierosolymæ, quotquot Christo nostro crediderint: ac mox sequturum universalem, & (ut paucis dicam) æternam resurrectionem simul omnium, atque judicium. Quod etiam Dominus noster dixit: Non ducent uxores, nec nuptum dabunt; sed æquabuntur Angelis, cum sint filii Dei, resurrectionisque.* Eòdem etiam spectare videtur, quod *Irenæus* * dicit; *unamquamque gentem, dignam habitationem percipere ante judicium.* Nec abludit valde, mirabilis illa hominum in angelos metamorphosis; quam sic *Clemens*, eloquentiæ [illegible] Scripturæ tribuendo, [illegible], in Eclogæ, ubi ait: *Homines nascentur deinde, qui primum nulli antè ab alio hominum exstiterant, ipsique veritatem discent ejus à quo nunquam antè ullus; qui eradicatis tempore tandem finem Archangeli.*

* lib. 4. cap. 64.

QUOS LIBROS SACRÆ SCRIPTURÆ. *pro veris aut apocryphis, Ecclesia primis temporibus habuerit.*

ETsi in superiori etiam libro, quædam de Scripturæ luminibus dicta sunt; quæ Græcis pro veris & authenticis, quæ pro falsis & subditicis habita sint; tamen, quia consensus utilis est; & scire quamvopere prodest, quomodo subindè quasi per manus traditus nobis, sine dolis & corruptelis, iste sit thesaurus: non inconvenienter fit & hîc repetere. Nam & hoc tempore tandiu adhuc & incorruptus eâ de re judicatum est: cùm, quid genuinum aut adulterinum esset, illi procul dubio rectissimè viderunt; quos ætas, Apostolis admodum vicina, ad eam rem fecit instructos. Accedit ad hoc, quòd & in aliquam partem annorum illius libri, adhuc pertinet divus Johannes: qui, in testem oculatum, cum auriculatibus, proximis scilicet ejus successoribus, habere, utilissimum est: ut sciri possit, quibus potissimùm libris imitandum & credendum sit: ac planum fiat, viros apostolicos non in pari auctoritate & honore habuisse libros omnes; quos, propter conscientiæ consolationem, & variarum hæresium confutationem, certos esse omninò necesse est. Scribit igitur *de Polycarpo Irenæus* * eum Ecclesiæ tradidisse, quæcunq; ab Apostolis accepisset: & verissimè pronuntiat; APOSTOLICA ILLA SOLA ESSE VERA.

* lib. 3. c. 3.

Fuisse autem etiam Apostolicæ doctrinæ & traditionum studiosum, *Melitonem* illum, qui temporibus Antonini in Ecclesiâ Sardensi claruit; non est dubium. Is, de ordine & numero librorum veteris Testamenti, sui ævi recepto, ad hunc modum scribit; referente *Eusebio*, *

* lib. 4. cap. 25.

Meliton Onesimo fratri salutem.

Quoniam sæpenumerò, quo es erga doctrinam studio, petisti, ut annotata quædam tibi è Lege & Prophetis, de Servatore, ac totâ nostrâ fide, excerperentur: deinde, & veterum librorum certam summam cognoscere voluisti; quo illi sint numero, & quo ordine dispositi: diligenter in hoc fui; ut id tibi præstarem: sciens studium tuum erga fidem, & diligentiam ac solicitudinem circa doctrinam; quòd ista potissimùm desideres, quo erga Deum afficeris: & amore æternæ salutis, pro quâ decertas, potiora ducas. Itaq; in Orientem reversus, & eo loco constitutus, ubi ista sunt & prædicata & gesta; veteris Testamenti libros, diligenter cognitos, in ordinem subjeci, & ad te misi. quorum hæc sunt nomina: Quinque libri Moysis, Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium: deinde Josue Nave, Judices, Ruth, Regum quatuor libri, Paralipomenon duo, Psalmi Davidis, Proverbia Salomonis, quæ & Sapientia, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, Job: Prophetæ, Esajas, Hieremias, duodecim Prophetarum liber unus, Daniel, Ezechiel, Esdras. Hactenus Meliton.

Novi verò Testamenti libros, hoc ordine recensuit *Eusebius*; * ac nunquam contradictum illis esse, fidem significat: *Matthæus, Marcus, Lucas, (qui tres Evangelistæ eadem traxat Servatoris nostri facta conscripserunt; quæ post incarcerationem & captivitatem Johannis Baptistæ, uno fere anno gesta) Johannes: qui rogatus, tempus à prioribus Evangelistis gestis prateritum, & quæ in illo gesta sunt à Servatore, inclusorem videlicet Baptistæ præcedentia, Evangelio suo tradidit.*

* lib. 3. c. 24. & 25.

Eusebius * Irenæi citat testimonium de Evangeliis, ad hunc modum: *Matthæus quidem Hebræis, in ipsorum lingua, Evangelii historiam obtulit; cùm Petrus & Paulus Romæ evangelizarent, & Ecclesiam fundarent. Post obitum autem illorum, Marcus, discipulus & interpres Petri, etiamipse nobis, quæ à Petro fuere prædicata, in scriptis tradidit. & Lucas, Sectator Pauli, Evangelium ab illo [illegible] comple[illegible]. Postea Johannes, discipulus Domini, qui & ad pectus [illegible] recubuit, [illegible] Evangelium edidit, cùm Ephesi [illegible]. Hæc Irenæus.*

* lib. 3. c. 1. adversus hæres. Valentinum.

Post quatuor Evangelistarum doctrinam, subjungit *Eusebium Acta Apostolorum*, de quibus omnibus sic *Nicephorus*:* *De quatuor quidem Evangeliis nemo aliter, ad hunc usq; diem, controversiam movit; omnesq; ea germana & nativa esse sunt professi. Idem quoq; de Actorum libro est dicendum.*

Post hæc, *Epistolas Pauli*: quas *Nicephorus* idem (describens eum Eusebii locum) ait, *omnes indubias certasq; auctoritatis permansisse; exceptâ eâ, quæ ad Hebræos inscripta sit.*

Pauli epistolis subjiciatur, inquit Eusebius, *quæ prior Johannis esse fertur: similiter & quæ Petri est authentica. Post hæc ordinetur, si visum fuerit, Apocalypsis Johannis. Et hæc quidem scripta pro indubitatis habentur.*

De libris, quos esse canonicos, dubitatum & disputatum est.

Recitat ibidem *Eusebius*, sicut & eum secutus *Nicephorus*: *suspectos habitos semper fuisse libros aliquos, eo nomine, q̃ non genuini, nec ab apostolicis & satis probatis auctoribus conscripti fuerint: & in ordinem tamen librorum novi Testamenti pervenerint: ut sunt, Epistola Jacobi, Epistola Judæ, Petri epistola posterior, duæ posteriores Johannis.* *Nicephorus*, * authenticos & receptos novi Testamenti libros enumerans, etiam hoc adjicit: *Porrò divus Jacobus, frater Domini, duodecim tribubus unam catholicam scripsit epistolam: duas itidem Petrus; & tres divus Johannes; unam autem Judas. quas numero septem universas, ut germanas atque nativas, dudum Ecclesia recepit, & in numerum novi Testamenti vernaculorum librorum quàm-maximè retulit: sicuti etiam quatuordecim divi Pauli epistolas.* In initio tamen ipsò capitis proximè-sequentis, quasi eorum, quæ paulò antè dixit, oblitus, sic inquit: *De quibus addubitatum fit, hæc sunt: Prima inter catholicas, Jacobi, fratris Domini; & septima, Judæ, fratris ejus: item posterior Petri epistola. de his enim anceps apud antiquos fuit opinio. Præterea ex tribus, quæ dicuntur esse Johannis, extra primam, reliquas duabus aliquandiu non integra data est auctoritas.*

De libris Apocryphis.

Inter adulterina, inquit Eusebius, *censentur Acta Pauli, & liber dictus Pastor, & Apocalypsis Petri, & quæ circumfertur epistola Barnabæ, & Apostolorum quoque doctrina dicta. ad hæc & Apocalypsis Johannis; si videtur: quam nonnulli (sicut dixi) reprobant; alii verò certis & indubitatis Scripturis adjudicant. Jam verò & Evangelium, quod ad Hebræos est, inter ista connumerant. Quæ omnia ex illis sunt, quibus contradicitur. Novi enim Testamenti scripta non sunt, sicut nec illa, quæ sub nomine Apostolorum, sive Petri, sive Thomæ, sive Matthiæ, vel aliorum præterea, Evangelia, aut (veluti Andreæ, & Johannis, & aliorum Apostolorum) Acta contineantia, ab Hæreticis proferuntur: quorum nullam usquam, vel aliquem ecclesiastica successionis Scriptor, mentionem in Commentariis suis facere dignatus est.*

Egesippus Evangelii cujusdam secundùm Syros meminit; apud *Eusebium* * *Nicephorus* etiam libri Actorum Petri meminit; & inter ejusdem prædicationem & evangelium videtur discernere. Sic & quatuor apocrypha sub nomine Petri numerat: Petri scilicet Prædicationem, & Evangelium, ejusdem Apocalypsin, & librum Actorum.

Sozomenus * *Eam*, ait, *quæ nunc quasi Apocalypsis apostoli Pauli circumfertur, quam nemo Veterũ vidit, plurimi ex Monachis commendant. Sunt autem, qui libellum istum sub hoc Imperio inventum esse affirment. Dicunt enim; Tarsi Ciliciæ, in domo Pauli, ex divinâ manifestatione, marmoream urnam esse inventam; in quâ liber iste fuerit. Mihi verò, hæc de re percontanti, Cilix quidam Presbyter Tarsi Ciliciæ, vir, ut cætera quoque indicabat, multò annosissimus, mendacium esse dixit; quòd nihil tale apud ipsos acciderit fciret: mirabaturq;, si ea res non esset Hæreticorum figmentum.*

Clemens itèm, * quædam ex Evangelio secundùm Aegyptios citat: quo nios esse significat sectatores Tatiani. Cætera verò omnia, quæ apocrypha esse jam ostendimus, ità allegat: ut, se non-parvam illis auctoritatem tribuere, non-obscurè significet. In quâ re verò ideò non potest non-reprehendi: quòd, cùm longè præstantiorum librorũ testimoniis uti potuisset; alienis tamen & impertis utens, autoritati recentiorum derogavit, & exemplo suo non-leviter nocuit. Sed nunc, quid quisq; Autorum, de libris, tam non-receptis, quàm receptis & germanis, judicii tulerit & senserit, amplius indicandus.

De libris Prophetarum & Apostolorum.

Ignatius, * libros Prophetarum & Apostolorum, profectos esse sentit ab uno eodemq; Spiritu. ait enim: *Prophetas quidem dilexi, ut Christum prænuntiantes; continentes eos Spiritum, sicut & Apostolos. Erant enim pseudoprophetæ & pseudoapostoli, unum eundemq; contrarium, & seductorem, & populum errare facientem, spiritum assumserunt: sic certè veri Prophetæ, & veri Apostoli, unum eundemque sanctum, bonum, principalem & verum, atque doctorem per Christum, acceperunt spiritum.* Ad eundem modum *Justinus* * scripturas Propheticas & Apostolicas omnes ad Christum accómodat: & prolixè multis testimoniis ex Prophetis probat, quæcunque de Christo Evangelistæ & Apostoli scripserunt.

De Parabolis Salomonis.

Non solùm *Egesippus*; sed & *Irenæus*, & universus Veterum chorus, Salomonis parabolas, Sapientiam omnis generis virtute plenam vocarunt. *Eusebius.* *

De Apocalypsi Johannis.

Eusebius * quidem narrat; *de Apocalypsi aliquos dubitâsse, utrùm Johannis Apostoli esset. & eadem libro*, * sententiâ quandam citans ex scriptis Papiæ, in quâ nomen Johannis bis ponitur, putat, Johannem alterum, quem Seniorem Papias vocat; non Apostolum, Apocalypsis autorem esse. sic enim ait: *Verisimile est, alterum, nisi quis primum malit, Apocalypsin illam vidisse, quæ sub nomine Johannis circumfertur.* Verùm nullum ex hujus sæculi historiâ autorem citat; qui ostendat, hoc sæculo dubitatum esse, an Apocalypsis Johannis, Apostoli esset: sed contrà potiùs, quatuor insignes hujus ætatis doctores, Justinum, & Irenæum, & Apollonium, & Theophilum, producit; certòaffirmantes, eam Johannis Apostoli esse. Nam *Justinum* * asserere manifestè, Apocalypsin Johannis Apostoli esse, narrat *Eusebius* * Verba *Justini* hæc sunt: *Quoniam & apud nos vir quidam, nomine Johannes, unus è Christi Apostolis, in revelatione sibi factâ prophetavit.* Et Irenæi sententiam in hunc modum allegat *Eusebius*: * *In quinto, de Apocalypsi Johannis, ac de numero Antichristi ita asserit: Hisce autem sic se habentibus; cùm in omnibus accuratis ac vetustis exemplaribus numerus hic sit positus, ut hoc ipsum testificentur, qui Johannem oculis viderunt; deniq; & verbum nos hoc doceat, quod numerus nominis Bestiæ, secundùm Gentilium calculum, per literas ea ipsa positas designetur. Et aliquanto pòst infrà, de eodem sic ferunt: Non pridem de nomine Antichristi non periclitamur; de quo certò ac proximè pronuntiamus. Etenim, si præsens hoc tempore nomen illius manifestè esset edicendum: per illum utiq; dictum esset, qui & Apocalypsin prolocutus est. neq; enim ante multum temporis, sed prope nostrâ hac ætate, sub fine Domitiani Imperatoris, visa est.*

Nec aliud sensisse *Apollonium*, eum qui contra hæresin Cataphrygarum scripsit, *Eusebius* * indicat: ubi Apollonium testimoniis ex Apocalypsi usum dicit. Sic & *Theophilum*, in libro contra Hermogenis hæresin, testimoniis Apocalypsis Johannis usum esse, dicit: * *Si vera sunt, quæ Dionysius Alexandrinus*, in libro suo de Promissionibus cõtra Nepotem, scripsit, referente *Eusebio*, * ut infrà suo loco dicetur: tùm fortè circa finem hujus sæculi fuerunt aliqui, in Alexandrinâ Ecclesiâ, quos suos antecessores appellat; qui sensérunt, Apocalypsin non esse Johannis Evangelistæ. Sed quinam fuerint, nec ipse dicit; nec alibi usquam nominati reperiuntur. Imò *Origenes*, qui præceptor Dionysii fuit, in primum Psalmum commentans, asserit; Johannem Apostolum scripsisse Apocalypsin. *Eusebius.* *

De Epistolâ ad Hebræos.

De Epistolâ verò ad Hebræos, judicia in Ecclesiâ semper variarunt: cùm autorem ejus esse Paulum ipsum, alii contenderent; alii negarent: alii verò eam Clementi Romano, alii aliis, tribuerent. *Eusebius* * refert: Clementem, in epistolâ ad Corinthios, quæ hodie non exstat, prolixè ostendisse; vetus esse scripti, Epistolam ad Hebræos,

* *lib. 2. cap 40.*

* *Epist ad Trallian.*

* *epist 2*

* *lib. 4. cap. 22*

* *lib. 2. cap. 45.*

* *lib. 4. cap. 22*

* *lib. 2. cap. 23.*

* *cap seq.*

* *in Dial. cum Tryph.*

* *lib. 4. cap 18.*

* *lib. 3.*

* *lib. 7. Hist. cap. 19.*

* *lib. 4. cap 24.*

* *lib 7. cap. 25.*

* *lib. 3. Strom.*

* *lib. 6. cap. 25.*

* *lib 3 cap. 37*

& reliquis Apostoli Pauli epistolis annumerandum: & quidem ad Hebræos, hebraïcè scriptum esse. quam quia Clemens, seu (ut alii) Lucas interpretatus sit: evenisse, ut ejus autorem ipsum Clementem, vel Lucam esse, multi postea dixerint. Quod & alibi * significat. *Quis illam*, inquit, *verè scripserit, Deus novit: ad nos verò historia pervenit, quòd quidam eam à Clemente, Rom. Episcopo; quidam verò à Luca, qui & Euangelium & Actus edidit, scriptam esse, dicant.* Quo in loco & *Origenis* judicium recitat: quem tenuisse scribit, sensus hujus Epistolæ esse Apostoli; phrasin verò & structuram alterius cujusdam, qui dicta Apostolica annotaverit, & velut in scholia quædam, quæ à præceptoribus audivit, redegerit.

* lib 6. cap 25.

De Epistolis Jacobi & Judæ.

Jacobi, illius qui dictus est Justus, epistola esse dicitur, quæ inter Catholicas prima est. Sciendum autem est, esse eam adulterinam. non enim multi ex Veterum mentionem illius faciunt: sicut nec ejus, quæ Judæ inscribitur; cùm & ipsa una sit ex septem, quæ Catholicæ appellantur. Attamen scimus, & istas cum reliquis publicè in plurimis Ecclesiis legi. Hæc Eusebius.*

* lib 2. cap. 23.

De libro Hermetis, qui inscribitur Visio, Pastor, seu Angelus & Similitudines.

Eusebius, * *Quoniam*, inquit, *Apostolus, circa finem epistolæ ad Romanos, ubi quosdam salutat, etiam Hermæ cum alia mentionem facit; & ob id Pastoris hujus esse librum dicunt: sciendum est, etiam illi a nonnullis esse contradictum. Quapropter non est illis annumeratus, qui pro certis habentur.* Sic *in eodem libro*, * inter adulterina eundem librum recenset. Sed *lib. 5.* * affirmat; eum receptum esse ab *Irenæo*, de quo hæc recitat: *Non solum autem novit; sed & probat scriptum Pastoris, dicens: Rectè autem Scriptura pronuntiavit, quæ dicit: Ante omnia crede unum esse Deum, qui cuncta creavit & perfecit; & fecit ex non existente, ut sint.* Quam sententiam etiam ex eodem libro citâsse Arianos, & adamâsse; *Athanasius* scribit. Attamen hoc-ipsum judicium, de Hermetis libro, non reperitur in Irenæi operibus, quæ hodie exstant.

* lib. 3. cap 3.

* cap. 25.

* cap. 8.

Observandum etiam est; fieri tantùm mentionem libri Pastoris Hermetis apud Veteres aliquot; non autem libri Visionum aut Similitudinum: qui & Hieronymo ignoti fuerunt. Nisi quòd ex hoc postremo libro *Clemens*, qui non sinè gravi vitio temerè quævis citat & probat, cõfirmet hoc, quod *in Stromat.* asserit; Apostolos apud inferos etiam Christum prædicâsse. Non videtur multis opus esse rationibus: quibus verisimile fiat, hunc librum prorsus esse apocryphon & suppositicium; ac neminem minùs ejus esse autorem quàm Hermam, Pauli discipulum. Sed ex ipso tamen libro pauca quædam proferemus.

In doctrinâ tradendâ, Apostolos non delectari, nec uti solere visionibus, constat. Sed hunc autorem videas, usq; ad fastidium, multas otiosas & frivolas inculcare visiones; & quidem supervacuas: quæ de illis rebus loquuntur, quæ alibi per verbum patefactæ sunt. Quemadmodum etiam ambiguis, obscuris, & omnino inutilibus studet similitudinibus: quæ nec docent, nec monent aliud ferè quicquã, quàm moralia; quæ alio genere docendi tradere, longè ei fuisset facilius.

Deinde, in toto scripto, nullo utitur ordine: nihil definit; nullis argumentis res consectatur; nihil autoritate Scripturæ probat, cujus ne unum quidem adducit locum. Apostoli enim mentionem in genere ponit: & neminem certum nominat; aut alicujus dicta, doctrinam, aut exempla, adducit. De Pœnitentiâ, contra Pauli & omnium Apostolorum sententiam, ità docet; ut unam tantùm admittat: nec quidem fidei, aut meriti Christi, in eâ doctrinâ, quicquam meminit.

Denique, si quis acutiùs fabulosum illud scriptum legat: animadvertet in eo arcana & astuta sparsa semina Antichristi; maximè in visionibus & similitudinibus. Prima enim visio, abducit è Mundo in solitudinem: ficut & in similitudinibus, multa dicit odiosè in vitam communem. In secundâ & tertiâ visione, multa habet de frequenti jejunio: ut & similitudinem, de jejunio in pane & aqua. Videtur & ad Purgatorium alludere, in visione tertia, ubi

quit: *Habent pœnitentiam: sed in hac turre nata pœnitentia non venerit. alio autem loco ponentur longè inferiore: & hæ, cum cruciati fuerint, & impleverint dies peccatorum justorum.* Id omnino suspicione non caret; quòd in hoc libro quædam expresè ponuntur, quorum ante Tertullianum & Cyprianum nemo ferè meminit: ut exomologesis, satisfactiones, stationes, opera supererogationis. quæ *in libro 3.* similitudine quintâ, hac sententiâ clarè significantur: *Si præterea, quæ mandavit Dominus, aliquid boni adjeceris: majorem dignitatem tibi conquires, & honoratior apud Dominum eris.* Sic in similitudine nonâ, femina Cœlibatûs non obscurè reperies. Dicitur enim ibi de abjectis, propter concupiscentiam fœminarum: itèm de præmiis ministrorum, qui perpetuò casti vixerunt. Hæc, quæ in ipso ferè fucum & frandem redolere visa sunt, adduximus. Quidi quòd hoc-ipsum, quod passim ex Hermete citatur, de Angelo indicente celebrationem Paschatis die Dominico; in eo libro omnino non reperitur.

Quæ fuerit recepta & usitata Scripturarum versio.

Quia reprehendit *Irenæum* eos, qui novis interpretationibus Scripturarum suo tempore studuerint; & commẽdat versionem LXX. Seniorum, quos interpretes Bibliorum Ptolemæus, Lagi filius, Hierosolymis accersiverit; significare videtur, eam interpretationem suo tempore in usu fuisse; ut cum quâ concordent Apostolorum omnia, ex Prophetis, testimonia & traditiones. Huc facit, quòd de *Justino* * in Magistros Judæorum invehitur; quòd negarint, LXX interpretes rectè functos fuisse suo officio: & exemplis aliquot prolixè ostendit, Judæos ipsos multa testimonia de Christo, in LXX interpretatione, partim sceleratè depravâsse, partim surripuisse.

* in Dial. cũ Tryph.

CAPUT V.

DE HÆRESIBUS.

Ut hoc, cujusmodi hæresium & errorum diræ portenta, ad obscurandam Euangelii lucem, ejusq; cursum & fructum inhibendum, Diabolus subindè hoc tempore excitârit, ostendemus: ut appareat verius dicti, de inimicitiis inter Semen mulieris & serpentem; & quomodo Christus nihilominùs, contra multiplices præstigias Diaboli, Ecclesiam & puritatẽ doctrinæ suæ conservârit. Tenendũ autem in hac totâ tractatione illud est: ità plerumq; accidere solere; ut, post instauratam religionẽ, & factam bonâ doctrinę sincerę sementẽ, Diaboli furore, Deoq; sic permittente, etiam disseminentur zizania: ut in illis scilicet cavendis & exstirpandis pii exerceantur; & veræ doctrinæ exercitia & confessiones elucescant & exstent.

Causæ autem, quare hæreses hoc potissimùm tempore vehementiùs grassari experiri, sunt: quòd, Apostolis tum maximâ ex parte sublatis, spiritus vertiginis pervasit, seu in Ecclesiam, quasi in vacuam, (ut *Egesippus* ait.) & custode suo privatam domum, facilè impetum facere posse; ac successores eorum, ut qui Apostolis ipsis longè donis inferiores essent, minus virium & armorum, ad ipsum propulsandum, habituros. Videtur autem, hanc ætatem Seminarium errorum, qui posterioribus temporibus in Ecclesiis vagati sunt, non immeritò dici posse.

Nunc, ex quibus potissimùm fontibus Hæreses prodierint, breviter explicabimus.

Primùm igitur, ex Judaismo natæ sunt aliquot hæreses. idq; propterea; quia à teneris annis imbuti, intempestivè illum Euangelio commiscuerunt.

Deinde, & humanæ rationis ignorantia, quæ Religioni plurimùm semper nocuit, seu Philosophia, non-pauca ex se-se produxit hæreses. Nam, eo tempore philosophica studia maximè vigebant; & his argutiis, seu (ut ita dicam) demonstrationibus, in sinè sententiâ inexercitati erant: ut nihil verum existimarent, quod ab eorum conceptis jamdudum opinionibus cognitaque bonitate discreparet. Est enim Euangelii doctrina stulta Mundo & vulgaris sapientiæ quibusdam * loquit.

* 1. Cor. 1. vers. 18.

Mitto enim Barbaricum, crassum & vulgaris Ethnicismus pravitatẽ.

Has

His communes errores fuisse & esse: ut imperiti facilè capiantur, & multitas Scripturarum sacrarum, vitiosi impetus humanarum mentium gloriæ reddant, (quam Græcis propemodum hæreseon matrem, curiositatem, dixerim) φαντασία, seu studium ostentationis & vanitatis, & similes.

Denique, hæreses facilius & luculentiores esse quod Imperatores alieni plerique à religione Christianâ fuerint; & doctrinam Evangelii, aut oderunt palàm, aut non satis propèrè curarunt.

Hi igitur perpetui sunt errorum fontes; quibus, advertendam & labefactandam piorum fidem, & interitum animarum, quasi instrumentis, Diabolus utitur: sicut Hæreticos perditionis ministros *Eusebius* propriè vocat. Et recitè *Irenæus* dixit: *Hæreticos omnes, etsi inter se diversa inter se profiteantur: ad unum tamen & eundem scopum tendere; ut blasphemet Deum, & salutem Hominis contradicant.*

DE HÆRESIBUS sub Hadriano.

Gnosticorum Hæresis.

EXorti sub annum Domini 137. annum verò imperii Hadriani II. (ut refamur, *Theodoretum* Cyri episcopum, *Eusebium*, & *Nicephorum*) hæresiarchæ turpissimi, *Saturninus*, *Basilides*, & *Carpocrates*, monstrosas vehementer opiniones, antè nonnihil sopitas, resuscitarunt; ac de suo quoque præstigiis novas & prodigiosas commenti sunt. Ac, sicuti coætanei fuerunt; ut clarè *Eusebius* monet: ità similia propemodum inter se deliraruntac nugati sunt; ut, ex eodem prodiisse eos ludo, intelligere quivis facilè possit.

Basilides enim eadem per omnia cum *Saturnino* docuit: nisi quòd, (ut *Irenæus* inquit) in immensum cogitationes & sententiam suam, de procreatione deorum & angelorum suorum, extendit: ac, quò majorem admirationem & stuporem auditoribus excitaret, monstris barbararum ac terribilium appellationum res eadem occultavit; deinde verò etiam quædam adjecit de suo. Sed *Carpocrates* sententias cum eis communes habuit omnes: præterquam, quòd impuritatis, obscœnitatis, & libidinis licentiâ, ac cōfictæ persecutionis persuasione, superàsse videtur omnes. Productam autem hanc hæresin ex Menandri & Simonis magi fontibus, testantur, qui de eâ scripserunt, omnes: ut *Irenæum*, * *Theodoretus*, * *Epiphanius*, * & *Augustinus*.

Sed, quâ occasione, ab Ecclesiâ Christi, ista hæc portentosas nugas defecerint; non ità liquidò constat: nisi quòd *Epiphanius* indicat; Gnosticos studiosè turpem sibi professionem elegisse: ut, per eam, infamiam & opprobrium Ecclesiæ Christi conciliarent. sicut & *Irenæus* * indicat. Sed hunc de singulorum hæreticis depravationibus, & deliriis, seorsim dicemus.

* *lib. 1. cap. 22.*
* *lib. 1. & lib. 2. tom 2 hæres 27.*
* *lib. 1. cap 24. contra hæres.*

SENTENTIÆ DOGMATICÆ, SEU HYPOTHESIS horum Hæreticorum, fuerunt iste.

De Deo.

SAturninus (quemadmodum *Irenæus* * ait) unum commentus est esse Patrem, incognitum omnibus; qui fecit angelos, archangelos, virtutes, & potestates. *Basilides* verò alia portenta protulit: de innato & solo Deo, ex quo natus fuerit intellectus: de intellectu verò verbum; de verbo sensum; de sensu sapientiam & virtutem; de virtute & sapientiâ, principatus & potestates & angelos factos esse. Quo delirio quid aliud velis, quàm plures esse deos? hoc & *Clemens* * indicare videtur.

* *lib. 1. cap. 22.*

Hypothesin hanc Basilidis tenuisse, *Philaster*, *Theodoretus*, *Irenæus*, *Epiphanius*. De Basilide & *Augustinus* * ait: Esse primò in supernis cœlis excelsam quandam, Deam, quem gens Judæa ignoret, non fuisse verum Deum; sed unum ex Angelis, ut etiam Theodoretus tradit.

* *lib. 5. Strom.*

De Christo.

Salvatorem *Saturninus* ignotum omnibus dixit, incorporalem, sine figurâ, & in phantasiam tantùm patrio & amabili vultu hominem: nec eum natum esse credidit, nec passum, sed speciem tantùm habuisse. *Irenæus*, * *Philaster*, *Theodoretus*, ipsum Deum & hunc *Theodoretus* prodidit Saturninum (qui Saturnilum, Sive & *Epiphanius*, vocat) docuisse, Patrem misisse Christum, ut Angelorum Deum everteret. *Epiphanius* & hoc addit: Saturninum asseruisse, se-ipsum esse illum Salvatorem, missum à Patre, ad destruendum Deum Judæorum Idem, quod per homines Deus, sicut & Angeli, à sua possitur dicere Deos.

* *lib. 2. cap. 22.*

Basilides ex eo, quòd in hoc Christus passionis Domini fuerit usus; Simonem quemdam Judæis coactum gestâsse crucem Domino; aperte affirmasse non Christum ipsum; sed eius loco Simonem Cyrenæum, passum esse, permutato habitu ac formâ: sic ut ipse, ut Christus Cyrenæi, & Cyrenæus Christi, vultum & formam repræsentârit. Eumdemque igitur stolidè Christum, & Judæorum fabulam risisse quòd; Christum putarint se crucifigere, eumque crucifigerent. *Philaster*, *Theodoretus*, *Tertullianus*, & *Epiphanius*.

Carpocrates verò de Christo prodidit: naturâ suâ esse ex semine Joseph & Mariæ; eâdem lege, quemadmodum cæteri omnes homines ex conjunctione maris & fœminæ nascerentur. Scripsit hoc de Carpocrate *Irenæus*, & reliqui; *Philaster*, *Theodoretus*, *Tertullianus*, *Epiphanius*. Idem etiam dixit: Animam duntaxat Christi in cœlum esse receptam; corpore inferiùs relicto. *Philaster*, *Theodoretus*.

De Mundi creatione.

De Creatione ita sensisse Saturninum, tradiderunt omnes, *Irenæus*, *Philaster*, *Theodoretus*, *Epiphanius*, *Tertullianus*, *Augustinus*: ut dixerit, Mundum, cum omnibus quæ in eo continerentur, factum esse ab Angelis.

Cui colludens Basilides, subindè alios dixit Angelos ex aliis natos; ac eorum quemlibet unum fecisse cœlum, quosque ad CCCLXV. cœlorū numerum processum esse. Supremum autem angelorum Abraxan dici: quod quidē nomen, numerum eum, juxta literas, complectatur. *Philaster*, *Theodoretus*, *Epiphanius*. Hinc est, quod *Clemens* * de Basilide narrare videtur: eum ex Diabolis fecisse Deos. Sic enim inquit: *Quemodo non est verè impius, qui Diabolum quidem in deos referat: Hominem autem, peccandi potestatem præstitum, ausus sit dicere Dominum?*

* *lib. 4. Strom.*

De Homine.

Hominem Saturninus dixit ab Angelis esse formatum; hac quidem occasione: quòd Dei apparentis, ac vicissim disparentis, jucunditate & desiderio capti Angeli, Hominem communi consilio ad imaginem Dei condere conati sint; atque sic inter se dixerint: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem Dei.* Ita quod imperfectum, nec erectum; sed humi prostratum, & fine motu, hominem factum esse. cui si fertus Deus, indiderit scintillam suæ vitæ, ac vivificârit: ità ut, qui priùs instar vermis humi se voluaret, erectus posteà incedere posset. *Philaster*, *Theodoretus*, *Epiphanius*. Idem, duplices etiam homines initiò conditos esse, docuit; bonos nimirum & malos: ex quibus sint hominum genera in Mundo, bonorum ac malorum. Cùm autem contra bonos malidæmones malis hominibus opem ferrent: venisse Salvatorem; ut bonis vicissim auxilio esset. *Irenæus*, *Theodoretus*, *Epiphanius*.

De peccato originis.

Carpocratiani Peccatum originis prorsus negâsse videntur: quia senserunt, se-ipsos naturâ esse filios primi Dei: nec quicquam naturâ esse malum; sed opinione tantùm. *Clemens.* *

* *lib 3. Strom.*

De Fide, & Salute.

Autor est *Clemens*; * Basilidem cum suis sectatoribus, sicut Valentinianum, sensisse, Homines naturâ electos & salvos fieri.

* *lib 2 & 4. Strom.*

De Remissione peccatorum.

Non omnia dixit Basilides dimitti peccata; sed sola involuntaria, & per ignorantiam contracta. *Clemens.*

De Conjugio.

Libidinem & impudicitiam, Gnostici omnes pro lege & cultu quodam religionis probârunt: eorumque hortatu hæc tam execranda, non dissimulanter fiebant; sed & extrinsecus fana: ut ex Satanâ esse dicerent; quemadmodum & opera pœnitentiæ. Sic enim Saturninum docuisse; *Irenæus* & *Epiphanius* scribunt. Ac Theo-

Irenæum ait; cum prius *Cerinthi* dogmata docuerit, quæ Christum à Deo dicit non natum, sed ex semine Joseph, ut cæteros homines, procreatum. Deinde quæ de primitivo concubitu, pudore prohibente, *Hieronymus* refellit, eadem magistrum suum docuisse commemorat.

Et Carpocratianos quidem, quasi operum esse æstimantes: sicut Deus solem, lunam, & alia, cæteris hominibus fecisse commendat. Atque in hanc sententiam videtur esse conficta ab Epiphanio, Carpocratis filium, Justitiæ definitio: *Justitia est quædam cum æqualibus æstimatio.* Sic enim, in sparsissimis istis certè, quæ de Carpocratiano (ut *Clemens* * vocat) justitiam Christi observabant, eluxit, quasi lucernâ, Ventrem fœdissimum promiscuæ traherent; eamq; mysticam communionem dicerent. *Theodoretus* & hoc de Carpocratianis refert: docuisse eos, propterea in corpora animas mitti; ut omne genus libidinis & petulantiæ explerent.

De Resurrectione.

Corporum resurrectionem & salutem, prorsus negarunt Basilides & Carpocrates. Saturninus verò, ejusmodi animæ resurrectionem facit: ut dicat, eam, quia sit scintilla missa corpori à Deo, post dissolutionem corporis eò revolâ, unde descenderit; corpus verò interire. *Philaster, Theodoretus, Epiphanius.* De quo errore, *Irenæus* * ait, Hæretici eos has duas commentos esse rationes: primùm, quòd igneus currus, quo sublatus Enoch est, ejus carnem absûmserit: deinde, quòd scriptum sit, *Carnem & sanguinem non hæreditaturos vitam æternam.*

De statu post Resurrectionem.

Pythagoricam μετεμψύχωσιν admiserunt Carpocratiani. Sicut enim illi, propter voluptates, in alia exaliis corpora migrare animas, asseverarunt: ità contrà Basilides prodidit, propter pœnas peccatorum prioris vitæ, in alio corpore translatæ, in aliud concludi. Sic enim de Basilide *Clemens* * scripsit: *Basilidis fundamentum dicit; animam, quæ prius peccaverat in aliâ vitâ, hic pati supplicium.*

De Adiaphoris.

Saturninum *Theodoretus* ait docuisse, abanimatis abstinendum esse. Eorumq; multos, qui eum secuti sunt, *Irenæus & Epiphanius* scribunt, ab illis abstinuisse.

Basilides contrà, etiam idolothytis, seu victimis, & rebus illis, quæ simulacris immolatæ essent, indifferenter, & sine respectu conscientiæ, etiam in casu scandali; vesci jussit. *Eusebius, Epiphanius.*

De Confessione & Martyrio.

Basilides docuit; fidem persecutionis tempore incundantur, etiam perjurio, negandam: nec subeundum pro Christo martyrium esse; idèd, quia non ipsè aut passus sit, aut crucifixus; sed Simon Cyrenæus. *Irenæus, Philaster, Theodoretus, Tertullianum, Eusebius, Epiphanius.*

De Libertate, seu potiùs Licentiâ vitæ.

Docuit idem Basilides, (ut *Irenæus* * indicat) omnibus operationibus, & universâ libidine, indifferenter utendum esse.

Carpocrates verò, omnis generis turpitudinem, & pollutionem nefariam, usque adeò esse necessariam dixit; ut sine eâ nemo perfectionem mystagogiæ consequi posit: nec quidem posse aliâ ratione mundanos principes vinci. Has animas ipsas, nisi sufficienter turpes actiones, semel in corpus missæ, consummarint; aliquoties in alia arq; alia corpora compelli: donec libidinis & turpissimarum operationum pensum persolverint. Sic enim de Carpocratianis *Theodoretus* scribit: *Cùm Pythagoricas a corporibus in corpora migrationes abnuissent; quod ei connexum à Pythagora dicebatur, non admiserunt. Pythagoras enim docebat: animas, quæ peccarant, mitti in corpora; ut & pœnas darent, & vim impleverint. Hi autem, contrà afferunt illas in corpora transire, quæ Pythagoricæ doctrinæ repugnat. Dicunt enim; animas mitti in corpora, ut omne genus libidinis & petulantiæ peragant.* [illegible] *& sepiùs* [illegible] *omnium; & transmigrare* [illegible] *in corpora diversa, ut* [illegible] *& Carpocratem* [illegible] *docuisse.*

De Perfectione.

Irenæus, * Carpocratianos ad tantum [illegible] *progressos*, scripsit: ut eorum [illegible] *dixerint Jesum esse à Petro, Andrea, & cæteris* [illegible] *Christi discipulis, præstantiores reputatos, ob excellentiam cognitionis; & amplioren[illegible] *diversorum transmigrationum.*

De Fraude.

Saturninus prophetas alios esse dixit pronuntiatos ab Angelis, qui Mundum fecissent; alios à Satanâ. *Irenæus, Theodoretus, Epiphanius.* Basilides autem proprios sibi exprophetas, non existentes: quos barbaris, ut ab illis meliores viderentur, nominibus, Barcabam & Barcoph nuncupavit. *Theodoretus, Eusebius, Epiphanius.* Hinc est, quod *Hieronymus* inquit; *Basilidem vetus Testamentum non accepisse*, quod alii etiam de Carpocrate narrant.

De Silentio.

Eusebius, ex testimonio Agrippæ Castoris, (quem confutationem edidisse scribit eorum, quæ secundùm sectam Basilidis fuerunt) ait; eum sectatoribus suis injungere solitum silentium Pythagoricum, quinquennio præstandum. Quemadmodum & Carpocratiani, non quibuslibet revelari oportere sua mysteria, censebant; sed iis tantùm, qui crederent. Nam & JESUM in mysterio cum Discipulis & Apostolis suis locutum esse seorsim; ut qui digni essent per fidem & charitatem, illis, quæ præcepisset, obtemperare; dicebant. *Theodoretus*, * *Irenæus* * autem, Carpocratianos censuisse, refert, mysteria eorum omninò non efferri oportere; sed in abscondito continere per silentium.

De Imaginibus.

Narrat *Irenæus & Epiphanius*; Gnosticos occultè usos fuisse quibusdam imaginibus, coloribus depictis; seu ex auro etiam, argento, & simili materiâ, factis: quas dixerint esse imagines Jesu; & sub Pilato, ad effigiem Jesu versantis inter homines, factas. Præterea etiam Philosophorum quorundam, ut Platonis, Aristotelis, Pythagoræ, & aliorum, imagines habuisse eos, dicunt: quas ad imagines Christi collocarint; ac, Gentium more, sacrificiis & & adorando coluerint. Ulà est & Pauli ac Homeri imaginib[illegible] Marcellina: quæ decepta à Carpocratianis, (ut *Epiphanius* prodidit) eorum venenum sparsit Romæ, sub Anicieto. *Augustinus.*

De Magiâ.

Magicas præstigias & incantationes Gnosticis ex professo tribuunt scriptores. ut *Eusebius*, * *Simonis*, inquit, *præstigia, non occultè, sicut illæ; sed jam manifestè tradenda esse, judicarunt: ità ut de philtris curiosiùs, quæ ab illis perficiebantur, deq; quibusdam somniorum artificiis, & assessoribus dæmonibus, gloriarentur.* Sic enim & Simonis scientiam professum esse Saturninum, *Epiphanius* affirmat. qui & Carpocrati diversa incantamenta, & præstigias dæmonum, tribuit. quemadmodum & *Theodoretus* de Carpocratianis inquit: *Præstigiis utuntur; & dæmones invocant.*

De nomine Gnosticorum, eorumq; Sectis.

Gnosticos autem se dixisse eos, qui Carpocratis sectatores essent; ex *Irenæi* narratione de Carpocrate apparet. *Eusebius*, parentem Gnosticorum Carpocratem [illegible] Quanquam alii, inter quos est *Philaster* & [illegible] colao Antiocheno hanc hæresin emeritâ [illegible] Et *Theodoretus*, quemadmodum & *Clemens* [illegible] tores; non Carpocratis, Gnosticos dixit.

Sed, quod ad Nicolaum attinet, [illegible] datur: quòd femina prima quidem [illegible] Nicolaus procreâris; quæ exceptæ [illegible] ad florem perduxit, & quin[illegible]

Indicat autem nomen ipsum [illegible] Carpocratem sequerentur. Discedebant [illegible] multis modis & impudentissimè [illegible] nem: q, ob cognitionem [illegible] fariis & pomeris fruitur, [illegible] libidinosè agerent. Alii [illegible] corpore [illegible] [illegible] [illegible]

Sectæ ex Epiphanio narratæ ab Gnosticis quam. Alia quorum eorum vocatos ait Borborianos; eosdem Barbelitas nominat in Coddianos Leucianos Carpocratianos Marcianos, & Zachæos.

De Libris eorum.

Jam, quo auctoritatis aliquid tenebris & obscuris eorum sacris addatur; etiam libros quosdam Olim & Adhuc primo conflictatum ut Sanctorum patrum, Dominicum Evangelium. Quapropter Matthæum & per eum Apostolum, librum de Stirpe Maria, Genealogiam Christi, &c. Ubi magis videntur eorum profana recudisse; narrat Irenæus, aiunt eo esse factos dies quadraginta conversos, & post ascensum in cœlum dixisse eum.

Quid sentiendum de his quæ explicandæ gratiâ efficta fit.

Epiphanius, Sanctissimum & Basilidem fodalitio fuisse, dicit. Quæ verisimile est, non primùm ausa fuisse, & communi operâ errores suos & diversis propagasse postea verò, latius dissipandi erroris gratiâ, distractos esse. Quidni enim celeritate quilibet error, nec finis est Diabolo, unum aliquam hominum pestem seductum esse sci, quantus in se est, affectat perditionem omnium. Saturninum igitur, cùm Antiochenus esset, in Syriâ se continuit; agens ibi quasi Diaboli vicarium: qui eum locum præ cæteris ideò acerrimè odisse videtur, quia celebris ibi Ecclesia, per Apostolos, ædificata erat. Basilides verò in Ægyptum secessit: ibique suum virus nocentissimum longè latèq; spargit, ad partes Protopicæ, (ut Epiphanius dit) & Adribæ; item ad Saiten & Alexandriam. Fuit & Carpocrates in Ægypto.

Cumque nullus fit eam infamis & detestabilis error; ut abeo omnes abhorreant: docuisse eos magno successu, indè conjicere est; quòd de Scholis eorum ubiq; ferè dicitur: ut de Scholis exotis Saturnini & Basilidis, apud *Nicephorum*; de magnâ verò scholâ Carpocratis, apud *Epiphanium*. Ut quæ indefessos Diaboli conatus, & errorum pertinaciam, magis videas: narrat *Epiphanius*, reliquias quasdam hæreseos Gnosticorum, suâ adhuc ætate viguisse.

CONFUTATIONES GNOSTICORUM *errorum, ex scriptis Doctorum ejusdem seculi.*

MEminit *Eusebius*, exstitisse adhuc suo tempore libros *Agrippæ Castorii* cujusdam: in quo omnes doli, versutiæ & fallaciæ Basilidis, magno primùm artificio detectæ; ac deinde argumentis validissimis refutatæ fuerint. Sed præter nomen, & hanc ipsam de Agrippâ significationem, hodie nihil habemus.

Epistolæ, quæ hodie *Ignatii* nomine circumferuntur, errorem hunc Gnosticorum; Christum putativè tantùm, seu umbratiliter, non verè, natum & passum esse; sæpissimè impugnant, & ex ipsis sacræ Scripturæ testimoniis refutant: præsertim illæ, quæ ad Trallenses, Tarsenses, & Smyrnenses, scriptæ sunt. Ac Basilidem nominatim *epistola ad Tarsenses* perstringit: quæ & Scholam ipsius collectionem vocat malignitatis.

Meminit deinde & *Justinus* Basilidianorum & Saturnianorum, non aliter; quàm ut eorum hæresin damnet, & ab eâ sibi cavere omnes jubeat. *Ex in Dialogum cum Tryphone*, contra Carpocratis blasphemium (Christum genitum esse eodem modo, quo homines omnes alii) sæpe urget illud Esaiæ, de admirabili nativitate Christi: *Generationem ejus quis enarrabit?* Ubi & expressè sic inquit, enarrans aliud quoddam Esaiæ dictum, *Ecce virgo concipet, &c. Si vulgari more natus esset, eorum nascitur erat ex coitu: cur Deus tam diu per prophetas clamaret, quod commune eis primogenitis omnibus Mariæ fuisset?* Meminit *Irenæus** & seculi cujusdam sui, contra omnes hæreses ad ea usq; tempora scripti; quod ad nos non pervenit. Sed in primis *Irenæus*, in conterendis his blasphemiis & commentis diligentem se & acrem probuit: ingt ex professo, contra ætatem suam efformati portentorum, libros suos direxit, quos [illegible] confutationes simul, & impostura illorum Hæresiarcharum [illegible] possunt. *Irenæus*, de [illegible] fecit: neque [illegible]

Contra errorem, quod Christus in forma fuerit visus.

*Irenæus** [illegible]

Primum Christus a Prophetis & Apostolis prædicatur Deus, Dominus, Rex æternus, Æternus, Verbum incarnatum: Ex corpore virginis carnem ut nos legi hominum. *Secundo* contendunt Mariam hominem peperisse; non ex Spiritu sancto, nec Verbum Dei: *Esse virginem concipere.* Tertio fieri [illegible] quòd esset non posset esse rex. Nam Joseph, Jechonias sive Jechonias ostenditur filius, secundùm Matthæum ex decreto Jeremiæ dixit; *Non erit ex Jechonia filius sedens super thronum Davidi.*

Quarto: fecerit primum Adam, sine patre homine, à Deo ex limo terræ formatum est: sic oportuisse Christum consimiliter, sine patre hominis, ex solâ virgine, propter Adami liberationem, nasci.

Contra errorem, quòd Christus putativè passus.

*Irenæum** prolixè multa argumenta proferit ex quibus hæc duo recitabimus. *Primum*: Christum in multis locis tantùm seu spectro, & putativè, passum esse; huic opinioni refragantem totam Scripturam. *Deinde*: si non verè passus est, quæ gratia erit & beneficium passionis ipsius? Et initio libri 5. *Vani sunt, inquit, qui putativè dicunt eum apparuisse. Non enim putativè hæc, sed in fide veritatis facta sunt. Et enim, cum homo non esset, apparebat homo; nec plenè, quod erat, verè participavit Spiritu Dei: quoniam imperfectum est spiritus, cum quodam erat in eo. Item: si talis apparuit, non existens quale videbatur, qualem prophetica visio facta est humanitus: & oportet alium exspectare adventum ejus, in quo talis erit, qualis nunc visus est prophetice.*

Contra errorem, Mundum factum esse ab Angelis.

*Irenæum** Saturnini errorem de Mundo ità refellit. *Deus, inquit, nullius indigens, verbo condidit omnia, & fecit; neque Angelis indigens adjutoribus, ad ea quæ facienda erant, sed ipse in semet-ipso, secundùm id, quod est universorum invisibilis fabricator, per Verbum suum omnia prædestinans fecit, quemadmodum ostendimus. Item: Proprium est hoc Dei superemininentis, non indigere ullius, ad conditionem eorum quæ sunt: & ministrum ei esse non oportere ad formationem omnium, proprium ejus Verbum, quemadmodum & Johannes ait: Omnia per ipsum facta sunt.*

Contra errorem, quem ex traditione Simonis magi Saturninus reperit; Hominem felicem fuisse ab angelis.

*Irenæum** ait: *Nec tantum ut & Angelos præclare fecisse mundum imaginem Dei condentes: nec de Angelis [illegible] ipsi scripturam dicere; Formavit Deus hominem, &c.* Dixisse [illegible] quisse operâ Angelorum, in condendo [illegible] Moyses enim ipse loquitur: *Nec indigebat horum [illegible] quæ ipse apud se præfinierat fieri; quasi ipse non haberet manum. Adest enim ei semper verbum & sapientia, Filius & Spiritus; per quos, & in quibus, omnia liberè & sponte fecit: ad quos & loquitur, dicens; Faciamus hominem, &c.*

Contra errorem, Quòd mala sint tantùm opinione talia.

*Irenæum** ait: *Si nihil esset malè, aut rursus bonè; opinione autem solâ humanâ, quædam quidem injusta, quædam autem justa putarentur: non utiq, dixisset Dominus, decens; Justi fulgebunt sicut sol, in regno Patris eorum: injustos autem, & qui non fecerit opera justitiæ, mittet in ignem æternum; ubi vermis illorum non morietur.*

Contra errorem, Hominem naturâ salvum fieri.

*Clemens;** *Supervacanea*, inquit, *sunt præceptiones veteri, quàm in novo Testamento: non naturâ, ajens, salvum fieri quemvis voluit Valentinus; & sic naturâ fidelis & electus, ait quidam Basilides.*

Contra errorem de Resurrectione peccatorum.

Sic *Clemens* inquit:* *Basilides* [illegible] *Scripturas explicata; falsa invidentia, & quæ sunt per [illegible] ut ne si homo aliquis non Deus, cum [illegible] Hanc dixit Scripturam [illegible] quasi [illegible]*

Contra errorem de Creatione

Clemens; [illegible] *propemodum* [illegible] *contrarium* [illegible] *in* [illegible] *ad* [illegible]

[illegible] proferendi, quæ de Patre nostro doctrina Dei nobis est tradita. Perpendens igitur de proximo eorum [illegible] Basilides imaginarium corporum completorum.

Et Carpocratianos [illegible] eorum oportere esse communes: sicut Deus totum, sanctum, & alia, omnibus hominibus fecisset communia. Atque ut hæc tam execrata videntur esse commenta Basilidæ, Carpocratis filio, hæc justitiæ definitio *Justum ita quidam esse aequalitatem* [illegible] Sic enim, in parcissimis suis extat, hanc formosa veritatis (ut Clemens* vocat) justitiam Gnostici observabant, quam hæc erga, Venerem fœdissimam promiscuo usu exercent; eamq; mysticam communionem dicebant. *Theodoretus* & hoc de Carpocratianis refert: docuisse eos, propterea in corpora animas mitti, ut omnis generis libidinis & petulantiæ expierent.

* lib. 3. Strom.

De Resurrectione.

Corporum resurrectionem & finem, prorsus negarunt Basilides & Carpocrates. Sanctimonia verò, ejusmodi animæ (cum ad Deum ire fuit: ut dicat, eam, quia sit scintilla [illegible] corpori à Deo, post dissolutionem corporis eò [illegible], unde descenderit; corpus verò interire. *Philaster, Theodoretus, Epiphanius.* De quo errore, *Irenæus** ait, Hæreticos has duas commentos esse rationes: primùm, quòd ignea currus, quo sublatus Enoch est, ejus carnem absumserit: deinde, quòd scriptum sit, *Carnem & sanguinem non hæreditaturos vitam æternam.*

* lib. 5.

De statu post Resurrectionem.

Pythagoricam [illegible] admiserunt Carpocratiani. Sicut enim illi, propter voluptates, in alia ex aliis corpora migrare animas, asseverarunt: ità contrà Basilides [illegible], propter pœnas peccatorum prioris vitæ, in alio [illegible], in aliud concludi. Sic enim de Basilide [illegible]* scripsit: *Basilides fundamentum dicit; animam, quæ prius peccaverat in alia vitâ, hic pati supplicium.*

* lib. 4. Strom.

De Adiaphoris.

Sanctimoniam *Theodoretus* ait docuisse, abanimatis abstinendum esse. Eorumq; multos, qui eum secuti sunt, *Irenæus & Epiphanius* scribunt, ab illis abstinuisse.

Basilides contrà, etiam idolothytis, seu victimis, & rebus iis, quæ simulacris immolatæ essent, indifferenter, & sine ullo conscientiæ, etiam in casu scandali; vesci jussit. *Eusebius, Epiphanius.*

De Confessione & Martyrio.

Basilides docuit; fidem persecutionis tempore incunctanter, etiam perjurio, negandam: nec subeundum pro Christo martyrium esse; ideò, quia non ipse aut passus sit, aut crucifixus; sed Simon Cyrenæus. *Irenæus, Philaster, Theodoretus, Tertullianus, Eusebius, Epiphanius.*

De Libertate, seu potius Licentiâ vitæ.

Docuit idem Basilides, (ut *Irenæus** indicat) omnibus operationibus, & universâ libidine, indifferenter utendum esse.

* lib. 1. cap. 23.

Carpocrates verò, omnis generis turpitudinem, & pollutionem naturam, atque adeò esse necessariam dixit; ut sine eâ nemo perfectionem mystagogiæ consequi posset: nec quidem posse aliâ ratione mundanos principes vinci. Animas ipsas, nisi sufficienter turpes actiones, semel in corpus missæ, consummarint; aliquoties in alia atq; alia corpora compelli: donec libidinis & turpissimarum operationum pensum persolverint. Sic enim de Carpocratianis *Theodoretus* scribit: *Cùm Pythagoricas à corporibus in corpora migrationes admisissent; quod ei connexum à Pythagorâ diceretur, non admiserunt. Pythagoras enim docebat: animas, quæ peccarant, mutorum corpora; ut & pœnas darent, & vitæ emendarentur. Isti autem, contra affirmant illas in corpora irrationis; quæ Pythagoricæ disciplinæ repugnat. Dicunt enim; animas mitti in corpora, ut omne genus libidinis & petulantiæ peragant. Ubique [illegible] in uno defuncta impleverint, [illegible] alibi mittantur [illegible] peccarant; & hic [illegible], & scipsas [illegible] corpora explere.* Idem, omnibus, demantuis [illegible] hostiis prius diversis [illegible] Nec enim [illegible] docuit [illegible]

* lib. 1. cap. 24.

De Fatalitate.

Item, * Carpocratianos ad tantum insaniæ & audaciæ progressos, ferunt: ut eorum quidam fatales illas dixerint Jesu ad Petro; Andreâ, Paulo, reliquisq; Christi discipulis, præstantiores reputaverint, ideò, ob excellentiam cognitionis; & ampliorem per actiones adversorum notitiam.

* vide cap.

De Somniis.

Somniorum prophetias alias esse dixit pronuntiatas ab Angelis, qui Mundum fecissent; aliàs à Satanâ. *Irenæus, Theodoretus, Epiphanius.* Basilides autem proprios sibi somnia prophetias, non ea sibi tantum: quod barbaris, ut terribiliores viderentur, nominibus, Barcabam & Barcoph nuncupavit. *Theodoretus, Eusebius, Epiphanius.* Hinc est, quod *Hieronymus* inquit; *Basilidem suum Testamentum non accepisse.* quod alii etiam de Carpocrate narrant.

De Silentio.

Eusebius, ex testimonio Agrippæ Castoris, (quem confutationem edidisse scribit eorum, quæ secundùm sectam Basilidis fuerunt) ait; eum sectatoribus suis injungere solitum silentium Pythagoricum, quinquennio præstandi. Quemadmodum & Carpocratiani, non quibuslibet revelari oportere sua mysteria, censebant; sed iis tantùm, qui crederent. Nam & Jesum in mysterio cum Discipulis & Apostolis suis locutum esse seorsim; ut qui digni essent, per fidem & charitatem, illis, quæ præcepisset, obtemperare; dicebant. *Theodoretus*, * *Irenæus** autem, Carpocratianos censuisse, refert, mysteria eorum omninò non effari oportere; sed in abscondito continere per silentium.

* lib. 1. * lib. 1. cap. 23.

De Imaginibus.

Narrat *Irenæus & Epiphanius*; Gnosticos occultè usos fuisse quibusdam imaginibus, coloribus depictis; seu ex auro etiam, argento, & simili materiâ, factis: quas dixerint esse imagines Jesu; & sub Pilato, ad effigiem Jesu versantis inter homines, factas. Præterea etiam Philosophorum quorundam, ut Platonis, Aristotelis, Pythagoræ, & aliorum, imagines habuisse eos, dicunt: quas ad imagines Christi collocarint; ac, Gentium more, sacrificiis & & adorando coluerint. Usi est & Pauli ac Homeri imaginib* Marcellina: quæ decepta à Carpocratianis, (ut *Epiphanius* prodidit) eorum venenum sparsit Romæ, sub Aniceto. *Augustinus.*

De Magiâ.

Magicas præstigias & incantationes Gnosticis ex professo tribuunt scriptores. ut *Eusebius*, * *Simonis*, inquit, *præstigia, non occultè, sicut ille; sed jam manifestè tradenda esse, judicarunt: ità ut de philtro curiositatis, quæ ab illo perficiebantur, deq; quibusdam somniorum artificibus, & assessoribus dæmonibus, gloriarentur.* Sic enim & Simonis scientiam professum esse Saturninum, *Epiphanius* affirmat. qui & Carpocrati diversa incantamenta, & præstigias dæmonum, tribuit. quemadmodum & *Theodoretus* de Carpocratianis inquit: *Præstigiis utuntur; & dæmones invocant.*

* lib. 4. cap. 7.

De nomine Gnosticorum, eorumq; Sectis.

Gnosticos autem se dixisse eos, qui Carpocratis sectatores essent; ex *Irenæi* narratione de Carpocrate apparet. Et *Eusebius*, parentem Gnosticorum Carpocratem, [illegible]. Quanquam alii, inter quos est *Philaster & Epiphanius*, Nicolao Antiocheno hanc hæresin emersisse, prædicarint. Et *Theodoretus*, quemadmodum & *Clemens*, Proclici sectatores; non Carpocratis, Gnosticos dixit.

Sed, quod ad Nicolaum attinet, ita res se habere videtur: quòd femina prima quidem hujus infamis sectæ Nicolaus procreârit; quæ excepta Carpocrates eruditi, auxit, ad florem perduxit, & quàm lætissimè diffudit.

Indicat autem nomen ipsum cognitionis, a quâ [illegible], qui Carpocratem sequerentur, Gnostici [illegible] multis modis & impudentem eam [illegible] dinem: q, ob cognitionem rerum [illegible] stris & potentis similis, [illegible] simulo sibi arrogarent; [illegible] corporeum illum [illegible] nitum scribit, [illegible] dæmonibus [illegible] nem colligunt. Et [illegible] esse

Sedat;

Nomen ex Epiphanii narratione de Gnosticorum origine. Aliquos enim eorum vocatos ait Borborianos; quosdam Barbelitas; nonnullos Coddianos: Ideo Secundianos, Ptolemæos, & Zachæos.

De Libris eorum.

Deo, citrà autoritatis aliquid fortasse & obscurum eorum negligendum: etiam liberos eorum filios & discipulos confutemus: ut Irenæus, Epiphanius, Eusebius, Theodoretus, Quæstiones Veteris & Novi Testamenti, Hæreticarum fabularum libros, &c. Hæc magis videntur eorum proferenda, monstrandaque nostris diebus notæ: in eos solitos discipulos suos cautos, in posterum effutire parte dextræ aures.

Quibus in locis hos potissimùm asseclas habuerint.

Epiphanius, Samaritanum & Basilidem fuisse discipulos, dicit: unde verisimile est, eos primùm ibi fuisse, & communi errore suos & dolos propagâsse: postea verò, latebras dissipandi erroris gratiâ, diffugisse eò. Gaudet enim celeritate quilibet error, nec satis est Diabolo, unam aliquam hominum partem tetrâ fide esse: sed, quantum in se est, affectat perditionem omnium. Saturninus igitur, cùm Antiochenus esset, in Syriâ se continuit; agens ibi quasi Diaboli vicarium: qui eum locum præ cæteris ideò acerrimè odisse videtur, quia celebris ibi Ecclesia, per Apostolos, ædificata erat. Basilides verò in Ægyptum fecesit: ibique suum virus nocentissimum longè latèque sparsit, ad partes Protopitæ, (ut Epiphanius ait) & Achribæ; item ad Saiten & Alexandriam. Fuit & Carpocrates in Ægypto.

Cumque nullus fuerit infamis & detestabilis error; ut ab eo omnes abhorreant: docuisse eos magno successu, indè conjicere est; quòd de Scholis eorum ubique ferè dicitur: ut de Scholis exotis Saturnini & Basilidis, apud *Nicephorum*; de magnâ verò Scholâ Carpocratis, apud *Epiphanium*. Ut quæ indefessos Diaboli conatus, & errorum pertinaciam, magis videas: narrat *Epiphanius*, reliquias quasdam hæreseos Gnosticorum, sub sua adhuc ætate viguisse.

CONFUTATIONES GNOSTICORUM *errorum, ex scriptis Doctorum ejusdem seculi.*

MEminit *Eusebius*, exstitisse adhuc suo tempore libros *Agrippæ Castorii* cujusdam: in quo omnes dolos, versutias & fallacias Basilidis, magno primùm artificio detexerat; ac deinde argumentis validissimis refutatas fuisse. Sed præter nomen, & hanc ipsam de Agrippâ significationem, hodie nihil habemus.

Epistolæ, quæ hodie *Ignatii* nomine circumferuntur, errorem hunc Gnosticorum; Christum putativè tantùm, seu umbratiliter, non verè, natum & passum esse; sæpissimè impugnant, & ex ipsis sacræ Scripturæ testimoniis refutant: præsertim illæ, quæ ad Trallenses, Tarsenses, & Smyrnenses, scriptæ sunt. Ac Basilidem nominatim *epistola ad Tarsenses* perstringit: quæ & Scholam ipsius collectionem vocat malignitatis.

Meminit deinde & *Justinus* Basilidianorum & Saturnianorum, non aliter; quàm ut eorum hæresin damnet, & abeâ sibi cavere omnes jubeat. Et *in Dialogum cum Tryphone*, contra Carpocratis blasphemiam (Christum genitum esse eâdem modo, quo homines omnes alii) sæpe urget illud Esaiæ, de admirabili nativitate Christi: *Generationem ejus quis enarrabit?* Ubi & expressè sic inquit, enarrans aliud quodlibet Esaiæ dictum, *Ecce virgo concipiet, &c. Si vulgari more hominum nasceretur erat ex coitu: cur Deus tanquam quid quam pollueretur, quod commune est primogenitis omnibus? Mentitur autem* in versiculi cujusdam fini, contra omnes scriptas ad sua usque tempora scripturas, quod ad nos non pervenit. Sed in primis *Irenæus*, in confutandis his blasphemiis & vanis magis, diligentiæ & operæ pretium fuit: atque ex professo, contra easdem ipsius ejusmodi portentorum, libros suos diversis quasi capitibus confutationes finxit, & impostoras illorum Harmonias, seu Concordias, solvere nostrum. *Irenæus*, de [illegible] dicit; *nefarie eos uti Scripturis, ad confirmationem erroris.* Cujus rei generalis solutionis est, quæ

Contra errorem, quòd Christus putativè tantùm passus sit.

Irenæus * primùm multa argumenta profert; ex quibus nos hæc duo recitabimus. *Primum*: Christum non putativè tantùm seu spectro, & putativè, passum esse; hoc opinionis recinimus tota Scriptura. *Deinde*: si non verè passus est, quæ gratia erit & beneficium passionis ipsius? Exinitio *libri 3. Vani sunt, inquit, qui putativè dicunt eum apparuisse. Non enim putativè hæc; sed in substantiâ veritatis fabricata sunt. Si autem non homo non esset, apparebat homo; neque, quod erat, veri participavit Spiritus Dei: quemadmodum nec filius est, spiritus magnitudinis quædam erat; in eo scilicet: si talis apparuit, non existens quod videbatur, quædam prophetica visa fuisse hominibus. Et oportet alium exspectare adventum ejus, in quo talis erit, qualis nunc visus est prophetice.*

Contra errorem, Mundum factum esse ab Angelis.

Irenæus * Saturnini errorem de Mundo ità refellit. *Deus, inquit, nullius indigens, verbo condidit omnia, & fecit; neque Angelis indigens adjutoribus, ad ea quæ à se fiunt, &c. sed ipse ut semet-ipse, secundùm id, quod est, prænarrabile & inenarrabile habens in semet-ipso, omnia prædestinans fecit, quemadmodum voluit. Irrisus Proprium est hoc Dei superemminentis, non indigere ullius rei, ad conditionem eorum quæ sunt: & [illegible] ad formationem omnium, proprium ejus Verbum quæ facta sunt & Johannes ait: Omnia per ipsum facta sunt.*

Contra errorem, quem ex traditione Simonis magi Saturninus reperat; Hominem scilicet factum esse ab angelis.

Irenæus * ait: *Nec tantum autem sibi Angelos præbere potuit, aut magnum Deum condidit: nec de Angelis, sive de Deo ipsorum veram dicere; Formavit Deus hominem, &c.* Divinum enim fuisse operâ Angelorum, in condendâ [illegible] Deum: ipse enim ipse loquitur: *Nec indigebat horum Dominus ad faciendum quæ ipse apud se præfinierat fieri; quasi ipse sibi non sufficeret ad omnia. Adest enim ei semper verbum & sapientia, Filius & Spiritus; per quos, & in quibus, omnia liberè & sponte fecit: ad quos & loquitur, dicens; Faciamus hominem, &c.*

Contra errorem, Quòd mala sint tantùm opinione talia.

Irenæus * ait: *Si nihil esset malè, aut rursus bonum; opinione autem solâ humanâ, quædam quidem injusta, quædam autem justa putarentur: non utiq; dixisset Dominus, docens; Justi fulgebunt sicut sol, in regno Patris eorum: injustos autem, & quæ sunt eis opera injustitiæ, mittet in ignem æternum; ubi vermis eorum non moritur.*

Contra errorem, Hominem naturâ salvum fieri.

Clemens * *Supervacanea*, inquit, *sunt præcepta tam in veteri, quàm in novo Testamento: cùm naturâ salvus fiat homo, ut vult Valentinus; & sit naturâ fidelis & similis, ut putat Basilides.*

Contra eorum de Resurrectione commenta.

Sic *Clemens* inquit: * *Basilidis non [illegible] sed solas imposturas, & quæ sunt eis similia commenta: proinde ac si homo aliquis, non Deus, esset qui [illegible] et donum [illegible] Scripturæ. Et [illegible] Valentinus, [illegible] Spiritum, in natura [illegible] ad [illegible]*

Contra errorem de Generatione.

[illegible] propensiorem [illegible] contra [illegible] Marcionem. Et in [illegible] Spiritum, in natura [illegible] ad [illegible]

Quæ testimonia apposuit Irenæus, ostendit, quòd nihil à se ad veritatem ex Scripturis complectendam corporum mutationem & fuisse & esse dixerit.

Contra errorem de Animarum transitu in alia corpora.

Opinionem Basilidis & Carpocratis multi refutarunt. * Si, inquit, & per ipsum confitetur & corpus simul salvari, quid amplius ex nobis fecit? Quid enim amplius consecutus est, qui in hoc credidit, quàm nos? Quod si & nos, quemadmodum & ille, salvabimur, & quidem sine labore ullo. Et infra: Vanum & prave & infeliciter de separatione corporis sentit, quem quidem animam nec quidem & mortalia corpora? Ac quidem in primo rejecerat Deum, incorporalem corporalia facientem. Idem libro 5. Vanigent, inquit, qui resurrectionem carnis negant; dicentes, eam non esse capacem incorruptelæ. Sic autem nos Dominus sanguine suo redemit nos, quemadmodum & Paulus Ephesiis testificatur, sanguinis ejus, inquit, quæ sunt membra, communicatio corpus ejus efficit. Sanguis enim ejus [illegible] & carnibus, & reliquâ quæ est plasmatio humana fabricatus, quæ vere fuisset Verbum Dei, nisi vere sanguine & carne redemisset nos. Ait & libro 5.* contra hanc ipsam hæresin, salubri sententia contradicentem: *Quomodo dicunt carnem hanc corruptionem devenire; quæ à corpore Domini & sanguine alitur?*

Contra errorem de Animarum transitu in alia corpora.

Irenæus * inquit: *Animæ in uno corpore existentes, nihil meminerunt eorum, quæ antè fuerunt. Quod cum non fiat: si ad completionem aperta, in unum corpus præteritorum, in aliud excludentur. Quomodo enim priorum meminisset; & quæ nondum habita à quo requireret. Deinde si quæ in somnum abeunt animæ, earum similitudinem gerunt: multòque eas etiam, quæ in alio corpore fuerint, recordari oporteret.* Et *cap. 49.* inquit: *Nemo carnem habet præter Deum solum; at non animæ corpori proprium quid donare existimo. Et ibidem, adimplere memoro, quem ipse Dominus dixerit, mensuram, quicunque fuerit dispositi invitam, eam quæ in corpore & sine habenti animam, & sine spiritum, in quo præcessimus Deo. Qui autem prius fuerint, abibunt in [illegible] habentes animam & sua corpora, &c.* Et paulò post: *Ut non solum perseverare, non [illegible] habentes animas; sed & characterem corporis, in quo [illegible] custodire eundem: & memoriam operum, quæ egerunt hic; & à quibus cessaverunt.* Refert; eundem quoq; errorem *Clemens.**

Contra errorem de Prophetis.

Prophetas ex eodem Spiritu, non ex diversis diis, locutos esse; indè existimare licet: quòd omnes unum Deum & Dominum prædicaverunt, & ipsum factorem cœli & terræ, & omnium quæ in eis sunt; & quòd adventum Filii ejus annunciaverunt &c. Nec obstat, quòd diversis nominibus usi sint: ut Sabaoth, Elohim, Adonai, & similibus. Eundem enim omnes istæ appellationes Deum omnipotentem creatorem cœli & terræ, & patrem Domini nostri Jesu Christi ostendunt. Irenæus.*

De successoribus Basilidis, & Carpocratis, successoribus.

Scripserunt *Clemens* & *Theodoretus*; filium fuisse Basilidis, Isidorum nomine: qui duas hominis animas tribuit; eodemadmodùm Pythagoras; & pleraq; patris nugosa commenta (ut *Theodoretus* inquit) auxit & confirmavit.

Isidorus & Carpocrati filius Epiphanes, qui & ipse patris [illegible] ampliores reddidit: & autor fuit libri [illegible] de justitiâ: quem confutat *Clemens, in principio 3. Strom.* ubi inter cætera de Epiphane inquit: *tum & hos fundamento, Deum omnia fecisse omnibus communia; ut [illegible] & [illegible] leges civiles; ut quæ divinam violarent [illegible] communia propriis juris facerent. [illegible] fœminarum [illegible]. Igitur, non concupiscere, quod licet de omnibus, quæ non conveniunt fœminam sint concupiscenda.* His successit Prodicus quidem ni Carpocratis [illegible] amicus, in eorum quæ [illegible] [illegible] [illegible] dixit. Et [illegible] [illegible] [illegible]

nis Filium: unde verisimile fieret, Deum, quem Prophetæ novissent & prædicassent, non esse Patrem Christi. Pluresque recitantur etiam lib. 4. cap. 12. 36. 46. 47. & lib. 2. cap. 42. 43. 46.

De Christo.

De hoc monstroso & perplexè lusit. Ait, eum carnem è cœlo detulisse: neque quicquam de Maria assumsisse; sed per eam tantùm fluxisse, sicut aqua per rivulum aut canalem illabitur. Quod somnium de Valentino prodiderunt, *Irenæus, Philaster, Tertullianus*; qui * etiam hac phrasi usum eum scribit: *Christum natum esse per virginem, non ex virgine.*

Basilem dicit; eum ex paucis Apostoli verbis (FORMAM SERVI ACCIPIENS) hoc sibi figmentum confinxisse, atque indè falsò ita ratiocinatum esse: *formam quidem servi, at non servum ipsum à Christo fuisse assumptam.*

Habuit Valentinus & alias supra modum monstrosas de Christo speculationes: de quibus *Irenæus, Theodoretus & Epiphanius.* Christum enim dixit ex quatuor fuisse compositum: ex spirituali, ex animali, ex dispositione, & de salvatore. Et passum quidem esse secundùm has posteriores partes; quatenus scilicet animalis fuerit, & de dispositione fabricatus: non autem passum esse secundùm id, quod in eo spiritale fuerit; semen scilicet à matre acceptum, quod impassibile & invisibile fuerit, etiam ipsi Demiurgo. itaq; secundùm hoc passum esse, quod in eo fuerit de Salvatore. Fuisse enim hoc ipsum, quæ descenderit in eum, columbam: spiritum scilicet Christi, quem pati impossibile fuerit; ideò quòd incōprehensibilis & invisibilis esset. ideoq; ablatum etiam esse eum, cum ad Pilatum ductus fuisset Christus. Hæc de Valentini magis *Irenæus*: * ubi & paulò antè dixit: esse inter Valentinianos quosdam, qui prodant, Demiurgum emisisse Christum filium suum; sed animalem: & de hoc per Prophetas ipsum locutum esse.

Tertullianum verò * Valentinum etiam sic docuisse testatur: *Carnem Christi fuisse animalem; & animam vicissim carnem. Si enim anima facta sit caro, ergo & carnem animam factam, ossi consentaneum, sint & angelum & hominem Christum egisse, Scriptura affirmaret; qua Christum magni consilii angelum dicerat.* Et ex dicto Esaiæ, *Vocate annum Domini acceptum, & diem retributionis*; idem *Irenæus* * Valentinianos pronuntiâsse scribit: *Christum eum tantùm annum, post Baptismum prædicâsse; & mense* XII. *passum esse, quod significatum fuerit per defectionem Judæ, qui duodecimus fuit Apostolorum: & per mulierem, profluvium sanguinis passum eum duodecim.*

Nec minùs portentosum est, quod Marcus somniavit, Christum generatum fuisse ab Anthropo, Ecclesiâ, Logo & Zoe. Et locum Logi implevisse Gabrielem: Zoe spiritum sanctum: Anthropi, Virtutem altissimi: Ecclesiæ, Virginem Mariam.

De Marci deinde sectatoribus, etiam hæc *Irenæus* * prodidit; *eos ex duobus dictis Scripturæ dolorum tale confinxisse: Christum annuntiâsse ignotum Patrem; & præterea, ipsum unum fuisse discipulos in duodecim tribus, annuntiantes ignotum eis Deum, quem ante adventum Christi nemo cognovisset.* Dicta Scripturæ, quibus hoc probare voluerunt, sunt: *An nescitis hac quoniam his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse?* Et, *Confiteor tibi, Pater, Domine cœli & terræ, quoniam abscondisti à sapientibus & prudentibus, &c.* Et, *Nemo cognovit filium, nisi pater: nec patrem quis cognovit, nisi filius; & cui voluerit filius revelare.*

Hoc verò de Marco *Philastrius* scribit; distinxisse eum inter Christum & Jesum: & Christum quidem, fuisse illam columbam, quæ in Jesum, & duodecim postea Apostolos, descendisset. Quod discrimen etiam *Theodoretus* indicare videtur, cùm ait; *Jesum servatorem nominant; & Christum verbum.*

Addit & hoc *Philastrius*; sensisse eum, quemadmodum Basilidem, Christum tantùm putativè apparuisse: & passum fuisse, non verè; sed quasi per umbram.

De Creatore.

Finxerunt triginta Æones, id est, annos: ex quibus Bython & Sigen dixerunt reliquos omnes procreâsse. Dicunt enim, Salvatorem, Christum scilicet, nemini Deorum appellari nefas putant, mysterium horum [illegible] ostendisse; quòd per triginta annos in manifesto nihil fecerit. Atq; hinc parabolam de operariis in vineâ detorquent: quorū alii circa horam primam alii circa tertiam, alii circa sextam, reliqui circa nonam & undecimam, in vineâ missi sint: quæ horæ cum simul sint, efficiant triginta. quem numerum, typum & declarationem fuisse triginta Æonum, insulsissimè nugari sunt. *Irenæus,* * *Epiphanius, Philastrius.*

Unde manifestum est; negâsse eos creationem ex nihilo: & materiam Mundi, opinione planè philosophicâ & poëticâ, posuisse. Nam Chaos, Erebus, Bythos, Sige, reipsâ eadem sunt; licèt verbis diversâ & voluit Satan ludere illos miseros Hæreticos; tanquam qui, ex ignotis principiis, ignota incertaq; concluderent.

Narrat *Theodoretus* de Valentinianis, somnium magis monstrosum: quòd dixerint, *Matrem suæ cogitationis esse ex affectionibus, tristitiâ, metu, dubitatione, & ignorantiâ: ex quâ creator, & omnium animæ factæ sint: ac tantum omnia creatoris facta esse verbo subsistentia, ex risu verò lucem, &c.*

De Homine.

Ex *Irenæo* * apparet; Marci sectatores, diversos homines, & sex binos, seu quaternos, conditos initiò esse, docuisse aiteenim: *In octavo dierum formatum dicunt hominem. Aliquando enim dicunt eum septimo die factum; aliquando autem octavo: nisi fortè eorum quidem unusquisque septimo dierum dicunt formatum; carnalem autem in octavo definita cum sint hæc apud eos. Quidam autem & alterum esse volunt, qui secundùm imaginem & similitudinem Dei factus sit, hunc masculo fœmineum; & hunc esse spiritalem: alterum autem, qui ex terrâ plasmatus sit, Seth.*

De Peccato.

Valentinum docuisse, *Augustinus* scripsit, de tricesimo Æone Diabolum genitum: & à Diabolo alios natos, qui fecerint Mundum. & ideò malitiam non arbitrio tribuit; sed naturæ Mundi, hoc est, generi diabolico.

De Salute.

Scribit *Clemens,* * *Valentinum perinde, ut Basilidem, sensisse; homines naturâ salvos fieri.* Quanquam hoc de solis sectæ hominibus ita videtur sensisse. & in eam sententiam Clemens * citat Valentini verba, quùdam Homiliâ ad amicos: *Ab initio estis immortales, & filii vitæ æternæ.* Sic & *in 2. Stromatū Valentinianos,* inquit, *cùm nobis quidem simplicibus fidem tribuerint; sibi, qui naturâ salvi fiunt, volunt esse cognitionem excellentis abundantemq; seminis: dicentes, eam esse longè magis à fide separatam, quàm spiritale ab animali.* Item de Valentino *Irenæus* * scribit, & *Theodoretus: Dicunt, se quidem servari ex solâ cognitione, nos autem, qui Catholici seu animales vocant, ex fide & bonâ actione.*

Narrat etiam *Epiphanius*, eos tres fuisse hominum ordines: primum spiritualem, quem sibi-ipsis & Gnosticis vendicaverunt; & in quo nullo labore opus sit, nisi solâ cognitione & mysteriis; & qui necessariò salvetur, quicquid tandem fecerit: alterum verò ordinem hominum in Mundo, quem animalem vocant; & in quo per se-ipsum salvari nemo possit aliter, quàm labore & justâ operatione: tertium, materialem; qui etiam hominum sit in Mundo eorum, qui cognitionem capere non possint, etiamsi velint; sed cum animâ simul & corpore pereant.

De Baptismo.

Ritus in baptisando & initiando, Marci sectatores, diversos aliquot; omnes autem prodigiosos, usurparunt quemadmodum *Irenæus* * prolixè commemorat, & *Theodoretus.* Sic enim baptisantes dixisse, ait: *In nomine ignoti Patris omnium, in veritate Matris omnium, & in nomine descendentis Jesu ad eudionem & redemptionem & communionem virtutum.* Quosdam verò, *Irenæus* addit, etiam usos esse eorum Hebraicorum verborum formulis: quæ ipse recitat. Alios non ad aquam ducere consuesse, ut initiandos: sed liquorem, ex oleo & aquâ mixtum, capitibus eorum primùm infundere; postea inungere opobalsamo.

De Perfectione.

Illi, qui à Marco desciscunt, dicti, & quemadmodum *Irenæus* * prodidit, esse perfectissimos, eò quòd, ut nemo possit exæquari magistratui agitionis eorum: nec, ut Paulum quidem, aut Petrum, aut alium quemcunq; divas

Apo-

* in lib. de carne Christi.

* l. 1 c. 1.

* l. 1 c. 15.

* l. 1 c. 17

* in lib. de carne Christi.

* l. 1 c. 1.

* l. 3 c. 1.

* l. 2 c. 4 Strom.

* l. 4 Strom.

* l. 2 c. 1.

* lib. 1. cap. 18.

* lib. 1. cap. 9.

Apostolum. se enim plus omnibus cognovisse & magnitudinem cognitionis illius, quæ est immensibilis virtutis, solos ebibisse. In quem verò [illegible] gloriari solitos, se esse albos illos & inviolatores, de quibus Daniel dicat capite 12. De Marco etiam *Irenæus** dicit; facilè esse eum, se scientissimum esse, & perfectissimum, & virtutem maximam à legis invisibilibus habere.

*l. 1. c. 9.

De Conjugio.

Uxores Valentiniani communes habuerit; sicut Gnostici, & recitat; aliqua de turpia libidinum, quas aliàs occultè & dissimulanter [illegible] manifestè, omni exuto pudore, exercere solitos fuisse, *Irenæus* quæ de Valentinianis, de verbo etiam *Epiphanius* retulit. Denique, nihil aliud, quàm turpia & libidinosa meditantes, eò usq; insaniæ processerunt; ut etiam Salvatori & Angelis sponsas tribuerint. Sic enim *Irenæus: Spirituales exspoliatos, animosq; & spiritum intellectuales factos, atque invisibiliter inter pleroma immissos, sponsas reddi dicunt ea, quæ circa Salvatorem sunt, Angelis.*

De Libertate.

Ideò autem, tam sinè omni reverentiâ & pudore, turpiter se, incestui, adulteriis, & fœdissimis quibusque libidinibus, dediderunt: quia licentiam vitæ, & turpes voluptates, quibus abundant, non excutere crediderunt gratiam Dei & salutem. Quapropter & liberè eos omnia agere consuevisse; nullum in nullo timorè habentes: *Irenæum** tradidit.

*l. 1. c. 9.

De Adiaphoris.

Idolothytis, citra læsionem vel Dei, vel conscientiæ, quemlibet vesci potuisse; docuerunt Valentiniani. In quam tententiam, etiam Ethnicorum festa celebrarunt: quemadmodum scribunt *Irenæus & Theodoretus.* Irenæi verba sunt: *Idolothyta indifferenter manducant, nihil inquinari ab iis putantes: & in omnem diem festum Ethnicorum, pro voluntate, in honore eorum factum, primi conveniunt.*

De Immortalitate & Resurrectione.

Valentinus & Marcus, sicut Gnostici, animam tantùm salvari dixerunt; corpus verò non. Autores sunt, *Irenæus, Tertullianus, Augustinus.* Ratio est: quia dicat Paulus; * *Carnem & sanguinem non hæreditaturum regnum Dei.*

* 1 Cor. 15. 50.

De Scripturâ.

*Tertullianus** de Valentino, *Legit*, inquit, *& Prophetarum quædam probat, quædam improbat: id est, omnia improbat, dum quædam reprobat. Evangelium habet etiam suum, præter hæc nostra.* Et *Irenæus** scribit; eos, qui Marci hæresin secuti sunt, inenarrabilem multitudinem apocryphorum, & scripturarum quas ipsi finxissent, ostentare solitos, ad stuporem imperitorum.

* Lib. de Præscript. cap. 38.

* l. 1. c. 17.

De Prophetiâ.

Marcus apertè sibi arrogavit potestatem, conferendi aliis donum gratiæ & prophetiæ: divinum enim se spirare, simulavit *Irenæus** inquit. ad quam rem variis illusionibus & fascinationibus usus est: quas idem commemorat. Quoscunq; igitur dignos suâ gratiâ judicavit, prophetare fecit; maximè mulieres, easq; honestas & divites: in quibus seducendis plurimum studii sui posuit.

* l. 1. c. 9.

Narrat & hoc *Irenæus*: quòd in cœnis, qui Marci hæresin professi sunt, certatim sortibus colluserint; & sibi-ipsis invicem imperarint, ut prophetarent.

Et *in capite præcedenti*, Marcum ipsum *Irenæus* præcursorem vocat Antichristi. Quòd-si tempora, quæ sunt consecuta, consideres: non omnino falsum fuit, aut absurdum. Habet enim regnum Antichristi, quædam istis temporibus non admodum absimilia.

De Magiâ.

Artes magicas Marcus, cum suis, docuit & exercuit: & magum eum, *Irenæus; & Epiphanius*, magicæ impostoræ experissimum, vocat. Qui & de quodam genere ejus fascini, quo in distributione doni suæ gratiæ usus est, ità refert: *quod solitus sit proponere eorum & auditorum suorum oculos prætingere, calice vino repleto, quod rubrum & purpureum subitò apparere fecit; ut putaretur sanguis supernarum potestatum in calicem destillasse, &c.* Recitat & alias eorum præstigias; quibus ducti ad judicos, se fecerunt incõprehensibiles & invisibiles. Marcum certè veneficiis amorem mulierum sibi conciliâsse; ex *Irenæi* narratione apparet: qui quidem [illegible] quosdam ex ejus hæresi ad Ecclesiam reversos, scribit confessos fuisse; se à Marcone circumventos, ut in eum vehementer exarserint.

De Literis Græcis.

Monstrosas & insanas Marci speculationes, de literarum Græcarũ prodeuntibus & successionibus, ad fastidium usque legentis, *Irenæus* pertradavit: sicut & ultionis eorum mysteria. Veritati enim corpus tribuit; cujus membra in viginti-quatuor literas Græcas partitus est; ut, unumquodq; ejus membrũ binis literis circumscriberetur. Sic & nomen Jesu & Christi, numeris, ex literis Græcis prodeũtibus, prodigiosè inclusit. *Philastrius* verò de Marco sic inquit: *Viginti-quatuor literas perfectionem habere dixit omnium rerum: proinde & dixisse Christum; Ego sum α & ω.* Ait & *Theodoretus: Viginti-quatuor literis Æonas assimilavit: & hos quidem mutas, illas semivocales, alias verò vocales, appellavit. Et mutas quidem*, Irenæus* inquit, *literas novem putat esse patris & veritatis, quoniam sine voce sint, hoc est, inenarrabiles. Semivocales autem, cùm sint octo, Logi esse & Zoës. Vocales autem, & ipsas septem, esse Anthropi & Ecclesiæ: quoniam per Anthropum vox progrediens, formavit omnia, &c.* De summâ errorum hujus Sectæ hactenus.

* l. 1. c. 10.

¶ Ex hac commemoratione manifestum est; huic hæresi in plerisq; propemodum convenisse cũ superioribus: & eadem nugas & insanias, tantùm aliis autoribus, & novo quodam patrocinio, esse disseminatas. Nunc, ubi vixerit, & hoc virus suũ lethale Valentinus sparserit; quos item socios habuerit, & successores; quos verò contradicentes; breviter exponemus.

Romæ quamdiu fuerit, hoc ignoratur. habuisse autem ibi Scholam celebrem, (in quâ maxima fuerit existimatio, *ut Clemens ait*, Heracleonis ejus, qui multa scripsit) & multos in errorem seduxisse; satis constat. *Philastrius* tantùm provinciæ cujusdam in Cypro meminit: ubi eum ait portentosas suas nugas esse professum. Et ex *Epiphanio* liquet; eum in Cyprum, Româ relictâ, se-se recepisse: ubi, mente motus, à fide prorsus defecerit; & in eam, quam sparserat, improbitatem totũ se demerserit. Sed, antequàm Romam abierit, ait eum docuisse in Ægypto; & in multis ejus partibus exitiosæ suæ doctrinæ semina reliquisse: ut in Arabite, Prosopite, Arsenoite, Thebaide, inferioribus partibus Regionis maritimæ, & Alexandriopolite præfecturâ. Fortan etiam in vicinià Alexandriæ versatus est.

Marcum verò, *Irenæus* scribit, in Asiâ cujusdam Diaconi, à quo hospitio fuerat susceptus, uxorẽ formâ præstantem abduxisse. Ex quo constat, eos, circulatorum & impostorum more, varias regiones peragrâsse; & venena sua nũquã in uno, sed pluribus diversis locis, ditsipâsse. ut & in eodem loco *Irenæus* testatur; ad Gallias usq; istos seductores pervasisse, & Rhodanenses mulieres multas seduxisse: quarum aliquæ, motæ haud dubiè tectæ turpitudine, ab eâ rursùs desciverint; & per pœnitentiam ad Ecclesiam reversæ sint.

De sociis & successoribus Valentini & Marci.

Valentini & Marci successores fuerunt; Ptolemæus, Secundus, Heracleon, Bassus, Colarbasius. Inter quos, Ptolemæus quatuor Æonas maluit affirmare. Secundus verò, infinitos esse voluit. Heracleon, de duobus principiis quæ prima ponit, productam asserit generationem multorum principiorum: ut *Philastrius* refert.

Augustinus de Heracleonitis etiam hoc prodidit: *Feruntur*, inquit, *suos morientes novo quodam modo quasi redimere; videlicet per oleum, balsamum & aquam, & invocationes, quas Hebraicis verbis dicunt super capita eorum.*

Idem & Colarbasum ait affirmâsse, *vitam omnium hominum, & generationem, in septem fatibus consistere.*

Enumerat autem *Theodoretus*, præter hæc, alia etiam monstra; quæ ex Valentini scholâ prodierunt [illegible] monstrosis etiam appellationes recedentium fuisse, seu Borborianorum, vel Nasenorũ, vel [illegible]orum, vel Phemionitarum: quorum fabulas [illegible] & longas & impias, superantes omnes deorum [illegible]ationes. Item, Sethianorum, seu Ophitarum & Cainitarum, qui Cain & Judam laudarunt: & [illegible] adversariorum;

qui,

Digitized by Google

qui, contraria agere præceptis Dei, prò libito & fictâ habuerunt: & Petrantum, qui Christum de corpore de cœlis descendisse dixerunt. Quorum omnium fabulas, qui volet, ex *Theodoreto* petat.

De iis, qui contra hanc Hæresin scripserunt.

Fuerunt multi pii & eruditi ejus sæculi Doctores, qui & huic se impudenti & furiosæ sectæ opposuerunt, & contrà fortiter certarunt.

De Bardesane apud *Eusebium* legitur: quòd, cùm de Valentini primâ schola fuisset, postea tamen, deprehensâ fabulosæ ejus sectæ nunciatione, ab eâ defecerit, & inepias ejus omnes ac mendacia coargnerit. *Idem Eusebius*, etiam Egesippum & Polycarpum, scribit, cùm Romam venissent, plurimos Valentini, & aliorum, qui eum præcesserant, hæreticorum veneno infectos, ad sanitatem reduxisse.

Egesippus verò, de principiis istarum hæresium, quædam etiam in commentariis suis scripta reliquit.

Sunt & in *Ignatii* epistolis, aliquot blasphemorum errorum Valentini confutationes: quas *in Eranistæ* adducit *Theodoretus*.

Sed validissimè omnium, adversùs hunc & similes hæreses, depugnavit *Irenæus*. Nam, quod de diversis diis Valentinus & Marcus cõmenti sunt, sic destruit: * *Extra Deum, creatorem cœli & terræ, non potest aliud pleroma, aut initium, aut potestas, aut aliquis Deus esse: quis hoc modo magnum Deorum pelagus constitueretur; neque unum, neque duos, sed plurimos deos esse, & mundos infinitos, necesse esset. Aut enim unum Deum, facientem, continentem & gubernantem omnia; aut plures inter se disjunctos, & quorum nullus aliorum sit Deus, esse necesse est, quorum nullus reliquorum Dominus sit: si Omnipotentis appellatio non solvenda, & impietas cavenda est. Sed unum tantùm Deum, conditorem cœli & terræ, à Lege & Prophetis annuntiatum, Evangelistæ & Apostoli, in suis scriptis tradiderunt: quibus qui non assentitur, Deum spernit.* Hanc rationem opponit *libro 3. capit.* Et aliàs * docet: *omnes Prophetas, Christum, Apostolos, Evangelistas, & Paulum, nullum alium Deum agnoscere & tradere; præter creatorem cœli & terræ, patrem* Jesu *Christi.*

Ad illud verò, quòd ex diversis nominibus Dei, plures etiam & diversos deos Hæretici facere conati sunt: respondet: * *Prophetas scilicet diversis nominibus, non ad diversos deos; sed unũ Patrem Domini nostri* Jesu *Christi, respexisse.*

Sic & illud, Christũ de Mariâ nihil accepisse; validissimis & multis rationibus refellit. * Rationem, quam *libro 3. cap. 32.* ponit, etiam *Theodoretus* recitat: *Ad quid opus fuisset, eum descendere in uterum Mariæ; si ex ea nihil erat sumturus? Supervacua igitur ejus in Mariam fuit descensio.* Irenæus * *Quare se Filium hominis confitebatur; si non eam quæ ex homine est, generationem suscepisset?*

Illud verò, quod ex dicto Esajæ. *Vocate annum Domini, &c.* Valentiniani probare conabantur; Christum uno tantùm anno prædicâsse, & mense duodecimo passum esse: eruditè, ex phrasi, & aliis rationibus, destruit. * ut, *quod ter Christus Hierosolymæ Pascha celebrâsse scribitur; quod intra duodecim menses, seu uno anno, fieri non potuit: & quod mensis Paschalis non erat duodecimus; sed primus, ut ex Mose patet. Annum acceptum dici significant, tempus Evangelii, usque ad finem Mundi: & Diem retributionis, diem judicii extremi.*

Quemadmodum & Marci portentum, qui duos fecit Christos, evidenti ratione confutat. * *Evangelista*, inquit, *& Apostolus nullum alium, quàm unum* Jesum *Christum, Filium Dei & Mariæ, natum, mortuum, resuscitatum, & glorificatum, agnoscunt. Et Johannes inquit: Hæc scripta sunt, ut credatis* Jesum *esse Christum, &c.* Quòd verò Marcus Columbam fuisse Christum dixit, qui in Jesum descenderit: falsum de hoc ipsum est. *Non enim Christus; sed Spiritus Dei, in specie columbæ descendit, ad eum eundem modum, sicut in Esajâ prædictum erat; Spiritus Domini requiescet, &c.*

Libro 4. cap. 14. eruditè refutat, quod Marcionistæ [illegible] negabantur; Christum annunciâsse incognitum Patrem. *Quomodo est*, inquit, *incognitus, qui [illegible] cognoscitur, non est incognitus. De* [illegible] dictum exponit; *Neque novit Patrem nisi Filius, &c.*

Deum enim, qui locutus, non in alium posse cognosci & Patrem & Filium, eorum qui superveniant fuisse adventus ejus. Edocuit autem Dominus, quòd non Deum, sed semetipsum; nisi Deo docente, hæc ei, [illegible] Deus non cognoscit Deum. Ex paulo pòst: *Omnibus igitur revelavit se Pater, omnibus Verbum suum visibile faciens.* & rursùs: *Verbum omnibus annuntiabat Patrem & Filium; cùm ab omnibus videretur.*

Quod autem falsò & blasphemè Marcus gloriabatur, ac de se prædicabat; se posse conferre donum prophetiæ: ità confutatur ab eodem. * *Si enim quoniam propheticum non à Marco mago inditur hominibus, sed quibuscunque Deus desuper immiserit gratiam suam: & Ab eo traditum habent prophetiam, & tunc loquuntur, quando Deus vult; sed non quando Marcus jubet. Quod enim jubet, ea, quæ jubetur, majus est.*

Quod Valentinus commentus est de duplici Deorum genere; altero quod Mundum creârit, & mortem tamen fit; altero, quod mortem fugulerit: ita refellit Clemens. * *Ad dissolvendam mortem venit quem differunt, scilicet Deum qui Mundum creavit; Christus mortem non abolevit: nisi ipse quoque dicatur ejusdem cum eis essentiæ, &c.*

Quamdiu autem vixerit Valentinus, ac sua deliria propagârit in diversis locis; certi de eo nihil prodítum est. Romæ quamdiu fuerit; id quidem aliquo modo scire potest. *Irenæus* enim * scribit, eum Romam venisse sub Hygino; & usque ad Anicetum permansisse. Undecolligi potest, eum circiter duodecim aut quatuordecim annos ibi fuisse.

Maximè verò odio & vituperatione digna est somnolentia Romanorum Episcoporum: qui has pestes, in eadem, quâ ipsi essent, Urbe & Ecclesiâ, grassari tamdiu passi sunt; nec ipsi restiterunt: cùm quidem præcipua ea pars ipsorum muneris fuerit. Nihil enim usquam exstat, aut Hygini, aut Pii, aut Aniceti scriptorum; quod contra aliquem eorum temporum Hæreticum directum sit.

MARCIONISTARUM hæresis.

SUnt, qui Valentinum, Cerdonem & Marcionem, in unam ætatem conjungunt, ac Romæ fuisse simul: sunt alii, qui brevi intervallo eos sibi invicem successisse prodiderunt. *Eusebius*, eos omnes sub Hygino Romam venisse, scripsit: & annum Domini indicavit 143. *Epiphanius* verò affirmat; mortuo Hygino, Marcionem Romam venisse. Nos de annorum ratione non multum laborabimus.

Tradiderunt autem operas mutuas Cerdon & Marcion; qui venenum, à Cerdone quasi per manus sibi traditum, in lucem produxit & auxit. Porrò eadem cum Gnosticis Cerdon sensit & docuit: qui, sicut illi, ex Simonis Magi impostoris, quæ tradebat, sumserat.

Occasione autem ejusmodi, in hæresin Marcion delapsus est. Initiò Virginitatem professus est, & solitarius vixit: ut *Epiphanius* scribit. postea verò is virginem quandam deperiit; cui tandem vitium obtulit. Pater igitur, qui erat in Ponto Episcopus, rei indignitate, eâque, quam sibi filii lapsus attulerat, commotus infamiâ & dedecore; ex Ecclesiâ eum ejecit. Hic filius patri sit supplex; culpam deprecatur, & veniam orat: sed à patre non impetrat. Quare, cùm eam nec patris duritiem, nec infamiam propriam, nec aliorum ludibria, ferre Marcion posset: ex patriâ fugiens, Romam venit; ibique cum senibus Ecclesiæ præsidentibus congressus, recipi se in eorum numerum petit. Verùm, seu propter famam sui facti, quæ eò usque pervenerat; seu ob aliam quamcunq; causam, ab illis repudiatus, ad officium non admissus est. Hic demum violentiùs furens, nec domi apud patrem venia sibi locum relinqui, nec ab aliis alibi se recipi; ad improbum illud consilium convertitur, & ad Cerdonis hæresin animum applicat: quam & ex professo amplexus est; & reliqua propriâ suâ astutiâ adauxit.

Sequuntur sententiæ dogmaticæ.

De Deo.

Cerdo, duo esse principia, hoc est, unum Deum bonũ, & unũ malum, dicere ausus est: & Deum quidem bonum, facere bona; & malum mala. Sed hanc opinionem *Philastrius* recitat. Paulò verò aliter *Irenæus* & *Augustinus*

alterum

alterum scilicet Deum justum esse [illegible] Deum vero, a Lege & Prophetis prædicatum minime patrem Domini nostri Jesu Christi. Denique cum omnes unum esse Patrem Christi confiteantur Ireneus * & Tertullianus. Et esto quidem, quòd Deum alterum justum, alterum bonum Cerdonianus; tamen cum ejusmodi promissa Christus quòd justus ille Deus mundi hic in lege, eorum pro omnibus, & demum pro decem excludere bonos verbis in Evangelio præcipisset, inutilia dentia putarent, etiam alterum odisse, & omnem eradere malitiam quoque addere. Item, quòd ille eadem justitiæ et lege, amicum diligere; odisse verò inimicum hic suis & inimicos diligere, præcepisset.

Hæc autem cum Cerdone etiã Marcion docuit. Quamquam tres posuisse eum principia; unum nimirum invisibile, Deum opificem; tertium ac medium inter visibile & invisibile, Diabolum scilicet. *Epiphanius* affirmat. Quatuor verò ingenitas substantias eum confinxisse; *Theodoretus* auctor est. Unde constat quòd mente captus Marcion, à se variârit, & sibi-ipsi contraria statuerit.

Hæc de Marcionis dogmate etiam *Justinus** tradidit: *Magnum Pontum docet suos negare Deum esse factorem, & alium quidem majorem creatore Deum credere. Irenæus* verò & *Tertullianus* dicunt, eum hoc de duobus numinibus, bono altero, & altero justo seu judiciali, asseverâsse; occasione dicti Christi: *Omnis arbor bona fructus bonos facit.* Cui sententiæ contrarium rursus, de Marcione, *Tertullianus** recitat: Negâsse scilicet eum, Deum suum timendum esse; ideò, quia bonus, non judex esset.

Narrat *Theodoretus*, Marcionistas & hoc ausos fuisse dicere; Serpentem creatore meliorem & præstantiorem esse, eam ob rationem, quòd hic arboris cognitionis participes esse voluerit; ille verò permiserit. *Idem* etiam scribit; Apellem, Marcionis discipulum, ingeniis illis, quos Marcion finxerat, alium quoque *αὐγοειδὲς*, hoc est, igneum adjecisse.

*Eusebius** verò, Rhodonem Asiaticum scripsisse, ait: Apellem unum tantùm principium, & Deum ingenitum credidisse: sed quomodo sit, confessum esse, ignorare se; idcirco, quia prophetias nihili faceret.

De Christo.

Cerdon & Marcion, Christum in hominis formâ, sinè carne, putativè & umbratiliter tantùm natum & passum esse, asseverarunt: quemadmodum *Irenæus* * & *Philastrius* nominarunt. Atque hanc eorum rationem fuisse, *Tertullianus** tribuit: quòd natura Virginem párere non ferret. Idem etiam * scripsit, duos ab eodem confictos fuisse Christos: primum quidem, qui tempore Tiberii in salutem Gentium revelatus sit: alterum verò, qui destinatus, & aliquando venturus sit à creatore, in restitutionem statûs Judaici.

Sed & *Irenæus** ait, Marcionem docuisse; Christum discipulis Prophetas, Legem, & omnia opera ejus Dei, qui Mundum fecit.

Carnem tamen eum, & sic Marcionem professum esse refert *Tertullianus*: Christum in carne non venisse. Alibi verò * docuisse [illegible] Christi carnem è cœlis venisse. Et alibi,* Marcionitas fecit. Valentinianos admisisse quidem ait Christi carnem; sed non veram. In quem errorem etiam Apellem nugatũ, idem *Tertullianus* autor est; Christum scilicet neque in phantasmate, neque in substantiâ veri corporis fuisse: sed, dum è corpore desideret, sidereum atque aëream carnem sibi conquisisse, quam post resurrectionem elementis restituerit. Idem scribit* *Ad hodiernum usque diem Christum Marcionita [illegible] Jesum: & Heliam potiùs interpretantur Christum; quam Joannem.*

Eumque, & judicem fore omnium Christum, Marcion prædicat, ut admonet *Philastrius*.

De Spiritu sancto.

Cerdon Spiritum [illegible] non in Apostolos descendisse affirmare ausus fuit, nisi in se solum.

De Mundi fabricatione.

Marcion dixit; ὅτι ὁ Μωσῆς εἶπε, Bonum Deo. Animalia [illegible] minutiora, de industria a Deo condita, & in [illegible] tribus [illegible] ita, irrisit. Denique ad substantiam [illegible] Deum [illegible] coëgerit. *Tertullianus** Carnem vero [illegible] autor est, Marcionem, & dixerim forsan et malum, damnabile, & creatorem, ac corpori humano fabricatorem, improbasse.

De Lege.

Sicut bonum à justo Marcionitæ distinxerunt: ità Legem dixerunt non esse bonam ad justos. Refert Clemens* quo in loco & proferre disputationes quæstiones, & eventes, malum esse timorem ex Lege omnem: quos Marcionistas fuisse, verisimile est. Nam & hæc ipsa, quæ à Deo dicerunt esse justum, parum differt abeo; quod quæ sunt Legem esse malam, seu damnandam. Hanc enim vim, appellatio justi, apud eos habuisse videtur.

De Salute.

Marcion (quem ob excellentem blasphemiam *Os Diaboli* vocat *Irenæus*) dixit; Cain, Sodomitas, Ægyptios, iisdemque similes gentes omnes, quæ in omni permixtione malignitatis ambulaverunt, salvatos esse à Domino: cùm hic descendisset ad inferos; & illi occurrissent ei. Abel autem, Enoch, Noë, Abraham, & reliquos justos, eosque qui sunt erga Abraham patriarchas, cum omnibus Prophetis, & his, qui placuerunt Deo, nõ participâsse salutem. *Irenæus** ubi & hanc rationem adjicit: *Quia scriebãt, (inquit Marcion) Deum suum semper tentãtem eos; & tunc tentare eum sufficerat, non accurrerunt ad Jesum, neq; crediderunt annuntiationi ejus. & propterea remanserunt anima eorum apud inferos.* Eadem de Marcione habet *Theodoretus*.

De Apelle, *Rhodonem* Asiaticum doctorem ità scripsisse, *Eusebius* testatur: *Senex Apelles, suito nobiscum colloquio, multa quidem falsè dicere deprehensus est: unde & dixit, omnino non esse inquirendam doctrinam; sed unumquemque, ut credidit, manere debere. Salvos enim fore pronuntiabat eos, qui in crucifixum sperant, modò in operibus bonis inveniantur.*

De Baptismo.

*Tertullianus** ostendit, eum censuisse, virgines tãtùm, & viduas, & cœlibes, & divortio à viris separatas, & qui matrimonio ejusque fructui renuntiassent, esse baptizandos. Sed & mortuis baptisma conferendum esse, Marcionem voluisse; idem *Tertullianus* * significare videtur, ubi inquit: *Mortui aut repudio baptismatis Marcion servat.* Autor est *Epiphanius*, eum tres baptismos constituisse, & ad triplicem lapsum accommodâsse: idque propter suum magis peccatum, quo stuprum puellæ intulerat; quàm verâ & sufficienti ratione. *Cùm enim*, inquit Epiphanius, *in magno delicto inventus esset; excogitavit prælegator secundum lavacrum: asserens, licere usque ad tria lavacra, hoc est, tres baptismos, dare, in remissionem peccatorum: quòd-si quis lapsus esset post primum, pœnitentia aliã accipiat secundum, & tertium similiter, si in delicto post secundum comperiatur.* Et rationem ejus quidem procul esse eum ait, ad decipiendum magis, quàm probandum hoc, quod ipse voluerit, ex dicto Christi: *Baptisma habeo baptizari. &c.* Addit & illud Epiphanius: *Marcionem, sicut omnia apud eum ludibrio plena fuerint, permisisse mulieribus, potestatem baptismum conferendi.*

De Conjugiis.

Libro 4. contra Marcionem, clarè Tertullianus [illegible] *Connubium averfatur Deus Marcionis.* Et in eodem libro: *Nuptias Marcion non conjungit: conjunctas non accipit.* Quod & *Clemens** testatur, de Marcionitis scribens: Volunt, inquit, abstinere; uxorem ducere nolunt; & quam dicunt esse generationem. Eamque impietatem ait eos didicisse à Philosophis. Sed & fundamentum ejus exstruxisse eos significat ex libro apocrypho, *Evangelio* scilicet *secundùm Ægyptios*, in quo scriptum sit: *Salome interroganti; Quousque vigebit mors? Dominum respondisse; Quousque vos mulieres paritis.* Quâ occasione, [illegible] Montanistarum hæreticum vituperâsse generationem dicit. Eodem libro & illud proculisse eos dicit, quod [illegible] dixisse affirmarint. *Veni ad [illegible] cupiditatis & generationis.*

De Resurrectione.

[illegible]

---

* *Lib. 1 & 4. Strom.*
* *Lib. 2. Strom.*
* *Lib. 1. c. 29.*
* *Lib. 4. contra Marcion.*
* *Apolog. 2.*
* *Lib. 4 contra Marcion.*
* *Lib. 5. c. 13.*
* *Lib. 1. c. 29.*
* *Lib. 3. contra Marcion.*
* *Lib. 4. contra Marcion.*
* *Lib. 4. c. 29.*
* *Lib. de velandis Virg.*
* *Lib. de carne Christi.*
* *Lib. 4. contra Marc.*
* *Lib. 1. contra Marc.*
* *Lib. 1. c. 29.*
* *Lib. 1. & 4. contra Marc.*
* *Lib. 4. contra Marc.*
* *Lib. 3. Strom.*

mittit, qui doctrinam ejus edidit erant. Rationem eam comminiscitur: Impossibile enim esse, corpus, quoniam à terra sumtum sit, participare salutem. *Irenæus, Tertullianus.*

De Idolothytis.

Marcionitæ malum dicunt esse materiam; ac naturam fuisse ejus. Hinc, odio ductâ adversus creatorem, voluerunt uti rebus creatis; sed præpostera & blasphema continentia cum Deo pugnarunt. *Clemens.* * *Theodoretus* exemplum adjicit: *Novisse se, è Marcionistarum grege fuisse quendam monogenarium, qui manè surgens, faciem suam, non aquâ, sed putridi proprii fœtûs excrementis lavare solitus fuerit. rogatum autem causam, respondisse: nolle se opus habere creatore, nec aquâ, quæ sit ex ejus creaturis, uti.*

De Prophetis.

Apelles Prophetas ex adversario dicit esse spiritu; fidem habens sententiæ dæmoniacæ virginis, nomine Philumenæ. Item, prophetias se-ipsas redarguere dicebat; eò quòd nihil omnino veri dixerunt: esse enim eas à se invicem discordes, & mendaces, & sibiipsis contrarias. *Eusebius,* * *ex Rhodone. Epiphanius:* Legem & omnes Prophetas rejicit Apelles; dicens ex principe Mundi opifice tales prædixisse.

De Scripturis eorum.

Lucæ Euangelium solum Marcion accepit; non Euangelia quatuor: fascinatus stultâ hac ratione; quia scilicet Paulus dixisset, *Si quis aliud Euangelium prædicaverit, anathema sit.* Ex Epistolis Pauli, eas tantùm, quæ ad Timotheum & Titum (*Hieronymus* etiam ad Philemonem adjicit) scriptæ sunt, accepit: neque earum tamen omnia. Nam, quæ de Christo, ut Deo vero, loquuntur, surdus quasi præteriit: quæ verò de Christo, ut homine, dicunt, accepit. Proinde & Euangelium Lucæ, ac Epistolas eas Pauli mutilavit: præcidens de Euangelio omnia, quæ in eo de nativitate Domini scripta sunt; ex Epistolis verò, quæcunq; Apostolus de Deo creatore, patre Domini nostri Jesu Christi, deq; ejus adventu, dixisset. Quomodo & Cerdon fabulas dixit, quæcunque Prophetæ & Apostoli prædicassent: testantur *Irenæus & Philastrius.*

Epiphanius verò scribit, usum eum fuisse testimoniis, collectis ex decem epistolis Pauli: quarum verò & ordinem perverterit; & testimonia pro arbitrio, quædam seu addendo, seu retecando, mutaverit; quædam dissimulârit & præterierit. In quo ipso tamen non diligentem satis propositi sui rationem habuerit. Retinuisse enim in illis ipsis, quæ in causæ suæ patrocinium violenter corruperit & immutârit, testimoniis, centum atq; decem & octo, quæ sententiam suam non tam confirmant, quam etiam evidenter impugnent. Cæterùm, quo ordine Pauli epistolas allegârit, & quo fuco & fallaciis testimonia depravârit, cùm recitare & longum nimis, & ab instituto nostro alienum sit: ad Epiphanium ipsum lectorem remittimus.

Librum peculiarem etiam Apelles sibi composuit, & inscripsit Phaneroses, hoc est, manifestationes Philumenæ cujusdam puellæ; quam ut prophetissam Apelles secutus est. Meminit *Tertullianus.* * & *Theodoretus.*

Sed & libros Syllogismorũ compositos habuisse eum, *Tertullianus* idem refert: quibus probare voluerit, falsâ esse, quæcunq; de Deo Moses scripsisset. Quod & Rhodonem testatum, *Eusebius* ait: Apelles innumera impiè contra legem Moïs vulgavit plurimis Commẽtariis, divinis doctrinis maledicens; & in reprehensionem, sicut putavit, ac subversionem earum, haud parum studii impendit.

De Statu Judaico.

Marcion statum Judaicum adhuc restaurandum esse putavit per Messiam, qui nondum advenisset. *Tertullianus.*

Hæc sunt, quæ de capitibus erroris Marcionis, ejusq; similium, breviter & summatim indicare voluimus. Sed triste cogitare est, quòd tanta tamq; manifesti errores, certis post ie nihil aliud, quàm animatum interimta corpora; spiritus reprimi & exstirpari non potuerint; quin innumeros & seductos plurimi fuerint. Hujus Marcionis quidem fuisse autorem blasphemiæ, & negandi verum conditorem Deum, *Epiphanius* scribit, quam ... introduxit (homo) per varios modos ... [illegible]

decepit. & quidem addit: *Hæresis, adhuc erumpens est Romæ, & in Italia, in Ægypto, ac Palæstinâ, & in Arabia ac Syria, in Cypro etiam, & Pamphylia.* Religiosiorem etiam hanc fuisse hoc ipsum testatur, quòd plurimos habuit martyres, licet *Eusebius,* * Apollonium scripsisse ait, Marcionitas omnium esse, qui martyres plures fecerunt. Et Galatæ [illegible] *Episcopus* * cujusdam nomine Metrodori, de hæresi Marcionis; quem ignibus traditum esse scribit, sub Marco Antonino Vero.

A quibus & quando hæc hæresis confutata sit.

Narrat *Irenæus*; Polycarpum, Marcionem in viâ sibi obviàm factum, appellasse Primogenitum Diaboli. unde colligere licet, quòd aliàs quoque acriter ejus errores taxaverit. Justinum autem, contra Marcionem, Commentarium scripsisse; *Eusebius* prodidit. Et in Catalogo [illegible] *Hieronymus* inquit; Justinum insignia volumina contra Marcionem scripsisse: quorum *Irenæus* * meminerit.

Sed & alios quàm-plures *Eusebius* recenset, qui hanc hæresin impugnarunt: ut Dionysium Corinthium; quem, in epistolâ ad Nicomedienses, ait, Marcionis hæresin ad veritatis regulam examinâsse: item Philippum Episcopum Gortynensem, Modestum, Theophilum Episcopum Antiochenum, & Rhodonem clarissimum illum ex Asia scriptorem: quem Eusebius affirmat multa de hac re à patre didicisse; ac mendacia, à singulis eorum excogitata, diligenter perstrinxisse. Nunc confutationes aliquot eorum, quarum hodie scripta exstant, breviter perstringemus.

Quòd finxit Marcion, extra Deum, Patrem Domini nostri Jesu Christi, alium esse, qui fecerit cœlum & terram, *Irenæus* * dicto Pauli confutat: *Unus Deus pater, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.* Refellit & hoc Marcionis commentum; * quòd asseruit, alterum Deum bonum, alterũ judicialem: *Si enim judicialis Deus non est bonus, tum non est Deus: si bonus Deus non est judicialis, non erit Deus. nam Deus non est, qui non bonus & justus sit.* Quòd autem, opus Mundi indignum esse Deo, Marcionistæ commentitiam à refutat: * *Mundus talis est, qualem Deum, antequam conderet, antequam condidit, apud animum concepit. Igitur ejus fabricatio non est indigna Patre conditore, qui talem deliberato fecit.*

Negavit etiam Marcion, Abrahamum salvari: contra quos ait *Irenæus* * *Primùm, Spiritus sanctus Abraham per multos, novissimè aũ & per Paulum, testamentum reddidit: quoniam credidit Deo, & reputatum est ei ad justitiam. Deinde Christus inquit: Venturos multos ab oriente & occidente, & recumbere cum Abraham in regno cœlorum.*

Quòd autem Legis dissolutionem per Christum introductam esse, Marcionis sectatores cavillati sunt; ita refrigit: * *Christus legẽ non dissolvit, sed extendit, sed implevit, dicendo eam: Nisi abundaverit justitia vestra plùs quam Scribarum & Pharisæorum, &c. Item, non ab operibus tantum malis abstinere jubet; verum etiam à concupiscentiis eorum. ait enim: Dictum est antiquis; Non mœchaberis: ego autem dico vobis, quoniam omnis, qui viderit mulierem, &c.*

Ad hunc modũ *Clemens* * prolixè disputat contra Marcionistas; qui Legem, ut malam vituperarũt: ratione ductâ ab officio Legis; quòd scilicet metum efficiat, & disciplina in Christum. *Quomodo non est bona, inquit, lex, quæ docuit & castigat; & quæ data est pædagogus ad Christum: ut, qui per timorem castigationis ratione diriguntur, ad eam, quæ est per Christum, perfectionem convertantur? Item: quoniam à Lege & Prophetis prius eruditi & castigati, utile esse Deo vitam ... principium sapientiæ dictus est timor Domini: qui à Domino per Mosen datus est iis, qui non obediunt, & sunt duri corde.*

Porrò, contra dogma Marcionistarum; quod, odio creatoris, etiam humani corporis compagem vituperarunt; opponit illud *Clemens:* * *Paulus* (inquit) *Marcionem ac scias, oportere fidelem ... [illegible] ... & nobis Euangelii annuntiata in corpore. Idem* * locus contra Marcionistas dixisse videtur, *qui perpetuum alium, alterius substantiæ susceperit, ... & eos qui conveniunt, ... [illegible] ... & abs; ratione ... [illegible] ... Ex* * ... [illegible] ... *verbo persecutionem fecit magni & ita veteris, & sanctum*

apricem & dicat, unde ad illum nullum nisi per ignem & lavacrum regenerationis accessum sit. Laudem ejus subinde alios infectas fuisse, nec temerè tenendum esse mortem testimonium, illa sunt dicenda primum quidem de Justino; deinde & de Tatiano, qui multi fallitur &c.

De sectatoribus Marcionis.

De sectatoribus & successoribus Marcionis scribit *Theodoretus* & alii; eos in diversas sententias tandem esse dilaceratos, & inter se vitiis studio scilicet & contentione, etiam nugis & monstris excellendi magistrum. Apelles enim, quemadmodum ex Rhodone *Eusebius* recitat, unum tantum principium posuit: Phoinim & Basilitas, duos alios errores, quorum dux fuit Synerus, non duas tantùm, sed tres materias commenti sunt.

Inter successores Marcionis, & discipulos, numerantur ab aliis etiam, Lucanus, (quem Lucianū *Epiphanius* vocat) Præpon, & Python. Inter quos & Hermogenem referunt: quem suo tempore in Africâ docuisse, *Tertullianus** significat. Is aiēbat Hermogenes, nolens Deum ex nihilo omnia fecisse, cum Stoicis asseveravit, materiam cum Domino semper fuisse: & quòd neq; nata, neq; facta fuerit; ac neq; initium omnino aut finem habuerit, ex quo Dominus omnia postea fecerit. Hanc hypothesin *Tertullianus* recitat in initio libri cōtra Hermogenem. In libro verò De Præscriptionibus Hæreticorum, eam ità effert: *Apostolus*, (inquit) *càm improbat elementa servientes, aliquem Hermogenem ostendit, qui, materiam non-natam introducens, Deo non-nato eam comparat: & ità matrem elementorum deam faciens, potest ei servire, quem Deo comparat.*

Theodoretus & has hypotheses Hermogeni accēset: Corpus Domini in sole esse repositum; Diabolum autem & dæmones esse in materiam infundendos. Contra eum verò scripsisse Theophilum Antiochenum, refert *Eusebius*.*

DE ENCRATITARUM HAERESI.

Fuit his temporibus hæresis quorundam, qui se sobrios; sed ad licentiam vitiorum conficto nomine, Encratitas, id est, Abstinentes, dixerunt: & autorem hæc ducem habuerunt Tatianum quendam Syrum; qui Romam profectus, (*Hieronymo* teste) magnâ ibi primùm cum laude & dignitate oratoriam professus est. Postea Justino Martyrī, viro sancto & fideli, conjunctissimus factus, ejusq; institutione fidem Christianam amplexus, in Ecclesiâ etiam diū floruit: ac nihil quicquam, ipso vivo, hæreticum, aut quomodocunq; à fide & professione Christianâ alienum, molitus est. Verùm, cùm martyrio suo Justinus functus esset, quasi cæcus, duce destitutus, (ut *Epiphanius* inquit) per præcipitia lapsus est. Eloquentiæ enim opinione & ambitione inflatus, ab Ecclesiâ defecit: &, cùm alios excellere decrevisset; novi quiddam & separati ab illis docere instituit: non tamen simplex illud & expeditum; sed commixtum, & ex pluribus hæresibus consarcinatum. Quædam enim (ut *Irenæus** scribit) à Gnosticis, nonnulla à Valentinianis, aliqua etiam à Marcionistis, mutuatus est.

Cœpisse Encratitarum hæresin sub Marco Antonino Vero, plerique consentiunt. Nec obstat; quòd, scholam suam aperuisse eum sub Antonino Pio, *Epiphanius* indicat. Sed de anno non omnes conveniunt. *Eusebius* annum posuit 12. Antonini Veri; Christi verò 175. Quam rationem plerique sequuntur. Qui verò ab eâ variant, parvo discriminē, annum Antonini numerant 14. aut 15. Christi verò, 177. Dogmatica sententiæ hæ sunt.

De Deo.

Hic cum Valentinianis sensit; nugatus eadem de Æonum productionibus & seculis invisibilibus, quæ ille. *Irenæus** *Theodoretus.*

De Lege.

Scripturæ veteris & novæ quidem, Legem; novum verò Evangelium [illegible] idcirco, ut legem dissolvat, ut quæ sit ejus Deus. *Irenæus.**

De remissione peccatorum.

Asserma hoc Tatianum præ cæteris proprium & peculiare fuisse, Adam & Eam damnatum propter peccatum, ea omnia de [illegible] quæ dicat Philo. [illegible] *Irenæus.** *Epiphanius. Theodoretus.*

De [illegible].

Et Saturnini & Marcionis [illegible] eorum, quos Tatianus damnavit: & [illegible] nuptiarum damnatio, nihil à fornicatione & corruptione differre dixit. Quos & Diaboli inventiones & sectas matrimonium; & mulierem ipsum opus diaboli ut Epiphanius inquit. Rationem eorum ridiculam *Clemens* recitat: quòd è Domini interpretatione illi essent, qui uxorem non habuerint. Is denique* refert Tatianum, ad confirmandum dogma de matrimonio illicito, sophisticè proferre solitum dictum illud, Galat. 6. *Qui seminat in carne, de carne metet corruptionem. Clemens,* *Irenæus, Philastrius, Theodoretus, Augustinus:* qui & hoc addit; eos, qui à Tatiano fuerunt, neminem in suorum numerum admisisse conjugio utentem, sive marem, sive fœminam. Idem *Epiphanius.*

De Adiaphoris.

Carnium & animantium usum, & Tatianus & Encratitæ licitum esse negarunt: quemadmodum & à vino, tanquam à re malâ, abstinuerunt. *Theodoretus, & Epiphanius:* qui * aliquot ejus abstinentiæ eorum ineptas causas exponit: ut, quòd Noë, vino inebriatus, nudatus sit; & Loth ebrius, cum filiabus se commiscuerit. &c.

De Scripturâ.

Tatiani secta, sacrâ Scripturâ usa est; sed perversâ interpretatione: Pauli verò epistolas carpsit; ideò fortasis, quia hæreticos, doctores vocat dæmoniorum. *1 Tim. 4.* Sic nec Acta Apostolorum recepit. *Eusebius** etiam hæc de libris Tatiani, ex autore nescio quo, adducit: *Conglutinationem quandam*, inquit, *faciens Evangeliorū, unum ex quatuor composuit, quod Diatessaron nominavit. idq; aliqui Evangelium secundùm Hebræos vocarunt: ut Epiphanius ait. Dicunt autē quidam, eum ausum esse Apostoli verba metaphrasticè transformare, & quasi phrasis illius ordinem corrigere. Reliquit autem post se magnam Commentariorum multitudinem, &c.*

Ad hoc respexisse & *Theodoretus* videtur, cùm inquit: *Compositum Evangelium, quod dicitur per quatuor; amputatis genealogiis, & aliis, quæcunq; ostendunt, Dominum natum esse ex David secundùm carnem. Eo autem usi sunt, non ii solùm, qui sunt illius secta; sed ii etiam, qui dogmata Apostolica sequuntur: compositionis fraudem non cognoscentes; sed simpliciùs eo, tanquam libro compendioso, utentes.*

Porrò, quibus in locis potissimùm talia Tatianus peccarit; ex *Epiphanio* aliquo modo intelligi potest. Is enim significat; eum, antequā Romam commigrārit, scholas suas aperuisse in Mesopotamiâ: post mortē verò Justini, Româ digressum, ad Orientis partes se-se contulisse; ibiq; fabulas suas dissemināsse. Frequentissimè tamen in Antiochiâ, ad Daphnen sitâ, docuisse; & in partibus Cil[illegible]ax, ac Pisidiâ.

Qui adversùs Tatiani errores scripserint, eosq; confutarint.

*Irenæum** contra id, quòd Adamum salvandum Tatianus negavit, sic scripsit: *Mentiuntur omnes, qui contradicunt ejus saluti, semper se-ipsos excludentes à vitâ; eò quod non credit inventam ovem, quæ perierat. Si enim illa non est inventa, adhuc possidetur in perditione omnis hominis generatio. Mendax ergo is, qui priorē hanc sententiam, imò hanc ignorantiam & cæcitatem, induxit, Tatianus.* Item ei, quòd in Adamo omnes moriamur, opponit: *ubi abundavit peccatum, ibi superabundavit gratia.* Scribit *Eusebius.** Musanū Encratitas eleganti libro confutâsse. Quo in loco & hæc ex *Irenæo** recitat, quæ brevissimam præcipuarū opinionum Tatiani & Encratitarum confutationem continent. *Nuptias damnamus, quæ à Deo antiquitùs institutæ sunt; subtiliter accusantes illum, qui ab initio masculum & fœminam, ad restitutionem humani generis, fecit. Sed & ab animalibus abstinendum prædicantes, ingrati existentes Dei, qui hæc hominis causa fecit omnia, vanissimè quæstiones disputare contra hanc Tatiani sententiam.** Non hanc rationem tantùm [illegible] (quæ) *doctrina autem [illegible]*

[illegible]

De

Irenæus.
Epiphanius.
Theodoretus.
Augustinus.
Philastrius.
Clemens.
Eusebius.
Tertullianus.

De ejus à Tatiano defectione.

Præter Encratitas, qui se sic nominarunt, quòd nec vinum biberent, nec animalia vescerentur; etiam alios à Tatiano ortos, *Theodoretus* scribit, qui dicti fuerint Hydroparastatæ: idèò, quòd aquâ pro vino ad communionē eucharistiæ uterentur. De rege illo eorū Severiano, in partibus superioris Oceani, tumultuq; à Severo sedato. Hi per omnia cum Encratitis sentiebant, & illi Legi, Prophetis, & Euangeliis renuntiant: sed propria quædam (ut *Eusebius* ex Irenæo ait, & *Theodoretus*) interpretatione Scripturarum sensum everterunt; obtrectantes Paulo, ejusq; epistolas refutantes.

Narrat *Augustinus*, usum fuisse hunc Severum contubernio puellæ, quam divinitus inspiratā dixerit, & Philumenam (quanquam alii hoc Apelli tribuunt) vocârit: cujus divinationib. & præsagiis solitus sit præmoneri. quæ verò ipsa sciscitari consuevisset, ex phantasmate pueri habitu ei se-se ostendente; quòd aliàs Christum esse se, aliàs Paulum diceret. Nonnulla quoq; illam miracula operari solitam; inter quæ illud præcipuum; quòd in angustissimi oris ampullam vitream panem grādem immitteret, eumq; extremis digitulis levare soleret illæsum; eoque solo, quasi divinitùs cibo dato, esse se diceret contentam.

Idem & hoc de illis refert; quòd à vino, perinde ut Encratitæ, abstinuerint: eò quòd fabulosâ vanitate, de Saranâ & terrâ vitem productam esse, somniarint: (quàmvis hanc stultitiam *D. Hieronymus* Tatiano tribuit) cibos præterea à Deo ordinatos contemserint, & conjugalem quemcunq; congressum pro impuro damnarint.

Addit *Epiphanius*; Severianos judicâsse, hominis partem dimidiam esse Dei; dimidiam verò Diaboli: eam scilicet, quæ ab umbilico inferiùs protenditur.

Theodoretus & Armonii meminit: quē Bardesanis fuisse filium ait, & Athenis in Græcâ linguâ institutum: utriusq; verò errores confutatos esse ab Ephrem quodam Syro.

DE HÆRESIBUS SUB COMMODO.

HÆRESIS CATAPHRYGUM, QUÆ etiam Montanistarum & Pepuzianorum dicta est.

INitium habuit hæresis Cataphrygum, anno Marci Antonini Veri 11. Domini verò 174. ut *Eusebius* annotavit. *Hermannus Contractus* idem dicit: nisi quòd adjicit, septimo Commodi, Christi verò 189. eam hæresin conditam & adauctam esse. Unde apparet, eam valde vicinam fuisse Tatiani sectæ. *Epiphanius* scribit; Cataphrygas fuisse circa annum 19. Antonini Pii.

Occasionem autem ejusmodi, & originem hujus hæresis, fuisse Apollinaris hæresin, quemadmodum *Eusebius** indicat) in hunc modum scripsit: *Vicus quidam esse dicitur apud Mysiam, Phrygiæ civitatē, qui appellatur Ardeban; in quo ajunt Montanum quendam nomine, qui nuper ad fidem Christi venerat, sub Grato, Asiæ Proconsule, cupiditate nimiâ primatûs accensum, contrariis spiritibus in semetipso locum dedisse, ac in mentis obsessione & alienatione repentè, quasi lympharum constitutum, insanisse; & insolita contra traditionem & consuetudinem antiquæ successionis loqui cœpisse. Sicut autem priores hæretici, mutuis etiam mulierū operis, ad homines decipiendos, usi sunt: (hinc enim Simonis Magi Helena; Carpocratis Marcellina; Apelli aut Severi Philumena, &c.) sic & Montanus, quò facilius utrùsq; sexûs simplices homines in errorem seduceret, socias sibi primum adjunxit insanas mulieres, Priscillā & Maximillam; quas prophetissas suas nominavit. Deinde & aliud sibi paravit satellitium, atq; in eandem quasi errorum suorum scenam conduxit: nempe Theodotum, Alcibiadem, Themistona, Patroclum, Artemona, & Alexandrum.*

** l. 5. c. 16.*

DE MONTANISTARUM DOCTRINA.

Subtiles & astutas fuisse Montani fraudes, & quę blandâ specie quibusvis imponere facilè potuerint; indè liquet: quòd totam propemodū Scripturam susceperit; ac de Deo Patre, Filio, & Spiritu sancto, (ut *Epiphanius* scribit) eadem docuit, quæ Ecclesia Christi. Eadem etiam de Mundi creatione & resurrectione sensit, quę Ecclesia catholica: quemadmodum indicat *Philastrius & Theodoretus.*

De Deo.

Nonnulli tamen eorum tres personas divinitatis negarunt; eundem dicentes esse Patrem, Filium, & Spiritum sanctum. Autores sunt, *Theodoretus, Socrates,* Hieronymus.** Testatur idem & *Tertullianus** Phrygas eos, qui secundum Æschinem dicti sunt, pronuntiasse, Christum Jesum esse Filium & Patrem.

De Christo.

Cùm rectè alias de Deo Artemon sensisset; condidisse scilicet cuncta esse universa: Christum tamen blasphemans, merum dixit esse hominē, ex Virgine natū, & virtute Prophetis esse præstantiorē. Quæ cùm Apostolos ita de Christo prædicâsse dixit; ab iis enim demū, qui eos secuti essent, divinitatem Christo tributam, cum Deus antea nō fuisset; asseveravit. Testantur, *Theodoretus, Eusebius,* Nicephorus.** Crassiùs verò eandē de Christo blasphemiam etiā Theodotus ille, vel sutor, vel coriarius, exulit; Christum dicens communē esse hominem, ex semine viri modo communi propagatū. Sic enim pronūtians, putavit se declinare posse infamiā; quam ipse sibi in abnegatione, in quādā persecutione, pepererat: ut p probrū objicientibus, hominē se, non Deum negâsse, respondere posset. Cujus dogmatis rationē & defensionē exstruere conatū eum esse, *Epiphanius* scribit, ex dictis Scripturæ; q̄ de Christo, ut homine, loquerentur, sed q̄ partim mutilata, partim de industriâ corrupta, produxerit. *Eusebius, Nicephorus ut suprà, Philastrius, Epiphanius.*

** l. 5. c. 28. * l. 4. c. 21*

De Spiritu sancto.

Paracletum se, & divinum spiritum, Montanus nominavit. *Eusebius* & Nicephorus.* Philastrius* hoc addit: *Plenitudinē sanctū Spiritūs nō per Apostolos, Christo dante, fuisse consecutos, Montanista dixerunt; sed per illos suos pseudoprophetas datā. Illum enim datum esse Spiritum sanctū; non Apostolis.* Rationem, quâ, Deum plenitudinem per eos operari, dicere sunt ausi, *Hieronymus* scribit, eos hanc protulisse: quòd de se & Apostolis omnibus Paulus dixisset; *Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus.* itèm: *Videmus per speculum in ænigmate.*

** l. 5. c. 28. * l. 4. c. 21*

Tertullianus verò, in libro paulò antè memorato, ait; *Phrygas eos, qui secundum Proclum nominati fuerint, communem eam habuisse blasphemiam: quâ dixerint, in Apostolis quidem Spiritum sanctum fuisse; Paracletum non fuisse: & Paracletum quidem in Montano plura dixisse, quàm Christum in Euangelio: nec plura tantùm; sed etiam meliora atq; majora.*

De Baptismo.

Mortuos Cataphryges baptizant; inquit *Philastrius.*

De Pœnitentiâ.

Ad omne dictum Montanistæ fores obserarūt: hoc est, omnē pœnitentiæ virtutē è medio sustulerūt. *Hieronymus.**

** ad Mar. cell. & hic 2. ad versus Jovin.*

De Conjugio.

Legem Montanus de solvendis dirimendisq; matrimoniis tulit: inquit *apud Eusebium Apollonius.* Ex propria tutasis, seu furto, seu facto, quo abortivas suas prophetillas, Priscillam & Maximillam, à maritis suis abstraxit, dogma generale constituens; quòd mulieribus, religionis ergò, à viris liceret discedere: sicut etiā Pontificii docent. *Augustinus* & hoc addit; quòd secundas nuptias Montanistæ pro fornicationibus habuerint: quæ à Paulo ideò fuissent permissę, quòd imperfectus Paulus, ex parte sciverit, & ex parte cognoverit; nondumq; tum venisset, quod perfectum est.

De Scripturis.

Theodotus coriarius autoritatem divinitùs inspiratis literis abrogavit: easque, quas ipsemet recepit, corrupit. *Nicephorus.**

** l. 4. c. 21*

De Prophetis.

Prophetas Montanus arreptitios fuisse, nec intellexisse quæ essent locuti, dixit: sibi verò prophetiæ donum arrogavit; usus ad hoc impostoris & fascino mulierū Priscillæ & Maximillæ: quarum scripta propheticos libros appellavit; & majori quidem in honore, quàm sacrum Euangelium, haberi jussit. *Theodoretus, Nicephorus.*

De Adiaphoris.

Idem & jejuniorum leges, præter Ecclesiæ consuetudinem, quæ tunc [illegible] superstitione [illegible] tulerat, (ut *Theodoretus* ait) introduxit; quemadmodum docet *Apollonius, Eusebio* teste, scripsit.

Pecuniarum etiam exactores constituit; & suo nomine Oblationum artificiosè, ut impostor, munera capere didicit. Pepuzam verò & Tymiū, parvos in Phrygiâ vicos, Hierosolyma nominavit; eâ fraude, ut ad illos omnes undique congregaret. In illis enim (ut *Philastrius* inquit) cum Prophetis suis, Priscillâ & Maximillâ, vitæ suæ tempus majori ex parte transegit. Et cùm, contrario modo Ecclesiæ, Episcopos in suâ sectâ tertio loco (ut *Hieronymus** testatur) habuerit; Patriarchas de Pepuzâ primo collocavit.

* ad Marcell.

Cæterùm, de funestis Montanistarū commentis, etiam hoc *Philastrius*, & ex eo (ut videtur) .. t. De infante, inquit, amiculi sanguine, quē de ve. s, misto panibonum vulneribus, exterquent, quasi Eucharistiam suam conficere perhibētur. miscentes enim farina, panemq; inde facientes, quem ut sacrificium in Paschâ ad suos (quemadmodum *Philastrius* ait) ubiq; emittunt socios. Infans verò, à quo sanguis expressus est, si mortuus fuerit, pro martyre, sin supervixerit, pro magico habetur sacerdote. Hæc Augustinus.

Epiphanius verò de Pepuzianis, quorum sectam eandem facit cum Phrygum hæresi, etiam hæc dicit: *Episcopi apud ipsos sunt mulieres, & Presbyteri mulieres; & alia, quæ nihil differre dicunt. In Christo enim Jesu neq; masculus, neq; fœmina. Catotyritas autem ipsos appellant: eo quòd in mysterio suo apponant panem & caseum; & sic mysteria sua peragunt.*

De Martyriis eorum.

* li. 5. c. 16.

Refert *Eusebius** Apollinarium de Cataphrygibus scripsisse: quòd martyres se habere multos, gloriati; ad eamq; gloriam, ad sacram quasi anchoram, argumentis expugnati, confugere soliti sint: illudque ipsum certum propheticispiritûs, qui apud ipsos sit, documentum esse dixerint. Atq; hæc quidem per Asiam & Phrygiam, (ut *Eusebius* indicat) Phryges illi Montanici, insano spiritu delirarunt. quos & latissimè vagatos esse, & non leves in Ecclesiâ motus ac turbas concitâsse; vel indè apparet: quòd frequentes his temporibus in Asiâ synodi celebratæ sunt, in quibus hæc nocentissima dogmata, unà cum ipsis autoribus & defensoribus, damnata & explosa sunt. Multos verò in admirationem concessisse istius sectæ, eâq; correptos & infectos fuisse; etiam indè conjicere licet: quòd opinione prophetiæ, & dono gratiæ, plerosq; fascinavit & dementavit. sicut clarè *Eusebius* ait; Montanum quibusdā visum esse Spiritu sancto repletū, & prophetandi gratiâ donatum. Quam opinionē de se, eo potuit obtinere facilius; quòd, in multis adhuc Ecclesiis, doni istius & virtutis passim exstabāt exēpla.

¶ Nūc ad cōfutationes accedimus; quas à multis magnis & doctissimis viris adversùs hanc hæresin profectas, *Eusebius*, *Nicephorus*, aliiq; multi testantur: ut ab Apollonio, Apollinari, Miltiade, Serapione, Cyrenio, Alcibiade, Caio, Aurelio Publio, Zotico vel Zotâ, (utrumque enim apud *Eusebium* legitur) Otreno, Juliano, & Victore; qui Theodotum, variè de Christi merâ humanitate disputantē, Romæ primùm confutavit, & ab Ecclesiâ rejecit. Idem etiam contra Artemonis hæresin decertavit: ut *Nicephorus** scribit. Quæ verò ejus sectæ omninò falsa & absurda, Apollinaris Hierapolites, & Apollonius, literis scriptis ostenderint & damnarint; *Eusebius* recitat. Vaticiniū enim, de bellis & rerum disturbationibus, Maximillæ, falsum fuisse; ipsa experientia coarguit: quemadmodū ex eo *Eusebius* retulit. *Plures*, inquit, *quōm tradetur anni ad hunc usq; diem, ex eo quo mortua est hæc mulier, elapsi sunt; & tamē interea nec particulare aliquod, nec universale bellum, Mundo hinc accidit, &c.* Sic & ea, quæ de martyribus suis ipsi ostentarūt, refutâsse eum; ibidem [illegible] *In cunctis redarguti, argumentis destituuntur, & ad martyria confugere nituntur; multos se martyrio dedisse argumentum prophetici spiritūs, qui apud illos [illegible] Id autem hoc potissimùm non ità [illegible] aliarum hæresium quadam pluriq; [illegible] nomen non ideò consentimus; nec [illegible] habendos censemus, &c.*

* li. 4. c. 20

* cap 17.

Hæc quæ de vulgatis quibusdam Montani prophetarum, [illegible] adversùs Montanistas accedentibus, Miltiadem dixisse [illegible] eo modum animadvertisse idem [illegible] inclusa & impura [illegible] ordinarentur [illegible]

De Florino & Blasto Hæreticis.

Quantum ex *Eusebii* narratione cognoscere licet; apparet, circa eadem hæc tempora, Florinum & Blastum, Valentini hæresin continuâsse. ad eam enim utrumq; ab Ecclesiâ defeciviſſe, multosq; secum abripuisse ac perdidisse, scribūt *Eusebius* & *Theodoretus*. Et fuisse quidem utrumq; in munere Presbyterorū Rōmæ; idem *Theodoretus* ait: quanquam *Eusebius* solum Florinum Presbyterum fuisse, tandemque ex eo ordine rejectum, tradit. Jam, cujusmodi genus doctrinæ uterque professus sit; ex eo intelligi potest: quòd in Valentini pernicioſam hæresin declinarunt. Et ex *Eusebio** apparet; Florinum, antequam in errores Valentini devolutus sit, sensisse, *Deum esse autorem malorum.*

* li. 5. c. 15

De Blasto verò, *Tertullianus** hæc tradidit: *Blastus latenter Judaismum vult introducere. Pascha enim dicit non aliter custodiendum esse, nisi secundùm legem Moſis, decimâquartâ mensis.* Nec divinare satis possumus, utrùm *Epiphanius*, in capite de Quartodecimanis, quos post Montanistas & Pepuzianos proximo loco collocavit, ad hunc Blastum respexerit: cùm hæresin eorum, qui, Judæos imitati, Pascha decimâquartâ lunâ celebrandum esse, contendebant, explicat: sed Blasti tamen mentionem nullam facit.

* li. de Præscr. Hæ. [illegible]

Porrò, varias contra Florinum & Blastum, *Irenæum* scripsisse epistolas; *Eusebius* idem prodidit. Atq; hæc quidem de his hæresibus à nobis dicta sufficiāt: cùm omnia eorum deliria pertractare, nec utile, nec necessārium videatur.

¶ Commune igitur studium omnibus hisce Hæreticis fuit; ut doctrinam de Trinitate, vel prorsùs everterent, vel corrumperent, vel obscurarent; & veram Dei notitiam in omnium animis abolerent. Deinde, ut articulum de Christo labefactarent: & doctrinam, tum de personâ, tum de merito Christi, infinitis erroribus implicarent, ac penitùs è medio auferrent. Jam, ad conspurcandam doctrinam de Libertate Christianâ, Hæreticorū licentia, flagitia, & turpitudines, directæ fuerunt: partim ut doctrinam Christianam suspicionibus involverent, & invisam omnibus redderent; partim ut omnē fidem ac pœnitentiam penitùs delerent. Deniq; Diabolus huc omnia direxit ut universam utriusq; Testamenti scripturā, si abolere prorsus non posset; corruptelis tamē, atq; omnis generis depravationibus, repleret. Quin & hoc addamus: Satanicas fuisse imposturas omnes hæreses, vel hinc liquere; quòd mirabili modo inter sēipsos Hęretici variārūt ac dissenserunt. Duos enim, eandem hæresin profitētes, vix usquam reperias; in omnibus ubique, & per omnia, consensisse. Facit huc, quòd de præcipuis plerisq; hæresum autoribus legitur; [illegible] fuisse, & pecuniarum extorquendārum [illegible]

Objectionem eam vulgarem; quod Sectarum [illegible] veræ, cùm ex eo tot oriantur [illegible]

* lib. 7. Sacræ [illegible]

* Hic advertat nos Adversarii, [illegible] differat veritas ab alia doctrina, [illegible] dicimus, quid & apud vos Judas, & [illegible] existima-

cis limatione Philosophi, sed veluti manibus tractare: neq; tamen Deo credendum esse veris philosophari; aut ea quæ tradere dicitur fine; propter eam, quæ est circa se, veritatem falsorum discussionem. Præterea autem, sive, ut in veritate sunt natura hæreses, ut instrumenta exercendæ, probandæque à Domino: & fieri non potest, ut non sint ea, quæ possibilem est esse futurum. Hujus autem causa est, quod, quicquid est falsi rumi, sequitur Mendacium. Num ergo, si quis pilæ currenti non observaverit, & transgressus fuerit eam, quæ sit apud nos, confessionem; propter eum, qui non servavit suæ professionis, abstinebimus nos quoq; à veritate? Sed ut oportet virum probum minimè esse mendacem, & nihil infirmare eorum, quæ est pollicitus; etiamsi aliqui alii pilæ convenia transiliant: ità nos quoq; nullo modo convenit transilire regulam Ecclesiasticam; & maxime eam, quæ sit de rebus maximis, professionem, non quidem observamus; illi verò transiliunt. Est ergo credendum iis, quæ firmiter adhærent fidei veritati. Iam verò nos [illegible] hac defensione uteri ad eos dicere; quod Medici quoq; quorum convenienter jam sectæ diversæ sunt sententiæ, ex æquo re-ipsâ curâ. Num ergo quispiam ægrotans, & ut curetur opus habens, non admittit Medicum, propter eos quæ sunt in medicinâ hæreses? Neq; ergo, qui animâ [illegible] est plenus, simul errore, pro veritate Dei conversione præterea unquam hæreses. Certè propter probatos, inquit, sunt hæreses. Probatos autem dicit, vel eos, qui, venientes ad fidem, majori electione accedunt ad doctrinam Dominicam; tanquam probos [illegible] qui in Domum Domini admittuntur discernit ex falsa impressione eos, qui in ipsa fide jam probi existunt. [illegible] Propter eam ergo maximè curæ opus est & providentiæ, ut examinetur, quomodo sit exactè & perfectè vivendum; & quæ nam sit vera pietas, & rectus Dei cultus. Clarum est enim, quod cùm veritas sit ardua & difficilis, propterea certè fuerunt quæstiones ex quibus quæ nemo sui amore laborans, & sunt ambitiosæ, & gloriæ cupidæ, sunt hæreses earum, qui non didicerunt quidem, neq; verè acceperunt; sed sibi cognitionis [illegible] persuasionem. Ego autem [illegible] & cum perseverandum, quæ vere est veritas; quæ sola versatur circa eum, qui vere est Deus. Laborem autem consequitur dulcis inventio, & memoria. Est ergo labor inveniendi subeundus propter hæreses; sed non est omnino desistendum. Neq; enim, si appositus sit fructus, unus quidem verus & maturus, alius verò factus [illegible] quam maxime similis, propter similitudinem eis abstinendum ab utro]. Simul autem discernendum est, comprehendendo [illegible] & per eorum [illegible] considerationem verum ab eo quod apparet. Et quomodo, si una quidem sit via regia, & multæ etiam aliæ, ex quibus aliquæ ferunt in præcipitium, aliquæ verò ad fluvium rapidè-fluentem, aut ad mare profundum; non dubitaverit quispiam viam ingredi, propter dissensionem: sed utique viâ regiâ & tritâ, & sejunctâ à periculis, hic ista, cùm alii alia dicant, de veritate non [illegible] sed ea [illegible] & diligentiùs inquirenda ejus est actione & [illegible] ma cognitio. Nam cum olerum hortensibus, una etiam nascuntur herbæ: non ergo [illegible] agricolæ arentur à [illegible] Cum ergo habeamus à naturâ multa, quæ non fecimus, & dari occasionem ad ea, quæ discimus, examinanda debemus etiam veritatis venire consequentiam. Quocirca neque etiam condemnamur, non assentientes iis, quibus oportet parere, non discernentes id quod repugnat, & indecorum, & præter naturam, & falsum, à vero & consentaneo, & decoro, & eo quod est secundùm naturam: quibus quidem intendum est, ut quæ incitent & sint occasio dignoscendæ ejus, quæ verè est veritatis. Græcus ergo est mihi hoc proverbium: volentibus venit, licebit invenire veritatem. Hactenus Clemens.

CAPUT VI.

DE CEREMONIIS ECCLESIÆ.

Superiori libro, simplicium & verarum cæremoniarum, quæ in novo Testamento institutæ sunt, forma descripta est. In hoc verò & sequentibus ostendendum nobis est, quomodo cæremoniæ illæ, vel mutatæ, vel paulatim cœperint mutari & augeri; ac quonam ab eo ad magis aut minùs sit factum. Id enim scitu est observatu, ad hoc præsertim: ut inter veram & hypocriticam Ecclesiam judicium earum fieri possit. Vera enim Ecclesia [illegible] tam puram retinet; ità etiam simplicitatem cæremonialium servat. Novit enim, humanis traditionibus frustra Deum coli; illas sinceram religionem corrumpi. Hypocritica verò, ut à doctrinâ purâ discedit: ità cæremonias divinitùs institutas plerunq; mutat, & suas auget, & traditiones humanas exercet; singularem eis cultum tribuens, & conscientias illaqueans. Præterea Daniel, Christus, Paulus & Johannes, de Antichristo in Ecclesiâ novi Testamenti prædicunt: eique, præter corruptionem veræ doctrinæ, etiam hoc scelus attribuunt; quòd cæremonias à Deo institutas sit contaminaturus & corrupturus, traditionesque suas cumulaturus. Et Paulus quidem ac Johannes, jam suo tempore mysterium iniquitatis agere, testantur. & *Apocal. 17.** locus pingitur, ubi Antichristus regnaturus sit: nempe in eâ urbe, quæ imperium Mundi tenebat. * vers. 18

Ritus igitur plerosque, superiori sæculo ab Apostolis passim in Ecclesiis usurpatos, etiam hoc sæculo [illegible] & Hippolytus [illegible] Eusebius* refert; nimirùm, quòd in singulis [illegible] & civitatibus, ità se res Ecclesiæ habere deprehenderit, quemàdmodum Lex & Prophetæ & Dominus prædicassent. Sed tamen quidam, præter accuratam diligentiam, ut verisimile est, rerum habenis potiti, simplicem & vulgarem consuetudinem posthabuerunt & mutarunt: ut idem Eusebius* ex Irenæo refert. Etsi autem in aliis quoque Ecclesiis aliquæ accesserunt cæremoniæ & traditiones humanæ, nusquam plures, quam in Ecclesiâ Romanâ, accessisse reperiuntur; si vitæ, decreta, & epistolæ Romanorum Episcoporum, legantur. * fi. 4. c. 22 * fi. 5. c. 26

De ritibus circa Baptismum.

Etsi dolendum est, baptizandi formam, quæ usitata huic sæculo fuit, non esse diligentiùs descriptam: tamen simplicem fuisse retentam, ex eo apparet; quòd, in probatis autoribus, nulla insignis reperitur variatio, aut mutatio annotata. In orientalibus quidem Ecclesiis, maximè verò Alexandrinâ, nihil immutatum esse, ea fuit mirabilis super baptizatione Judæi, quem *Nicephorus** recitat, ostendit. Cùm enim Judæus quispiam, eo tempore, quo Romæ imperium Marcus Aurelius Antoninus tenuit, in arido forte & deserto loco cum Christianis iter faceret, & [illegible] una cum [illegible] quo hoc enim & gravi Judæus eo in itinere corriperetur: adeo ut de salute suâ, cùm ipse, tum hi quorum comes erat, desperarent. Multis igitur precibus sollicitat ille Christianos: ne se ità in extremis constitutum relinquerent; sed sacrum lavacrum sibi conferrent. Illi verò cùm hoc si se facere posse negarent, [illegible] & aquâ [illegible] quibus Baptismus fieri non posset: magis quidem & impensiùs obtestare, & adjuratione eos, ne hoc sibi negarent, adigere. Ad quod illi, detractis homini vestibus, arenâ eum pro aquâ ter conspersère; addentes: Baptizare se eum in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs sancti. Quam rem continuò miraculum consecutum est: ut nimirum is, qui, propter affectionem gravem & periculosam, pedibus pridem insistere non posset, nunc restitutus, reliquum, quod [illegible] & validus cum illis conficeret. Cùm igitur ad locum suum redissent; Episcopus Alexandriæ, ab illis consultus, de sententiâ Ecclesiæ respondit: Baptizatum esse Judæum; si modò aquâ demùm perfunderetur. Non mandavit, ut olei inunctio, aut alii apparatus & pompæ, quæ postea accesserunt, baptismo adhiberentur. * Lib. c. 37.

Ejusmodi etiam simplicem Baptismatis formam Justinus describit: qui nihil aliud cæremoniarum observatum olim in eo ritu tradit, quàm quòd convertendus aliquis jubebatur primùm petere à Deo remissionem peccatorum; deinde in frequentiâ baptizabatur in eo loco, [illegible] erat. Baptizatus verò, de corpore & [illegible] communicabat; participantibus unà reliquis [illegible] cedebant & preces, quas [illegible] pro [illegible] pro baptizato, dicebat. Amoris verò [illegible] quæ [illegible] dum vivere [illegible] petere à Deo [illegible] preces jejunio, [illegible] & [illegible] * in Apol. 2

renascuntur, undè renascendi, quæ sit forma formula. Nam in nomine Patris omnium dominig, Dei & servatoris nostri Jesu Christi, & Spiritûs sancti, in aqua tunc lavantur. Et paulò post: Invocatur super eosdem renascis, & à peccatis respirantes, nomen Dei Patris omnium & Domini. Item: Invocatur enim etiam Jesu Christi, sub Pontio Pilato crucifixi, nomen, & Spiritûs sancti, qui Prophetarum præconia de Jesu singula enunciavit: atq; ità hoc lavacro mersati illuminantur. Rursus aliquanto pòst: Nos verò sic abluti & instituti, ad parentes, quos vocant, adducimus, ubi cœtus sumus, ut cum precibus, quas pro recens-natis precemur.

Apparet autem ex hac descriptione, de tempore Baptismi nullam adhuc fuisse legem: sed tempus idoneum quodlibet tùm judicatum; cùm, qui ad fidem Christianam conversus esset, sat rectè instructus esset. Sicut & ex Tertulliani descriptione videre est: de quâ suo loco. Neq; anni tempus certum & constitutum observatum legimus. Nihil hîc etiam de Exorcismo, adhibito in baptisatione, vides: etiamsi dæmones ejiciendi dæmonia plurimi tùm claruerunt, qui Exorcistæ postea dicti sunt. Nihil præterea de oleo, de patrino, de consignatione septiformi, de tempore Paschatis, de baptisterio consecrato, narratur: nisi quòd, de inunctione per oleum & unguentum, quædam Autor Responsionum apud Justinum * habet: qui ad eum morem alludit; quo baptizandi, antequam baptisarentur, perungebantur oleo veteri; baptisati verò, consignabantur unguento. Quarum rerum cùm neutram Justinus ponat: videtur omninò suspectus esse is liber Responsionum.

* in Quæst. 117.

Si igitur Justino fides tribuenda est: talis fuit baptizandi ratio Romæ, simplex nempe, & Apostolicæ traditioni respondens: sed suspecti testes, novas atq; inusitatas eo tempore ceremonias habent. Nam in epistolâ Clementis tertiâ sic legitur: Si quis vult existere fidelis, & desiderat baptizari; exuatur prioribus malis, de reliquo, pro bonis actionibus, hæres cœlestium bonorum ex proprijs gestis fiet. Accedat autem, qui vult, ad sacerdotem suum; atq; ab eo audiat mysteria regni cœlorum: jejunijs frequentibus operam impendat; ac semet-ipsum in omnibus probet, ut, trium mensium jam completo, in die festo possit baptizari. Baptizetur autem unusquisq; in aquis perennibus, nomine trinæ beatitudinis invocato super se: perunctus primùm oleo, per orationem sanctificato; ut ità demum, per hæc consecratus, possit percipere locum cum sanctis.

Sed, quod de inunctione per oleum dicit, etiam Sylvestro tribuitur: quem legimus, circa concilium Nicenum, primùm instituisse, ut Presbyter linteret chrismate levatum de aquâ, propter occasionem transitûs mortis. Hæc etiam in quartâ epistolâ Clementis, de Confirmatione, dicuntur: Festinandum est renasci Deo sine morâ, & demum consignari ab Episcopo; id est, septiformem gratiam Spiritus sancti percipere: quia incertum est unumquemq; exitus vitæ. Cùm autem regeneratus per aquam fuerit; & postmodum septiformis Spiritûs gratia ab Episcopo confirmatus; quia aliter perfectus Christianus esse nequaquam poteris; nec sedem habere inter perfectos.

Hygino verò, qui eodem tempore vixit, quo Justinus scripsit, statuit: quòd in Baptismo & Confirmatione, unus & idem, si necessitas urgeat, fieri possit patrinus; licèt Romana consuetudo habeat, ut per singulos singuli suscipiant: hoc est, ut alius sit patrinus in catechismo; alius in baptismo; alius in confirmatione. Hoc decretum Hygini retulit Gratianus.

Alligavit & Victor, qui aliquantò pòst Justinum fuit, Baptismum ad tempus. Jubet enim, extra casum necessitatis, tempore Paschatis, catholicum baptisma celebrari: ut in ejus Epist. decretali videre est. In casu tamen necessitatis liberum reliquit, quemcunq; ex gente venientem, sive in fluminibus, sive in mari, sive in stagno aut fonte, baptizare, modò Christianæ credulitatis confessionem dederit.

* lib. 10. ep. 206.

Ubi pulcherrimè Eusebius * ex Martyrologio: Nemo, qui [illegible] fuit, Baptismum [illegible] Novatianorum [illegible] omnia si vera [illegible] Eusebius est, quam jam tum [illegible] Ecclesiâ extitit, in con[illegible] simplici B[illegible] ergo tantum nihil [illegible] legitur.

[illegible] Imposuerunt [illegible] clinicis.

Nisi [illegible] licere, nondum fuisse morem imponendi baptizatis [illegible] nomina: quia penultimus hujus seculi [illegible] pistoli cujusquam nomen retinent.

De ritibus circa admissionem excommunicatorum.

QUID in Ecclesiâ, [illegible] pœnitentiæ [illegible] pulis, observatum sit: [illegible] ex Clemente [illegible] drino retulit, de Johanne Apostolo [illegible] tem, pravo consortio corruptum, & [illegible] Ecclesiam rejunxit. ubi assiduis precibus pro eo [illegible] coxinuis jejuniis decertarunt; & memorem illius [illegible] monibus demisserunt, & confirmarunt; atque hoc modo Ecclesiæ restituerunt.

De Gallicanis Ecclesiis, Irenæus * quoq; hoc exemplum recenset. Mulier quædam, inquit, formâ præstans, Diaconi cujusdam in Asiâ, cum, à Marco hæretico mente & corpore corrupta, diu cum esset secuta; postea magno labore à fratribus conversa, omne tempus in exomologesi consummavit, plangens & lamentans. Ibidem & de Rhodanensibus mulieribus sceleratis scribens, ait, eas in publico exomologesin fecisse.

* lib. 1. c. 9

Quæ omnia, etsi non satis explicatè & plenè dicuntur: tamen ad ejusmodi quandam formam & quasi processum respicere videntur: ut lapsi primùm, pro ratione delicti, admoniti & objurgati; deinde, per publicam pœnitentiam confessi, & recepti sint. Hac simplici formâ non-contenti Romani, auricularem confessionem & satisfactionem invenerunt & instituerunt: si tamen Epistolis, quæ Clementi falsò tribuuntur, credendum est potiùs, quàm Justino, Irenæo, & Clementi Alexandrino; qui ne verbum quidem eâ de re faciunt. Nam in primâ epistolâ Clementis, * sic habetur: Quòd-si fortè alicujus cor, vel livor, vel infidelitas, vel aliquod malum ex his, quæ superiùs memoravimus, latenter irrepserit; non erubescat, qui animæ suæ curam gerit, confiteri hæc huic, qui præest; ut ab ipso, per verbum Dei, & consilium salubre, curetur: quo possit integrâ fide, & operibus bonis, pœnas æterni ignis effugere; & ad perpetuæ vitæ præmia pervenire. Item in eâdem epistolâ: Petrus instruebat actus vitæ suæ omni horâ custodire, & in omni loco Deum respicere; firmiter cogitationes malas, cordi suo advenientes, mox ad Christum illidere, & sacerdotibus Domini manifestare.

* com. 1. Ep. ad.

Postea Pius Pontifex, pœnitentibus aliquot dies satisfactionis loco statuit: ut ex decreto ejus apparet. Si enim, qui per negligentiam aliquid in terram de sanguine Christi distillare sivit, mandatur pœnitere quadraginta dies: qui super altare stillare sivit, pœnitere jubetur tribus diebus: qui super linteum altaris, quatuor, &c. Recitatur decretum ex Gratiano, in primo tomo Conciliorum.

Instituit & Alexander Papa: ne Presbyter ab incestuosis accipiat munus, ut eorum scelera reticeat; aut minùs dignè pœnitentem ad reconciliationem admittat, cùm testimonium reconciliationis ferat. Erat hîc aliquid dicendum de ritu excommunicationis: cujus mentio nulla fit. Unde colligi potest, observatam esse consuetudinem receptam, ut indicarentur, qui contumaciùs peccassent, Ecclesiæ; & communione privarentur. Sed de his infrà dicetur. Nec dubium est, fuisse aliquam consuetudinem publicè pœnitentiam agendi: cujus nos & vox ipsa Exomologesis, & phrasis, In publico manifesto exomologesin facere, quâ Irenæus utitur, testimonio est.

De ritibus circa Cœnam dominicam.

PRimùm, longè certissimum est, Cœnæ Domini hoc tempore, nec Missam, nec Sacrificium ullum fuisse; sed Eucharistiam. Quemadmodum nec celebrabatur Christus Deo in Cœnæ celebratione: sed corporis ipsius in crucem immolandi, & sanguinis fundendi, memoriale & sacrificium celebrabatur. Quòd autem in epistolis [illegible] hodie latinè exstant, utrumq; legitur: & sacrificium [illegible] & missas facere: partim est suspectum; [illegible] ex Græco versum. Justinus, Irenæus, Clemens [illegible] sæculi scriptores, appellatione Eucharistiæ [illegible] Justinus * Oblatio similia, &c. [illegible] quem memoriam pa[illegible] [illegible] nostræ humanæ, Jesu Christo [illegible] [illegible] creato, tum cæteris quæ [illegible] [illegible] [illegible]

Eucharistiæ sumtæ à peccatis, &c. Ex Irenæo. "Quando mixtus calix & fractus panis percipit verbum Dei, fit eucharistia sanguinis & corporis Christi, &c. Quòd autem *Irenæus* idem, etiam *oblationem*, Eucharistiam frequenter appellat; neque hoc, si rectè intelligas, incommodi quicquã habet. Quanquam & hoc verum est; eum sæpè in docendo negligentem esse, & improprium. Attamen, quid oblationem vocet, ipse se declarat: nimirum celebrationem Cœnæ Domini, in quã dicebantur preces & gratiarum actiones. Sic enim ait: "*Offerimus ei, non quasi indigenti; sed gratias agentes donationi ejus.* Item: *Nos quoq; offerre vult munus ad altare, frequenter, sine intermissione. Est autem altare in cœlis: illuc enim preces nostræ & oblationes diriguntur.*

Fortassis etiam *oblationis* vocabulum tunc usitatum fuit vulgo: eò quòd panes ad usum Cœnæ assitim offerebantur, unde & Ministri victum habebant; & pauperes alebãtur.

Nunc de ritu dicemus: quem nudum omninò & simplicissimum adhuc fuisse, ex iis, quæ dicemus, intelligi poterit. In Alexandrinâ Ecclesiâ, *Clemens* * innuit; *ipsos solitos esse calicem diluere.* Ex alibi.* *Etiam Eucharistiam*, inquit, *cum quidam, ut mos est, diviserint; permittunt unicuiq; ex populo ejus partem sumere.*

De Gallicanâ Ecclesiâ *Irenæus* etiam affirmat, calicem solitum esse misceri, & panem frangi. sicut inquit: *Quando mixtus calix & fractus panis percipit verbum Dei, fit Eucharistia, &c.*

Ritum autem, circa Eucharistiam observatum, in Romanâ Ecclesiâ, sic describit *Justinus*: * *Nos sic ablutum & institutum, ad fratres, quos vocant, adducimus, ubi cœtus sunt, ut tam pro nobis, quam proximis illustratis, precemur. quo inveniamur, per veram doctrinam, & bona opera, digni observatores mandatorum, ejusdem, & ut æternam salutem assequamur. Post precationem, nos salutamus osculo mutuo. Deinde affertur præsuo fratri panus, & calix aquâ dilutus: quibus acceptis, laudem & gratiarum-actionem Patri omnium refert, per nomen filii, sanctiq; Spiritus: atq; ita Eucharistiam aliquandiu celebrat. Post preces & Eucharistiam, totus cœtus assentit Amen. ea vox Hebraicâ linguâ significat idem, quod Fiat. Absolutâ gratiarum-actione Præsulis, & ominatione totius plebis; Diaconi, quos vocamus, dant singulis præsentibus partem panis & calicis diluti, super quæ facta est gratiarum-actio: atq; etiam deferre sinunt absentibus. Hoc autem alimentum apud nos vocatur Eucharistia: ad quod nemo admittitur, nisi qui credat vera esse nostra dogmata, &c.* Item ibidem paulò pòst: *Die solis cœtus urbanorum & rusticorum cœtus fiunt; ubi Apostolorum Prophetarumq; litteræ, quoad fieri potest, prælegũtur. deinde cessante lectore, præpositus verbis suis admonitionem & imitationem tam bonestarum rerum invitans. Post hæc consurgimus omnes, & precamur. Postea profertur, ut diximus, panis, vinum & aqua. Tum Præpositus pari modo potest, precatur, & gratiarum-actionem pro viribus suis emittit: cui consensio adstipulatione populus subjungit. Amen. Fiunt consecratis, & distributionis singulis præsentibus mittuntur per Diaconos.* Hactenus Justinus.

Sic & ad fratres hospites, in doctrinâ consentientes, missam esse Eucharistiam à Presbyteri Romanis; ex Irenæo *Eusebius* * refert: qui &, ad ægrotantes missam Eucharistiam, Serapionis cujusdam exemplo probat; quod suo tempore & loco commemorabimus.

Nihil autem de applicatione Missæ pro vivis & mortuis, nihil denique de impiâ illâ mutilatione Eucharistiæ, dici aut constitui hic videas. Si itaque Justinus audiendus est, eadem modum in Romanâ Ecclesiâ Eucharistia est administrata; sed Epistolæ, quæ falsò ejus Episcopis adscribuntur, plurimis omnibus, aliis Ecclesiis & scriptoribus hoc sæculo ignotos, recentiùs.

Qui igitur istis nugis delectãtur, audiat *Anacletum* * de Cœnæ dominicæ administratione sic loquentem. *Ipsi autem [illegible] ad festos secum adhibeant: ut Domino perfecte in sacrificio Deo sacrificare loco probentur. Aut namque auxilium loco ultimo vide ne offeras holocausta tua in omni loco, &c. Episcopus autem [illegible] & potest quam [illegible] &c. In festivitatibus quippe diebus, aut septem, aut quinque, aut tres Diaconos, qui ejus oculi dicuntur, &* [illegible] *liquos ministret, secum habeat: qui sacra indumenta velimentur, in mensa, & sacra; & Presbyteri oratione, deinde lavãdi, contrito corde & humiliato spiritu, a primo flens vultu, custodiretur cum a malevolis hominibus; & consensum ejus prabeant sacrificio. Peracta autem consecratione, omnes communicent, qui noluerint Ecclesiasticam carere luminibus. Sic enim & Apostoli statuerunt; & sancta Romana tenet Ecclesia. Ex Eusebium*, seu (ut Gratianus vult) *Hyginum*, ordinantem; *ut basilica Missa consecrarentur*: sicut ejus habet Decretum. in quem certè usum nulla Ecclesia Missas applicâsse legitur.

Credat itèm, *Alexandrum* precationibus Sacerdotum, quando Missæ celebrantur, admiscuisse passionem Domini. Quia verò sub Hadriano, æquè atque Justinus, hic Alexander vixit: mirum valdè est, quòd ejus decreti Justinus, in descriptione ritûs Cœnæ Domini, mentionem nullam facit. Quin & hoc credat quis, eum, Alexandrum, cùm primùm aquam & vinum esse mixtum docuisse: ex hac ratione; quòd ex latere Christi sanguis & aqua effluxerit. Referuntur hæc in *1 epist. decretali Alexandri.*

Persuadeat etiam sibi, *Telesphorum* instituisse, ut in natali Domini noctu tres Missæ celebrarentur: cùm omni alio tempore, ante horæ tertiæ cursum, nemini Missam celebrare liceret; quia eâ horâ Dominus in crucem sublatus esset. Itèm, ut ante sacrificium hymnus diceretur Angelicus: *Gloria in excelsis Deo.* Referuntur ex Damaso, *in primo tomo Conciliorum.*

Aviolum * vas quoddam *Eucharisticum* Justino coætaneum, constituisse: ut gutta, quæ in terram fortè cecidisset, linguâ relamberetur; tabula verò, in quam decidisset, raderetur. Si verò tabula non esset, ut locus corroderetur, & igne consumeretur; cinere intra altare recondito. Habentur enim hæc in Decretis Pii: *Si super altare calix stillaverit; sorbeat minister stillam, &c. Idemq; linteamina, quæ tetigerit stilla, tribus vicibus ablnat, alice superpositæ: & aqua ablutionis [illegible] & ponat altare recondatur.* Item, quòd ordinarit, ut is, qui non esset parati communicare, de panibus, quos ad Ecclesiam fideles deferebant, eulogia daretur. *Ibidem.*

Approbet & hanc *Soteris* constitutionem; quâ sanxit, ut nullus post cibum potumve, sive quodlibet minimum tumtum, missis faceret: nullusq;, absque patentis molestiæ obvẽtu, minister vel sacerdos, imperfecta officia relinqueret. Itèm: Ne Presbyter missam cantare auderet, sinè duobus secum præsentibus. Quia enim pluraliter *Dominus vobiscum*, item *Orate pro me*, Sacerdos dicere aptissimè convenire, ut & ipsius responderetur salutationi. Ubi & idem *Soter* præcipit; ut omnes eãdem die fideles communicent: exceptis iis, quibus ob gravia crimina interdictum sit.

Credat deniq;, *Sixtum* constituisse: ut, Sacerdote Missæ actionem incipiente, populus hymnum decantaret; *Sanctus sanctus sanctus Deus Zebaoth.*

Ex his igitur, si vera sunt, vides bone Lector, iniquitatis mysterium, ad simplicem Eucharistiæ ritũ & statum, qualem ex autoribus probatis suprà descripsimus, multas cæremonias cumulãsse: attamen alteram partem, ut & suprà ostendimus, Laicis eripere nondum fuisse ausum.

De publicis Congressibus.

Fuisse publicos Christianorum, & honestos ac pios conventus; historiæ, tum horum, tum aliorum temporum, testantur: sed quando, & quàm crebrò convenire soliti sint, non ità clarè exprimitur. *Plinii epist. ad Trajanum*, quam suo loco suprà adduximus, mercatinorum conventuum meminit. Ex *Justini* verò descriptione alio quo modo intelligi potest; duo fuisse illis præcipua in publicum convenendi tempora. Primum, in baptismo ne alicujus, qui ab Ethnicis ad Christianam fidem nuper conversus erat: tunc enim, sicut ex descriptione clarè liquet, convenire soliti sunt. Deinde [illegible] quos [illegible] missos fuisse, etiam *Dionysius* [illegible] apud Eusebium * Cum relationem [illegible] quod die Solis Deus [illegible] præbuerit.

Sicut autem, de tempore conventuum, non facile certa haberi possunt: ita de locis, in quos convenirint, longè incertiora. Quæ enim in Decretis & Constitutionibus Pontificum priorum, ut Pii, Hygini, Sixti, &c. de Templorum consecrationibus & coemiteriis ac vasis sacris, dicuntur; probari non possunt. Neque enim aut ædificare iis, aut templis & cœmeteriis publicis construendis operam dare, tùm licebat commodè in omnibus locis persecutiones: sicut alibi de hac re prolixius dictum. Nec templi alicujus *Justinus* meminit: sed simpliciter ait; *suam unumquemque ædificium esse & fanum.* Denique, nec temporibus certos, nec locis Christianorum cultus alligari fuerunt. sed tempus indicabile videtur necessitas, aut consuetudo; quia de die dominico Justinus dixit locum verò monstrâsse commoditas.

De actionibus Christianorum, *Plinius*, ut diximus, solitos stato die convenire Christianos, sub Trajano scripsit, ante lucem; carmenque Christo, quasi Deo, communi voce dicere: postea se sacramento obstringere, non in scelus aliquod, sed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depositum appellati abnegarent. Quibus peractis, morem illis fuisse ait, convenium solvere.

Justinus verò prolixiores, sed tamen simplicissimas actiones, recitat. Ait, in congressibus illis publicis urbanorum ac rusticorum, primùm lecta esse Prophetarum & Apostolorum scripta: deinde surrexisse eum, qui fratribus & cœtui Præpositus diceretur; orationemque habuisse paræneticam, invitatem & hortantem ad imitationem eorum, quæ prælecta essent. Postea cœtum omnem consurrexisse in preces: quibus finitis, de Eucharistiâ, ad quam preces priùs & gratiarum-actiones à Præfecto dictæ essent, singulis partem datam. Postremò contulisse, quicunque voluissent, in subsidium pauperum, pupillorum, & ægrotantium, &c.

Refert *Eusebius* * ex Dionysio Corinthio; etiam aliorum Episcoporum, non Apostolorum tantùm, scripta in Ecclesiis publicè lecta esse; ac præcipuè epistolam Clementis ad Corinthios. Sic etiam ad Romanos Dionysium scripsisse Eusebius testatur: *Sanctam hodie dominicam diem peregimus, in qua vestram legimus epistolam, quam semper admonitionis gratia legemus, sicut & priorem nobis per Clementem scriptam.*

* lib 4. c. 23.

[illegible] de Nicephoro, * contra calumniam Theodoti, etiam psalmorum & cantionum, jam indè à fidelibus compositarum, Christum celebrantium, deitatemque tribuentium, meminit: quemadmodum & *Clemens* * psalmodiæ, quam & ante & post cibum sumtum usitatâ fuisse, admonere videtur. *Autor Responsionum ad Orthodoxos*, * quæ Justino adjectæ sunt, significat: in Ecclesiâ sublatam [illegible] tempore fuisse consuetudinem canendi per instrumenta musica, & retecta simplicitate [illegible] oblectacula & organa, magis decere viderentur theatra, quam Ecclesiam.

* lib 5. c. 28
* lib. 4. c. 21

* Pædagog. lib 2. c. 4. & lib. mis. Strom.
* Responsa ad quæst. 107.

[illegible] quod de Hymnis responsoriis, seu antiphonis, per visionem Angelorum Ignatio indicatis, dicitur, fide careat: etiamsi id *Socrates*, historiæ Ecclesiasticæ scriptor, narret. Nec enim videtur, tanti eam rem momenti esse; ut propter eam necesse fuerit è cœlo Angelos descendere, & præcinentes apparere: maximè cum psalmos [illegible] rum non curarit.

Porrò, quibus partibus Canon Missæ, ab unoquoque Pontificum Romanorum, (quibus tamen parum adhibendam fidem est) auctus subinde sit; suo loco ostendemus.

Illud postremum adjiciendum videtur; quod veteres quidam, partim impressa, partim manuscripta *Chronica*, [illegible] sub Hadriano, anno scilicet imperii ejus XX, sic [illegible] quidam manuscripti habent) XII, sacra in [illegible] orientali, quæ apud Hebræos celebrata erant, [illegible] Quod quia probatis auctoribus [illegible] certum est; sed verisimile tamen [illegible] Ecclesiam polymitanâ solâ intelligamus, non [illegible] Ecclesiam. Gentes eam habuisse consuetam. Sed, quando [illegible] Ecclesias attinet,

Atque hæc in nostrâ [illegible]

Annuat Dominus, * [illegible] Eucharistiæ sacrificium Deo [illegible] Episcopum [illegible] celebrantem, [illegible] verbum veritatis [illegible] quæ vera doctrinæ [illegible] Præterea, ex decreto Clementis [illegible] templo distinctum locum, ubi Presbyteri & Sacerdotes [illegible] Vetat enim Laicos promiscuè [illegible] bytarium ingredi, dum Sacerdotes Missas celebrant. Inde Est & hymnus, *Sanctus sanctus*, &c. quem paulo antè à Sanctis initiorum orasse; inter celebrationem Missæ decantatum. Anteeum verò hymnum, cantio angelica, *Gloria in excelsis Deo* quam inducit Telesphorus; & aliaquædam, quæ modò recitavimus, ut *Dominus vobiscum*, *Oremus*, Ibid. Sed hæc, Rom. Episcopos cæremoniarum fabricatores præ aliis fuisse, manifestè coarguunt.

* in vita Anacleti. conc. 1. Conrad.

De Precibus.

Preces veterum Christianorum videntur fuisse duplices [illegible] publicæ & [illegible]. De publicis *Justinus* * describendo habet. *Postea*, inquit, *communiter omnes, & precamur.* Historia de legione Christiana, in expeditione Marci Antonini, quæ exercitui, in ardentissimâ siti, pluviam precibus à Deo (teste *Tertulliano*) impetravit; indicat, orantes genibus incurvatis provolvisse se in terram. Eumque orandi, seu statum, seu ritum, antiquissimum & communissimum fuisse omnibus seculis, apparet. *Clemens* etiam * significat; *orantes solitos abjicere se in terram.* Simul & de alio quodam precandi gestu, publico an privato incertum est, sic inquit: *Caput & manus in cælum extendimus; & pedes exeramus in ultimâ acclamatione orationis, alacritate spiritûs, &c.*

* Apol. 2.

* lib ult. Strom.

Antiquus & hic mos est; orare facie conversâ ad Orientem. quemadmodum *Responsator ad quæstiones Orthodoxorum* apud Justinum inquit: *Tempore precum spectamus omnes ad Orientem, tanquam Mundi partem honorationem, & ad orationem Dei destinatam.* Eumque ritum Ecclesiam accepisse indicat ab Apostolis; quemadmodum & orandi morem. Meminit Orientis etiam *Clemens*, in eo loco, ubi multa de oratione differit, & ait: *imaginem eum esse diei natalis.* Reliqua verò, quæ ibi plurima pertexit, de privatis orationibus monere videtur: ut, omnem locum & tempus sacrum esse; quovis igitur loco & tempore orandum esse: & semper quidem, quicquid etiam agas; non solùm manè, & in meridie, ac circa vesperam, cùm iturus cubitum, (iis enim vicibus orare, usitatum fuisse, ostendit) item ante & post cibum. sic enim inquit: *universa ejus, qui cognitione præditus est, vita est quidem celebris, ac sanctum diem festum: atque ei quidem sacrificia sunt ipsa precum ac laudes, & quæ ante cibum sunt Scripturarum lectiones: Psalmus autem & hymnus, dum cibus sumitur, & antequam eum capiatur; quin etiam nocturnæ orationes.* Item: [illegible] *erat vitam: etiamsi nonnulli certas & definitas horas orationi constituant; tertiam scilicet, sextam & nonam; applicantes eas ad mysterium & venerationem Trinitatis.* Reprehendit ibidem & verbosam orationem: & orationem vocat, quemcunque etiam lenem animi motum & susurrum, qui intus sit sinè claræ voce.

Epistola Smyrnensium, quam *Eusebius* * recitat, indicat hunc morem Polycarpo perpetuum fuisse, totas ante noctes precibus immorari, & pro pace omnium per orbem terræ Ecclesiarum, Deum supplicitèr invocare. *Justinus* * etiam eucharisticas fuisse Christianis preces admonet, [illegible] *quod nati sumus: quod valetudini consulatur; quod spes veræ conservantur; quod vices annuæ bene succedant; quod immortalitatem sperare ac impetrare liceat.*

* lib. 4. c. 23.

* Apolog. ad Antonin.

De Ordinatione.

Quanquam, quæ fuerit ratio vocandi [illegible] di Ecclesiæ ministros; (eiri [illegible] quia probari [illegible] jus seculi, [illegible] libus orabat Ecclesia; [illegible] lectores, [illegible] Joannæ [illegible] narrat [illegible] vicinas [illegible] Ecclesias

confiniaret; constitutas verò Episcopis, & Ministris insereret.

De ritu, observato in electione, præsertim plurium, apud *Eusebium* vocabulum κλῆρος & κληροῦσθαι admonet: quòd scilicet usitatum fuerit, per sortem ministros Ecclesiæ deligere. Unde & Clerici, qui in ministerium lecti essent, dicebantur.

De ordinationibus porrò Romanorum Pontificum, in libris Decretorum, ac præcipuè Epistolis ipsorum, multa narrantur: adeò ut semper in Decembri dicatur, de certi numeri ordinationibus in eo celebratis; & nō in alio mense. Ac mentio fit graduum & dignitatum; quas in aliis historiis hujus ætatis nondum legas: ut Metropolitani, Episcopi provinciales, Patriarchæ, Primatis, Suffraganei, &c. Sed hæ, & similes de Romanis Episcopis narrationes, omni fide carent: ut suo loco demonstrabitur.

De festis Christianorum: ac primùm de Paschate.

HÆsisse diu in Christianismo observationes quasdam, ex veteri Testamento petitas; legentibus historias hujus seculi, animadvertere, facile est. & vel unum docet exemplum, de celebratione Paschatis, in pluribus locis ad Judaicum ritum & consuetudinem accommodatâ: sive, quòd nati & educati quidam in Judaismo, libertatem Christianam non intellexerunt: sivè, quòd abrogationes repentinas omnium rituum Judaicorum, magni & præstantes in Ecclesiâ viri, sine perturbatione infirmorum non posse fieri, existimarunt. Cujus sententiæ etiam *Augustinum* fuisse apparet, qui dictum hoc celebrat & laudat: *Oportuisse Synagogam cum honore sepeliri.*

Certè diversitas in observatione Paschatis, testimonii satis est; quàm fuerint tenaces veterum, & Judaicorum rituum, multi pii & laudatissimi viri. Mansit enim ea diversitas ab Apostolorum tempore, usque ad Victorem Romanum Episcopum; atque etiam diu pòst. Non enim legitur, quo tempore in Ecclesiis orientalibus prorsus abrogata fuerit consuetudo, celebrandi Pascha more Judaico; quocunq; scilicet Martii die, 14. Luna incidisset: nisi quòd, post acre & pertinax Victoris & Ecclesiarum orientalium dissidium, decretum est; ne quis eam controversiam unquam resuscitaret. *Nicephorus.** Cùm Galli diem unum anniversarium, qui fuit 8. Calend. April. observarent, in quo Pascha celebrarent; dicentes: (ut *Theophilus* indicat) *Quid nobis necesse est ad luna computum cum Judæis Pascha facere? Quin, sicut Domini natalem, quocunq; die 8. Calend. Januarii venerit; ità & 8. Calend. April. quando resurrectio accidit Christi, debemus Pascha celebrare?*

In Romanâ verò Ecclesiâ, Pascha, quemadmodum *Irenæus* testatur, die dominico post decimam-quartam lunam celebrarunt: idque Pium pontificem primùm instituisse; ex Hermetis visione quidam prodiderunt. Sed, cum fortassis decretum illud ab omnibus Ecclesiis pariter non observaretur; Victor secutus, non sinè magnis motibus & dissidiis, idem repetiit: & Asiaticas Ecclesias, sicut prolixè *Eusebius* recitat, nolentes eam consuetudinem suscipere, simul omnes excommunicavit.

Hic jam illud observandum est: Apostolos & Apostolicos viros, neque de Paschate, neque de aliis quibuscunque festivitatibus, legem aliquam constituisse; sed libertatem salvam & integram omnibus reliquisse. quemadmodum *Socrates*,* de diversâ Paschatis, aliorumque rituum observatione, prolixissimè disputans, clarè inquit: *Nemo Apostolorum quicquam de illo* (Paschatis scilicet festo) *sanxit.* Et paulò antè: *Nusquam Apostolus, nec ipsa Evangelia, jugum servitutis hic imponunt, qui ad prædicationem accedunt: sed Paschatis festum, & alios dies festos, ipsi homines sui quique loci, propter remissionem laborum, & memoriam salutiferæ passionis, sicuti voluerunt, ex consuetudine celebrarunt. Neq; Servator hoc, aut Apostoli, nobis lege aliquâ observandum esse mandarunt, &c.* Contrà quam tamen libertatem, licèt oriretur *Ignatius** inquit: *Quicunque cum Judæis Pascha agerit, aut solennia dierum festorum eorum susceperit; communicavit is, qui Dominum & Apostolos ejus occiderunt.* Ubi & aliorum quorundam rituum, non sine superstitione Gentilium, meminit. *Dies festos*, inquit, *nolite celebrare. Quod a-*

gitimam verò nolite pro nihilo habere: imitationem enim continet Dei conversationis. Hebdomadam etiam passionis nolite despicere.

De Paschate hactenus; quod festum solum in historiis memoratissimum est: nam de aliis panciſsima leguntur.

Quò magis mirandum est, quâ audacia *Polycarpus*, plerosque dies, qui postea festivi habiti sunt, ab Apostolis institutos & ordinatos esse, dicat: ut Adventum Domini, Natalem & Circumcisionem ejusdem, Epiphaniam, Purificationem Mariæ, dies Quadragesimales, Dominicam Palmarum, diem Cœnæ Domini, Parasceven, Pascha, Ascensionem Christi, & Pentecosten: de quorum festorum nullo, excepto Paschate, expressi ferè quicquam legitur.

Diem natalis Domini, 8. Calend. Januar. celebratum esse; suprà, ex Epistolâ paschali *Theophili*, indicavimus. De die verò dominico diximus, in loco de Publicis conventibus; ex testimoniis *Ignatii & Justini.* Legitur quidem & de aliis festis; sed non alibi, quàm in historiâ Romanæ Ecclesiæ: ut de festo Epiphaniæ, de Dominicâ in albis, de natalitiis Apostolorum; in quibus sint consecrandæ virgines: in historiâ & decretis Pii Pontificis.

Sed ex *Eusebio** non obscurè apparet; Christianos, jam sub Antoninis, consuevisse celebrare memorias Sanctorū, qui martyrium fecissent: agere annuos & solennes conventus ad eorum sepulcra, nō superstitione aut cultu quodam. Sic enim ibi Christiani, qui Polycarpi ossa condunt, dicunt: *Nos tantùm ossa illius nacti condidimus, ubi id fieri decebat: ubi etiam, quoad fieri potest, congregati cum exultatione & gaudio, Dominus, natalem martyrii sui diem, tum ad memoriam eorum, qui antea certarunt, & futurorum exercitationem ac præparationem, celebrare largietur.*

De dedicationibus Templorum.

DE his, in aliis Ecclesiis nihil legitur: & verisimile est, ante Constantinum eos ritus in usu non fuisse: nisi quòd in historiâ Romanæ Ecclesiæ primis tribuuntur Pontificibus. Nos hos testes non posse non habere suspectos; certis argumentis suo loco declarabimus. *In alterâ* enim *Clementis epistolâ ad Jacobum*, ità clarè scribitur: *Ecclesias facite per congrua loca, quæ divinis precibus sacrare oportet; & in singulis Sacerdotes divinis orationibus dicatos poni.* Ità & *Evaristus* statuisse dicitur, Basilicas consecrare per Missam; Altaria verò unctione chrismatis, & sacerdotali benedictione: Altaria verò, quæ non essent constructa ex lapidibus, ad usum celebrandi officia divina consecrari noluit. Secutus *Hyginus* decretum idem tulit, & hæc altaria adjecit: *Si motum fuerit altare, Ecclesia denuò consecretur.* Item: *Si parietes tantùm mutantur, & non altare; salibus tantùm exorcizetur. Si homicidio vel adulterio Ecclesia violata fuerit; diligentissimè expurgetur, & denuò consecretur.*

De Jejuniis.

ORiginem habuisse, atque in Ecclesiâ diu durâsse, indè ab observationibus Judaicis, pinde ut alia multa, etiam jejunia, certum est: quæ in plurimis Ecclesiis, non minori solennitate & religione, quàm Pascha ipsum, observata sunt. Et quidem initium fuerunt, & quædam quasi parasceve, celebritatis paschalis. quamobrem & jejunia paschalia, ideò quòd aliquot apud alios diebus, apud alios septimanis, ante Pascha observabantur, dicta sunt: ut *Eusebius* indicat. Nec alium legas eorum fuisse finem, præter solam consuetudinem: nisi fortè propter preces & hæc consuetudo excogitata est. sicut in scriptoribus ferè ubique conjunguntur jejunia & preces: quemadmodum ex *Justino* liquet, & *Irenæo*,* qui preces Christianorum conjunctas cum jejuniis, etiam miracula mortuorum revivificationum conjecta scribit.

Fuit autem omnibus temporibus, & in omnibus Ecclesiis, hujus ritus tanta diversitas; quanta ne quidem explicari propemodum potest: cùm alii diebus plurimis, alii paucioribus, alii alio tempore, jejunarent. *Socrates*, ex Irenæo, hæc verba refert: *Inter dedicationum dissonantia est; sed de jejuniis plus: siquidem alii unum diem jejunandum esse putant, alii duos, alii plures, aut quadragima-*

*Lib. 4. c. 39.

*Hist. Eccl. lib. 5. c. 22.

*Epist. ad Philadelph.

*Lib. 2. adversùs Hæres. cap. 57.

Digitized by Google

horas diurnas ac nocturnas computantes, diem ſuum ſtatuunt. Habentur de illâ diverſitate quædam etiam *in epiſtolâ Theophili. In Italiâ*, inquit, *alii plenos quadraginta dies jejunabant; alii viginti: alii dicebant, ſeptem dies, quibus Mundus conclusitur, ſibi ſufficere: alii, quia Dominus quadraginta diebus jejunâſſet; alii quadraginta horas tenere debent.*

Ignatius Philadelphianis jejunium quartæ & ſextæ feriæ præcipit. *Quartâ*, inquit, *& ſextâ feriâ jejunate.* Ubi & jejunii diei ſabbati & dominici meminit. & nimis violenter, contra doctrinam Apoſtolicam, & libertatem Chriſtianam, in ejuſmodi verba erumpit: *Quicunq; dominicam & ſabbatum non jejunaverit, præter unum ſabbatum Paſchæ, ipſe eſt Chriſti interfector.* Quæ tamè planè ſuppoſititia eſſe, infrà dicetur. A quibusdam etiam diei Mercurii & Veneris jejunium obſervatum eſſe, *Clemens* * ſubindicat; ubi de vitâ & perfectione hominis cognitione præditi loquitur: *Novit*, inquit, *ipſe jejuni quoq; enigmata horum dierum, quarte inquam & ſexte. dicetur autem, ille quidem Mercurii; hic verò Veneris.*

* *lib. 7. Strom.*

Eſt & in Canonibus (quos Apoſtolis attribuunt, ſed falsò) de jejunio feriæ quartæ, item paraſceves, & jejunio quadrageſimali, quod in Romanâ Eccleſiâ primus inſtituiſſe fertur Teleſphorus: ut ſcil. omnes Clerici, ſeptem hebdomadas plenas ante Paſcha, à carne & deliciis jejunarent. Hæc conſtitutio refertur *in primâ decretali Teleſphori.*

Quando autem hæc diverſitas cœperit, non uſq; adeò certum eſt: videtur tamen, ſtatim poſt Apoſtolos, & has & alias diverſitates in Eccleſiâ ortas eſſe. *Irenæum, Euſebio referente*, de diverſitate jejunii, ut de re valde vetuſtâ loquitur; & nominatim addit: *Hæc varietas obſervationis, non tunc primùm, neque noſtris temporibus cœpit; ſed multò ante nos.* Certum verò hoc eſt; admodum diu durâſſe eam diverſitatem: necdum ſopitam fuiſſe circa annum Chriſti propemodum 400. quemadmodum ex *Socrate Conſtantinopolitano* videre eſt.

De Aquâ luſtrali, ſeu adſperſionis.

INeptas & pueriles ceremonias inſtituere, reliquas Eccleſias fortaſſe puduit: ſed Romana, fronte ſemel perfrictâ, nihil non etiam ineptiſsimarum rerum auta eſt. quámvis, ut ſuprà dictum eſt, poſterioribus temporibus iſtæ nugæ videantur confictæ, & pro antiquis venditatæ. Nam de uſu inſtituto Aquæ adſperſionis, in aliarum Eccleſiarum ritibus nihil prorſus invenitur. Ac ſanè mirum eſt; ſi tùm fuit caput omnium Eccleſiarũ Romanus Epiſcopus: quòd tam nullos mãdatis ſuis habuerit obſequentes. Adſcribunt autem illam Aquæ conſecrationem *Alexandro I.* inſtitutam hoc Decreto: *Aquam ſale conſperſam populo benedicimus, ut eâ cuncti adſperſi ſanctificentur ac purificentur: quod & omnibus Sacerdotibus faciendum eſſe mandamus.* Sequũtur rationes non minùs ineptæ ac impiæ: *Nam, ſi cinis vitulæ, adſperſus ſanguine, populum ſanctificabat atque mundabat: multo magis aqua ſale adſperſa, divinisq; precibus ſacrata, populum ſanctificat atque mundat, &c.* Verùm hæc omnia ethnico alicui Pontifici, qui tùm Romæ adhuc ſua collegia habebant, potiùs tribui poſſunt; quàm Epiſcopo Eccleſiæ.

* *lib. 3. c. 19*

De copulatione, ut vocant; ſeu Sponſi & Sponſæ benedictione.

RItus aliquos pios & honeſtos ab Eccleſiis paſsim, etiam circa Nuptias legitimas, obſervatos eſſe; non eſt dubium. Quid tamen in eo genere pro more aliæ habuerint Eccleſiæ; apud probatos hujus ſeculi autores non legitur. In Romanâ vero Eccleſiâ, ſi *Euariſti* decretis fides adhibenda eſt, conſuetudo fuit; Fœminam, honeſtè & legitimè viro deſponſatam, à Sacerdote precibus & oblationibus benedici. Sunt tamen, qui hoc decretum ad *Soterem* referant.

De Sepulturâ.

COnſuetudinem aliam agendi cum vitâ-defunctis, quàm ſepeliendi injectâ terrâ, non legimus. Vigiliarum & Exſequiarum, apud probatos autores, nulla fit mentio: nec veriſimile eſt, Chriſtianos Ethnicorum ritus imitatos eſſe. Obiter hic meminiſſe libet, quod *Niceforus* * ſcribit: *oſſa ſolidiora Ignatii, longo tempore poſt, a ſcilato-*

ribus ejus Româ Antiochiam eſſe delata. Quâ narratione manifeſtè fatetur; hoc ſeculo nondum notam fuiſſe, aut invaluiſſe, ſuperſtitionem illã anilem, de Reliquiis Sanctorum. Accedit ad hoc; quòd profitetur, ſe ignorare tempus, quo iſtæ translationes reliquiarum ex uno in alium locum cœperint.

Idem & de Peregrinatione hominum, ad templum & ſepulcrum Clementis, dici poteſt; quę in ejusdem libri capite præcedenti narratur: ſed in quâ narratione, neq; loci, neq; temporis, neq; aliarum circumſtantiarũ, quæ ad narrationem probabilem requiruntur, meminit. ut facilè appareat, pro rebus veris, falſas & confictes narratas eſſe.

De diſciplinâ & moribus externis Chriſtianorum.

VTILE etiam & jucundum eſt, mores & res externas, quæ in communem Chriſtianorum incidunt vitam, obſervare. Indè enim de puritate & impuritate doctrinæ, & de fructu verbi Dei, judicia & documenta non admodum obſcura ſumi poſſunt. Hoc igitur ſeculo, Chriſtianos, in inſtituendis ac regendis moribus ſecundùm præcepta Sacrarum literarum, diligentiores & cautiores fuiſſe; indè conſtat: quòd varia ab Ethnicis, Judæis, & perſecutoribus ipſis, objiciebantur crimina; de quibus ſuprà in loco de Perſecutione diximus. Unde ſeriò ac diligenti ſtudio, verbum Dei diſcendi, propagandique ad alios, tum miniſtri, tum auditores, pariter tenebantur. Ac teſtatur *Tatianus*, omnem apud Chriſtianos ætatem atque ordinem philoſophari; & virgines & ancillas, ad lanam ſedentes, de verbo Dei loqui conſueviſſe. Ac in ipſis quidem, quæ tùm graſſabantur, perſecutionum fluctibus, neceſsitas eos ipſa impuliſſe videtur; ut religionem Chriſtianam animis ità infigere ſtuderent: ne exquiſita acerbitas tormentorum, quibus afficiebantur, eam vinceret & excuteret. Quod ſtudium acre, & diligentiam, ſuus etiam fructus conſecutus eſt. Haud enim unquam Chriſtiani, confeſsione, cõſtantiâ, ac profuſione ſanguinis pro Chriſto, clariores fuerunt, promtiores; quàm hiſce aliquot ſeculis. Charitas præterea, & dilectio mutua, inter eos fervens erat; caſtitatisque, juſtitiæ, honeſtati, veracitati, beneficentiæ, patientiæ, longanimitati, & id genus aliis pulcerrimis virtutibus, impensè ſtudebant: invicem ſibi compatientes; ſeſque mutuò conſolationibus in calamitatibus erigentes, & in afflictionibus confirmantes. Hoc denique omnium commune erat ſtudium: ut alii alios inſtituendo, admonendo, corrigendo, & objurgando, ædificarent, melioresque redderent.

Rara tùm inter Chriſtianos exempla erant abnegationum, contemtûs verbi divini & communionis; aut ſeditionis, cædium, ebrietatis, adulterii, injuſtitiæ, mendacii, avaritiæ, furti, ſimiliſimve vitiorum. Teſtatur enim *Plinius*, non-Chriſtianus ipſe, ad Trajanum ſcribens: Chriſtianos adulteria, cædes, aliaq; ſcelera, non ferre; ſed omnia ad legum ſententiam & conformitatem facere.

Erant autem Magiſtratibus ſubjecti, ſed quoad res externas & politicas, cùm Laici, tum Eccleſiæ miniſtri: quos nec ipſos à publicis oneribus immunes fuiſſe, res ipſa infrà declarabit; ubi commemorandum erit, quâ pietate & beneficentiâ Imperator Conſtantinus immunitatem legibus latis, illis contulerit. Patienter igitur & illam fortunam ac ſervitutem Chriſtiani ferebãt; & magiſtratibus ſedulò parebant. A tyrannis etiam injuſtè oppreſsi, ac miſerè diverati, ſe non factionibus aut ſeditionibus ulciſcebantur: ſed pro perſecutorum converſione, & pace Eccleſiæ, orabant, tum in cœtu publico, tum privatim domi: quemadmodũ in Apologiâ ad Antoninum *Juſtinus* ait; Chriſtianos etiam pro inimicorum ſalute precari.

Quinetiam in itinere agentes, pſalmos, quibus Deũ glorificabant, ejusq; beneficia petebant, canere ſolebant in linguâ notâ. cujus rei exemplum apud *Niceforum* * eſt.

* *lib. 3. c. 37*

Conjugium & nuptiæ honorabiles ab iis habebantur: nec erant Miniſtris Eccleſiæ (ut Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis) interdictæ; ſed potiùs mandatæ, quemadmodum ſuo loco dictum eſt. nisi quòd aliqui, cupientes eſſe expediciores in tantis perſecutionibus, & dono continentiæ præditi, ad Evangelium prædicandum, &

exilia

re, ut ferendæ, à principio non justi aut coacti, sed sua sponte A
abstinebant. Quæ consuetudo postea paulatim in legem
abiere cœpit; in eo maximè loco, ubi ministerium iniqui-
tatis efficaciùs agit.

Proprium præterea Christianorum fuisse, & non, ut in
Ecclesiæ primordiis Hierosolymis fiebat, communia o-
mnia habuisse: res in historiis & probatis autoribus anno-
tatæ testantur. Si enim omnia fuissent communia: quo-
modo pro pauperibus collectio esset facta in publicis con-
gressibus; sicut ex *Justino* retulimus; & antiquum eum mo-
rem Ecclesiæ Romanæ fuisse, *Dionysius* scribit. Manere
tamen fortè aliqua species communis vitæ potuit, inter
ministros Ecclesiæ, viduas & pauperes: quæ ex ærario pu-
blico & oblationibus alebantur. Mendicitatis enim exem-
pla, aut testimonia, nulla leguntur.

Milites etiam Christianos stipendia sub ethnicis Impe-
ratoribus meruisse, certum est: sed ubi justi belli justas cau-
* lib. 5. c. 5. sas Imperatores habere cognoverũt. Refert enim *Eusebius* *
ex Tertulliani & Apollinarii apologiis; Christianos sub
Marco Aurelio Antonino militâsse.

Discrimina ciborum etsi pleriq; non observabant: ta-
men, cùm multi illud Apostolicum, *Abstineant à sanguine*
& suffocato, præcisè observandum putarent; factum est, ut
* lib. 5. c. 1. plerique Christianorum sanguine pecudum non vesce-
rentur. Hinc apud *Eusebium*, * in epistolâ martyrum Gal-
licanorum ad fratres in Asiâ & Phrygiâ, Biblidem, legi-
tur, fortissimam martyrem, objicientibus Ethnicis, quasi
humanis viceribus Christiani vescerentur, respondisse:
Multũ erratis, ô viri. Quomodo enim infantes ederent illis, quibus
irrationabilium quidem pecudum sanguine vesci non licet? In
quâ epistolâ etiã illud narratur: inter martyres vinctos a-
pud Gallos, Alcibiadem quendam ignem fuisse, qui squa-
lidè vixerat; nec aliud in cibum usurpaverat, præter panem
solùm & aquam. verùm eam ob rem ab Attalo, insigni
martyre, objurgatum, tanquam qui creaturas Dei con-
temneret, aliisque scandali autor esset; sordidam illam
suam consuetudinem abjecisse. Unde conjici potest; mul-
ta elective exercitia errore, à simplicioribus Christianis,
interdum esse inceptа: quæ postea legis vim, hominum
superstitione, adepta sunt.

Ab Ethnicorum, & Judæorum, & Hæreticorum im-
pietatibus & superstitionibus, sibi diligentissimè Christia-
ni cavebant. Testis *Theophilus* est, Christianos ad specta-
cula, quæ ab ethnicis in theatris exhibebantur, non acces-
sisse: eò quòd putarent, sine peccati contagio spectari ea nõ
posse. Quemadmodum & in ludos theatrales, ut Chri-
* Pædagog. lib. 3. c. 12. stiano homine indignos, gravissimè *Clemens* * invehitur;
& theatra pestilentiæ cathedram vocat: occasionem au-
tem conventûs, causam esse turpitudinis, ait. Et, quòd
Polycarpus nec stare, nec sedere in eo loco voluerit, ubi F
aliquando Hæreticorum blasphemias audivisset; *Irenæus*
testatur. Estq; verisimile, id non tantùm doctores, sed alios
quoq; Christianos, observâsse: utpote memores illius sen-
tentiæ, HIS NE AVE DIXERITIS.

Etsi autem verisimile est, propter crebras & crudelissi-
mas persecutiones, Christianos quosdam, sibi suisque viri-
bus diffisos, exilium potiùs elegisse, & in solitaria loca se
abdidisse; ibiq;, quia inter homines tutò non liceret, inter
feras vixisse, Deumq; coluisse: tamen, apud probatos au-
tores, nihil tale factum hoc seculo reperitur. Quod argu-
mento esse potest; Eremitarum genus vitæ aut nondum
in usu fuisse: aut propter necessitatem, & non opinionem,
seu superstitionem potiùs excellentis cultûs divini, susce-
ptum esse. Is enim erat fervor Christum confitendi, proq;
eo sanguinem suum fundendi: ut se sponte suppliciis &
cruciatibus offerrent; nedum latibula quærerent.

Idem & de Monachatu dici potest: cujus nullus fide-di-
gnus testis mentionem facit; nisi quòd *Epistola decretales*
Pontificum, conjecturas quasdam præbent decretis, de con-
secrandis Virginibus. Et *Vincentius* * in Alexandriâ Ægy- H
pti, monasterii mentionem facit: ubi fabulam seu legendâ
Eugeniæ recitat. Verum, utrùm suspectorum testium au-
ctoritas plus, quàm verorum silentium & præteritio, quæ
nihil contradicit, valeat; Lector judicet.

CAPUT VII.

DE GUBERNATIONE ECCLESIÆ

ejusq; rerum & personarum.

DUplici gubernationis formâ, quam à
Christo institutâ, & ab Apostolorum
Ecclesiâ observata fuerit; dictum est à
superioribus. Nunc videndũ & exponendum
venit, quid hoc proximè-sequenti tractatu
observatum: quæ Ecclesiæ simplici regimine contenta;
quæ verò, paulatim priorem formam immutantes, novas
leges & decreta coacervarint; & regnum Christi spirituale
in mundanum & politicum cœperint transformare; & de
magis imperium, quàm ministerium, quærere visæ sint.
ut agnoscatur, quo loco mysterium iniquitatis, quod à
tempore Apostolorum agere cœpit, hoc quoque seculo magis minùsve efficax fuerit. Duplex autem regimi-
nis ecclesiastici forma se-se nobis offert considerandi-
quarum prior, communem singularum Ecclesiarum ad-
ministrationem; altera verò, plurium, aut omnium inter se consociatarum, gubernationem complectitur. Or-
do itaque rerum postulat, ut de illâ priùs; de alterâ verò,
posteriùs dicatur.

FORMA GUBERNATIONIS ECCLE-

siæ, quâ singulæ usæ sunt.

PErsonas idoneas, doctrinâ, constantiâ, confessionis
vitæ integritate, & bono zelo præditas, hoc seculo
passim Ecclesiis præfuisse; ex Doctorum ecclesiasticorum
catalogo, & descriptione eorundem, manifestum est. Vi-
vebant enim adhuc multi, qui Apostolorum auditores
fuerant: & vocatio ac electio penes totam Ecclesiam erat:
&, juxta præceptum Pauli, in doctrinâ sani, & vitâ hone-
sti, ad gubernacula Ecclesiæ collocabantur. Neq; tamen
ubique eâ in parte felix & beata reperitur Ecclesia. alicubi
enim Hæretici locum docendi adepti sunt: alicubi etiam,
omissâ accuratâ diligentiâ in vocatione & electione, mi-
nùs idonei rerum habenis sunt potiti; ut *Irenæus* ad Vi-
ctorem scribẽs testatur. Ut autem numerus certus & præ-
finitus Ministrorum Ecclesiæ, non est in Sacris literis man-
datus: ità pro eo, ac Ecclesiarũ necessitas postulavit, plu-
res aut pauciores habuerunt.

De gradibus Ministrorum in Ecclesiâ.

Et, ut inter eos ordo aliquis esset; & officia eccle siasti-
ca, inter plures certa ratione distributa, melius adminis-
trarentur; & successio ministrorum ordine fieret: neces-
sitas coëgit, personarum gradus aliquos constituere &
conservare. In eâ autem re, paucitatem & simplicitatem
pleræq; Ecclesiæ, hoc quoque seculo, custodierunt. Nam
plures ordines, quàm hi tres, scilicet Episcopatus, Presby-
terium, Diaconatus, apud probatos autores non reperiun-
tur: & officia, quæ postea Ostiariis, Lectoribus, Exorcistis
& Acoluthis, sunt attributa, Diaconorum & Hypodiaco-
norum numeri conjuncta fuerunt omnia. Sic in Gallicanâ
Ecclesiâ (ut patet ex epistolâ Lugdunensium martyrum
ad Asiæ Ecclesias) ministri Ecclesiæ non plures commo-
morantur, quàm Episcopus, Presbyteri, & Diaconi; alii
Fratres dicuntur. *Eusebius.* * * lib. 4. c. 1.

Clemens Alexandrinus, in suis libris, qui hodie exstant,
nusquam plurium facit mẽtionem; quàm Episcopi, Pres-
byterorum, & Diaconorum: nisi quòd alicubi Viduas ad-
jungit; nec tamen differtè iis ministerium in Ecclesiâ at-
tribuit; multò minùs gradum adscribit. Testatur etiam
Hieronymus, * in Alexandrinâ Ecclesiâ non plures gradus * Epist. ad
à Marco usque ad Dionysium, fuisse; quàm Episcopa- Evagrium.
tus, Presbyterium, & Diaconatus. *Ignatius*, in epistolis
quæ ei attribuuntur, ad Trallenses, Magnesianos, Tar-
senses, Philippenses, Philadelphienses, non meminit
plurium, quàm Episcoporum, Presbyterorum, & Dia-
conorum. Sed in unâ, quæ ad Antiochenos inscribitur,
salutat Presbyteros, Diaconum, Subdiaconos, Lecto-
res, Cantores, Ostiarios, Laborantes, (forte in quibus
Græcus textus habuit) Exorcistas, Confessores, Custodes
sanctarum portarum, Diaconissas, Virgines susceptrices

Christi.

Christi. Verùm, [illegible] ita etiam hæc, cùm [illegible] ferioris ætatis & corruptelæ videntur. Nec verisimile est, in Asiæ ecclesiis Ecclesiæ, tempore Ignatii, qui proximè ad Apostolos accessit, & à Petro ipse ordinatus dicitur, tot gradus pertinuisse ecclesiasticarum functionum, præsertim cùm Theophilus * meminerit Evangelium & Diodymum primos, post Antiochenæ Ecclesiæ, nostræ Dominicos psalmos decantandi, in duas partes divisis cantorum cœtibus, inventisse. Sed tamen judicium penes Lectorem esto.

In Romanâ Ecclesiâ, sive [illegible] scripta *Justini*, cognomento Philosophi, qui Romæ vixit, & maximè, si videas [illegible] locum, qui extat Apologiâ secundâ, ubi de Baptismi & Cœnæ dominicæ administratione agit: non reperias personarum ecclesiasticarum alium ordinem, quàm quòd nominat unum Præfectum (προεστῶτα) fratrum, & quosdam Diaconos; cæteros verò fratres. Narrat *Nicephorus*, * Eleutherium ab Anicero, vel potiùs Aniceto, sacras literas [illegible] sacro Cleri numero insertum esse: & 15. anno ætatis Diaconi gradum accepisse; & triennio pòst Presbyterorum cœtum; & anno 20. ætatis Episcopum delectum, & in Illyriam missum esse. Inde, qui gradus Romæ sub Hadriano fuerint, colligi potest.

Qui vitas Romanorum Episcoporum hujus seculi describunt; cùm ordinationum mentionem faciunt, quas ii Episcopi celebrarunt; tantum referunt, Episcopos, Presbyteros, & Diaconos, ordinatos esse. Nec ullius Romani Episcopi decretis aut epistolis, plurium gradnum inventio, aut institutio in Romanâ Ecclesiâ, quantum ad hoc seculum, attributur: sed cujusdam interioris (ut suo dicetur loco) inventum esse asseritur; quòd per hos gradus ascendendum sit: nempe, ut quis primùm fiat Ostiarius; deinde Lector; postea Exorcista, Acoluthus, Subdiaconus, Presbyter; postremò Episcopus.

In Epistolâ Clementis ad Jacobum primâ, mentio fit horum: Episcopi, Presbyterorum, Diaconorum, & Catechistarum. *Epistol. 2.* tribus gradibus sacramenta divinorum decretorũ commissa esse dicit; scilicet Presbytero, Diacono, & Ministro. *Epist. 3.* ponit hos gradus: Episcopus, Coëpiscopus, Presbyteri, Diaconi, Clerici, Principes majores & minores, & Fideles. Sed quid de his Epistolis vulgò sentiatur, suo dictum est loco.

Memorabile de gradibus est; quòd tantùm uniuscujusliber Ecclesiæ reperitur Episcopus. In Presbyterio & Diaconatu semper plures fuerunt personæ, pro cujusque loci seu Ecclesiæ necessitate. Testatur *Hieronymus*, * tempore Apostolorum, Episcoporum & Presbyterorum non fuisse distinctos gradus: sed postea, in schismatis medium, unum ex Presbyteris esse electum, & in excelsiorem gradu collocatum, & Episcopum appellatum; qui solo ordinationis officio à Presbyteris differret. Unde liquet, circa hæc tempora cœpisse in Ecclesiâ mutationem coepisse & Episcopatum, non tam divina institutione, quàm humanâ autoritate, propter bonum ordinem & ædificationem atque successionem, gradu presbyterio superiorem haberi. Hinc est, quòd *Irenæus* Soterem, Anicetum, Hyginum, Pium, Telesphorum, appellat Presbyteros. [illegible] * Reperitur & apud alios ista promiscua vocum, Episcopi & Presbyteri, usurpatio.

Sub Trajano, adhuc vivebat Johannes Apostolus: qui [illegible] quasi supremus fundator & inspector Ecclesiarum, & quia Epheso ad vicina loca solebat exire, & [illegible] Episcopos constituere, & partim sorte Cleros eligere [illegible] Clericum apud Smyrnæos. * Mortuo autem [illegible], Apostolorum in Ecclesiâ cessavit. quod eò factum [illegible] Deus voluit Ecclesiæ [illegible] esse obligatam. Tradidere autem Apostoli [illegible] quolibet loco Ecclesiæ [illegible] * Quia verò doctrina Evangelii [illegible] erat: ideò solebant Ecclesiæ [illegible] adire expeditius, & ad [illegible] Evangelio [illegible] imponere, [illegible] Apostolorum, [illegible] rumores Gentium loca peragrare, & [illegible] cavere. Hi Evangelistæ, aut Apostoli [illegible] eosque plurimos multis [illegible] tur *Ephesus*. * In quorum numerum [illegible] fuisse qui à Demetrio, Alexandrino Episcopo, missus est in Indiam. *Hieronymus*. * Tales etiam erant [illegible] Vincentius, Peregrinus, Potentianus. *Prædestinatus*. *

Eusebius, * ex Apollinario, Prophetas novi Testamenti recenset Agabum, Judam, Silam, filias Philippi, Ammiam Philadelphiæ, Quadratum. quorum quidam hoc seculo fuerunt superstites. Verùm non de venturo alio Messiâ prophetarunt; sed eventus in Ecclesiâ aut Politiâ præviderunt, & prædixerunt: nec (ut in veteri Testamento) aliquam partem politicæ gubernationis sustinuerunt; sed tantùm doctores fuerunt, à dono prophetiæ nomen Prophetæ sortiti. Unde in Ecclesiis singularem gradum non obtinuerunt: sed inter Episcopos connumerati sunt. Idem etiam de aliis factum est; qui [illegible] miraculis, & ejiciendis dæmoniis, insignes fuerunt.

Multa enim dona variarum operationum hoc tempore in Ecclesiâ fuisse; testatur *Eusebius*. * Zotas Presbyter, Ostrenus, & Julianus, Apameæ, dæmonium Maximillæ & Priscillæ convincere & ejicere conati sunt: *Eusebio & Nicephoro* referentibus, & *Apollinario*.

Si verò, & Dominum talia phantasticè operatum esse, dicturi sunt: ducemus eos ad prophetica oracula; & ex illis ostendemus, omnes ad hunc modum de illo vaticinatos, & hæc solidè gesta, esseque eum solum Filium Dei. Quapropter & in illius nomine, ii, qui veri ipsius sunt discipuli, gratiâ ab eo acceptâ, in hoc perseverant: ut reliquis hominibus, quisque pro dono ab eo accepto, benefaciant. Dæmonas enim alii solidè ac verè expellunt: ità ut & illi-ipsi, à malis spiritibus repurgati, ad fidem pervenerint, & in Ecclesiam recepti sint: alii verò futurorum præscientiam, visiones, ac prophetica vaticinia, habent: alii morbis laborantes per manuum impositionem curant, & sanitati restituunt. Jam verò, sicut diximus, & mortui resurrexerunt; & nobiscum annos multos manserunt. Verùm innumerabilia sunt charismata, quæ Ecclesia per totum orbem, accepta à Deo, singulis diebus in nomine JESU Christi, sub Pontio Pilato crucifixi, ad benefaciêdum gentibus, dispensat: nec fallens quenquam; nec cuiquam illa pro precio vendens. Sicut enim gratis à Deo accepit: sic gratis etiam administrat. Et alio loco idem Irenæus scribit: Sicut & multos in Ecclesia fratres prophetica charismata habere; & variis linguis per Spiritum sanctum loqui; & secreta hominum, ubi conducibile est, in apertum producere, & mysteria Dei explicare, audivimus. *Eusebius* * *ex Irenæo refert.*

RATIO GUBERNATIONIS.

COmmunis autem & usitata gubernandi ratio, in plerisque Ecclesiis, non admodum dissimilis superiori fuit. Nam Episcopi & Presbyteri munere docendi & docendi, tum juventutem, tum plebem, fungebantur: & inter docendum, non tantùm puram [illegible] Evangelii tradiderunt; sed etiam Hæreticorum [illegible] opiniones refutarunt. Taxarunt hominum vitia: institerunt admonendo, cohortando ad perseverantiam fidem, novam obedientiam, & confessionem, & patientiam; & cõsolando afflictos: objurgando tempestivè, & intempestivè, juxta præcepta Pauli. nec sua somnia proposuerunt: sed Sacras literas exposuerunt, juxta analogiam fidei. Hæc vera esse, cùm scripta Doctorum hujus seculi, quæ extant, testantur; tum historiæ. Nam ex [illegible] storiâ Johannis, commemoratis [illegible] dam in Asiâ, qui postea [illegible] tur; constat, cum [illegible] * [illegible] cipes [illegible] * [illegible]

[illegible]

Ascendi munere vacuus fuisse; patet ex historiâ Eleutheri, quem puerum Anicia mater Aniceto tradidit erudiendum: ut narrat *Nicephorus.** Testis etiam gravissimus & verissimus est *Justinus*, * qui expresè dicit, quòd is, qui præcipuus est inter fratres, die dominicâ, ea, quæ ex commentariis Apostolorum aut Prophetarum in Ecclesiâ lecta sunt, exponat; admoneat & exhortetur, ut ea, quæ recta sunt, bona & sancta imitentur.

Si testes suspectos, vitas Pontificum, eorumque Epistolas, citare libeat: nec ii quidem negabunt, Episcopos Romanos tantùm docendi officium sustinuisse, & nullo modo ducatus, principatus, regna & imperia administrâsse, quæ tunc Ethnici possidebant.

¶ Deinde, cùm Sacramẽtorum administratio etiam ad regimen Ecclesiæ pertineat: videas hoc quoque seculo Episcopos & Presbyteros non piguisse baptisare, non quidem campanas & altaria; sed homines, de præcipuis Christianæ religionis capitibus instructos: *Eusebius*, * & *Justinus*. * & phylacterium dare; hoc est, Cœnam Domini (eo enim nomine tunc vocabatur) administrare: *Eusebius*. * Et *Irenæus* testatur apud *Eusebium*. * & *Nicephorus*; * Aniceum Polycarpo ministerium Eucharistiæ, honoris & conjunctionis testandæ gratiâ, permisisse. Et *Justinus* testatur; eum, qui præcipuus fuit inter fratres, administrasse Cœnam dominicam: Diaconos verò panem & calicem consecratum circumferre, & distribuere cõmunicantibus; & absentibus etiam adferre.

¶ Clavium administratio etiam ad gubernationem Ecclesiæ pertinet. Quare, quid de iis factum sit, quædam breviter hic dicamus. De auriculari confessione, & privatâ absolutione, & satisfactionis seu pœnitentiæ impositione, apud fide-dignos hujus seculi autores nihil reperitur. *In epistolâ verò Clementis primâ ad Jacobum*, Petrus dicitur mandâsse; ut is, cujus fortè cor vel livor, vel infidelitas, vel aliquod aliud peccatum, latenter irrepserit, non erubescat confiteri hoc ei, qui præest: ut ab ipso per verbum Dei & consilium salubre curetur; quò possit integrâ fide, & operibus bonis, pœnas æterni ignis effugere, & ad perpetuæ vitæ præmia prævenire. Sed, cùm illa epistola vulgò pro supposititicâ habeatur; aliàs cum Petri doctrinâ hæc non cõgruant; penes Lectorem esto judicium, quid de hac re sentiendum sit.

Quòd autem publicè lapsos, etiam coram Ecclesiâ pœnitentiam agentes, receperint & absolverint; id ex historiâ latronis, per Johannem apostolum recuperati, (si tamen non potiùs fabula est, quæ est Clemente ab *Eusebio* * refertur) apparet.

Excommunicationem quoque eos adversùs scelerato & hæreticos exercuisse; testatur *Plinius*: * ubi ait, Christianos adulteria, & cædes, & quæ istis cognata sunt illicita delicta, etiam ipsos inter se prohibere; & omnia facere ad conformitatem legum. *Eusebius*. *

Victor Romæ excommunicavit coriarium Theodotum, Christum purum hominem asserentem. *Eusebius*. * & *Nicephorus*. * Quemadmodum & ibidem, Blastum & Florinum à Presbyterio, ob hæresin, rejectos; narrat idem *Eusebius* * ex *Irenæo* & *Nicephoro*. *

Nec soli Romani Episcopi; sed etiam alii, excommunicationem exercuerunt. Johannes enim & Polycarpus pro excommunicatis Hæreticos habuerunt, & vitarunt: *Eusebius*. * Et Ecclesiarum pastores, Hæreticos, tanquam feras quasdam bestias, undique ab ovibus Christi repulsos esse tulerunt; cùm admonitionibus, tum adhortationibus ad fratres &c. *Eusebius*. * Verùm in excommunicando summam voluerunt adhiberi prudentiam: ne cui injuria fieret; néve clavibus abuerentur; & ne levi de causâ quis excommunicaretur. Quare, cùm Victor Asianas Ecclesias, propter diversam observationem Paschatis, excommunicaret; graviter alii Episcopi eum objurgarunt: & Irenæus adplures Episcopos scripsit; atque eam excommunicationem irritam esse ostendit. *Eusebius*. *

¶ Porrò, cum Ministrorum Ecclesiasticorum alios in Ceremonias indifferentes, ad ædificationem & bonum ordinem, sinè conscientiarum laqueis, inducere; Ecclesiæ

A

B

C

D

E

F

G

H

totum observare; & non, multitudine traditionum humanarum, verum Dei cultum impedire; nec suas cæremonias, tanquam necessarias, aliis invitis obtrudere, & ex iis edicta prætoria facere: videmus, aliarum Ecclesiarum Episcopis nusquam attribui, quòd in suis Ecclesiis aliquas ordinarint, aut immutarint cæremonias; aut aliquas decreta promulgarint. Contenti enim simplici apostolicaque formâ Ecclesiæ fuerunt. Nihil quod quorundam veterum, Ignatium Antiochiæ institutisse cantionē Antiphonarum, quod quàm verũ sit, *Theodoretus* * ostendit: qui Flaviano & Diodoro id inventum adscribit. * lib 2. c. 24

Verùm, eâ in re mirè excessisse Romanos Episcopos, si scriptoribus vitarum Pontificum, & Epistolis eorũdem, credatur: manifestum est. Ibi enim reperiuntur cæremoniæ plurimæ, de quibus superiori capite dictum est; & decreta plusquam prætoria: quorum quædam frivola sunt; quædam superstitiosa; quædam verò cum Scriptura pugnantia: & tamen nullum fermè est, quod non anathematis pœnam habeat annexam. Talia sunt: decreta de sacris Vasis tractandis; de non-accusandis & judicandis Episcopis, de prohibitione Conjugii; de primatu Romanæ Ecclesiæ, & appellatione ad eandem; de abstinentiâ a carne in Quadragesimâ, de observatione Paschatis; de dedicatione Templorum; de benedictione Aquæ; de consecratione Virginum; & similia, qualia multa ibidem leguntur. Quæ si verè Romanis Episcopis hujus seculi attribuuntur: facilè pius Lector agnoscit opera & efficaciam mysterii iniquitatis.

Alia verò ad ministerium pertinentia munera; qualia sunt, orare pro Ecclesiæ pace & tranquillitate, pro persecutionum mitigatione, pro fructu verbi divini, pro ampliatione Christianismi, & pro aliis tum corporalibus, tum spiritualibus bonis; item cõsolari afflictos, invisere ægrotos; & sanâ doctrinâ & honestâ vitâ se exemplum præbere gregi, attendere lectioni; ordinare personas, legitimè ad ministerium vocatas ab Ecclesiâ, & idoneas; & similia; quis est, qui dubitet, cùm Episcopos, tum Presbyteros & Diaconos, diligenter obiisse? *Epistola Smyrnensium*, quam habet *Eusebius*, * testatur; Polycarpum per omnem vitam suam moris habuisse, pro pace Ecclesiarum, quæ ubique sunt, Deo supplicare. Narrat *Vincentius*, * Pium, Romanum Episcopum, adiisse lugentem Praxedem, & ægrotum Novatum; & cum totâ congregatione ad eum nocte venisse. * lib 4 c. 15 * Ad. 10 c.

Tribuitur Romanis Episcopis, Euaristo & Hygino, quòd dedicarint templa; & chrismate inunxerint altaria, aut salibus exorcisaverint; & quod aquam cum sale conspersam benedixerint; & virgines annorum 25. velarint. Sed quia testes illi sunt suspecti; & in Sacris literis talia Ministerio non mandata; & exempla in aliis Ecclesiis similia, apud fide dignos autores, nusquam reperiuntur: Lector de iis judicet. Si vera sunt: mysterio iniquitatis jam tùm in suo loco agenti imputantur. Sin falsa: tum ipsi quidem Romani Episcopi in hoc excusantur; fraus verò eorum, qui talia de ipsis finxerunt & scripserunt, manifestè proditur.

DE SYNODIS PRIVATIS.

UT autem gubernationis singularum Ecclesiarum vis major esset; & certamina vel dubia, aut alia gravia negotia, quæ solent incidere, meliùs expedirentur: necesse fuit, etiam hoc seculo, publica quædam gubernationis exercitia, & quasi jurisdictionem, conservare. Mediocriter igitur constitutæ Ecclesiæ, solitæ sunt suas habere & celebrare Synodos privatas: in quibus Episcopus, Presbyteri, Diaconi, atque etiam Laici, de rebus ad gubernationem Ecclesiæ pertinentibus, deliberarunt & constituerunt. Etsi autem penuriâ, aut etiam negligentiâ Scriptorum ecclesiasticorum, qui eo seculo vixerunt, de ejusmodi Synodis multas circumstantias desideramus: (quales sunt, de tempore; de formâ processûs; de canonibus, juxta quos decisiones & executiones factæ sint: item quot & quales personæ solitæ sint interesse) tamen quid commune in hujusmodi privatis Synodis tractatum sit, ex iis quæ in autoribus invenimus, referemus.

lib. 4. c. 11. *Iustus, ut est apud Eusebium,* * ut ceteri, simplici Hierosolymorum A
operatus est doctorum et alii Ecclesiæ Veteris [illegible]
sectione edens & fidelibus [illegible]
erat: qui docti, manuum [illegible]
lib. 3. c. 37. *plures* * nacti. Dixerim [illegible], de [illegible]
dato, a Deo per Spiritum, ad Ecclesiam venisse; eumque ordinatum; & certorum consiliis, quæ faciendum
lib. 5. c. 23. sibi decrevisse. Apud Eusebium,* Fratres in Gallia, seu
martyres, suum testimonium ad fratres in Asia & Phrygia
perscripsisse. Unde apparet, in privatis Synodis Eccle- B
sias consuluisse, de quæstionibus ibidem ortis, ut ab aliis
Ecclesiis oblatis. Nec est dubium, quin in ejusmodi con-
gressibus personas ad ministerium elegerint & vocarint.
lib. 4. c. 22. nam *Egesippus* apud *Eusebium** refert; Cleopham Hiero-
solymis ab omnibus suo competitori prælatum esse: eò
quòd consobrinus Domini esset.

Præcipuè autem in Synodis agi solebat de coërcendis
iis, qui tum inter Ministros Ecclesiæ, tum Laicos, Chri-
stianâ professione indigna fecerant. Modi verò coërcen-
di reperiuntur; admonitio, depositio, excommunica-
tio. Unde Romæ, à presbyterio, Blastus & Florinus re-
lib. 5. c. 14. & 15. jecti, ob hæresin, ab *Ireneo*, apud *Eusebium*, * & *Nicepho-*
lib. 4. c. 3. *rum*, * dicuntur. Et Victor, coriarium Theodotum, Chri-
stum purum hominem affirmantem, à communione reje-
cit. *Nicephorus.* * *Eusebius.** *Si decretum Pii* est ejus: apparet
lib. 4. c. 21. & [illegible] ex eo, Romanos per pœnitentiæ impositionem jurantes
coërcuisse, &, si *fe. unda Epistola*, verè eidem tribuitur: ap-
paret, Sacerdotes aut Clericos Episcopo non-obedientes,
eique insidias parantes, aut contumeliam facientes, curiæ
esse traditos. *Telesphorus:* Omnes, qui adversùs patres ar- D
mantur, infames esse censemus.

Agebatur etiam ibidem, de receptione & absolutione
excommunicatorum pœnitentium.

Nec absimile vero est, in his privatis Synodis, causas
seu lites & contentiones leviores, de rebus corporalibus,
esse compositas: ut superiori sæculo ex *1 Corint. 7.* est osten-
tum. quia hoc fuit magis honestum & pium, carensq; scan-
dalo: & quia habuerût magistratus, propter persecutiones
crebras, admodum iniquos.

Verisimile etiam est, causas matrimoniales dubias non- E
nunquam hic esse agitatas. *Gratianus* Hygino adscribit,
quòd hoc decretum fecerit: *Si qua mulier, ad secundas nu-*
ptias transiens, ex eo prolem habuerit; ipsa proles non potest
se copulare cognationi prioris viri, usque ad quartam genera-
lib. 4. c. 17. *tionem.* Sed tamen unum recitatur exemplum *Eusebii** ex
Justino: ubi mulier, juxta leges civiles, divortium fa-
cit, dato libello repudii. Unde colligi potest, causas ma-
trimoniales in Synodis ecclesiasticis non esse decisas. Et
vixit Justinus eodem tempore, quo Hyginus. Quòd si
penes Hyginum fuisset, de causis matrimonialibus deci-
dere: non ad judices retulisset rem illa Christiana mulier,
& juxta leges civiles libellum repudii confecisset.

Postremò, cum in Synodis privatis necesse fuerit, de re-
bus ad Ecclesiam pertinentibus interdum decernere: mi-
rum est, quòd aliarum Ecclesiarum decreta, in suis Syn-
odis constituta & observata, non legantur. fortè ideò,
quòd aliæ Ecclesiæ non tam studuerint condendis decre-
tis; aut quòd earum acta non perinde annotata & conser-
vata sunt. Romanis verò Episcopis tam multa attribuun-
tur, à testibus non-parùm suspectis. Porrò, ea decreta, si
verè iis attribuuntur: in Synodis privatis proposita sunt;
& alias Ecclesias hoc sæculo non obligarunt. nondum
enim, ut paulo pòst dicetur, ecclesiastica monarchia Ro-
mana fuit.

DECRETA, QUAE AB EPISCOPIS *Romanis in privatis Synodis constituta publicantur.*

Eleutherius constituit, Plebis in Episcopum accusatio
audiatur, & recipiatur. H

Alexander instituit aquam lustralem seu benedictam: &
ut in sacrificio, panis esset azymus, & aqua vino misceretur, ut Presbyter ab incestuosis non accipiat munus: ne
eorum scelera reticeat: ne minùs-dignè pœnitentes

Dionysius Corinthius, * qui sub Antonino Vero paulo pòst vixit, commendat Romanæ Ecclesiæ in afflictos & pauperes consuetudinem. *Eusebius,* * *A principio namque* *Epist. ad Rom.*
moris est (inquit) *vobis, fratres, omnes varijs juvare beneficijs;* * *lib. 4. c. 23.*
multisq; Ecclesijs, quæ sunt per diversa terrarum loca, cuncta,
quibus indigent, destinare: singulorum quoq; necessitatesin o-
mnibus consolari: sed & per metalla fratribus relegatis, quæ u-
sui poscit, prabere. Hac ab initio Romana Ecclesia facere moris
sui: a patribus sibi hujuscemodi institutione demissâ, & semper
integre custoditâ. Beatus verò Episcopus vester Soter, non solùm
servavit, quæ patres tradiderant; sed & auxit in melius: qui
non tantùm Sanctis, quæ usus corporalis poscit, impertit: ve-
rùm & advenientes fratres clementi sator & suavissimo sola-
tur alloquio, & tanquam pium se & religiosum patrem fingu-
lis exhibet, &c.

Porrò, an Ecclesiæ etiam alia bona, præter ejusmodi pe- F
cuniam, quam sic diebus Solis collegerunt, habuerint; cer-
tissimos omninò testes non habemus. Si *epistola 2. Pii*, qui
eodem fermè tempore, quo Justinus sub Antonino Pio
fuit, fides adhibenda est: colligi sanè potest, Ecclesiam Ro-
manam sua prædia habuisse; quæ ei & Deo donata dicun-
tur. Decretum enim sancit; ne prædia, divinis usibus &
Domino Deo tradita, ad humanos applicentur usus. Au-
diatur etiam, si placet, *Urbani epist. 1.* quæ inter cæteras hic
habet: *Post Apostolorum verò tempora, cùm viderent sanctos*
& Levitæ, & reliqui fideles per universum orbem constitu-
tos, G utilius fore; si hæreditates & agros, quos vendebant, Ecclesiis,
quibus præsidebant Episcopi, traderent: ut quod ex fructibus eo-
rum, tam præsentibus, quam futuris temporibus, piorum & sanctorum
ministrare possent fidelibus, communem vitam ducentibus,
quam ex precio ipsorum: cæperunt prædia & agros, quos vende-
re solebant, matricibus Ecclesiis tradere. & ex fructibus eorum
vivere. Ipsa verò res in ditione singularum parochiarum Episco-
porum, qui locum tenent Apostolorum, erant; & sunt usque ad-
huc; & futura semper debent esse temporibus. E quibus Epis-
copi, & fideles dispensatores, omnibus communem vitam dege-
re volentibus, ministrare cuncta necessaria debent; prout tempus
poscerit: ut nemo in eis egestatem patiatur. Ipsæ enim res fidelium
oblationes appellantur: quæ nemini negantur. Utrùm hæc
[illegible] sint; plus Lector videbit.

Urbinum decreviſſe, ut Sacerdotibus liceret prædia & fundos, à cultoribus religionis oblatos recipere.

Porrò unde miſſus Eccleſiæ, Epiſcopo, Presbyteris & Diaconis, hoc ſeculo ſtipendia dederint, & quanta; an ex his Eccleſiæ bonis, an aliunde; memoriæ proditum à ſcriptoribus hujus ſeculi non invenimus. Sed *Apoſtolorum Canones* (de quibus, ut ſuo loco dicetur, dubitatur, quotempore, & à quibus fuerint congeſti) videntur ſubindicare; oblationes primitiarum Epiſcopo, & Presbyteris, & Diaconis, & reliquis Clericis; cuiusmodi eſſe: ut quinto Canon habet.

De Bibliothecis.

Cùm, indè ab initio, Eccleſia ſacrorum librorum cuſtos fuerit: quis eſt, qui dubitet, eos præcipuè Eccleſiis bibliothecas paſſim fuiſſe? *Hegeſippus*, ſub L. Antonino Commodo, ſcribit; Capitolium fulmine ictum; & Bibliothecam, magnâ curâ piorùm compoſitam, [illegible] ſe.

Curam autem earum præcipuè Epiſcopi & Presbyteris commiſſam, non eſt quòd ambigamus: tùm eorum maximè intereſſe, ſacros evolvere & cuſtodire libros. Accuratiſſimam autem adhibitam eſſe diligentiam & prudentiam, in diſcretione librorum authenticorum & apocryphorum; & in Bibliothecis præcipuè libros veteris & novi Teſtamenti eſſe obſervatos: ea, quæ ſupra de judicio librorum dicta ſunt, attentum Lectorem abundè monere poſſunt. Nec tamen eos tantùm; ſed etiam Doctorum, ut Clementis, Juſtini, Egeſippi, Irenæi, & aliorum opera, in Bibliothecas repoſita & cuſtodita; apparet ex ſeculis ſequentibus: in quibus magnus bonorum autorum (ut ex *Euſebio* & *Hieronymo* conſtat) theſaurus invenitur. Homines dòctos, ſtudioſos, exquiſitores librorum fuiſſe; exemplum Pantæni docere poteſt: qui reperto (teſte *Hieronymo*) in Indiâ Euangelium Matthæi Hebraicum, manu Bartholomæi exaratum, ex quo Chriſtum Bartholomæus prædicâſſe dicitur, ſecum Alexandriam reportavit.

Melito libros Canonicos veteris Teſtamenti ex Oriente attulit. *Euſebius.*

Porrò, cùm Bibliothecarum inſtructio & cura multos ſumtus requirat; qui faciendi eſſent in librorum conquiſitores, deſcriptores, & ſimilia: non eſt abſimile veri, ſumtus illos, partim divinum liberalitate, partim ex communi erario, factos eſſe. Inſtitutæ autem ſunt Bibliothecæ, propter conſervationem Bibliorum, & propagationem doctrinæ ad poſteros; & ad conſervandam memoriam Doctorum & Scriptorum Eccleſiaſticorum, & veram hiſtoriam Eccleſiæ.

DE SCHOLIS.

Ad plantandam & propagandam veram doctrinam, neceſſitas coëgit, Scholas, in quibus juventus inſtitueretur, quas ſuperiori ſeculo inſtitutas eſſe diximus, conſervare; ac etiam plures paſſim aperire. Neceſſariam enim judicarunt Veteres eruditionem, ad tuendam religionis puritatem: nec ſtudia, ut fanatici, contemſerunt.

Fuerunt autem variæ Scholarum genera. Nam Epiſcopi Scholas habuiſſe videntur, quæ fermè Catechumenorum & Clericorum in Sacris literis inſtitutiones fuerunt. Sic Johannes adoleſcentem Epiſcopo, teſtibus Chriſto & Eccleſiâ, commendat erudiendum. *Euſebius.* * Sic Anthia Eleutherium, filium ſuum, Aniceto tradit erudiendum: qui Sacras literas abeo edoctus, ſacro Cleri numero inſeritur. *Nicephorus.* * *Irenæus* * teſtatur, ſe puerum audiſſe Polycarpum; & adhuc meminiſſe locum, ubi ſedens diſſeruerit Euſebius, * *Nicephorus*, * ubi apertè duo Polycarpo tribuuntur: quòd ad multitudinem ſermones fecerit; & quòd ſedens docuerit.

Deindè, Philoſophi quidam, ex Ethnicis Chriſtiani facti, ſuas Scholas aperuerunt; in quibus Chriſtianorum propagarunt; & Ethnicorum opiniones impugnarunt ac refutarunt. *Hieronymus* dicit, Juſtinum Martyrem ſcholas habuiſſe; atque in his refutaſſe Crescentem. *Euſebius.* *

Mirum tamen eſt; quòd in Epiſtolis & Decretis, quæ Romanis Epiſcopis attribuuntur, nulla Scholarum fiat mentio, quod etiam ipſum ea facere poſſe.

Quadratum & Ariſtidem, Philoſophos Athenienſes, qui Apologias pro Chriſtianis Hadriano exhibuerint, in Scholis ibi docuiſſe, quis eſt qui ambigat?

Clemens * laudat, ſe paſſim multos beatos viros, qui in maximo patrocinio & exiſtimatione fuerunt, audiiſſe. *Eorum, inquit, alios quidem in Græcia fuiſſe; alios verò in magnâ Græciâ: alios etiam ex Cœlo-Syriâ; alios ex Aſſyriâ; alios in Oriente: & unum aliquem Athenis, unum verò Palæſtinâ Hebræum, ex Iſraëlitâ origine. Cum autem ex eum unumquemque invenimus; erat autem primus præſtans: tum quærere ſolebamus, unde eſſet quiſque, & ubi verè à vero, Propheticè & Apoſtolicè præ ſe ferret. Sectam quandam & [illegible] correptam cognovimus ingenuarum animarum, qui audiebant, animo &c.* Hinc apparet, multos paſſim Scholas fuiſſe, ſeu Academias inſtitutas, quæ à conditoribus, non tantùm, diſciplinis, ſed etiam Prophetarum & Apoſtolorum monumentis.

Sed ſumè inter alia valdè celebrata Alexandrina fuit Schola: ubi, indè à Ptolemæis, tuenda ſemper curata [illegible] deinde, de quâ ſic ſcribit *Euſebius.* * *Habebatur autem eo tempore, ſcil. ſub Commodo, fidelium illic Schola, virque apud eruditionis cupidos clariſſimus, nomine Pantænus; ex eo, quòd ab antiquo Sacrarum literarum doctrina & exercitium apud eos viguit: quæ conſuetudo etiam ad nos uſque durat, quam & à viro eloquentiâ, divinarumq; literarum ſtudio, potentem inſtructam eſſe accepimus. Pantæna Clemens ſucceſſit: cui poſtea Origenes in ſua reſerentur loco.* Inſpectores ejuſmodi Scholarum, Epiſcopos fuiſſe, apparet; quòd Demetrius Pantæno illi Scholæ præfeciſſe dicitur.

Cæterùm, ea, quæ ad ejuſmodi Scholarum deſcriptionem integram pertinent, literis prodita non reperimus: qualia nam: quod perſonæ, an unus vel plures collegerint; quæ ſtipendia, & unde habuerint: quid docuerint; an ſacras literas tantùm; an verò etiam artes liberales: quos habuerint auditores; an totam Eccleſiam, an Catechumenos quoſdam, an puerorum puellas ac virgines etiam. *Tatianus* ſcribit; apud Chriſtianos omnem ætatem & ordinem philoſophari; item virgines lanificio inventas de rebus divinis loqui. Unde conjici poteſt, & in Scholis, & in Eccleſiis, auditores cujuſvis ætatis & ſexûs, in verbo Dei abundè & diligenter fuiſſe inſtitutos.

¶ Retinuerunt & conſervarunt etiâ Ethnici ſuas Scholas in quibus Artes & Philoſophiam tradebãt; & ad Chriſtianam religionem vitandam, ſuos armabant, blaſphemiis in Chriſtum, irridentes falſis criminibus mores Chriſtianorum, ex quibus [illegible] patebit; & infrà, in Loco De religione ethnicâ dicetur.

Reliqua de his Scholis quid amplius comminiſcamur? Certum indagare non poſſumus, an Chriſtiani [illegible] in ſcholas ethnicas miſerint, ad diſcendas inter cætera Grammaticen, Dialècticen, & ſimiles.

Hæretici quoque, ut ſuum virus in plurimos evomerent, & latiùs ſpargerent, Scholas inſtituerunt. Nam apud *Nicephorum*, * Baſilides & Saturninus Dei exoſas aperuiſſe Scholas dicuntur. *Clemens*, * Valentinianæ ſcholæ meminit. & apud *Euſebium*, * Bardeſanes è ſcholâ Valentini fuiſſe dicitur.

DE CONSOCIATIONE ECCLESIARUM & motu inter ſe ejus.

De ſingularum Eccleſiarum regimine jam dictum eſt: nunc de conjunctione, & ordine, ac adminiſtratione plurium, aut omnium inter ſe copulatarum, ſubjiciamus. Monemus autem Lectorem, ut [illegible] cum reperta ea, quæ de ſuperiori ſeculo in hoc opere [illegible] commemorata: quò inclinationes & motus [illegible] ibidè in Eccleſiâ factæ ſunt, melius & [illegible] noſcantur.

Cæterùm, ſi quis probatos autores [illegible] perſpiciat; videbit, formam gubernationis [illegible] eam ſæculo ſimilem fuiſſe. Singulæ [illegible] habebant poteſtatem, verbum Dei [illegible] ſacramenta adminiſtrandi, abſolvendi & excommunicandi hæreticos & ſchiſmaticos; ceremonias ab Apoſtolis [illegible] di; Miniſtros eligendi, ordinandi, ordinandi & ſimilia

* *lib. 3 c. 23.*
* *lib. 3 c. 29*
* *Epiſt. ad Florin.*
* *lib. 5. c. 20*
* *lib. 4. c. 30.*
* *lib. 4. c. 16.*
* *lib. 4 c. 1.*
* *in Sylvam*
* *lib. 4 c. 29.*

obeundas iterum deponendi; conventum de eodem coëgregandi; Scholas instituendi & conservandi; in rebus dubiis & controversis aliarum sententias explorandi, pellendi & decidendi.

Deinde, vicinis Ecclesiæ vicinarum, charitatis & ædificationis studio, non propter primatum aliquem, sed propter mandatum Christi de fraternâ dilectione, tum in rebus necessitate opem implorabant: tum vicissim earum opem agebant, & quasi tutrices & adjutrices erant; ut verbum Dei purè doceretur, & sacramenta rectè administrarentur, corruptæ hæreticorum rationes tollerentur & everterentur, dubia controversa componerentur, doctrina Evangelii propagaretur, vocationes & ordinationes piè & ecclesiarum in ministerium Ecclesiæ. Si quando harum obortebantur, aut aliæ quæstiones graviores: eam convenebant, vel omnes provinciales, aut plerique doctores; & examinatâ re, communi judicio definiebant, quid vitandum aut sequendum esset. *Eusebius** ex Apollinario ait: *Erant fidelium per totam, multis superiorum ætate locis, ob hanc causam conventicula; & super-natas doctrinas examinabant, & pro re ratum censebant: hæreses, quas reprobabant, Ecclesiæ pronunciabant & excommunicabant.*

In rebus dubiis, & nimium controversis, sua sibi invicem non denegabant judicia: & solebant Ecclesiæ remotiores in aliis provinciis, consultæ per literas, quibus communiter subscribebant, suam sententiam exponere. Sic fratres & martyres, qui in Galliâ erant, suam de Montani prophetiis sententiam piam & orthodoxam, ad fratres in Asiâ & Phrygiâ pertinentibus. *Eusebius.** Item *Serapion*, in epistolâ ad Carleum & Ponticum, ait: *Ut autem sciatis, quid ipse, contra vera prophetia, vel potius exsecrato nova prophetiæ nomine, mentitus sit, quæ in universo Mundo est, refutare & reprimere: tradimus vobis Claudii Apollinaris, Hierapolitanæ Asiæ provinciæ Episcopi literas; quibus de his plenius instructi estis.* In hac autem ipsâ Serapionis epistolâ, etiam subscriptiones quorundam Episcoporum & Martyrum continentur. *Eusebius.**

Solebant etiam unum atque alterum, ex præcipuis suis doctoribus, ad aliquas Ecclesias mittere: ut cum iis conferrent de rebus necessariis; & exortas hæreses arguerent & refutarent, & dissensiones ortas componerent. Sic Gallicanæ Ecclesiæ Phrygianis Irenæum mittebant. & Polycarpus ex Asiâ Romam, sub Aniceto, veniebat: collaturus de Paschate cum Romanis, qui jam tùm Paschatis conformitatem necessariam putare incipiebant; & Hæreticos, qui Romæ defecerant, conversurus *Irenæus.** Sic Apollinaris, in Ancyram Galatiæ veniens, ubi Montani hæresis quosdam infecerat, pro virili suâ de iis, quæ ab eis objiciebantur, pluribus diebus in Ecclesiâ disseruit & disputavit. *Nicephorus.**

Præterea ex negotio de Paschate: Ecclesias sibi invicem non tantùm suas communicâsse sententias; sed etiam, cùm viderent alias Ecclesias aut Episcopos interdum minùs rectè facere aut docere, non veriti sunt etiam graviter objurgare, & in veritatis viam reducere: idque ratione mutuæ dilectionis. Huc illud pertinet, quod *Irenæus** narrat: Ecclesiam Romanam, tempore Clementis, potentissimas literas scripsisse Corinthiis: in quibus testata sit, Apostolos tradidisse unum Deum, factorem cœli & terræ, qui diluvium induxit, & Abraham vocavit; & hunc Patrem Domini nostri Jesu Christi ab Ecclesiâ annuntiari ex ipsâ Scripturâ.

Dionysius Corinthius epistolam ad Athenienses scripsit: in qua ad Evangelii credulitatem & fidem invitat & concitat superiores: laudat & arguit quosdam velut penè prolapsos: narrat cum Episcopum eorum Publium fuisse martyrio affectum, Quadratum, cum Dionysio, Pinytum, Gnosiorum Episcopum, alios Romæ Victorem cogere: scribebat ad eum, & rogabat, ne tantum fratrum cervicibus imponeret: & servitutis onus tantum compulsæ civitatis indicere: in quo ipse Dionysius periclitaretur infirmitatis. *Eusebius.**

Memorabile exemplum est: quòd Deus subinde divinos magnos viros, ex tenebris doctrinæ, ad Ec-

A clesiæ utilitatem, veluti luminaria quædam erigat: qui ecclesias vicinas & remotiores inquirebant, confirmabant, & illustrabant, & qui primi quibusque locis & gentibus habebantur ad pacem, ac conventiones, sed & ad pietatis, & literarum studia, & alia virtutum capita docenda præerant: quia spiritum Domini in iis locum animadvertebant. Tales in Asiâ fuerunt, Ignatius, Polycarpus, apud Gentes memorabiles, quos Ecclesiæ Asiæ & pater Christianorum illo tempore, *Apollinaris, Melito, Polycrates, & alii in illis, Pantænus, Clemens, Demetrius*: in Græciâ, Aristides, Quadratus, Dionysius Corinthius: in occidentali Ecclesiâ, Irenæus & alii Episcopi.

Erat tunc tam talis politia in Ecclesiis, ficut membra eorum in uno corpore: ubi omnia uni competerent, proficerent, si moderentur. Hinc sunt tot Epistolæ aliarum Ecclesiarum & Doctorum ad alios scriptæ: quæ non ex imperio aut subjectione quâdam profectæ videntur, sed ex charitate, & ædificandi studio.

C Quia vivebat Evangelii, in unâ aliqua civitate accensa, paulatim vicinas urbes & oppidula illuminabat; & ex benè-constitutis Ecclesiis, ubi erant doctores religione, pietate, & constantiâ insignes, seminaria prodibant, & quasi coloniæ Christianæ deducebantur: ideòque Ecclesiæ, quasi matrem, agnoscebant & venerabantur eam urbem, unde lux Evangelii ipsis illuxerat: & Ecclesiarum illarum ministri plus conjunctionis & familiaritatis cum illis habebant; se invicem consulebant in controversiis, & rebus ad Ecclesiam pertinentibus; in afflictione & cruce se cohortabantur mutuò ad constantiam, & consolabantur: si quid minùs rectè fiebat, se invicem admonebant; & liberiùs etiam objurgabant: amice & Christianè alius alii sponte se subjiciebat, & honorem deferebat: & qui excellebant donis, ii non erant domini aliorum; sed ministri: &, juxta præceptum Apostoli, singulis curæ erat, vinculi pacis conservare; quod in doctrinæ & animorum piâ consensione consistit.

Magni etiam fiebant Ecclesiæ, ubi Apostoli aut alii præstantes doctores docuerant: propter eam opinionem; quòd ibi purior religio, ex illorum doctorum traditione, servaretur.

Hæc verò consuetudo, juxta verbum Dei observata hoc sæculo, & sequenti, pòst in legem abiit: ut in Nicæno Concilio dicetur; ubi aliæ Ecclesiæ, cum suis Episcopis, uni alicui, ejusque Episcopo, legi quâdam subjectæ, & parère quodammodo coactæ fuêre. Hoc igitur sæculo, nullius probati autoris testimonio demonstrari potest; ex tot Ecclesiis, quæ passim ab Apostolis in orbe terrarum erant plantatæ, unam aliquam primatum super alias sibi, autoritate divinâ & apostolicâ, arrogâsse, & (quod omninò oportuisset fieri, si jus quoddam fuisset) usurpâsse: nec alias Ecclesias unam aliquam ex se, pro primariâ, agnovisse & coluisse: cujus Episcopus esset caput totius Ecclesiæ; & qui haberet potestatem solus exponendi Sacras literas, cõficiendi ceremonias, faciendi decreta, quibus obligati essent omnes sub pœnâ excommunicationis: ad quem oporteret appellari, etiam ex remotissimis provinciis, omnibus; potestatem haberet Concilia convocandi, præsidendi, decidendi, ac decernendi quidvis, etiam contra sententias: qui à nullo, nec posset, nec deberet judicari, & qui insuper dominaretur, non tantùm Ecclesiis aliis; sed etiam omnibus Regibus & Principibus totius Orbis terrarum.

Nam Alexandrina Ecclesia, ejusque Doctores, multum celebrantur: sed primatus ei nusquam tribuitur. & Nicæni Concilii Canon 6. expressè testatur; ex consuetudine Alexandrinum Episcopum, vicariam Ecclesiarum per Ægyptum, Libyam, & Pentapolin, inspectorem esse.

In Asiâ olim fuêre Ecclesiæ & habuêre doctores doctrinâ [illegible] dissimos & quos [illegible] Johannes Apostolus, [illegible] Apostolorum [illegible] ablatis & tamen [illegible] Episcopo aut Ecclesiæ in Asiâ [illegible].

Quid

Quid dicemus de Episcopis Ecclesiæ? Hactenus ordines in Europâ hoc seculo tam uni patriæ Ecclesiæ, quàm Episcopi in magnâ amicitiæ apud vicinos fuerunt, e quibus erat Evangelistarum ein, loca ei propinarunt; sed cui primatus inter alios omnes auctoritate divinâ tributus sit, nulla reperitur.

Ecclesia in urbe Romanâ, propter antiquitatem in Italiâ, & propter confessiones & propter beneficentiam & liberalitatem, in alias Ecclesias, & paupertes Christianos, in exilia pulsos, aut ad metalla damnatos, & propter orbis celebritatem, quæ domina Orbis terrarum erat, à Christianis & aliis Ecclesiis magni quidem fiebat, cum suis Episcopis & Ministris: verùm eis talem primatum, ut paulò antè descripsimus, nulla Ecclesiæ, aut earum Doctores, concesserunt. sed potiùs, cùm mysterium iniquitatis, tempore Victoris, eo in loco videretur, in negocio de Paschate, tale quiddam moliri, quod posset ejus rei præjudicium afferre; ab Irenæo & aliis graviter & prudenter est repressum.

DE PRIMATU.

Quòd autem ex probatis testibus nullus sit, qui asseratur; Romano Episcopo dominium, in omnes alias totius orbis Ecclesias, hoc seculo concessum esse, & quidem auctoritate divinâ: id porrò nobis ostendendum est.

In vivis adhuc erat Johannes Apostolus in Asiâ: vivebat in Epheso: indè ad vicina loca abibat & Episcopos constituebat & ordinabat; nec eos Romam mittebat, ut ordinationem aut confirmationem ab Episcopo universali, tanquam à capite, acciperent.

Ignatius Romam captivus ducitur; & scripsisse epistolam quandam ad Romanos narratur: sed summi Pontificis, aut primatûs, mentionem non facit: nec Romanis, sed Polycarpo, suam Ecclesiam commendat.

Polycarpus sub Aniceto Romam venit: non quidem ad Romanum Pontificem appellaturus, aut pedes ejus exosculaturus, aut decreta ipsius acceptarus. Conferebat cum Aniceto de Paschate: & allegabat Johannis Apostoli, & aliorum Apostolorum Christi, autoritatem & consuetudinem. Aniceto verò (forte oblitus Petri, fundatoris Romanæ Ecclesiæ) neque Petri, neque aliorum, autoritatem citat: sed tantùm dicit, consuetudinem Presbyterorum, qui se antecessissent, servandam sibi esse: nec cogit Polycarpum, ut idem faciat; nec eum excommunicat. nec Polycarpus pro peccato habet, à Rom. Episcopo dissentire: quod omninò fecisset; si eum pro capite & vicario Christi, autoritate divinâ constituto, agnovisset.

Justinus Martyr & Philosophus, qui Romæ vixit, nusquam vel suspicionem præbet, Romanam Ecclesiam caput omnium aliarum esse: & *in Apolog. 2.* ubi ritus Baptismi, & congressum publicum, & administrationem Cœnæ dominicæ describit, ne Episcopi quidem meminit; sed eum Præfectum fratrum appellat. Item *contra Trypho-nem* passim disputat, omnes Christianos esse pontifices: & in novo Testamento non esse sacerdotium; sicut fuit in veteri.

Irenæus Soterem, Anicetum, Hyginum, Pium, Telesphorum & Xystum, Presbyteros vocat: *Eusebius.* * Ex Apostolos Episcopis, in unoquolibet loco, Ecclesiam tradidisse, affirmat: * Et jubet obedire Presbyteris, qui sunt in Ecclesiâ; qui successionem habent ab Apostolis; qui cum episcopatûs successione charisma veritatis certum, secundùm placitum Patris, acceperunt. *Eusebius,* * & *Irenæus.* *

Dionysius Corinthius, ad Romanos scribens, Soterem, non Romanæ Papam aut Pontificem, sed Episcopum appellat. inquit enim: *Hodie Sanctum Dei Episcopum, Soterem illum &c. non modò celebravit; sed & exhortatus est.* Eusebius * ex epistolâ Dionysii.

Apollinarius refert Montanum [illegible] & Hæreticos excommunicasse, antequam [illegible] factum esse autoritate Romani Pontificis, quòd hæc oportuisset fieri; si eum pro capite agnovissent, cui præcipere debuisset, Synodos congregare. *Eusebius.* *

Cùm in Phrygiâ & Asiâ dissensio esset de Montano, Theodoto & Alcibiade: non appellatur ad Romanum Episcopum; sed mittuntur literæ ad Galliarum Ecclesiam. *Eusebius.* *

Polycrates, Ephesinus Episcopus, cum toti quodammodo Episcoporum Asiæ cœti, & Victoris decreto de Paschate opponi; & dicit, se oportere Deo magis obedire, quàm hominibus. *Eusebius.* *

In libello, qui Parvus labyrinthus inscribitur, contra Artemonem, Victor Romanæ urbis Episcopus dicitur, & non Episcopus totius urbis. *Nicephorus.* *

Eusebius ipse, qui ubique dubios ex Egesippo, & aliis antiquissimorum libris, ita descripsit; cùm Romanorum Doctorum mentionem facit: tamen eos Episcopos appellat; & nullo modo aliis Episcopis superiores facit.

Sic illi vetustissimi de Romanis loquuti sunt; quos tam temporeales fuisse Romanæ Ecclesiæ ministros, ut eos aliquis fanè; sed tamen parvus, ante Nicænum concilium (*ipse Asiæ Syriæ*) erat respectus. Verùm posteriores Historici & Scriptores, cùm historias hujus seculi describerent, tribuerunt Romanis Episcopis ea nomina, quæ suo tempore fuerunt in usu. Hinc est, quòd *Vincentius* * appellat Victorem, Papam Romanorum; Narcissum, Patriarcham Hierosolymitanum; Theophilum, Cæsareæ Episcopum; Irenæum, Pothinum Lugdunensem Sacerdotes. Sic *Sacerdotes* * ait, Victorem cæteris gloriâ antecessisse. Verùm *Eusebius*, qui antiquior est multo, de eisdem te loquentem idem non asserit. Unde apparet; Vincentium & Nicephorum eas phrases ex suis seculis in illud prius importasse; quando neque res, neque tales phrases in usu erant.

Postremò, de toto regimine ecclesiastico, quod hoc tempore fuit, omninò sciendum tenendumque est: quòd politicis legibus nihil obfuerit; nec inobedientiam erga magistratuum honestas leges foverit, aut ejus quicquam detraxerit. Nam, cùm ministri Ecclesiæ, tum auditores, & singuli Christiani, in rebus politicis legibus, & jurisdictioni magistratuum subjecti fuerunt; & diligenter paruerunt: juxta verbum Dei, *Roman. 13.* * *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.* Polycrates enim narrat, apud *Eusebium.* * *Sic instituti sumus, ut primum locum à potestatibus à Deo ordinatis, honorem, qui competat, nec minuamus, nec detrectemus, exhibeamus.* Et *Ignatius* suis præcipit: *Obedite Cæsari & Magistratui, in quibus sine periculo est subjectio.* Et *Plinius* * refert, Christianos omnia facere ad conformitatem legum. *Eusebius.* *

¶ Dictum hactenus, ex veracium & vetustissimorum testium ore, de Ecclesiastico regimine: nunc sub oculos ponamus etiam, quid à rebus saluberrimis, & Reipublicæ domesticis, narrent. *Anacletus, in Epistolis,* quæ ei adscribuntur, in generali Ecclesiarum regimine ad Ecclesias inter se conjungit: ut Romanæ Ecclesiæ primatum, & eminentiam potestatis super omnes Ecclesias, ac totum Christianum populi gregem, autoritate Christi, dicentis ad Petrum, *Tu es Petrus, & super hanc petram, &c.* vendicet. Secundam verò ab eâ, Alexandrinam sedem facit; propter Marcum, discipulum Petri. Tertiam autem, Antiochenam ponit; propterea quòd ibi Petrus, antequam Romam veniret, habitârit. Reliquas verò Ecclesias, in ordine, se in tempore quodam conscripturum ait.

Deinde, gradus Episcoporum hoc modo facit: Romanus Episcopus, pro summo Ecclesiæ capite, primum locum collocatur: quem ab aliis, etiam erranter, non vocari; sed tolerari. Secundum locum Patriarchæ seu Primates sortiuntur: tertium Metropolitani: quartum Archiepiscopi & deinceps Episcopi.

Commemorat etiam, * quidam ejus ordinem à beatis Apostolis, à Clemente, & à [illegible] Petri. Etiamsi narrat, hæc à politicâ provinciarum distributione, quæ tum adversum Christi [illegible], & quæ Apostoli & Clemens renovarunt, originem duxisse.

Novum [illegible] gubernationis regulas & decreta; quæ politicæ [illegible] *Nicolaus primus* (inquit *) tam sæpe instituit, cum [illegible] & [illegible] & [illegible] & [illegible] & [illegible]

[illegible] sedis auctoritate [illegible] praeter [illegible] Ecclesiarum [illegible] Ecclesiae [illegible] Ecclesiae [illegible] Ecclesiae

apud Provinciales, & Metropolitanos & Primates, & ventilatis & juste finire liceat. De accusationibus verò comprovincialibus ità legimus esse statutum: *Si quis, sibi quilibet civitatibus, quemlibet Clericum putaverit criminari, coram provinciâ, in quâ consistit ille, qui pulsatur, suas exercat actiones; nec æstimet, cum alibi, aut longius ad judicium protrahendum. Ille verò, qui pulsatus fuerit, si judicem suspectum habuerit, liceat appellare. Cavent ità judices Ecclesiæ; ne absente eo, cujus causa ventilatur, sententiam proferant: quia invita pars, hîc etiam & causam in synodo profecto habuit.*

Conferat pius lector ea, quæ probati testes suprà deposuerunt: agnoscet facilè, nec Martyres Gallicanos, nec Irenæum, Eleutherio primatum tribuere; nec, ad Romanum Episcopum appellare, tùm in more fuisse. & quidem hîc ipse Eleutherius perplexa & contraria dicit; cum ait de Gallicanis episcopis: *Hujus rei gratiâ universalis vobis à Christo gis, omnissa Ecclesia; ut pro omnibus laboretis, & cunctis opem ferre non negligatis.* Si hæc vera ab eo Episcopis Galliæ attribuuntur: quomodò primatum sedes Apostolica obtinebit? Si ea fuit judiciorum ratio; ut in causis gravibus à Romanâ sede sententiæ definitivæ peterentur: cur Phrygianæ Ecclesiæ à Gallicanis martyribus, & non potiùs à Papâ, judicium de novis prophetiis postularint? Cur Irenæus à Gallicanis in Phrygiam missus sit, ad deferendas literas, & ad componendum schisma?

Victor in epistolâ ad Telesphorum, sedi Romanæ ac universalis Ecclesiæ Archiepiscopum: *in altera* verò, ad Episcopos Africanos, Romanæ urbis Archiepiscopum dicit, & mandat, Pascha die dominico celebrari ab omnibus: eò quòd non deceat, ut membra à capite discrepent, aut contraria gerant. & objurgat Alexandrinos, quòd sibi sumserint de causis Episcoporum judicare & definire: & præcipit, ut ad eidem Romanam deferantur. ait enim: *Unde ità constitutum liquet à tempore Apostolorum, & deinceps placuit; ut accusatus vel judicatus a comprovincialibus in aliquâ causâ Episcopus licenter appellet, & adeat Apostolicæ sedis Pontificem: qui aut per se, aut per vicarios suos, ejus retractari negotium procuret: &, dum iterato judicio Pontifex causam suam agit, nullus alius in ejus loco ponatur aut ordinetur Episcopus. Quoniam, quamquam à comprovincialibus Episcopo accusato causam Pontificis scrutari liceat; non tamen definiri, inconsulto Romano Pontifice, potest: cum B Petro Apostolo non ab alio, quàm ab ipso dictum sit omnino; Quæcunq; ligaveris, &c. Et alibi in institutis legitur Apostolicis: Si quis putaverit, se à proprio Metropolitano gravari, apud Patriarcham vel Primatem diœcesos, aut penes universalis Apostolicæ Ecclesiæ judicetur sedem.* Africanis minatur, se eos ab Apostolicæ sedis, & totius Ecclesiæ, communione pulsurum: qui à fratribus in sacramentis discrepent, & contentiones moveant. Hujusmodi Romano Episcopo dominiũ in Africanos & Alexandrinos fuisse, ex Clemente (qui hoc tempore vixit; & veracior testis est, quàm epistolæ Victoris, de quibus suo loco dictum est) nusquam constat.

Atq; hæc de generali Regimine ecclesiastico, ex inspectis testibus, dixisse satis sit: quos falsi testimonii arguendos, nõ tantùm testes probati; sed etiam conditio, quæ Ecclesiæ in hoc turbulentissimo & cruentissimo seculo fuit, sub tyrannis & persecutoribus; & sequentium seculorum verax historia, quæ in apertum adducet, quando & quomodo Romana Ecclesia primatum super alias Ecclesias sibi arripuit & usurpavit; manifestissimè ostendet.

DE EPISTOLIS DECRETALIBUS, ut vocant, Pontificum.

In Veteri Conciliorum, singulis Romanis Episcopis qui in hanc Centuriam cadunt, (ut sunt, Clemens, Anacletus, Eutaristus, Alexander, Sixtus, Telesphorus, Hyginus, Pius, Aniceus, Soter, Eleutherius, Victor) suæ attribuuntur Epistolæ. Quia verò de multis magnis rebus ex veterimonia proferuntur: non imputetur lectori, si, qui non prius fidem testibus adhibere, quàm ad horum ætatem & fidei singula examinarint. Jam enim si quis [illegible] dentissima argumenta, eaq; quamplurima, [illegible] cum manifestè docebunt, hasce Epistolas [illegible] multo modo ab his hoc seculo [illegible]

A

B

C

D

E

F

G

H

uno; eodemq; indocto & inscito quodam fabricatore, qui longe inferiori vixit seculo, aut de integro confictas, aut saltem plurimis corruptas esse. Nam habitus orationis, & totus contextus, palam prodit; unũ & eundem autorẽ omnium Epistolarum esse. Impossibile enim est, tot Episcopos, de industriâ etiam ad stylũ similitudinẽ affectatis, non multo locutionem. Probant id, non solùm tota quædam facies & compositio; verùm etiam phrases ejusmodi, in omnes epistolis sæpenumerò recurrentes.

Præterea, initia & occasiones Epistolarum, magnam inter se habẽt similitudinem. Et quid argumenti aliud plerasq; habent, quàm de primatu ac regno Ecclesiæ Romanæ; de ordinatione Episcoporum; de non-lædendis, accusandis, & deponendis Sacerdotibus; de appellatione ad sedem Apostolicam? Hæ materiæ, concertationibus, subindè repetuntur & inculcantur.

Deinde, si genus Latini & Græci sermonis, quo Ecclesiastici & alii profani Scriptores usi sunt hoc tempore, conferatur cum eo, quod est in his Epistolis manifestissimum deprehendet, *δὲ δὴ καὶ* (quod dicitur) inter se differre. Etsi enim eo tempore, Latina lingua, non adeò omni suo cultu & munditiæ perfecta erat; atq; Julii Cæsaris & Augusti tempore: tamen nondum tam inculsè, ineptè, & barbarè, quemquam locutum esse; testes sunt multi ejus seculi doctissimi viri, qui purissimè & elegantissimè loqui sunt. Plinius, Suetonius, Solinus, Tacitus, Justinus, & alii quàplurimi. Multa in his Epistolis parùm latinè dicuntur: ut, *Episcopi sunt obediendi, diligendi, & summoperè venerandi; & nõ detrahendi vel lacerandi:* ut in Evaristi epist. 2. videre est. Iidem flores, & singulares elegãtiæ, in Telesphori epistolâ exstãt; ubi porrò & hæc scribuntur: *Patres omnes sunt venerãdi, non respuendi aut insultandi, &c.* Item, *A quibus omnes se fideles cavere debent.* Nec apud ullum Ecclesiæ doctorem & scriptorem, qui hoc seculo vixit, aut etiam aliquot seculis pòst, hujusce modi portẽtosas phrases reperias: quales sunt, *episcopus episcoporũ. Primates episcoporũ, Patriarcha, Archiepiscopi, Metropolitani: ut habẽtur* in Clementis epist. 1. Item, *Compiscopi, Principes majores, minores, Pontifex, Prophetæ pro Christo, Sacrificare, Episcopus regulariter ordinetur:* in Clementis epist. 3. *Apex sanctæ sedis, in sede Apostolicâ servire, Sacrificare Domino, Pontificatus:* in Anacleti 1. epistolâ. *Dilectio vestra, regularis mutatio:* epist. Evaristi. *Universalis episcopus, Apostolicæ sedis Pontifex:* Victor. 1. *Corpus Domini ore conficere, Missas facere,* & similes aliorum ineptiæ.

Multa etiam [illegible] & plusquàm non cohærentia, conjunguntur: ut in Clementis 3. epistolâ: *Hoc est, hoc est, in hac præsenti vitâ positos oportet nos agnoscere veritatem Dei; ubi & agendi & sacrificandi tempus est. Quemadmodum in alio loco sacrificare, & missas celebrare, non licet; nisi in eo, in quibus Episcopus proprius jusserit, aut ab Episcopo regionis ordinato, tenente videlicet civitatẽ, consecratus fuerit, &c.* Postea sequitur conclusio: *Operum hic locus est; tempus verò meritorum, seculi futurum.* Simile exemplum in 4. Clementis sub finem exstat: *Sed & illa species calumniæ observanda est: ne passim & solum libidinis causâ cum fœminis coëat quis; sed posteritatis reparandæ gratiâ, &c. Ergo omnes peccaverunt, & egent auxilio Dei.* In Telesphori etiam epistolâ, ubi dicit, *angelicum hymnum esse recitandum solemniter in missarum [illegible]* inferunt: *Ipsi enim, qui proprio ore corpus Domini [illegible] sunt audiendi, obediendi, &c.*

In multis etiam epistolis, Scriptura valdè inepte citatur: in plerisq; violenter, & histrionum more, torquetur. Anacletus, 3. epistolâ, *Cephas* indoctissimè & insulsissimè *caput & principium* interpretatur in epistolâ [illegible] *Tu es Petrus, & super hanc petram, &c.* exponit petram [illegible] *super hanc Ecclesiam, ædificabo Ecclesiam.* Victor [illegible] vero & crassius illud est: *Dominus per Moysen [illegible] Aaron de Levi progressus es quidem ut sacerdotium [illegible] peregrina subintroeas sanctuaria.* Nam illud [illegible] non Dominum per Moysen loquutum, [illegible] ipsum Levi ad sacerdotium postulasse, [illegible] branter; quòd, [illegible] piditatibus [illegible]

Nec pauca [illegible] contra-

ria. Ut autem unum de multis proferamus; in Eleutherii epistolâ, cùm plurima de primatu Romanæ Ecclesiæ disserat, tandem hæc adjicit: *Hæc ita tenenda mandavit (Christus) à Christo Jesu suscepta, Petrus, & cæteri cum eodem laborantes, & eandem apostolicam traditionem tenent.* Hæc posteriora detinuerim primo. Nam si Christus commissa est universalis Ecclesia Christi: falsum erit, quod prius Romanæ Ecclesiæ attribuit primatum.

Postea hæc etiam, veteriorum arguunt alio quàm hoc seculorum Epistolas, fuisse scriptas. Nam in plerisque epistolis Clementis & Anacleti citantur: quæ cum sint impostæ & suppositiæ, ut paulò pòst declarabimus; etiam illis fidem derogant. Anacletus citat literas Clementis: cùm quidem (*ut Irenæus & Eusebius*) Anacletus à Petro Presbyter seu Episcopus sit ordinatus; necdum is fuerit episcopus.

Communis præterea eorum est, quâ Anacletus, Euaristus, Alexander, & alii nonnulli; *Juxta sanctorum patrum & canonum traditiones* dicunt. Item, *Hæc ab antiquis, ab Apostolis, à sanctis patribus scripta & Apostoli statuerunt, & sancta Romana tenet Ecclesia*: Anacl. Sed quos sanctos patres vocet etiam Anacletus à Petro secundus, secundum Eusebium & Irenæum, & probatiores autores; aut tertius, secundum recentiores?

Idem de Euaristo dici potest; qui allegat autoritatẽ Patrum, Apostolorũ, eorumq; successorũ: quasi longissimo tempore post Apostolos scripserit. cum tamẽ aliquamdiu cũ Apostolis vixerit; & Johanne adhuc superstite Episcopus factus sit, nempe sub Domitiano: ut *Damasus* testatur.

Materiæ quoq; rerum, quas is temporis status requirebat, citra controversiam arguunt, non esse autores Romanos illos primos Episcopos. De rebus enim & statu eorũ temporum, ne unam quidẽ habent verbum. Nihil de persecutionibus, nihil de periculis Ecclesiæ & quassationibus; quas tamen frequentes fuisse certò constat, meminerunt: nihil item de doctrinâ, de officio episcopali & curâ gregis, dicunt. Quid enim magis eo pericurionis tempore scribere convenisset; quàm cohortari pios ad constantiam in confessione, & tolerantiam in cruce, ad veram invocationem pro mitigatione afflictionis? Item, cùm eo sæculo ab Ethnicis & Hæreticis vehementer affligerẽtur passim Ecclesiæ: quæ tempestate commodior materia literariæ; quàm refutare Hæreticorũ dogmata, armare miseras oves Christi contra eorum fraudes, & idololatriam ac rabiem Paganorum?

In aliorum hujus sæculi autorum scriptis, hæ sunt vulgares materiæ: ut aut necessarios fidei articulos illustrent; aut Hæreticos refutent; aut contra Ethnicos & Philosophos & Judæos pugnent; aut apologias pro Christianâ religione edant; aut de Martyrum constantiâ & confessione narrent. Verùm nihil horum in his inest Epistolis: aut, si quid inest; non congruit cum controversiis & rebus hujus sæculi. Quæstio enim illa; an Filius sit minor Patre? an solus Deus habeat immortalitatem? Arii tempore agitata est; & non hoc sæculo.

Præterea, à veritate historicâ alienissima, in singulis Epistolis continentur plurima: quæ apertorum mendaciorum accusant & condemnant suos autores. Nam *in Clem. 1. epist.* multa *de Petro* à veritate aliena dicuntur: *quòd sit primus de Christi Domini, & primus ac potestur Apostolus; cui solus omnium Pater Filium revelârit; & quem Christus jusserit obscurum evidentis plagæ illuminare. Johannes* enim *primus cap.*[a] Andreas prior ad Christum venit; & postea Petrum adduxit. & Matth.[b] non solus Petrus; sed cum eo Andreas, & postea Jacobus & Johannes, vocantur. & *Gal. 2.*[c] Petro commendatum est Euangelium circumcisionis, &c.

Item, *quod Petrus fundamentum Ecclesiæ fuerit datum.* contra illud *Ecclesiæ fundamentum aliud nemo ponere potest, præter id quod positum est, quod est Jesus Christus.*

Item, *quod Petrus primatum tenuerit post ascensum.* cùm tamen Petrus illa non tenuerit. Christo obloquitur.[d] *Si omnia Petrus illa tenuit, quæ de Christo solo dicta?*

Item, *quod Petrus & Jacobus fratres Domini*, Clemens 1 epist. vocat *Episcopi episcoporum, regentem omnes Ecclesias, quacunq; sunt fundatæ.* quod a veritate remotissimum esse, quis non videt? & quidem in 5. epist. tantùm *Coepiscopi* appellatur ab eodem.

Nec illud vero consonat; quod Clemens 5. epist. ait, *se Hierosolymis vidisse, una cum Jacobo Justo & aliis, quòd discipuli omnia cõmunia habuerint.* Nam *Nicephorus*[e] & alii testantur, Clementem à Petro sub Nerone tandem conversum esse.

Nec hoc ei sæculo congruit; *quòd infamia notâ inobedientes Episcopi puniendos statuunt.* Clemens epist. 3. Alex. 1. epist. Telesphorus: Pius etiam *curiæ eos tradi* præcipit. Nam ea pœna legum civilium erat: quam non Episcopi; sed Imperatores, irrogabant. quorum dictis Christiani, maximè verò Episcopi, non tantùm pro infamibus; sed pro sceleratissimis, *anathemate*, omnes simul habebantur.

Varii describuntur ritus in his epistolis: quales sunt; de baptisatis, oleo per orationem consecrato inungendis: *Clem. 3.* deq; iisdem septiformi Spiritûs sancti gratiâ consignandis, & cõfirmandis; ut perfecti fiant Christiani: *epist. 2. Clement.* De Missæ celebratione, ne fiat sine jussu Episcopi; nec in alio, quàm in loco consecrato: in eis enim omnia & vetus Testamentum docere; & Apostolos a Christo accepisse, & aliis porrò tradidisse *Clem. 3. Anacl.* Porrò mandatur; septem aut quinq;, aut tres Diaconos & Subdiaconos, & reliquos ministros, sacris vestibus indutos, à fronte & à tergo; Presbyteros verò à dextrâ lævâque, consistere debere, sacrificante Episcopo. *Evar. 1. eadem repetit.*

Sed hos ritus, neq; vetus, neq; novum Testamentum, neq; Christus, neq; Apostoli docuerunt: & sic non erant observati Romæ hoc sæculo: ostendi potest verissimis testimoniis Justini,[f] quorum Baptismi & Cœnæ dominicæ [illegible] & veterum Patrum, [illegible]

[a] Joan. 1. 41. 42.
[b] Matth. 4. 18.
[c] Gal. 2. 7.
[d] Matth. 16. 18.
[e] Niceph. 2. c. 25.
[f] Apol. 2. Dial. 1. c. 78.

de [illegible] Evangeliis, & oleo chrismatis; hoc fa-
cere [illegible]

Non itaque & veritati congruunt illa decreta, de appellatione ad Romanæ sedis comparationes, de Episcopo [illegible] judicium pertimendo, [illegible] gradu, qui ab homine [illegible], nec à Monachis [illegible] feminis [illegible] & [illegible] populo, ut [illegible], de non servandis [illegible] exortis: quæ [illegible] extant, in Anacleti, Alexandri, Sixti, Eleutherii, &c. Nam ab Apostolis, quibus decreta attribuuntur, nunquam stanta legimus, & à doctrina eorum prorsus abhorrent. Nam propter [illegible] ejus temporis, studia, labores docendi, paupertatem, [illegible] numquam consensum, nō licuit, nec [illegible] Rom. corā Papā movere & tractare: quod etiam [illegible] Domini annū, aut etiam feriūs, primum factum esse putem est.

Alia præterea multa, & infinita, [illegible] in singulis Epistolis, in veritatem apertè impingunt, [illegible] generalem politiæ Ecclesiasticæ formā describi; qualis nec [illegible] fuit. & *epist. 3.* fabulatur, ie tomum de Primatu [illegible] ejus scripti nusquam fit mentio.

Verisimile etiam absimilimum est, quòd *Evaristus* [illegible] Ægyptios suos Episcopos populisse. Nam eo loco res Christianorum non erant, ut nusquam tuto versarentur ipsorum immanem crudelitatem persequentium. Simile & illud est, quòd vulgatas literas per omnes Ecclesias Africanas legi; & dicit, iis Præfectum literas adjunctas esse, quod haud verum est. nam [illegible], id factum esse, probari potest: nec Præfectis, qui sub Traiano atrocissimè persequebantur Ecclesiam, cum Episcopis Christianis ullam rem convenire.

Epist. 1. Victor Theophilum, Alexandrinum vocat Episcopum: cùm Cæsareæ, & non Alexandriæ, fueris.

Pius & Victor, in literis, ubi præcipiunt Pascha eodem modo ubique debere observari ab omnibus Ecclesiis, addunt rationem: quia non decet membra, id est, alias Ecclesias, à capite, id est, Romanâ sede, dissentire. Sed hujus rationis neque Irenæus, neque Eusebius meminerunt; ubi eam controversiam describunt: nec Polycarpus, nec Irenæus, nec Polycrates, Justinus, Clemens, & alii, Romanum Episcopum pro capite Ecclesiæ [illegible].

Postremò, nec tempus, quo [illegible] interfuisse [illegible] Alexandri, Telesphori, Hygini, Pii, Aniceti, &c. [illegible] veritatis normā congruit.

¶ Cæterùm, si reliqua ad fidei *ἀκρίβειαν*, & ad amussim doctrinæ Prophetarum, Christi, & Apostolorum, examinemur; ipsa mysterii iniquitatis fundamenta & insignia invenientur. qualia sunt: Prohibitio conjugii. *Clemēte* enim *2. epist.* Sacerdotibus interdicitur, ne post ordinationē uxores retineant, quod si ab fecerint; ab officiis majoribus removentur. [illegible] mulierem viro, qui adulterium admisit, jubet reconciliari, aut innuptam manere. cùm tamen Paulus parti innocenti permittit res nuptiarum, *1 Cor. 7.** Et Prohibitio ciborum. *Telesphorus* enim, Clericos septem hebdomadas ante Pascha à carne jejunare, præcipit. Et distinctio Laicorum, & Clericorum seu Spiritualiū, propter [illegible] quam *Clemēs 1.* & *Telesphorus in suâ* agit *epistola*: cùm tamen omnes pii dicantur sancti in Scripturâ. De majoritate Episcoporū & Sacerdotum super Principes & Magistratus, de quā *Clemens 1.* Et *Anacletus in 1.* Episcopos jubet causas seculares, unà cum judicibus, excutere & judicare: contra illud, *Principes gentium dominantur; vos autem non sic.*

De non [illegible] Episcopis & Sacerdotibus [illegible] *Anacletus epist. 3. Evaristus in 2. Alexander in. Telesphorus in 1. Pius in 1.* multis in locis [illegible] tionibus hoc obtinere [illegible], si vocabula indistincte loquuntur: & quidem Dei [illegible] facit personam. Argumenta aūt [illegible] breviter [illegible], 1. Paulus dicit, *Pro minimo [illegible] dicet ut [illegible] vel de humano die.* II. Legendæ [illegible] minoribus accipere. III. [illegible] non [illegible] alio judicandi [illegible].

Illustrissimus verò, in [illegible] hæc dicit: [illegible]

credam ad Christum pertinet, cujus vice fungimur. II. Qui non tangit pupillā oculi mei. III. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiā. IV. Nolite omni spiritui credere; unde dixit Johannes, &c. V. Quis peccatum; pro se Deum [illegible] videret. VI. Quia gratis [illegible] adjectione [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] VII. Quia Dominus non [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] tes & [illegible] Angelis [illegible] [illegible]. VIII. Quia Deus [illegible] in synagogā deorum & Dii; [illegible] [illegible] omnes. IX. Quia Paulus dicit; *Tu quis es qui judicas alienum.*

Tertullianus addit hanc rationem: Quia discipulus nō est super magistrum. Et hujus decreti [illegible] & hanc subjicit: *Hanc mercedem [illegible] [illegible]; & nos cum eis, contra persequutores [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] machinamentis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] vestra salvatur.*

De Primatu Romanæ Ecclesiæ [illegible] [illegible] ait, non ab Apostolis; sed ab ipso Domino [illegible] primatum obtinuisse; & eminentiam potestatis super universas Ecclesias, acturum Christiani populi gregem, affectatam esse &, Apostolos jussiones Salvatoris statuisse in majoribus quæstionibus ad Romanam Ecclesiam appellandum esse: *epist. 1. 2. 3.* Idem postea alii repetunt [illegible] [illegible] ut *Evaristus 1. Alexander 1. Pius 1. & 2. Anicetus & Victor II.* [illegible] tiones autem frigidissimæ proferuntur; quas adscribere, ut ineptiæ conspiciantur. I. Quia Petro dixit Christus; *Tu es Petrus, & super hanc petram*, id est, Romam sedem, *ab hinc universam Ecclesiā.* II. Quia Petrus & Paulus mortui sunt Romæ. III. Quia Paulus *Rom. 1.* ait, se sine intermissione memoriam Romanæ Ecclesiæ in orationibus suis facere. IV. Quia Petro à Domino est concessum, & ipsi Apostoli voluerunt, ut reliquis omnibus præesset Apostolis; & Cephas, id est, caput & principium, teneret Apostolatus. V. Quia Apostoli statuerunt inter se, ut Episcopi singularum gentium scirent, quis inter eos primus esset. VI. Quia in veteri Testamento Moses & Aaron primi erant. Et si, si orta fuerint difficiliores causæ, ad quas [illegible] sedis apice, quasi ad caput, referuntur; ut Apostolico termineatur judicio. *Victor 1. epist.* sic ratiocinatur; Petro dictum est; Quicquid ligaveris, &c. Ergo appellandum est ad Romanam.

Hæc autem [illegible] fundamenta & insignia mysterii iniquitatis esse, à Paulo [illegible] *2 Thessal.* [illegible] *2 Tim. 3.*[b] *2 Thess. 2.*[c] *2 Pet. 2.* [illegible] & in *Daniele* [illegible] *Apocalypsi* prædictum est.

¶ Postremò, nævi & manifestæ corruptelæ [illegible] doctrinæ in iis reperiuntur; cujusmodi [illegible] [illegible] *Primum* enim, discrimen veteris & novi Testamenti tollitur, *Anacleti epist. 2. & in aliis passim*: ubi Sacerdotium, cujus auctor Petrus fit, perinde ut in veteri Testamento [illegible] & ad Mosaicas leges, de purificatione & aliis rebus, [illegible] obligantur. Cùm tamen Lex & Prophetæ usq; ad Johannem tantùm durent: & in novo Testamento non sit externum; sed tantùm spirituale sacerdotium, commune omnibus Christi fidelibus. *1 Pet. 2. & Hebr. 9.*[h]

Deinde, doctrina de Libero arbitrio, *in Clemente 1. & 3. & aliis*, corruptè proponitur. Voluntatis enim [illegible] tribuitur, non tantùm velle in rebus [illegible] sed etiam perficere, & misericordiam [illegible] [illegible] men Dei sit, qui facit ut velimus & [illegible]

Tertio, ab *Anacleto, epist. 2.* doctrina de Pœnitentia [illegible] tur: immiscetur enim propria satisfactio. Ita [illegible] *epist. 1.* peccata sacrificiis deleri docet; propter [illegible] patrocinia Deum placatū iri, & peccata [illegible] cerdotes precib. & oblationibus [illegible] peccata populi, *epist. 2.* affirmat. Quæ [illegible] sunt, adversùs opus [illegible] redemti sumus; & cui [illegible] [illegible] *Hebr. 9.*[k]

Quarto [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

per temporalia officia nos æterna gaudia mereri: item confessione, quæ Sacerdoti fit, fide & bonis operibus, æterni ignis pœnas nos effugere; & ad perpetuæ vitæ præmia pervenire. Dicit porro, *Deum animarum & vitæ bonis actibus præparari. Epist.3.* Literæ propitiæ gratis, hæredi bonæ conditionis, pro bonis factibus, bonis tantùm fieri: & homicera tipis operibus [illegible] repletum, ad regnū Dei [illegible]. *Epist.4.* vetamus bonis operibus [illegible] vitæ æternæ [illegible]. Ubique & quidem Petrum docuisse, manifestissimè asserunt. Cum tamen Acta Apostolorum, & Epistolæ Petri aperte testentur; eum ad Veterum, gratis, ablq; operibus, solâ fide, propter meritū Christi, peccatores pœnitentes justificari, docuerit.

[1] *Act.2.38.* Petrus ait: *Interrogatus à Judæis, quid facere debeant, ut ultionem Dei? inquit: Unusquisq; vestrum paniteat, & agat pœnitentiam, & baptizetur unusquisq; vestrum in nomine Jesu Christi, in remissionem peccatorum. & Act.4.* [2] *Nec est in alio quoquam salus: nec est aliud nomen sub cœlo datum inter homines, in quo oporteat nos salvos fieri. Act.10.* [3] *Huic omnes prophetæ testimonium perhibent omnes Prophetæ, &c. 1 Pet.1.* [4] *Finem fidei vestræ, perfectè, ad salutem.*

Quinto, in oratione, non in fide & nomine Jesu Christi; sed in bonis moribus & operibus, *à Clem.1.* & in eorum meritis & dignitate Sacerdotum, *Alex.2.* collocatur: & quidem pro mortuis orare, eleemosynasq; dare, & exequias peragere, Petrus jussisse dicitur, *1 Clem.* Sed hæc à sanâ doctrinâ de oratione dissonare, & à Petro nusquam tradita esse; quis est qui ignoret? cùm nihil eorum in Petri literis, nec alibi usquam in Scripturâ, præcipiatur.

His simile est, quòd *Clem.3.* dicitur; Neminem pro eo, quod ignoravit, judicatū iri; sed tantùm pro eo, quod quis scivit, & non fecit. Cùm tamē Christus dicat; [5] *Servum ignorans voluntatē Domini, & faciens digna plagis, vapulabit.* Et, quòd Apostolorū meritis attribuitur ejectio dæmoniorū. Cùm Scriptura verbo Dei, fidei, & nomini Christi, eam vim adscribat; *Marc.16.* [6] *In nomine meo dæmonia ejicient,*

Sextò, sana etiam doctrina, de Libertate Christianâ multis modis depravatur. Variæ enim traditiones humanæ concervantur; quibus conscientiis laquei ponuntur, & opinio meriti & cultûs affingitur. Cujusmodi sunt: traditio de Confessione auriculari: *1 Clem.* De reliquiis fragmentorum post Cœnam Domini; de Vasis sacris; de Pallâ; de Velo, & aliis: ubi transgressoribus pœna anathematis etiā à Petro statuta dicitur: *Clem.2.* De vitandâ menstruatâ: & de Purificatione: *Clem.4.* De communi Vitâ: *Clem.5.* De publicâ & solenni Benedictione Conjugum in templo: ad quem ritū necessariò obligari vult omnes Ecclesias: *Evar.1.* De Aquâ benedictâ: *Alex.1.* De Vasis sacris nō contrectandis; nisi à sacratis, Deoq; dicatis hominibus: si enim id fiat; tùm non tantùm attingentem, sed totum populum puniri: *Six.1.* Neq; à sacratis fœminis incensum ad altare deferendum: *Sot.2.* De Jejunio: *Telesf.1.* De uniformi observatione Paschatis: *Pii 1. & Vict.1.* de radendis Capillis in modum sphæræ: *Anicet.1.*

Septimò, quædam etiam planè superstitiosa. Nam *in Anacl.2.* de Oleo, seu sancto Chrismate, (ut vocat) quo jubet Episcopos ordinandos inungi, dicitur; quòd in eo virtus Spiritus sancti invisibilis permixta sit. Quod nullius Scripturæ autoritate probari potest, & planè superstitiosum est. *In Alex.1.* Aquæ cum sale benedictæ vis sanctificandi adspersos adscribitur. Quod cùm fiat sinè Dei mandato, idololatricum & superstitiosum esse, manifestum est.

Ex his, quis Lector facilè intelligere potest: has literas haud ab [illegible] quàm à ministris mysterii iniquitatis; nec alio tempore, quàm eo, cùm mysterium iniquitatis fuit in summo conscientiæ gradu, scribi potuisse. Id autem etsi adhuc superstitiosè [illegible] inceperat; *2 Thess.2.* [7] & in eâ urbe, quæ dominationem Imperatoriæ tenebat, agere debuit *Apoc.17.* [8] tamen [illegible] Romani olim, & in tam tristi persecutionum statu, non est verisimile, [illegible] in Romanis Episcopis fedè erravisse. Nam de Primatu Rom. Ecclesiæ, ante Nicenā synodū, & multis annis pōst, nulla fuisse quæstionem ex historiis fidedignis, & vetustissimis Patribus, apparet. Et, sicut in sextâ Carthaginensi Synodo, ut infrà dicemus, primatus Papæ [illegible] hoc evidentissimo Historiæ nō misissent tales Epistolas Clementis, [illegible] minorum Episcoporū, mediocria, nevis, & [illegible].

Dionysius Corinthius Pyrrhum, ob literis eos tribus imponentem, arguisse dicitur. Et Apollonius, ecclesiasticus scriptor, de Montano ait: *Hic est qui dicere ausus fuit, & qui primus impietatis ostium aperuit.* [9] Apollinarius in Montanum reprehendit; quòd, *dum à capitibus privatis accusatus, in hæresin incidisset.* [10]

Hi & alii doctores, si Romani Episcopi hujusmodi Epistolas scripsissent, quales nunc exstant, apertè illis refellissent. Quod quia nusquam legimus: putamus, quidvis potiùs de iis, qui hoc sæculo Romanæ Ecclesiæ præfuerunt, credendum, quàm has ab eis scriptas esse literas.

¶ Accedit insuper auctoritas aliorum antiquissimorum testium, adstruendos Romanos Episcopos, ne harū epistolarum auctores creduntur. Nam *Eusebius*, qui Bibliothecā instructissimā habuit; quæq;, cùm Constantino Imperatori Romano in multis esset, nihil potuisset latere memorabilium rerū Romanorum Episcoporū; tantùm Clementis & Victoris literarū meminit: neq; tamen earum, quæ nunc exstant; sed aliarum. Cæteris verò hujus sæculi Rom. Episcopis nullas adscribit. Nec *Damasus* (si nomine potius, quā imperitiā credatur exemplaribus) nisi [illegible] po Romanas, quæ nunc exstant, attribuit epistolas. Quod miraculi pene instar haberi potest. Romanū Episcopum, ex professo suorum antecessorum vitas describentem, & tam vicinum eorum sæculo, non meminisse Epistolarum. Quid hoc aliud; quàm apertū Damasi testimonium, nullas unquam tales ab iis scriptas exstitisse? Nec *Hieronymus* mentionem earum facit: cum tamen aliàs scripta cujuslibet insignis Doctoris, scrupulosè etiam, annotare soleat. Quid? quòd in sextâ Carthaginensi synodo, (ut infrà patebit) ubi Rom. Episcopus primatum probare jubebatur, nulla fit mentio harum Epistolarum: quas, si tùm exstitissent, aut pro authenticis habitæ essent, magnâ cum solennitate, triumpho & fructu, in medium prolatæ fuissent.

Nec facilè reperias, has Epistolas ab ullo Patrū, aut fidedigno autore, ab hoc sæculo usq; ad Caroli Magni ætatem, citari. Et nō est absimile veros; circiter id tempus, cùm Ecclesiæ occidentales passim ex Romanâ bibliothecâ libros peterent; fraude Rom. Episcoporum, imperiū super omnes, non modò Ecclesias, sed etiā super Reges & Principes terræ, affectantium, confictas, suppositas, & latè sparsas esse.

Et *Gratianus* pleraque decreta, quæ in horum Epistolis exstant, aliis attribuit Pontificibus: & ea, quæ ipse his adscribit, in eorum epistolis non exstant. Unde liquidò constat; nec Gratianū omnes istas epistolas agnovisse: ideoq; post eum plerasq; confictas esse; &, si quas ille habuit, alias tamen ab his fuisse.

Cæterùm, fuerunt etiam alii, qui ante hac nostram ætatem censuerunt, has Pontificum epistolas non esse genuinas; sed suppositias. Quidam Monachus, cognomento *Kalthusen*, qui ante CXX annos, aut amplius, hæreticæ pravitatis inquisitore egit, in tractatu, *An imperium sit translatum à Romanis ad Græcos translatum*, sic scribit: *Nunc, ut puto, illa de Constantini donatione apocrypha sunt, sed tamen quædam alia longa & magna scripta S. Clementi & Anacleto attributa, summis Pontificibus: in quibus, volentes [illegible] nimis laude dignissimam, plus quam expedit, exaltant, & primi fundant: cùm tamen omnino non valeant [illegible] Epistola, considerata contentia in ea. Scribitur enim in Epistola Clementis: quomodo ea fuerit, & Petri [illegible] post Petri mortem, ad S. Jacobum hæc fingit scripsisse ea, quæ epistola, qui fuit frater Domini, & Hierosolymorum Episcopus. & est tamen hoc omnino falsum: cùm sit manifestum, [illegible] Petro Jacobum VIII. annis fuisse martyrio vitam. [illegible] ipsum Clementem fuisse [illegible] Petri [illegible] Anacleto adscribatur, [illegible] sancti viri, Hieronymi [illegible] Martyrum Catalogo [illegible] qui eorum [illegible] Catalogum [illegible] Clemente [illegible] Anacleto [illegible] Epistolæ extare videant, nec [illegible] in ipsis Epistolis, [illegible]*

[7] vers.7. [8] vers.18.

pere posse, ut Irenæus ait, & Dan. 3. in Ecclesiastico cit. Hactenus Kalbeilen.

CAPUT VIII.

DE SCHISMATIBUS.

DE cætu est de manifestis hæreticis seu erroribus. Jam de alio quodam erroris genere agemus; quos seu occultos, seu clàm serpentes, appellare possis: qui inter ipsos præcipuos Ecclesiæ doctores, amplectentes & professos unum & idem sanæ doctrinæ corpus, dissensiones & concertationes conciarunt; atq; eas quidem, in rebus non usq; adeò magni momenti; ut in ritibus aut ceremoniis: magno tamen cum Ecclesiæ malo.

SCHISMA DE PASCHATE.

NOtissimum est illud schisma & dissidium, de diversitate in celebrando die Paschatis; quod non leviter quassavit Ecclesias diversorum locorum, aliquot seculis. Ac videtur Diabolus toties, quoties eam dissensionem & certamen movit, hoc conatus esse, ac præcipuè spectâsse, ut memoriam & beneficii passionis & resurrectionis Domini extenuaret, incertum & inutile redderet: simul & mysterium iniquitatis proveheret, ac filium perditionis paulatim constituerer & formaret. Non enim postrema, hæc controversia de Paschate, occasio ei fuit; quâ caput efferre suum, & tyrannidem exercere, ausus est. Sed, quod habuerit initium, & quos progressus fecerit hæc diversitas; breviter exponamus.

Constat, Apostolos doctrinam de Libertate Christianâ, quam diligenter tradebant, etiam ipsâ re professos esse & exercuisse: unde nec autores eos fuisse ceremoniarum, legimus; nec ad aliquas certas observationes ullas Ecclesias alligâsse: nec diversitatem quidem externorum rituum, si usquam esset, pro libertatis Christianæ jure, admodum curâsse. Quo factum est, ut, cùm Johannes & Philippus, in Asiâ, Pascha Judaicâ observatione celebrarent, decimâquartâ scilicet lunâ post æquinoctium vernum; alii autem Apostoli, & Ecclesiæ occidentales celebrarent die dominico proximè-sequente: illa diversitas ne animadversa quidem, nedum reprehensa ab aliquo fuerit: nec quidem aliquantò post, quamdiu doctrina de Libertate Christianâ, in ceremoniis adiaphoris, perspicuè tradita & observata est, aliquid turbæ dederit.

At, cùm sub annum Christi 163. & deinceps, doctrina illa de Adiaphoris fieri inciperet obscurior; ac ceremoniæ simplices, per quorundam seu negligentiam, seu imperitiam (ut *Irenæus* testatur apud *Eusebium* *) essent mutatæ: tùm demum deprehensa est diversitas, cùm in aliis ceremoniis, tum maximè in Paschate & Jejuniis. Accessit eò, quòd plurimi in Asiâ adhuc Judæi erant, qui patrios mores & consuetudinem observabant, plùs aliquantò, quàm necesse erat, veteri illi rationi tribuentes; nec probabant Gentes ab iis discrepantes. Deindè, quia post, feliciter propagato in Asiæ partes Evangelio, Gentilium Ecclesiæ jam florâbat celebres, & libertate gaudebât. Quamobrem & à Judæis, quibus iis addicti erâc, sine scandalo dijudicare non poterant: cùm honorandâ esse diem dominicum propter resurrectionem censerent; atq; ideò aliter Pascha agendâ contenderet, quàm apud Judæos: quòd vetus Pascha jam abrogatâ esset, & cessâsset. Hinc igitur procul dubio ortæ contentiones initio, per plures annos, leviter subindè motæ; & quasi ex cinere interdùm emicantes, in magnum incendium & manifestum schisma eruperunt. Quod cùm contra cõcordiam fidei nõnullis videretur: inita sunt consilia; & cogitatum est, quo pacto ea diversitas componi, & ad cõformitatem aliquam deduci posset. Sed quæ consilia & studia, quos progressus & successus habuerint, ex sequentibus eorum fiet.

Fuit igitur in pluribus locis, eam diversitatem morum aliquid & dissensionum peperisse, nõ est dubium: utramen a Melitone, Sardensi Episcopo, qui annô Christi 160. claruit, & librum de Paschate conscripsit, (ut *Eusebius* * refert) memoriæ proditum est; quæstionem, seu de Sabbato, seu de Paschate, (idem enim in utrâq; quæstione spectatâ est) motam esse apud Laodiceam, sub Antonino Vero, & Servilio Paulo Asiæ Proconsule: quo tempore Sagaris, Laodicensis Episcopus, martyrium fecit. Quo item eodẽ tempore, Pius Romanus Pontifex, si quæ fides ejus epistolarũ est, ex revelatione Hermetis, decreto constituit; Pascha die dominico celebrandum esse. A quibus ait Laodiceæ hæc quæstio mota & agitata fuit; non legitur: quia nec Melitonis, nec Clementis de Paschate liber, nec Egesippi monumenta, ad nos pervenerunt; ex quibus certi & explicati aliquid haud dubiè haberi posset. Igitur ex illis historiis, quæ extant, autores præcipui ejus controversiæ, Romani sunt Episcopi: Anicetus, Soter, Pius cum Hermete suo, Eleutherius; atq; inter hos Victor maximè. Omnibus enim illis hoc studiũ & conatus singulares fuisse, apparet; ut Asiaticos ad suos ritus quoquo modo pertraherent: sed quibus se opposuerũt, Melito, Polycarpus, ac forsan Egesippus: quẽ sub Vero Romam venisse, Eusebius scribit; sed negotium, quamobrem venerit, non explicat. Polycrates item, & alii doctores Asiatici: quorum alii Johannis & Philippi exemplum (qui decimâquartâ lunâ Pascha celebraverant) allegarunt; alii aliorũ Apostolorum consuetudinẽ jactarunt. Contra quos, Romani & Galli, Paschatis celebrationẽ deberi diei dominico; quia in eo Christus resurrexisset; contenderunt. maximeque à Judæis in eo ritu discedendũ esse senserunt; quia Judaismus abolitus & sepultus esset. Quà sententiâ præclarè dixit *Justinus: Lex legi surrogata, gratiam fecit.* Narrat *Nicephorus*,* simè alio aliquo teste, Asiaticos tentisse, omninò necessariũ esse, ut secundùm legem Mosis Pascha, decimâquartâ die, celebraretur. Quod nullo modo verisimile esse, aut cũ totâ historiâ convenire potest: deò, quòd nusquã Asiatici leguntur, isti cõsuetudini iuq; necessitatẽ imposuisse; aut ullas Ecclesias ad illã observandam coẽgisse, quemadmodum à Romanis factũ est. Quin potiùs illud obtinuâsse videtur, quod Paulus * de libertate Christianorũ dixit: *Nemo vos judicet in cibo, potu, & die festo.*

Sicut autem, ex parvis scintillis, ingens interdum incendium oritur; & qualiacunq; etiam levia contentionum initia, in magna sæpè & perniciosa certamina exeunt: ità hoc malum quoq; subindè majores vires accepit, & auctũ est. Primùm enim, Romæ inter Anicetum & Polycarpum conflictus fuit: cùm Romam eâ occasione & necessitate Polycarpus venisset; quòd Anicetus insolentiùs Asiaticos, in observatione Paschatis, contra regulam Pauli, judicaret. Ubi uterq; cõtendentis suæ rationes attulit. Polycarpus, Johannis, & [illegible] Apostolorum, qui in Asiâ decimâquartâ lunâ Pascha celebraverũt, exemplo, suam consuetudinem defendit: Anicetus aũt, morem majorum suorum, illorũ scilicet Episcoporum, qui se antecesserant, allegavit; (quemadmodũ *ex Irenæo Eusebius* [illegible]) & diserè affirmavit, simplicem & vulgatam in ceremoniis consuetudinem, mutatã esse ab illis suis Romanis antecessoribus. Nec dubium est; gravem illam & seriam admodum fuisse inter Anicetum & Polycarpum actionem: cui forsan & Egesippus, qui Romæ tùm fuit, interfuit. Et optandum esset, propter multas res, quarum accuratiori explicatione destituimur; integrè descriptã illam actionem ad nos usq; pervenisse. *Irenæus* breviter tantùm, quemadmodũ diximus, attigit: qui & ità eam controversiam inter utrumq; compositam scribit: ut neuter eorum sententiam suam pertinaciùs urgueret & defenderet; sed [illegible] haberetur Paschatis celebratio. Non enim decere, ut, diversitate cerimoniarũ, fidei rumperetur cõcordia. Post hanc igitur placidâ transactionem, simul communicarũt Polycarpus & Anicetus; & bonâ pace ac concordiâ à se invicem discesserunt.

Hoc modo admoniti & repressi Romani, vivo Polycarpo, nihil quidẽ ampliùs moverunt super eadem reconventionum: sed eo mortuo ad priora & pristinos conatus redierunt; ut scilicet [illegible] imperitis in omnibus Ecclesiis consequendæ: & ambitiosa fiduciâ, fore, ut, hac occasione colorata, in celebrando Paschate, Asiaticæ Ecclesiæ [illegible] illa subjicerẽt) hos certamina apud subindè reficiendi non deliberint. Hinc, inter Anicetum, jactavit revelationem Hermetis Pius: post Anicetũ verò, Eleutherius (ut autor est Honorius) eâ constituit, Pascha die dominico celebrandũ esse. Denique, tandiu in illâ con-

formi-

* *lib. 5. c. 26*

* *lib. 4. c. 26*

* *lib. 4*

* *c. 5. 2 vers. 16*

* *l. 5. c. 26*

formitatis laboratum est: dente tandem Victor, quod alii leniùs & paulatim tentassent, violentiâ regis, & sensei perrumpendi esse judicavit. Is enim, anno Domini 191. Commodi verò II. nõ rixas aut dissensiones de Paschate, sed bellum propemodũ triste movit: cùm primum adeò necessariam esse uniformem Paschatis celebrationem censeret, ut pro hæreticis & excommunicandis habendos putaret, qui ab eo dissentirent: deinde, non contentum, synodos passim indiceret, ne suâ solius sententiâ stare videretur, sed & aliorũ judicia & sententias videret. Quo cõsilio ad diversos Episcopos scripsit à quibus petit, ut, convocatis vicinis Presbyteris, deliberationem de Paschatis celebratione instituerent. Inter eos fuerunt, Theophilus Episcopus in Cæsareâ Palæstinæ, Narcissus Hierosolymorum, Irenæus in Galliâ, Palmas in Ponto, Bacchyllus Corinthi; Episcopi item Osroëni. Interea verò, dum conventus diversi apud exteros illos habentur, ipse Victor Romæ synodum celebrat: & rescriptum paulò pòst istarũ synodorum, de quibus modò diximus, accipit; secum scilicet omnes stare, & die dominico Paschа agendum esse contentire. Post quod statim Victor decreta scribi jussit: quæ omnibus ubiq; Ecclesiis mittit, de Paschate, non alio, quàm die dominico, propter mysterium resurrectionis celebrando; in eoq; solo jejunia paschalia solvenda esse.

Fuit tùm in Asiâ Polycrates, præcipui inter Asiaticos Episcopos vir nominis & autoritatis: ad quem similiter scripsit; idem de Paschate imperans, quod Ecclesiis aliis. Sed Polycrates, ne priùs cum reliquis Episcopis Asiaticis in synodo (ut videtur) communicatâ & deliberata, quemadmodũ ab eo Victor fieri voluerat, ex cõmuni omnium sententiâ animosè rescribit: nolle se nem te, aut quenquam Episcoporum in Asiâ, à veteri consuetudine, observatâ indè usq; à Johanne, Philippo, Polycarpo, parentibus, avis atque atavis suis, &c. nunc demum ad unius imperium & terrorem discedere. Hæc enim *Eusebius* * de Polycrate recitat: ubi fragmentum ejus rescripti adducit; quod & nos adscribere non gravabimur.

* li. 5. c. 24 & 25.

Episcopu per Asiam, qui morem ipsis ab antiquo traditum retinendum esse affirmabant, præerat Polycrates: qui in eo scripto, quod ad Victorem Romanamq; ecclesiam exaravit, traditionem, ad ipsius usq; tempora servatam, hisce verbis exponit. Nos igitur illibatum agimus Paschatis diem; nec addentes illi quicquam, nec auferentes. Magna enim luminaria in Asiâ obdormierunt, quæ in die adventûs Domini resurgent, quando venturus cœlitus, cum gloriâ, cunctos sanctos restituet: Philippus, unus ex duodecim Apostolis; qui obdormivit Hierapoli: & duæ illius filiæ; quæ in virginitate consenuerunt: & alia ejus filia; quæ in gratiâ Spiritûs sancti conversata requievit Ephesi: adhuc & Johannes; qui ad pectus Domini recubuit, & laminam sacerdotalem gestavit, martyrq; ac doctor fuit. & Ephesi obdormivit: denicq; & Polycarpus, Smyrnensis episcopus & martyr: & Thraseas de Eumeniâ, & episcopus & martyr; qui Smyrnæ obdormivit. Quid attinet verò dicere de Sagare, episcopo & martyre, qui Laodiceæ obdormivit? Deinde & de beato Papyrio, ac Melitone exnucho; qui in cunctis per gratiam Spiritûs sancti ductus est, ac in Sardibus quiescit, visitationem è cœlis exspectãs, in quâ resurget à mortuis. Hi omnes quartadecimâ lunâ Pascha secundum Euangeliũ celebrant: nusquam exorbitantes; sed fidei canonem sequentes. Denicq; & ego Polycrates, omnium vestrûm minimus, traditionẽ cognatorum meorum retineo: quorum etiam aliquos affectatus sum. Erant enim septem cognati mei Episcopi; & ego octavus: qui cognati mei semper eo die Paschæ festum egerunt, quando populus fermentum removit. Ego igitur, fratres, qui sexagintaquinq; annos habeo in Domino, & cum fratribus per orbem contuli, ac sanctam Scripturam volvi ac revolvi, nõ turbabor illis, quæ terrendi gratiâ objiciuntur. Etenim majores mei, Deo magis, quàm hominibus obediendum esse docuerunt. Hisce subjecit, de Episcopis consentientibus, qui scribendi mihi fuerunt, discere ad hunc modum: Petivram autem & Episcoporũ, qui mecum sunt, facere mentionem, quos vos petistis, ut a me accerserentur: quos etiam accersivi. quorum nomina si scriberem; magnã multitudinem efficerent. qui cum modici moments hominem invisentes, in hanc epistolam consentiunt: hanc me cautiem nõ frustra gestare; sed in Christo Jesu semper conversatum esse, scientes. Et cap. 25. *Ad hæc Victor fu-*

rens, & male sibi temperans, missis litteris statim omnes Asiæ eas & Ecclesias vicinas, ab se communione separatas esse scripsit: & rejectos palàm denuntiat. Qui furor præcipui aliorum Episcoporum animos non leviter movit; & Ecclesiis (ut res Episcopum minimè decens) majorem in modũ displicebat: adeò ut & acerbis à quibusdam, parum reveritis humanæ Pontificis, quam vel hic usurpare cœpit, primariam autoritatem, duriùs & asperiùs Victor objurgaretur, (quorum litteras exstitisse suo tempore, Eusebius testatur) ut qui iniquam & injustam Ecclesiæ haberet rationem; atq; ea potiùs, quæ pacis & concordiæ communis essent, agere deberet. Irenæus quoque, etiamsi cum Victore sentiebat; tamẽ minimè eum molliter reprehẽdit: peccâsse eum, & indignè fecisse; quòd tot Ecclesias perturbâsset, & à corporis unitate abscindere conatus fuisset, ob id tantùm, quòd morem à veteribus & majoribus usq; ad ĩe propagatum custodirẽt. Verba ista, quibus & alia multa Victorem monet, ex *Eusebio* * adscribimus: *Quibus & Irenæus, nomine fratrum per Galliam, quibus præerat, scripsit: & id quidem approbavit, solâ dominicâ die resurrectionis Domini mysterium celebrandum esse: Victorem verò, ne cunctas Ecclesias Dei, antiquæ consuetudinis traditionẽ retinentes, alienaret; competenter ac multis admonet, & ad verbum ista dicit: Neq; de die tantum disceptatio est; sed & de ipsâ specie jejunii. siquidem alii unum sibi diem jejunandum esse putant; alii duos, alii plures; alii quadraginta, horas diurnas & nocturnas computantes, diem suum statuunt. Et ista jejunantium varietas, non nostro demũ tempore; sed multo antea per illos cœpit, qui ante nos, præter accuratam diligentiam, ut verisimile est, rerũ habenis potiti, simplicem & vulgatam consuetudinẽ posthabuerunt ac mutarunt. Nihilo tamen minùs omnes illi pacẽ inter se retinuerunt; & retinemus etiamnum: & dissonantia jejunii, fidei concordiam commendat. Ista etiam historiam adjungit, quam suo loco adjiciam. In quibus, inquit, etiam qui ante Soterem presbyteri Ecclesiæ præfuerunt, cui nunc præsides, Anicetum dicimus, & Pium, & Hyginum, & Telesphorum, & Xystum, neq; ipsi sic observarunt; neq; posteris suis præceperunt: & tamen nihilominus ipsi non-servantes, pacẽ cum illa retinuerunt, qui ex illa paræcia ad ipsos venerũt, quæ servabant: cùm tamen istiusmodi observantia contraria esset non-observantibus. Neq; quisquã aliquando propter hujusmodi jejunii speciem est abjectus: sed Presbyteri illi ipsi, qui te præcesserunt, Eucharistiam fratribus illarum paræciarũ, qui more suo servabant, miserunt. Et cùm beatus Polycarpus Romæ sub Aniceto ageret, ac propter alia minuta quædã inter se discrepassent; mox conciliati sunt: de hoc verò capite nihil inter se contenderunt. Neq; enim Anicetus Polycarpo suadere poterat; ne servaret, quæ cũ Johanne, discipulo Domini nostri, ac reliquis Apostolis, quibus cum fuerat conversatus, semper servaverat: nec Polycarpus Aniceto suasit, ut servaret; qui sibi Presbyterorum, quibus successerat, consuetudinem servandã esse dicebat. Et cùm ista sic haberent; cõmunionem inter se habuerũt, & in ecclesia Polycarpo Anicetus Eucharistiã, propter reverentiam videlicet concessit: atq; ità cum pace à se invicem discesserunt; pacemq; in universâ Ecclesiâ, cùm servãtes, tum non-servantes, retinuerunt. Et Irenæus, non abludens à nomine suo; sed ingenio quoq; ad conciliandã pacem accommodus, talia pro pace Ecclesiarũ admonuit & egit. Hic aũt non Victori modò; sed & variis ac plurimis Ecclesiarũ Præsidibus, mutuis epistolis de rot à hac quæstione scripsit.* Hæc ex Irenæo, Eusebius.

* li. 5. c. 26.

¶ Summam igitur nunc quandam exposuimus actionis, ejus de Paschate controversiæ. Dicemus nunc de incommodis illa certamina secutis: & quomodo denique cõposita sint. Intelligi aũt à quovis facilè potest, tot tamq; continuis motibus & pugnis non levitèr perturbatam & quassatam fuisse Ecclesiam.

Primùm enim, læsa sæpiùs est communis concordia, atq; Ecclesiarum tranquillitas.

Deinde, & doctrina de Christianâ libertate, in ceremoniis adiaphoris, obscurata est; & multi in errores acti: quemadmodum scriptum Synodi, quæ in Palæstinâ agitata est, expressè affirmat. *Eusebius.* *

* li. 5. c. 27.

Tertiò, quanquam veram sententiam Irenæus & alii tradiderant; confirmari scilicet, nedum tolli, ceremoniarum diversitate, fidei concordiam: tamen, cùm Romani Asiaticos exagitare & urgere non desinerent, ut eorum tandem sententiæ subscriberent; communis indè ille error

secutus

secutus est, oportere in omnibus Ecclesiis uniformem cerimoniarum observationem esse. Unde & eò audaciæ deventũ est: ut damnati, & hæretici Quartodecimani vocati sint ii, qui Pascha decimâquartâ lunæ die observarent: ut scribit *Nicephorus.* *

* *Lib. 4. cap. 39.*

Quartò: Ac, quòd longè plus malorum Ecclesiis dedit, præbuit hoc schisma Montano, & aliis Hæreticis, circa hæc tempora in Phrygiâ exortis, occasionem non-levem. Dum enim ab Ecclesiasticis contenditur, de traditionibus Apostolorum circa Pascha; itèm de Jejuniis: prodit ecce Montanus; & leges Jejuniorum scribit, Conjugia dissolvit, Spiritum sanctum Apostolis non omnia revelâsse asserit; & penes se quidem esse donum, gratiam Spiritûs sancti conferendi: & quę alia blasphema nugabatur, (quæ suo loco suprà retulimus) quibus impensè primatum quendam sibi parare studebat.

Postremò, nec hoc nihil mali fuit: quòd, insolentiores & audaciores Romani Episcopi facti, novas postea subindè cæremonias condiderunt, aliisq; Ecclesiis obtruserunt. Estque in abusum & contemtum vocata potestas excommunicandi: & exemplum statutum, ob humanas traditiones non-observatas, excommunicandi, alioqui rectè sentientes.

Quis verò finis hujus actionis de Paschate fuerit, ex Eusebio constat: nimirum talis, ut utraq; pars suum morem retinuerit, observatâ concordiâ; & cautum sit, ne quis unquam deinceps ullam de hac controversiâ litem moveret. Meminit ejus transactionis & *Socrates*, * ad hunc modum: *Arbitror admodum sapienter Victorem, Romanum Episcopum, & Polycarpum,* (in actione cum Aniceto) *hanc expedivisse contentionem. Etenim, cùm Occidentis Sacerdotes haud-negligendam putarent Petri & Pauli traditionem; Asianus verò Johannem Evangelistam sequi se affirmarent: hoc communi decreto statuerunt; ut quisque pro consuetudine suâ festum hoc celebraret, & communionem inter se non deserent. Stultum enim, nec immeritò, censebant, consuetudinis gratiâ a se invicem separari eos, qui in primariis religionis capitibus consentiebant. Etenim easdem, & per omnia similes traditiones, in omnibus etiam concordibus Ecclesiis invenire, non datur. &c.*

* *Eccl. hist. lib 7. c. 19*

* *Lib. 4. cap 39.*

Nicephorus verò * narrat, ità hoc schisma compositum esse; ut Asia invita vix tandem cesserit: manentibus tamẽ reliquiis eorum, qui morem suũ pertinaciter retinuerint; atq; ideò Quartodecimani dicti sint. Nicephori verba adscribimus: *Quod ratio non persuasit, id dies postea perfecit. Nam hac in re Asia vix tandem cessit: & ubiq, terrarum in orbe decretum est; ut non cum Judæis, sed ipso dominico die mysterium Paschæ peragatur. Quamvis adhuc in Asiâ reliquiæ quædã manerent, consuetudinem eam in paucis prorsus inviolatam retinentes: unde etiam Quatuordecimani cognominati sunt; cũ consuetudinem eam, & alia quædam, ex illegitimis & ab Ecclesiâ rejectis libris decerpta, servantes; & nominibus quorundam magnorum Apostolorum eâ in re abutentes. Quæ exæquatio quo tempore facta sit, incertum est: forsan vix ante Concilium Nicenum; quod de hac controversiâ quædam pronuntiavit.*

SCHISMA CORINTHIACUM.

DE hoc certius aliquid atq; explicatius dicere possemus: si epistola Clementis Papæ, quæ ab Eusebio aliisq; Scriptoribus apprimè celebratur, quæq; solenni ritu in Ecclesiâ Corinthiorum quotannis legi solita est, hodie exstaret. Quod verò cùm non sit; hoc tantùm de eo schismate habemus, quod *Eusebius & Nicephorus* obiter tãtùm attigerunt: nec occasione, nec re-ipsâ super quâ, nec pœnis inter quas dissensio fuerit, indicatis. Hoc enim tãtùm prodiderunt: sub Clemente Romano, apud Corinthum gravissimam exarsisse seditionem; & quæ tanta fuerit, ut fidem eorum concusserit. Quare coactũ Clementẽ, scripsisse ad eos epistolam gravissimam & necessariã: quâ fides eorum concussa, denuò confirmata; ipsiq; ad pacem & concordiam reducti sint. Verba *Eusebii* * hæc sunt: *Sub hoc Clemente, seditione non modicè fratribus Corinthiacis orta, validissimas literas Romana Ecclesia ad Corinthios scripsit: concilians eos ad pacem; ac fidem eorum ad traditionem, recens ab Apostolis acceptam, renovans.*

* *Lib. 5. c. 6*

SCHISMA PHRYGIUM.

SChismatis speciem habere potest & illa dissensio, seu judiciorum diversitas; quæ circa hæresin Montani, ejusq; sociorum, Alcibiadis, Theodoti, Priscæ & Maximillæ, fuit: de quorum omnium deliriis & blasphemiis suprà, in capite suo, abundè dictum est. Dissensio enim fuit; quòd, cum circa annum 19. Antonini, (ut *Epiphanius* scribit) Montanus prophetissas suas, Priscam & Maximillam, furore inflâsset; alii eas ex spiritu prophetico vaticinia edere putabant: alii verò dæmone eas repletas, & erratico ac maligno perfusas spiritu, existimabant.

Atq; hi quidem judicii sui has produxerunt rationes: quia, per morem aliorum Prophetarum, in ecstasi & stupore atq; alienatione mentis, furore correptæ, prophetarent. Quòd itèm incertis cõjecturis ductę, prædicerent multa, quę non evenirent: ut, quòd de bellis plurimis imminentibus Maximilla prædixerat; quorum nec publicum, nec privatũ aliquod, exortũ fuerat, diu etiã, annis scilicet tredecim post mortẽ Maximillæ: quemadmodũ, ejus spiritum coarguẽs, apud *Eusebiũ*, * Zoticus Comanus ait. Itèm, quòd contra Scripturam, quæ Prophetis munera & pecunias accipere interdicit, avaritiæ deditæ essent; ac muneribus artificiosè atq; avidissimè inhiarent: ambitione præterea inflatæ essent: & contra veram doctrinam inaudita proferrent.

* *Lib. 5. cap. 16*

Illi verò, rationem suæ opinionis verisimilem sibi proponebant. Cùm enim donum prophetiæ, & miraculosa Spiritûs S. operationes, in multis adhuc Ecclesiis vigerent; credibile esse colligebant, & Montano, suisq; sociis, prophetandi gratiam divinitùs collatam esse.

Verùm hæc dissensio cùm multos implicâsset, atq; (ut solet) latiùs vagata esset: factũ est, ut hac occasione Montanus propriis armis perierit; & hæreticus declaratus ac condemnatus sit. Sæpenumerò (ut ex Apollinario *Eusebius* refert) fidelibus per Asiam ob hanc causam convenientibus; qui novas eas & recens-natas doctrinas & prophetias examinarunt, profanas pronuntiarunt, atq; ex Ecclesiâ ejecerunt: navantibus simul suam operam eã in rę & Galliæ martyribus: qui de Montani furoribus sententiam suam constanter perscripserunt; & cum literis iis in Asiam miserunt Irenæum, quem Romam transeuntem Eleutherio commendarunt: ut *Eusebius* * indicat.

* *lib. 5. c. 4*

Sicut autem in extremam condemnationem hoc schisma Montano, quinq; cum sequerentur, cessit: ità ad Ecclesiam veram ex eo nonnulla rediit utilitas. Illustrata enim per illud est doctrina, de discrimine verorum & falsorum Prophetarũ; & confirmata sententia, *Probate Spiritus, &c.* itèm, *Omni spiritui ne credatis*; ut Johannes inquit. *

* *1 Epist. 4. vers. 1.*

CAPUT IX.

DE CONCILIIS.

QUnc quæ, & quibus de controversiis, hac ætate celebrata sint Concilia, videamus. Continet enim hæc tractatio disputationes de doctrinâ, & quâ formâ Ecclesiæ constitutæ sint: quarum rerum cognitio utilis est. Sunt autem duo præcipua Conciliorũ genera: Oecumenica seu universalia, & Provincialia. Sed provincialium historias hoc seculum tantùm habet. Sex enim, quantum memorię proditum est, provinciales hoc seculo Synodi celebratæ legũntur; quas hoc ordine *Eusebius* * distinctè recenset: Romana, Cæsareensis in Palæstinâ, Gallicana, Pontica, Achaica, & Asiana. Quanquã recentiores aliquot Scriptores, (quâ ratione, ipsi viderint) contra Eusebii vetustioris scriptoris autoritatem, ex prioribus quinq; unam faciant: ut *Vincentius*, * *Nauclerus*, * & *Platina*. *

* *lib. 5. cap. 23.*

* *lib. 10. cap. 124.*

* *Genebrard. Generation. 7.*

* *in vitis Pontif.*

* *Genebrard. Generation. 7.*

Sicut autem una & eadem fuit controversia, quæ in tam diversis locis, hisce Synodis coactis, agitata est: ità etiã eodem tempore celebratæ sunt; nimirum anno Impii Commodi 11. anno verò Domini 191. cùm Ecclesiæ Romanæ Victor præfuisset annis 7. ut *Nauclerus* * indicat.

Occasio & causa principalis, Synodorum fuit, dissensio in observatione Paschatis; quæ hisce aliquot primus post Christum seculis turbas in Ecclesiâ dederat: nunquã tamẽ majores, quàm hoc seculo; cùm Victor, Rom. Episcopus,

nimis repentè & morosè, diversitatem in celebrando Paschate, ad conformitatem in omnibus Ecclesiis reducere conatus esset. quòd ei tamen tandem non successit. Quanquam & aliæ videntur fuisse latentes causæ: quæ tamè historiam attentè legentibus facilè apparent. Non enim hoc tam studuisse & spectâsse Victor videtur; ut una & eadem ubiq; Paschatis celebrandi observaretur ratio: quàm ut aliæ omnes Ecclesiæ, Romanæ sedi se subjicerent.

SYNODUS I. ROMANA.

SUb Commodo, ut jam est dictum, Synodus Romana coacta est, hac de causâ; qa in observatione Paschatis diversitas esset; quam abrogare, Victoris antecessores Romani episcopi, Eleutherius, Pius, Anicetus, studuerât. Victor, Romanus Episcopus, cùm videret, suos antecessores, Eleutherii, Pium & Anicetum, frustra laborâsse de conformitate Paschatis instituendâ; sibi id studii & laboris suscipiendum putavit. Coëgit itaq; Synodum ex Presbyteris & Diaconis Romanis. Extranei alii nulli interfuisse leguntur nisi quòd *Damasus* refert, Theophilum Alexandrię Episcopum accersitũ esse. Quod propemodum fide carere videtur: eò quòd nullus Theophilus hoc seculo Alexãdriæ reperitur Episcopus; & *Eusebius* Theophilum Episcopum Cæsareensem vocat.

De decreto, quod in hac synodo factum est, *Damasus* ait: *Victor constituit, ut sanctum Pascha die dominico celebraretur: sicut & Eleutherius.*

Platina verò ait, decretum esse; ut, ex Eleutherii edicto & sententiâ, Pascha die dominico, à decimâquartâ lunâ primi mensis orto; ad vigesimum-primum, celebraretur. *Eusebius** simpliciter ait; in omnibus synodis, quæ super cõtroversiâ de Paschate eodem tempore congregatæ fuissẽt, communiter statutum esse: *Ne liceat aliquando nisi in die dominicâ, in quâ Dominus resurrexit, dominicum Paschæ celebrare mysterium; atq; in hac solâ jejunium paschale solvendum esse.*

* Lib. 5. cap. 23.

Victor, in epist. 1. (si ejus tamen est) dicit; *Celebritatẽ sanctæ Paschæ die dominicâ agi debere: & prædecessores nostri statuerunt; & nos illud vobis eâdem die celebrari solenniter mandamus: quia non decet, ut membra à capite discrepent, nec contraria gerant.*

* Genes. 7

Rationem ejus decreti *Nauclerus** illam fuisse commemorat: ne qd observationum Christianis cũ Judæis commune esse videretur; sed, quia in fidei ratione ab illis dissiderent, etiam ritibus variarent.

Alii & has rationes recitant. I. Honorandum esse diem dominicum: quia Dominus in eo resurrexisset. II. quia & Apostoli sic observassent. III. quia honestum atq; è re esset disciplina ecclesiasticæ, nullam esse in ceremoniis diversitatem; sed uniformem ubiq; rationem, & quandam veluti consonantiam.

SYNODUS II. CAESAREENsis in Palæstinâ.

THeophilus Cæsareensis Episcopus accersitus est, (ut ex narratione *Damasi* & *Platinæ* apparet) à Victore Romam: ubi decretum Romanæ synodi de Paschate cognovit. Reversus autem domum, ad preces & postulationem Victoris, synodum ipse quoq; convocavit: ut patet *ex Epistolâ ejus.* Porrò, quot & qui Episcopi huic synodo interfuerint, in historiis non exprimitur. Sed hi tantùm cõmemorantur ab *Eusebio*:* Theophilus, qui ꝑfuit cũ Narcisso Hierosolymitanorum episcopo, Cassius episcopus Ecclesiæ Tyri, & Clarus Ptolemaidis, aliiq; quamplurimi. *Nauclerus** etiam Irenæum interfuisse scripsit. Quòd ità se habere non videtur: cùm in Galliis eodem tempore & ipse synodum habuerit.

* Lib. 5 cap. 23. & 25.

* Genes. 7.

Formam actionis & processûs *Theophilus in epistolâ* recitat; ex quâ eam describimus. *Acceptâ itaq; autoritate, Theophilus episcopus, videns tantum sibi opus fuisse, quod in Mũdi observationem transmitteretur; non solùm suæ patriæ, sed & devicinis provinciis, omnes episcopos & sapientes viros ad concilium evocavit. Cumq; grandis illa multitudo sacerdotum, vel sapientum virorum, in omnibus scripturis spiritualibus erudita, in unũ fuisset collecta: protulit Episcopus Theophilus autoritatem ad se directam; & quid sibi operis injunctũ esset patefecit. Tunc omnes dixerunt: Primum nobis inquirendum est, quomodo in principio Mundus fuerit factus. Et, cùm hoc fuerit diligentiùs investigatum; tunc poterit ex eo Paschatis ordinatio salubriter provenire. Dixerunt ergo: Quem diem primum creditis creatum in Mundo? responderunt; Dominicum. At illi dixerunt: Quomodo potest probari, quòd primus dominicus sit dies factus? responderunt: Dicente scripturâ. Et factum est vespere, & factum est manè, dies primus: mdè secundus, tertius, quartus, quintus, sext⁹, & septimus; in quo requievit ab omnibus operibus suis, quẽ diem Sabbatum dixit. Quis potest esse primus, nisi dominicus? dixerũt: Sic est; & aliter non est. Ecce, de die probastis: de tempore quid vobis videtur? Quatuor enim tempora in anno accipiuntur: ver, æstas, autumnus, & hyems. Quod tempus creditis primum in Mundo factum? responderunt; Ver. At illi: Probate, quod dicitis. responderunt: Dicente scripturâ, Germinet terra herbam fœni secundùm genus suum; & lignum fructiferum, faciens in se fructum. hæc enim verno tempore videmus fieri. Dixerunt: Verum est. & adjecerunt: Quomodo tribus mensibus vernũ tempus accipitur; quo loco Mundi caput esse creditis? in principio, an medio loco, an in fine? responderunt: In æquinoctio, h. e. octavo Calend. Aprilis. At illi dixerunt: Probate, quod dicitis. responderunt: Dicente scripturâ, Et fecit Dominus lucẽ: & lucem vocavit diem; & tenebras vocavit noctem. Et divisit Dominus inter lucem & tenebras æquas partes. Dixerunt, sic esse verũ. Ecce de die vel tempore probastis: de Lunâ qd vobis videtur? quomodo dicimus fuisse creatam in Mundo: plenam, aut minuente? responderunt, Plenam. At illi dixerunt; Probate, quod dicitis. responderunt: Scripturâ dicente, Et fecit Deus duo luminaria magna; & posuit ea in firmamẽto cœli, sic ut luceant super terrã: luminare majus inchoationem diei; & luminare minus inchoationẽ noctis. q̃ totâ nocte luceat super terrã, non potuit esse aliter, nisi plena. Dixerunt, sic esse verũ. Ergo quomodo fuisset creatus Mũdus, inveniamus. responderunt: Die dominico, verno tempore, æquinoctio, h. e. octavo Calend. Aprilis, & lunâ plenâ. Dixerũt: Sicut in principio Mundus creatus est per ipsum tempus; etiã per resurrectionem dominicam redemtus est à peccato. Resurrexit itaq; Dominus noster Jesus Christus die dominico, verno tẽpore, æquinoctio, lunâ plenâ. Dixerunt: Ecce, invenimus, quomodo in principio factus est Mundus, vel à peccato redemtus. Nunc de observatione Paschæ agendum est; quo die, aut quo tẽpore vel lunâ, Pascha debeat ordinari? responderunt: Non aliter, nisi die dominico; q tot ac talibus benedictionib. sit sanctificatus est. Dixerunt: Prima illa benedictio est, q in ipso tenebræ remotæ sint. Secunda q populus Israël ex Ægypto tenebrarũ, velut ꝑ baptismum: tertius, ꝑ mare rubrũ, de duro servitio fuerit liberatus. Tertia, qa mandat Moses ad populum, & dicit: Observatus sit vobis dies primus & novissimus, h. e. dominicus & sabbatum. Quarta, quia Psal. 117. totus de passione & resurrectione cantatur. De passione: Circumdantes circumdederunt me; & in nomine Domini vindicabor in eos? Circumdederunt me sicut apes favũ; & exarserunt sicut ignis in spinis. Et in trajectu usibus: Lapidẽ quẽ reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. De resurrectione antẽ dicit: Hæc dies, quã fecit Dominus; exsultemus & lætemur in eâ: Constituite diem solennem in frequentationibus usq; ad cornu altaris. Dixerunt; sic esse verũ, ut die dominico Pascha celebretur: qa & in tanto benedictionibus sanctificatus est; ut in eo die Dominum nostrũ Jesum Christum à mortuis manifestum sit resurrexisse. Dixerunt: Ecce, constitutum est de die dominico: de tẽpore qd vobis videtur? responderunt: Numqd aliter intelligi potest; nisi quod in divinâ scripturâ ꝑfinitũ est, dicente ꝑ Mosen: Hic mensis erit vobis initium mensium; Pascha sacrifice in eo. Non dixit, in primâ die mẽsis, aut decimâ, aut vicesimâ: sed totos triginta in Pascha sanctificavit. At illi dixerũt: Qui sunt hi triginta dies? At illi responderunt: Jam antẽ dixim⁹, principium Mundi esse æquinoctium, ab octavo Calend. Aprilis usq; ad octavum Calend. Maii: hi sunt 30. dies in Pascha sanctificati. At illi dixerunt: An non impiũ est, ut illi tres dies ante passionẽ dominicam excludantur, id est, 9. 10. & 11. Calend. Aprilis: cùm 11. Calend. unctus sit à muliere in domo Simonis leprosi? & decimo Judæus cum Pontificibus pactus sit de prodendo Christo? & nono Cænam instituerit, & vesperi captus sit? Dixerunt omnes: non esse verum, ut foràs limitem passio mittatur; sed introducantur hi tres dies in ordine Paschali, & de novissimo reducantur. Et ita statutum est in illo Concilio: ut nec ante 11. Calend. Aprilis, neq; post 11. Calend. Maii, fieri deberet Pascha. Ecce*

de die

de die vel tempore ſtatutum eſt, de lunâ quid vobis videtur? reſponderunt: Similiter & de lunâ præceptum divinum ſcrutemur, dicente Moſe: Et ſit vobis obſervatio a decimâquartâ uſq; ad primam & vigeſimam lunam. has octo lunas in Paſcha fuiſſe conſecratas. Quando ergo inter illum terminum ſtatutum, dies dominicus poſt lunam 14. venerit, Paſcha nobis juſſum eſt celebrari. Hactenus Theophilus.

Factum igitur & in eâ Synodo decretum eſt; Paſcha die dominico celebrandum eſſe: ſic enim Apoſtolicam traditionem continere. Ac in fine quidem decreti, hoc adjectũ fuiſſe ab illis, qui in eâ ſynodo congregati fuerũt, *Euſebius** indicat: *Epiſtolæ noſtra exemplaria per omnes Eccleſias transmittantur; ut ne rei efficiamur animarum, quæ diverſis erroribus immerguntur. Deſignamus igitur vobis, quia & apud Alexandriam, eadem, quæ apud nos, die, Paſcha ſolennitas geritur. Quare & ipſorũ nobis litteræ deferuntur; & ipſi noſtra ſcripta ſuſcipiunt; ut pariter & conſonanter diem feſtũ celebremus.*

* *lib. 5. cap 25.*

SYNODUS III. GALLICANA.

EOdem tẽpore, de eâdem controverſiâ, in Galliis celebrata eſt Synod*: ſed quot & qui Epiſcopi ac Presbyteri interfuerint, quo proceſſu actum ſit, quid quiſq; dixerit, &c. ea in hiſtoriis tacentur. Tantùm hoc cõmemoratur: præſediſſe ei conventui Irenæum. Sed adfuiſſe ſimul alios multos inſignes & ꝑſtantes viros, non eſt dubiũ. Celebres enim fuiſſe Eccleſias eo tẽpore in Galliis, ꝓpter Irenæum; conſtat. Decretum idem eſt, quod in aliis Synodis: Paſcha die dominico celebrandum eſſe. *Euſebius.**

* *lib. 5. cap. 23.*

SYNODUS IV. PONTICA.

NEc de hac aliud quicquam invenias; niſi quòd ei præfuerit Palmas, Ponti Epiſcopus: & concluſum in eâ ſit idem, quod in aliis. Fortaſsis & ad eum Victor ſcripſit; ac quæſivit, quo tempore Paſcha celebrare ſoleat. Quâ occaſione ſynodum Palmas coëgit.

SYNODUS V. ACHAICA.

HUic præfediſſe ſcribitur Bacchylus, Corinthi in Hellade Epiſcopus. Verùm autem in ipsâ Corintho, an in aliâ civitate, hæc Synodus convenerit; non indicatum eſt. Sicut enim incertum eſt; quia à ſcriptoribus hiſtoricis prætermiſſum eſt, in quibus urbibus reliqui omnes, poſt Cæſareenſem & Romanum, conventus habiti ſint: ità & de cæteris circumſtantiis nihil literis proditum legitur. Idem verò de Paſchate conſtitutum ibi eſſe, quod apud alios; ex *Euſebio** oſtenditur.

* *lib. 5. cap. 23.*

SYNODUS VI. APUD OSTROENAM.

GRæcum exemplar etiam Synodi collectæ apud Oſtroënam meminit: quod in exẽplari Euſebii, Ruffini verſionis, deſideratur. Quanquam nihil aliud indicatur; quàm per Oſtroënam Epiſcopos Synodum ſuper eâdem re habuiſſe: Epiſcoporum autem nec numerum, nec nomina, adſignat. Decretum igitur harum Synodorũ, cujus per epiſtolas certiores fecerunt omnes ubiq; Eccleſias, commune omnium fuit; ut *Euſebius** indicat: Nullo unquam alio die, quàm dominico, myſterium reſurrectionis Domini celebrandum; atq; in eo ſolo jejunia ſolennia Paſchatis ſolvenda eſſe. De hac enim re omnes, diverſis è locis, ut *Euſebius* ait, unam eandemq; judicii ſui ſententiã protulère. Teſtatur idem *Nicephorus.**

* *lib. 5. cap. 23.*

* *lib. 3. cap. 36. & ſeqq. ali quot.*

SYNODUS VII. ASIANA.

VIctor Romanus ad Polycratem ſcripſit imperioſiùs; mandans, ut de Paſchate, die dominico agendo, cùm Epiſcopis reliquis Aſiaticis convocatis conveniret. quòd niſi fieret; fore, ut ab Eccleſiæ communione excluderetur. Ejuſmodi enim chartam dentatam & inſolentem, Victoris fuiſſe epiſtolam; facilè ex reſcripto Polycratis conjicitur. Convocat igitur ex vicinis provinciis & eccleſiis Polycrates Epiſcopos: quos propter multitudinẽ negat ſe potuiſſe in literis ſuis recenſere. Proponuntur literæ Victoris: res de Paſchate agitur: fit deliberatio; & eõferuntur ſententiæ. Tandem verò uno conſenſu omnium decernitur: Nequicquam de antiquo ritu, obſervato hinc uſq; ab Apoſtolis, proximisq; eorum ſucceſſoribus, ad minas & terrorem Victoris, immutandum; ſed Paſcha, recepto in Aſiâ more, decimâquartâ lunæ ab æquinoctio verno primæ, habitâ nullâ ratione diei dominici, celebrandũ eſſe: cùm id non ſit contra Scripturam. Hæc & alia, de Polycratis & Aſiaticorum ſuper eâ re ſententiâ, in exemplo epiſtolæ Polycratis, in capite De ſchiſmatibus deſcripto, fuſiùs explicata ſunt.

CAPUT X.

DE EPISCOPORUM ET DOctorum vitis.

DE ASIANIS DOCTORIBUS: ET primùm de Hieroſolymitanis.

EOdem anno, quo Simeon violento genere mortis è rebus humanis exemtus eſt, ſicuti ſuperiori Centuriâ dictum eſt; Juſtus, tertius Hieroſolymitanæ Eccleſiæ Epiſcopus conſtituitur. Circa XV. verò Trajani, ſeu Domini CXV. Zachæus quarto loco ſuccedit. Indè ſequitur quintus Tobias; ſextus Benjamin; ſeptimus Johannes; octavus Matthias; nonus Philippus. Sub Hadriano Imperatore inſequuntur, decimus Seneca; undecimus Juſtus; duodecimus Levi; tertius-decimus Ephren; quartus-decimus Joſeph; quintus-decimus Judas.

Quamdiu autem quilibet horũ eam Eccleſiam docuerit; aut quæ ipſorum vita, & conflictationes cum falſis doctoribus, tum Judæis, tum Gentibus fuerint: nuſquam literis traditum, hac quidem ætate, ſcimus. Tantùm verò *Euſebius** de iis narrat: ſe ex quorundam ſcriptis accepiſſe, uſq; ad eam vaſtationem, & quaſi ultimã cladem, quæ ſub Hadriano accidit, quindecim fuiſſe ꝑcipuos Eccleſiç Hieroſolymitanę doctores: eosq; omnes ex origine Hebræos fuiſſe: & admodum brevi tempore in eo miniſterio vixiſſe: ſincerè tamen omnes doctrinam Chriſti complexos eſſe, & tradidiſſe.

* *lib. 3. c. 5*

Anno autem Hadriani 18. (ut *Euſebius** refert) Chriſti verò 137. Marcus, ex Gentibus oriundus, decimus-ſextus eligit Epiſcopus Hieroſolymis. Nam, poſt vaſtationem ab Hadriano factã, tantùm ex Gentibus ibi collecta eſt Eccleſia; & Epiſcopi ex ipſis cõſtituti: expulſis & indè relegatis Judæis omnibus. Hac horrendâ expulſione, voluit Deus ut Mundo exhibere teſtimonium ſuæ iræ, atq; vindictæ adversùs contemtores & perſecutorẽs Chriſti, Euãgelii, & verorum Doctorum: & oſtendere, adveniſſe Chriſtũ; nec alium eſſe exſpectandum. Gentium igitur Eccleſiâ jam in hoc loco, olim propter præſentiam Dei, ejusq; Eccleſiam, ſancto & claro, habitãte: nõ potuit ampliùs familiæ Chriſti, aut Hebræi ſanguinis, ratio in doctoribus haberi. Sic deinceps ſuccedunt ex Gentibus doctores.

* *lib. 4 c. 6*

*Euſebius** ait; Marcum epiſcopatum Hieroſolymis accepiſſe, anno 10. Antonini Pii, ſeu Chriſti 145. Et valde verisimile eſt; poſt tantam rerum omnium turbationem, ut ſolet fieri, Eccleſiam quoq; res ſuas tam citò conſtituere & ordinare non potuiſſe. Ac ſub eodem Imperatore & hi recenſentur: 17. Caſsianus: 18. Publius: 19. Maximus: 20. Julianus: 21. Gaianus: 22. Symmachus: 23. Caius: 24. Julianus alter: 25. Capito. *Euſebius.**

* *in chron.*

Sub Commodo, 26. Maximus: 27. Antoninus: 28. Valens: 29. Dolychianus: 30. Narciſſus: 31. Aelius: 32. Germanio: 33. Gordius: 34. Narciſſus alter; ſeu potiùs ille prior, ex ſolitudine reverſus. Narrat enim *Euſebius*;* Narciſſum, ſive pudore, ſive impatientiâ motum, eò ꝙ à malevolis falſo de impudicâ vitâ accuſaretur; deſertâ ſuâ eccleſiâ, in ſolitudinẽ ſeceſsiſſe, ibiq; plurimos annos vixiſſe. Cunctis aũt ignorantibus, ubi'nam locorum ageret: alium Epiſcopũ ſubſtitutũ eſſe, qui Dios vocabatur; aliàs Aeliũ nominant Hiſtorici: ei ſucceſsiſſe Germanionẽ; & poſt eũ, Gordiũ. Sub hoc Narciſsũ, quaſi redivivũ, iterũ apparuiſſe: & rogatum à fratribus, Epiſcopatum rurſus ſubiiſſe; adjuncto ſibi Alexandro: ut in ꝓximâ Centuriâ exponetur.

* *lib 6 c 9 & 10.*

Eodem loco *Euſebius* commemorat; hunc Narciſſum & miraculorũ dono excelluiſſe. Unũ recitat: quòd in Paſchatis vigiliis, deficiente oleo, oratione impetraſſe; ut aqua, infulà lampadibus, ad præbendam lucem facta fuerit idonea. Verùm id non eſt admodum magni momẽti. Addit etiam, quòd falſi ejus accuſatores iiſdem pœnis, quas ſibi quiſq; imprecatus fuerat, ſint divinitùs puniti.

Horum porrò omnium tempora, quibus præfuerunt, ſedificernere potuiſſe; *Euſebium* negat.

* *Agg 3. verſ. 2.* Dulciſsimè autem in Propheta dictum eſt: * *Cùm iratus fueris, miſericordiæ recordaris.* id quod profectò in hoc exẽplo Judæorum luculenter declaravit Deus. Namq; Hieroſolymis, per tot continuos annos, adhuc Euangelii doctrinam tuetur, & per miniſterium ſonat: ut abundè teſtetur, ſe-ſe etiam hoſtes ſuos ad pœnitentiam vocare; & verè

* *Ezech 33. verſ. 11.* ſic affectum eſſe, ut in Propheta inquit: * *Vivo ego, nolo mortem peccatoris; ſed ut convertatur, & vivat.* Eſt etiã hæc doctrina illuſtris & plena conſolatione: quòd inter ſævos furores Judæorum & Gentium, contra Chriſtum & ejus doctrinam & Eccleſiam, tamen aliquos Doctores, & aliquã Eccleſiolam, in medio hoſtium cœtu conſervat; quæ verum Deum agnoſcat & celebret.

Hactenus de Epiſcopis Hieroſolymitanis; qui quidem in hoc ſeculo ab autoribus enumerantur.

DE EPISCOPIS ANTIOCHENIS: *ac primùm de* Ignatio.

POlycarpi & Papiæ coætaneus fuit Ignatius: qui & Theophorus dictus eſt; ut in Epigraphis Epiſtolarum illius legitur. Multorum verò encomiis clarus eſt: adeò ut etiamnum inter eos, qui ipſorum Apoſtolorũ ætatem mox conſecuti ſunt, non poſtremus habeatur. Cujas autem fuerit, & quomodo in adoleſcentiâ inſtitutus, quâve occaſione vel cõverſus fuerit, vel ad graviores functiones aſſenderit; nuſquam, quantum quidem nobis cognitum eſt, exſtat. Quæ enim *Nicephorus* * refert: Ignatiũ fuiſſe unum de tenellis pueris, quos Chriſtus ſuis manibus levãrit, ac dixerit; *Niſi fiatis ſicut pueri, non intrabitis in regnũ cœlorum*: non ſatis certa ſunt. Nam ea res, & teſtimonio aliorum autorum, quibus aliqua fides ineſt, caret: & Epiſtolæ, quę Ignatio tribuuntur, utpote ad Johannem & Mariã, declarant, eum Chriſtum corporaliter nunquam vidiſſe. Nam quod *in Epiſtolâ ad Smyrnæos* dicit; ſe Chriſtum poſt reſurrectionem in carne noviſſe: id non de corporali; ſed fidei cognitione, dicit, contra Hereticos: nempe, ꝙ credat, Chriſtũ eſſe verum hominẽ. & idem quoq; cõtextus ꝓbat.

* *lib 3. cap. 35.*

Tantùm verò in eo teſtimonia omniũ conveniunt; ꝙ gubernationi Eccleſiæ Antiochenę præfuiſſe, temporibus Trajani Imperatoris. Quòd autem alii affirmant, eum alterum à Petro fuiſſe; alii tertium: non parit ullam differentiam. Siquidem illi ab Euodio, qui primus poſt Petrũ Alexandriæ Epiſcopus fuit, initium ſupputationis faciũt: hi verò a Petro. *Epiſtola Ignatii ad Antiochenos* ſcripta ſic habet: *Mementote*, inquit, *dignè beatiſſimi Euodii, paſtoris veſtri; qui primus vobis ab Apoſtolis antiſtes ordinatus eſt.* Diſcipulum fuiſſe Johannis apoſtoli; ex ejus epiſtolis, quas ad Johannem & Mariam ſcripſit, ſumtum videtur.

* *lib 3. cap 35.* Scripta ejus refert *Euſebius.* * Ex Smyrnâ ſcripſit ad Epheſios, ad Magneſianos, ad Trallenſes, ad Romanos. Ex Troade verò, ad Philadelphienſes, & ad Smyrnenſes, & ad Polycarpum. *Hieronymus* etiam totidem recenſet. Sed hodie inſuper tribuuntur Ignatio, in recentioribus editionibus, ad Johannem, quẽ Seniorem appellat, Epiſtolæ duæ; ad Mariam Chriſtiferam, ad Mariam Caſſabolitã, ad Philippenſes: & ex Philippis, ad Tarſenſes, & ad Antiochenos, & ad Heronem.

Lectori autem pio & attento conſiderandum relinquimus, quantum ſit illis epiſtolis tribuendũ. Non enim dubitamus, quin in lectione earum cuilibet iſtà in mentẽ veniant: *Primùm*, quòd ferè in omnibus epiſtolis, licèt ſatis copioſis, occaſio ſcribendi prætermittitur: nec vel divinare licet, quàre potiſsimùm ad hanc vel illam Eccleſiã literas voluerit mittere.

Deinde, ipſius peregrinationis ratio non parvum injicit ſcrupulum, conſiderantibus; quòd multo rectiore & breviore itinere Romam potuerit navigare; ut teſtatur vel ipſius Pauli exemplum: quòd non fuerit ei integrum, longas ambages quærere; quia captivus ducebatur: quòd decem leopardis, ut ipſemet eos nominat, traditus erat: neq; fiat mendo, eum exercitum Imperatoris ſecutum: imò ne hiſtoriis quidem proditum ſit, Imperatorem per tantos circuitus Romam profectum eſſe.

Expende, quàm longum iter ſit, Antiochiâ ad litus Aegæi pelagi ſe recipere: ibiq; rectà ſurſum versùs ſeptentrionem aſcendere, & præcipuas civitates in littore ſitas, uſq; ad Troadem, perluſtrare: cùm tamen Romanum iter ſit deſtinatum versùs occaſum.

Tertiò, res ejuſmodi in iſtas literas inſperſæ ſunt, ut ad eas propemodum obſtupeſcat lector: ut, quòd ex rebus mediis, ſeu ceremoniis, res prorſus neceſſariæ conſtituũtur; ut de Paſchate, & Jejuniis certorum dierum, ad quæ etiam ipſam conſcientiam alligat; & quædam alia, de quibus paulò pòſt dicetur.

Deniq, quòd multò plures hodie Ignatio adſcribantur epiſtolæ; q̃ tempore Euſebii & Hieronymi factũ ſit. Hæc cùm aliàs non-ſomnoleto lectori incidant: nõ exiſtimavim⁹, nobis vitio vertendũ eſſe, ſi huc apponeremus. Sed, ut-ut ſe res habeat; cùm præſentia cogamur amplecti: ex hiſce ſcriptis videre eſt, magnâ in exiſtimatione totius Eccleſiæ orientalis Ignatium fuiſſe: eòq; præclaro zelo pro domo Dei flagraverit; & ſummis viris fuerit gratiſsimus, nempe Polycarpo, & cæteris in Aſiâ paſſim Epiſcopis.

Eſt & hoc annotandum: quòd anno demum Domini 1558. Epiſtolæ Ignatii Græcè ſint impreſſæ & publicatæ; quæ antea per tot ſecula latuerunt.

At nunc ordo rerum Ignatii poſtulat; ut de doctrinâ, quam profeſſus eſt, aliquid in medium proferamus. ubi aliud nihil habemus: niſi quod hæc ejus monumenta, ſi tamen ejus ſunt, complectuntur. Quâ quidem in parte ideò breviores erimus; quia ſuprà ejus præcipua teſtimonia, de articulis doctrinæ, ſunt commemorata.

In-primis articulum de Deo oppugnat & illuſtrat Ignatius. docet enim, unum eſſe Deum; ac tres diſtinctas perſonas; Patrem, Filium, Spiritum ſanctum: & refutat Hæreticos, hunc articulum labefactantes, ex verbis Baptiſmi.

Probat, ex evidentibus Euangeliſtæ Johannis & Pauli, deniq; & Prophetarum teſtimoniis; Chriſtum eſſe verè Deum, ab æterno genitum ex Deo Patre: & verè hominem, natum de Mariâ virgine. & acerrimè confutat Hæreticos, aſſerentes, Chriſtum non verè eſſe Deum; aut putativè tantùm hominem, & putativè paſſum. ac expreſsè nominat Simeonem, Menandrum, Baſilidem, Ebionitas, Nicolaitas, Theodotum, & Cleobulum.

Aſſeverat, Chriſtum ſuo ſanguine generi humano ſalutem peperiſſe; omnesq; merito Chriſti duntaxat ſalvari. Sicut *ad Philadelphienſes* præclarè inquit: *Omnes ſancti cum Chriſto ſalvati ſunt; per ipſum, in ipſum ſperantes, atque ipſum exſpectantes.*

Rectè etiam de noſtrâ Reſurrectione docet.

Etſi autem nuſquam locum, de Juſtificatione hominis coram Deo, ex inſtituto tractet: tamen ejuſmodi ſententiæ declarant; eum nuſquã operib. aliquam partem meriti, in ſalute conſequendâ, attribuiſſe. Et celebratur ejus dictũ, ex *Epiſtolâ* quam *ad Romanos* ſcripſit: *Meus amor crucifixus eſt.*

Pœnitentes monet placidè recipiendos.

Eccleſiam ſuper petram, ipſum videlicet Chriſtum, eſſe fundatam. Neque meminit ullius œcumenici Pontificis, qui reliquis omnibus præcelleret; niſi unius Jeſu Chriſti.

Miniſterii dignitatem extollit: & obedientiam ferè in ſingulis epiſtolis ſtudioſè inculcat.

Hæreticos monet vitandos ac fugiendos eſſe: quos quidem & Diaboli ſobolem ac nepotes nominat.

De Cœnâ Domini, uſum utriuſq; partis, juxta inſtitutionem Chriſti, defendit.

Conjugium magnifacit; & illud damnantes Hæreticos pronuntiat.

Deniq;, novæ obedientiæ præcepta ſubindè inſtillat.

Eſt autem & hoc obſervandum: quòd ordinationem Epiſcopi Philadelphienſis ipſi cœtui Eccleſiæ tribuat; non tantùm epiſcopis aliis. Sic enim inquit ad eoſdem: *Decet vos, tanquam eccleſiam Dei, ordinare Epiſcopum.*

Citat plerunque integras ſententias ex epiſtolis Pauli; quarum videtur ſtudioſiſsimus fuiſſe.

Sed, cùm hæc omnia ex epiſtolis, q̃ ipſi tribuunt, ſumi poſsint; nolumus hic fuſiùs proſequi. Cęterùm, habentur quædã in hiſce epiſtolis Ignatii, quæ ad deformes nævos

declina-

[illegible] Item: [illegible] Hæc videntur [illegible] Paulo,* Timotheum [illegible] ut [illegible] quemadmodum, invocatione & ordinatione, quæ in eum collata [illegible] circumstantias habet, quæ ad doctrinam libertatis evangelicæ pertinent: ac etiam hîc non Hæreticos tantùm indicavit; de cujus tamen nobis nihil certò constat.

Diaconiola porrò quædam, & quasi earum semina, in iis extant: ut est illud in Latinâ versione, *de Missâ*; ut in loco De doctrinâ attigimus. quamvis inepticiam videri queat: cùm nullus ex auctoribus hujus sæculi hoc vocabulo utatur; nec in Græco sit. Nam verba Ignatii sic habent: ἐκλείπω ἐν χωρὶς τῶν ἀποστόλων, ἀλλ' παρεμβάλλω, καὶ συμπορεύομαι, καὶ ἐν θεῷ ἑστηκότες συναθροίζεσθε, ἵνα ἀγαλλιᾶσθε. Verbum ἀγαλλιᾶσθε minùs commodè loquitur. sed tamen, cùm Conjugium non improbet: facilè judicari potest, nè voluisse eum ad virginitatis vincula obligare quoslibet; nec laqueos conscientiis injicere: sed sensisse idem cum Paulo; * *Bonum quidem esse, non nubere.*

* 1 Cor. 7. vers. 1.

Variam etiam movet suspicionem; quòd *in epistolâ ad Trallenses* valdè gloriabundus dicit: *se intelligere Angelorum atq; Archangelorum ordines, mirificas diversitates, virtutum & divinationum differentias; sedium atque potestatum distantias, thronorum magnificentias, Cherubim & Seraphim excellentes spiritûs sublimitatem, Domini regnum; & super hæc omnia, omnipotentis Dei incomparabilitatem.* Quòd Apostolorum nullus unquam de se affirmavit: neq; habet ea intelligentia magnum in hac vitâ usum. Indè quidam videntur exstruxisse; Ignatium Antiphonarum inventorem esse. Ex observatione dignum est; quòd *Nicephorus*, * multa rebus Ignatii satis diligenter agit, ejus rei nullam facit mentionem: sed *lib. 13. cap. 8.* primùm in eam narrationem digreditur. Sic *Socrates** quoq; hanc visionem recitat.

* *lib. 2. cap. 19.*

* *lib. 6. c. 8.*

Ad postremum martyrii coronâ decoratus est. Cùm enim Trajanus in Oriente feliciter res gessisset, captâ Babyloniâ, & profligatis Persis, qui in Asiam irruptionem fecerant: cùm passim alibi, tum verò vel in primis Antiochiæ deos suos, tanquam hujus tam præclaræ victoriæ autores, publicis encomiis ornari ac celebrari curavit, & in miseros Christianos crudelitatê exerceri jussit. Scilicet hoc in more habet Diabolus, & impius Mundus: ut triumphum aliquem sinè Christianorum sanguine agat nunquam. Istâ igitur tam tetrâ impietate, & injustâ sævitiâ Imperatoris, sed, quod ad politicas virtutes attinet, non omnino pessimi) permotus Ignatius; non tantùm suo loco, in confessione doctrinæ Christi perseverat: sed ipsum etiam Imperatorem, in suâ Ecclesiâ commemorantem, adit; idololatrica studia & immanem persecutionem redarguens; ac tetans, si quâ ratione tantùm Principem ab ethnicis erroribus ac furoribus abducere posset. Ac fungitur eâ in re officio constantis pastoris, ac fortis; in primis verò zelosi pio zelo à Spiritu sancto. Non est enim πλανοποιὸν munus docendi sanctione; etiam ipsos Imperatores de idololatriâ, deq; aliis enormibus peccatis, commonefacere; & de suo officio [illegible] edocere. Sic *Nicephorus** inquit; Ignatium non destitisse superstitionê Trajani redarguere. Quamobrê & communi [illegible] omnibus patrum Doctoribus Ecclesiæ Christi, Ignatius hoc in re exemplo fuit. Nã in vincula conjectus, Romam [illegible] deportatur: idq; nõ obaliquod tetrũ facinus, ab eo commissum, [illegible] blasphemus in religionem Imperatoris, & [illegible], ac læsæ majestatis reus haberetur. Antiochiæ, [illegible] seditionis cõpescendæ autoritate apud [illegible], vel etiam [illegible] interficiebat. Quanta [illegible] ziendo & magnanimo [illegible] Lectorê ex ipsis Ignatii [illegible] cognoscere. Sic [illegible] lius [illegible] cæsis, strictis [illegible]

* *lib. 3. cap. 36.*

* *lib. 3. cap. 39.*

Plurimos verò Evangelii ministros, & fortes in hoc itinere præbuisse; Epistolæ ejus videntur [illegible]. Sic enim in epistolâ *ad Tarsenses*, quæ ex Philippi [illegible] est; quòd Philon Diaconus Tarsensium, & Agathopus Diaconus de Syriâ, eum sint comitati & Burgus, [illegible] hâ *ad Philadelphienses*: & Crocus, Onesiphorus, Burrus, Euplus, & Phronton, *ad Ephesios*, tanquam socii itineris, nominantur. In itinere verò, non consumitur lamentationibus: sed eas epistolas ad diversas Ecclesias, quas suprà recensuimus, maximâ ex parte conscripsit. Quæ [illegible] ardens studium, conservandi puritatem Evangelii, & Ecclesiam Christi ornandi & amplificandi, conspicuum. Noluit enim lucernam, quam Deus in se accenderat, [illegible] ter modium abscondere; aut ad virginem necê [illegible] ris & aliorum, prius conticescere. Polycarpi igitur [illegible] ctionem & curam suæ Ecclesiæ Antiochenæ, quam [illegible] bat relinquere, licèt ille satis procul ab eâ abesset, cõmendat. Unde manifestum est; hoîce duos viros, propter Evangelii Christi confessionem, planctionê & propagationem, fuisse artissimâ amicitiâ conjunctos. De Heronê [illegible] fert; se ex visione habere, [illegible] Antiochiæ [illegible].

Tales igit, tanquam odorifera rosæ, fragrantes, (ut ita loquamur) inter sua vincula & leonum dos, [illegible] & tam longinquas & immites distractiones, [illegible] tandem Romam usq; deportantur. In quo loco, qui totius orbis terrarum, talis tamq; preciosa victima Deo immolatur. nam ibi, ut erant ei Imperator & Præsides minitati, ut esca feris.

Irenæus,* Ignatii mentionem faciens, de eo sic scribit: * *lib. 5.*
Quemadmodum quidam de nostris dixit, propter martyrium ad Deum adjudicatus ad bestias: Quoniam frumentum sum Christi; & per dentes bestiarum molor, ut mundus Dei panis inveniar. Hæc Irenæus.

Neq; antequam tantùm foris fuit; [illegible] gientes audiret leones, (ut ait *Hieronymus*) etiam [illegible] cem repetivit; & constantiam usq; ad extremum [illegible] retinuit. *Nicephorus* ait; Ignatium Romæ variis [illegible] tis esse excruciatum: postremò verò, leones duos [illegible] cos & rabiosos, in medio theatro, in eum esse immissos; qui, carnibus & ossibus tenerioribus devoratis, tantum crassiora ac firmiora ibi reliquerint.

Recitat *Vincentius, in Speculo*,* ex gestis ejus, [illegible] Trajani colloquium cum Ignatio: & quam variis [illegible] tis eum jusserit excarnificari, quia nollet [illegible]: & quòd tandem à leonibus sit [illegible]. Addit etiam cor Ignatii excisum esse: quia diceret [illegible] toties nomen Jesu iteraret? tam profundè [illegible] men Jesu insculptum esse, ut ejus memoriam [illegible] fici: inque singulis sectionibus, [illegible] nem Jesu Christi, aureis literis [illegible]. Verum [illegible] ista fabulis videantur similiora, quàm [illegible] beant veteres aut probatos scriptores, [illegible] rem esto.

* *lib. 10 cap. 137.*

Offi, [illegible] Gelasium, Antiochiæ [illegible] lis Hieronymus* [illegible]. Theodoretus* [illegible] Deo [illegible] Lectores [illegible].

* *lib. 14 cap. 24.*
* *lib. 1. cap. 16.*

Digitized by

ab: Anno Domini [illegible] ...tium; ...verò ... Tertia ... Quem Antiochiæ ... tertio ... Primus Ec... ...

* lib. 3. cap. 2.

DE CAETERIS ANTIOCHIÆ ... EPISCOPIS.

... Syriæ ..., à Petro ... Ignatius, Heros Antiochenus Ecclesiæ ... secundus post Apostolos ... Theophilum, ut Indi... ... Christi ve... ...ro quinto Pius, anno Domini 154. Christi 44. ut ... * lib. 4. cap. 20. & in Chron. ... Caetera, præter nuda nomina, in ... scripta nihil reperimus.

THEOPHILUS.

Sextus post Apostolos, sub Vero Imperatore, Theophilus, Ecclesiam Antiochenam administrat: quem quidem multis præclaris donis excelluisse, vel ex libris ejus *ad Autolycum*, qui ad nostram usque ætatem pervenerunt, satis manifestum est. In ethnicis autoribus fuit doctissimus & peritissimus, unde licet colligere; eum, antequam ad Christi cognitionem perveniret, non minimam ætatis suæ partem in philosophicis atq; ethnicis studiis contrivisse, omnesq; ipsorum autores singulari industriâ evolvisse. Et hanc-ipsam rem confirmat; quod ait: * fidem suam lectione Sacrarum literarum, ad quas cognoscendas etiam Autolycum invitat, ädjutam esse plurimùm. Quamvis etiam propter confutationem ethnicarum opinionum, & illustrationem doctrinæ Christianæ, fidelibus erant nonnihil Gentium scripta delibanda. In oratione satis est facundus: & in lucubraciendis iis, quorum mentes ethnicis opinionibus erant imbutæ ac fascinatæ, valdè ardens & efficax. Didacticum verò fuisse, vel hoc satis probat: quod Institutionum libros conscripsisse dicitur. qui si existarent; haud dubiè totam doctrinæ formam paulò plenius & clariùs proponerent: ut de ipsius dexteritate & fide rectiùs judicari posset.

* Lib. 1.

Neq; verò tantùm Ecclesiæ suæ curam gessit, in tradendâ Euangelii doctrinâ: sed etiam, zelo flagrans tanto ministerio & doctore digno, contra impostores & depravatores Euangelicæ veritatis, non tantùm voce; sed & scriptis, intrepidè & acriter decertavit. Nam hæresin Hermogenis, & Marcionem cum suis nugis, confutavit tam fortiter: ut vel saltèm hoc nomine egregiam laudem, præclaræ constantiæ & eruditionis, sibi comparârit. Sed, præter libros tres ad Autolycum, Græcè scriptos, nihil habemus. Exstant autem isti tituli reliquorum monumentorum hujus Theophili: *Liber contra hæresin Hermogenis*; in quo ex Apocalypsi Johannis nonnullis testimoniis usus est. *Liber contra Marcionem*; qui præcipuè laude dignus fuit, & omnibus Christianis gratus: & ait *Hieronymus* ... Commodi ætate eum exstitisse. Præterea, alii *Institutionum libri. Eusebius.* *

* lib. 4. cap. 24.

Hieronymus in Catalogo inquit: *Legi, sub nomine ejus, in Tetrateuchum & in Proverbia Salomonis Commentarios; sed non sic cum superiorum voluminum elegantiâ & phrasi mihi videntur congruere.*

Doctrinæ igitur Theophili vestigia tantùm, ex libris ad Autolycum, petere licet. Docet, Scripturam Christianorum, quæ in Propheticis & Apostolicis monumentis cõtinetur, antiquiorem esse omnium Gentilium literis & libris: unde eorum, veritatem tantùm ex hoc, quasi ... hauriendam esse. Et (quod observatione ... est) supputationem annorum Mundi ... ab ... ris, usque ad sua tempora, profert: ... literis hoc posse fieri.

... fundamento constat, doctrinam de vero Deo ... & ... tradiderit.

... [illegible] ... [illegible] ... [illegible]

* l. 4. c. 14.

Ecclesiæ gubernationem libro II. scripsit* ut & Irenæus non semel meminit. Floruit sub Trajano, & quoto anno ad gubernationem ejus Ecclesiæ venerit, & quamdiu in eâ vixerit, non est liberis mandatum. Communis etiam sententia est, Papiam Johannis Apostoli auditorem fuisse. Et ille est

* li. 3. c. 39.

Eusebius,* eumque secutus Nicephorus, & alii, Irenæi testimonium; quod est tale: *Hæc verò & Papias, Johannis quidem auditor, Polycarpi verò sodalis, vir antiquus, scripto in quarto scriptorum suorum libro testatur: quinq; siquidem libros composuit.* Hæc Irenæus. Verùm diversum mox profert Eusebius eodem loco, ex proœmio librorum Papiæ: ubi ipsemet confiteatur, se se haud quaquam Apostolos Domini, vel vidisse, vel audivisse; sed ea, quæ sint fidei, ab iis accepisse, qui ipsis Apostolis fuerunt familiares. Verba Papiæ hæc adscribit: *Non detrectabo tibi etiam ea, quæ aliquando à senioribus bene didici, ac recte memoriæ mandavi, cum expositionibus sua componere; certus de illorum veritate factus. Non enim delectatus sum iis, qui multa dicunt; sicut plerisq; solent: sed iis, qui, quæ vera sunt, docent. nec; iis, qui peregrina præcepta commemorant: sed iis, qui, quæ à Domino fidei nostræ sunt tradita, & ab ipsâ profectæ sunt veritate, adferunt. Siquis quisquam venit, qui seniorum assectator fuerit; seniorum verba exquirebam: quid Andreas, quid Petrus, quid Philippus, quid Thomas, aut Jacobus, aut Johannes, sive Matthæus, vel alius quisquam ex discipulis Domini, quidq; Aristion, & senior Johannes, discipuli Domini, dixerint. cogitabam enim, me non tantum utilitatu ex libris, tanquam ex vivâ & permanente voce, relaturum.* Hactenus Papias. Fortè & hæc sunt obscuriora; quàm ut indè liquidò probari queat, Papiam nullum discipulorum Domini conspexisse. Verùm, cùm Papiæ libri interierint, ex quibus ista omnia clariùs petere possemus; fides sanè penes Eusebium esto.

Libros, sicut jam dictum est, composuit quinq;; inscriptos, *Explanationes sermonum Domini.* Quanquam Nicephorus* dicat: eum multa quidem volumina scripsisse; verùm hæc quinq; solum modò exstare.

* li. 3. c. 20.

Nævus sit haud parvus hunc Doctorem apud posteros quoq; notabilem fecit. Nam sensit & docuit; *post resurrectionem, terrenum ac corporale regnum Christi & fidelium, in hoc Mundo per mille annos futurum esse.* Neq; hoc dissimulandum est, quod Eusebius asserit, eum multas peregrinas parabolas Christi, & doctrinas, in suis libris protulisse. Et causam adjicit: quòd modico fuerit judicio præditus; Apostolicasq; disputationes & hypodigmata non rectè intellexerit.

* li. 3. c. 39.

De donis aliàs inquit Eusebius;* Papiam per omnia fuisse eloquentissimum, & Sacræ scripturæ peritum. Tantum quidē de hoc Papiâ, ex probatis testibus, dicere potuimus.

POLYCARPUS.

Celebris inter Apostolicos viros, qui nimirū proximâ post Apostolos ætate vixerit, & Polycarpus est. Fuit enim [illegible] Apostolorum auditor: ut est Irenæus* testis. Sicut [illegible] Apostolorum discipulis fuisse qui immediatè ab [illegible] Romanæ fidei acceperant: ità non immerito [illegible] Polycarpum fuisse, nempe ex vivo ore Apostolorum [illegible] doctrinam de Christo hauisse.

* li. 3. contra Hæres. cap. 3.

Præterea, non [illegible] Apostolis doctum fuisse, scribit Irenæus; [illegible] Asiæ Ecclesiis doctrinæ [illegible] Joannem obiisse [illegible] Asia [illegible]

[illegible] Romam pelagus, supra Ephesum, [illegible] Irenæus memorat Irenæus; Polycarpum Apostolis & [illegible] Asiæ] à Johanne in urbe Ephesi [illegible] Trajani, [illegible] Papiæ, [illegible] Ecclesiæ gubernationem [illegible] Ecclesiæ Romanæ [illegible] Anicetum, [illegible] Romam [illegible] Polycarpum in eam [illegible] quanti quidem non [illegible] Mentinit Polycarpi & Ignatii epistolis, quas in itinere ad Romam versus scripsisse [illegible] Polycarpum tum eo tempore in [illegible] fuisse.

* li. 5. c. 20.

Quod ad ministerii gubernationem attinet: Ecclesiam sibi commissam, nō tantùm vivis Apostolis; verùm etiam post eorum discessum ex hac ærumnosa vitâ, [illegible] docuit: & sinceræ doctrinæ Christi, quā vel [illegible] ab ipsis Apostolis acceperat, acerrimus fuit [illegible] pugnator. Ac testem quidem hujus rei fidelissimum [illegible] Irenæum, qui loco suprà citato sic scribit: *Hic*, inq;, *docuit semper, quæ ab Apostolis didicerat: quæ & Ecclesiæ tradidit, & sola sunt vera. Et testimonium his perhibent, quæ sunt in Asiâ, Ecclesiæ omnes; & qui usq; ad hunc successerunt Polycarpo.* Hæc Irenæus.

Epistolam quandam ad Philippenses cum scripsisse, Irenæus quoque testatur; & ait eam perfectissimè esse scriptam: ex quâ & charactere fidei ejus, & prædicatione veritatis, qui volunt, & curam habēt suæ salutis, possint discere. Cæterùm, hac nostrâ ætate, quædam epistola exstat, titulum Polycarpi ad Philippenses præ se ferens: verùm, an ea germana Polycarpi epistola, diligentes antiquitatis scrutatores videant, optandum enim esset, vetustissima exemplaria bonâ fide inquiri. Etsi enim ea epistola non contineat manifestum aliquem errorem; tamen attento lectori fortè suspicionē movere posset. Dicit etiam, se à Philippēsibus, ut scriberet, permotum. verùm, quæ nam sit causa & locus ille, ad quem suam epistolam voluerit dirigere, non satis exprimit. Deinde & partes epistolæ nimiùm confusæ, minimeq; cohærentes, videntur. Præterea, tota hæc epistola, vix tam docilem, sedulum, ac præstantē Johannis Apostoli discipulum, imò etiā tam excellentē spiritum, quali Polycarpus dicitur fuisse præditus, repræsentare videtur.

Apparet tamen ex eâ epistolâ; Polycarpum articulum de Christo, ejusque expiatione pro peccatis totius generis humani rectā, rectè tradidisse; in eoque summopere laborâsse. Testimoniis enim, tum veteris tum novi Testamenti, eum illustrat; & omnes dissentientes aut depravantes damnat. Sic enim inquit: *Omnis, qui confitetur Jesum Christum in carne non venisse, Antichristus est: & qui non confitetur mysterium crucis, è Diabolo est. Et qui devierit eloquia Domini ad propria desideria; & dixerit, neq; resurrectionem esse, neq; judicium esse: hic primogenitus Satanæ est.*

De Fide etsi differit, esse credendum in eum, qui resuscitavit Christum; & quòd fides sit mater omnium: tamen omnia sunt obscuriora, quantum quidem ad hoc scriptum attinet, quàm ut planā indè liceat excerpere sententiā. Fortè aliàs clariùs & plenius hæc omnia solitus est proponere.

De Salute inquit: *Gratiâ salvi facti estis: non ex operibus; sed in voluntate Dei per Jesum Christum.*

De Operū fine loquit: *Conversationem vestram habete inter Gentes irreprehensibilem: ut ex bonis operibus vestris laudem accipiatis, & Dominus in vobis non blasphemetur.* Opera verò moralia, præsertim secundæ tabulæ, probat.

Scripta deniq; Pauli honorifice commendat.

Plura de Polycarpo non habemus. Aliud testimonium, nempe ex Irenæo, de doctrinâ hujus doctoris, [illegible] virtutibus, non [illegible] Extat etiam apud Eusebium* pars epistolæ Irenæi ad [illegible]

* li. 5. c. 20.

*prædicti, qui & Apostolorum discipulis familiariter conversati fuerant. Vide enim [illegible] Polycarpum esse [illegible] ut te ab ipsis [illegible] quæ [illegible] unitione, ita & locus [illegible] Et quæ [illegible] & magnificus, & vitæ [illegible] & [illegible] sermonum [illegible] & quotidie [illegible] ipsi [illegible] & [illegible] Et [illegible] & [illegible] & [illegible] &

ad sua tempora, complexum esse. Ex clarè asseverat *Eusebius*, suo tempore eos libros passim fratres habuisse. Idem videtur & *Hieronymus* de suo seculo significare. At nostrâ hac ætate, sub Egesippi titulo, editi sunt libri quinq; de excidio Hierosolymorum, Ambrosio Mediolanensi Episcopo interprete; cujus initium est: *Bello Parthico, quod inter Machabæos duces, &c.* quorum tamen neque Eusebius, nec Hieronymus, videntur mentionem facere. Videtur etiam in ejusdem proœmio significare, quòd plures libros scripserit. Coætaneus fuit Justino, Dionysio Corinthiaco, Melitoni, aliisq; præstantissimis viris: quibus cum ei familiaritas etiam magna sinè dubio intercesisit. Sub Hadriano, Antonino Pio & Vero, vixit. *Tritenhemius* annotat Christi annum 160.

A

B

PHOCAS.

Primum in Ponto Episcopum, *Chronicon Henrici* affirmat fuisse Phocam, sub Trajano: sub quo & in vinculis, ferro & igne, martyrium pro Christo fecisse; cùm, Hadriano mandante, ad Neptuni aram sacrificare noluisset; idem addit. *Adon Viennensis episcopus,* * in Synope, civitate Ponti, episcopum fuisse, scribit. In vetusto quodam *Chronico manuscripto*, de eo, hæc seu fabula, seu historia (judicium enim Lectori permittimus) recitatur, ad hunc modum: *Phocas ultimo tempore Trajani passus est, cui spiritu prophetico dixit: Trajane, perge ad ulteriora abyssi, & ad præparata tibi tormenta festina; ubi morte perpetuâ & favo exurendus es incendio: & triduo in hac luce versaberis. Quo emenso, caligo te mortis excipiet: nec enim diutius postea insultus innocentum sanguis esse potest.* Hoc vaticinium, idem Chronicon addit, secutum esse eventum; &, triduo exacto, Trajanum ventris profluvio extirpâsse.

C

* Comest. ætatis 6.

Quæ verò de hoc Phocâ, de miraculis scilicet per eum gestis, & martyrio, Vincentius * prodidit: quia & prolixa nimiùm sunt, & ad fabulas propiùs, quàm historias, videntur accedere; prudentes prætermittimus.

* lib 10. Speculi.

AQUILA PONTICUS.

Aquila Ponticus duodecimo anno Hadriani inclaruit. Vanitatibus astrologicis deditus fuit: à quarum impento studio, nec Christianus quidem tactus abstinuit. Cùm igitur à doctoribus sedulò admonitus esset; ut vana studia, quæ Christianum hominem non decerent, abjiceret: ipse verò non paruisset; sed contumaciter vanam suam defendens professionem, admonentibus illis se opposuisset: ab Ecclesiâ proscriptus est. Quam ignominiam indignè & iracundè ferens, Christianismum abnegavit: factusque Proselytus, circumcidi se passus est; atque indè, contentioso studio, ad discendam linguam Hebræam animum adjecit. in quâ cùm brevi tempore feliciter processisset, adeò ut in eâ excelleret: interpretationem Sacrarum scripturarum statim tentavit, primus post Septuaginta interpretes; qui ante eum, apud Ptolemæum Regem, annis quadringentis & triginta, Sacros libros ex Hebraâ linguâ in Græcam transtulerant. verùm non alio fine ac studio; quam ut, in odium Christianorum, ex receptis libris quædam depravaret & perverteret: ac præcipuè testimonia de Christo, quæ in Septuaginta interpretum editione, singulari studio & impostura corrupit. Hæc de Aquilâ sic narrat *Epiphanius.* *

* lib de Mensur. & Ponder.

Exemplum unum depravationis ejus, *Supplementum Chronicorum* habet: nimirum quòd, quæ apud Esajam de virgine Mariâ dicta sint, ad juvenculam; non ad virginem, transtulerit. Recitat idem exemplum ex Irenæo, etiam *Eusebius:* * & addit; hanc Theodotionis & Aquilæ interpretationem, occasionem præbuisse Ebionitis; qui dixerint, Christum è Joseph natum esse. *Hieronymus* * tamen, Aquilam diligentem & curiosum vocat interpretem: ut & *in Epistolâ ad Damasum Romanum*, studiosiùs eũ ait, quàm contentiosiùs, verbum ad verbum interpretatũ esse. cùm contrà *in epistolâ ad Pammachium* scribit, Aquilam contentiosum esse interpretẽ; nec verba tolùm & etymologias verborum transferre conatum: atqs ità jure rejici.

* lib. 1. c 9.

* in enarrat cap 2. Oseæ.

D

AGRIPPA.

Agrippam cognomento Castorem, *Eusebius* * celeberrimum ejus temporis scriptorem vocat. Ac, quia incommemoratione rerum Ecclesiæ, sub Hadriano gestarum,

* lib 4 c 3.

E

ejus meminit: consentaneum est, sub Hadriano eum floruisse: sub quo & Basilides hæreticus fuit; cujus scripta & hæresin Agrippa confutavit, omnesq; præstigias & arcana illius delicta in medium protulit. *Hieronymus* * dicit, eum contra viginti quatuor Basilidis volumina, quæ in Euangelium composuerat, fortissimè disseruisse. Agrippæ verò scriptum, *Eusebius*, loco jam memorato, vocat *Elenchum.*

* in Catal. Script. eccles.

APOLLINARIS.

Eusebius * Claudium Apollinarem vocat; cùm in Græco sit Apollinarius: quo fit; ut promiscuè ferè scriptores utroq; nomine utantur. Fuit autem Episcopus Hierapolis Asiæ, celebris temporibus Marci Antonini Veri. Refertur ab *Eusebio* * inter doctores Apostolicos, qui traditionis apostolicæ & sanctæ fidei post se reliquerunt monumenta. Laudatur etiam, quòd studio propagandæ religionis & doctrinæ Christianæ, *librum Apologia, pro fide Christianâ*, Imperatori Antonino exhibuerit. Magnâ pietate etiam contra Hæreticos, pro verâ fide, decertavit: quemadmodum ex libris editis ab eo, contra Montanistas, *Eusebius* * refert. In Ecclesiis enim Ancyræ, Salaciæ & Ponti, pluribus se de Montani erroribus disseruisse, significat. magno Ecclesiæ gaudio, atque adversariorum ignominiâ & offensâ. Deinde, à fratribus, & Zotico Otreno, quem Confessorem suum dicit, rogatum, Commentarium etiam se scripsisse fatetur: in cujus initio, de origine pseudoprophetiæ Montanicæ multa eum monuisse. *Eusebius* addit; & argumenta aliquot, contra hanc sectam ab eo prolata, recenset: ut supra est dictum. Præter scripsum denique, Antonino Imperatori exhibitum. *Eusebius* * etiam hos libros eum scripsisse commemorat: ut, *Contra Gentes, commentarios quinque; De veritate, libros duos; Contra Judæos, libros duos;* & quem *contra hæresin Cataphrygum* postea scripsit commentarium. Testatur idem in Catalogo *Hieronymus:* qui & * hunc Apollinarium in hæresi Chiliastarum fuisse, ut & alios quoldam magnos viros, affirmat.

* lib 4. c. 21.

F

* lib 5 c 16

ASTERIUS URBANUS.

Ad Asterium Urbanum, *Eusebius* * ait, scripsisse Apollinarium de hæresi Montanicâ; ex quo scripto illud excerpit. *Non dicat spiritus Maximillæ: Persecutione abigor, velut lupus ab ovibus. Non sum lupus: verbum sum, &c.*

MELITO SARDENSIS.

Sardibus (quæ quondam Lydiæ caput, & Gorgi regia fuit, urbs magna & celebris; quemadmodum *Strabo* indicat) episcopatum gessit Melito, vir eloquens & disertus: sicut eam laudem ei *Tertullianus* tribuit. Fuerat enim discipulus Frontonis, celeberrimi illius oratoris; qui Marcum Imperatorem Latinis literis erudivit. Celebrantur hujus Melitonis, in Ecclesia multa præclara merita. Nam & ipse librum Marco Antonino, pro fide ac religione Christianâ, tradidit; ut testatur *Eusebius:* * in quo scripti Justini ad eundem Imperatorem, ejus denique edicti pro Christianis in Asiâ promulgati, meminit. Unde, quo tempore fuerit, intelligi potest. *Frisingensis* * inquit; & Apollinarium, & Melitonem, Apologias ad Imperatorem scripsisse, anno 17. imperii ejusdem. Et magno quidem ac forti animo, Apologiam suam Melitonem scripsisse; indicare illa, quæ ex *Eusebio* * propter eximiam gravitatem, quæ verbis & sententiis ipsis inest, recensuit. Quæ nec nos, quia ingentis spiritûs animum indicant, simul & historiam perstringunt, de primordio Christianæ religionis ac progressu, felicitateque eorum, sub quibus fuit, imperiorum, non pigebit hìc adscribere: *In libello*, inquit, *ad Imperatorem, talia quædam sub illo contra nos falsa scribit. Quod enim nunquam est factum; jam persecutionem patitur pietatis genus, novis edictis per Asiam exagitatum. Impudentes enim sycophantæ, & alienorũ appetitores, occasionem ex constitutionibus illis adepti, manifestè latrocinantur; noctes ac dies eos depræ dantes, qui nihil iniqui faciũt. Et post alia quædam dicit: Quòd si hoc te jubente committitur; fit rectè factum. Justus enim Imperator, nihil unquam volet injustè: & nos cupidè mortis hujus honorem feramus. Hoc autem solùm abs te supplices petimus: ut ipse, cognita primùm contentionis hujus auctoribus, justè tum mortes; an mortis & supplicio, vel salutis ac quietis, digni sint. Si verò placuerit hæc.*

* lib 4 c 13.

* lib 5 c 25

* lib. 4 c 26.

G

H

& novum illud edictum, peneste non est; quod ne contra barbaros quidem hostes decorum esset: multò magis precamur, ne nos inhonestâ hac depradatione pressos contemnas. Hisce iterum subjecit, dicens: Etenim philosophia nostra primùm quidem inter Barbaros viguit. Cùm autem sub magno Augusti progenitoris tui imperio floreret, facta est maximè imperio tuo fortunatum bonum. Ab eo quippe tempore Romanum imperium magni splendoris incrementum cepit; cujus tu optatus successor & factus es, & eru unà cum filio. Serva igitur philosophiam hanc, quæ unà cum imperio coaluit, & cum Augusto cœpit; quam & progenitores tui, præ aliis religionibus in precio habuerunt. Et hoc maximum est argumentum boni exordii: quòd, ex quo nostra doctrina, unà cum bene-inchoato imperio, floruit; nihil illis malis indè ab Augusti principatu accidit; sed per contrarium cuncta splendida & gloriosa, secundùm omnium vota. Soli ex omnibus Nero & Domitianus, ab invidis quibusdā hominibus persuasi, doctrinam nostram calumniis objicere voluerunt: à quibus & mendaciū hoc sycophantiæ, irrationali consuetudine, circa tales dimanare contigit. Verùm illorum ignorantiam pii tui patres corrigentes, multos sæpenumerò in hisce rebus temerariè conatos scriptus suis corripuerunt. E quibus avus tuus Hadrianus, multis quidem aliis; sed & Fundano Proconsuli, Præfidi Asiæ, scripsisse deprehenditur. Pater verò tuus, tuus inquam, qui cuncta unà tum ille gubernasti, civitatibus de nobis, ne quid temerè novarent, (in quibus & ad Larissæos, & Thessalonicenses, & Athenienses, & cunctos Græcos) scripsit. Te verò, cùm maximè in situs eandem cum majoribus tuis sententiam, eamq; multò clementiorem, & magis philosophiam habeas, cuncta facturum persuasi sumus, quæ abs te petimus.

Melitonis deinde etiam hoc egregium beneficium est; quòd in Orientem, quemadmodum ipse in epistolâ ad Onesimum significat, profectus, eum-ipsum numerū librorum veteris Testamenti, qui & nobis hodie receptus est, retulit. Quod & suprà, ubi de libris Scripturæ sacræ diximus, à nobis indicatum est.

Sed neq; hoc prætereūdum est, quàm multos Ecclesiæ scripserit utilissimos libros: qui si ad nos pervenissent, in multis nos gravib⁹ & necessariis rebus instruere, & ex multis ambiguitatibus explicare possent. Sed nominum tātùm eorum librorū memoria nobis relicta est. Exstitisse autem omnes suo tempore, *Eusebius** indicat, ubi hoc ordine recenset: *Duo volumina de Paschate*; in quibus & tēporis meminisse eū ait, quo librū eum scripserit: sub Servilio Paulo scilicet, Proconsule Asiæ; quo tempore Sagaris, Episcopus Laodicensis, martyrium pertulerit; & mota sit apud Laodiceam magna quæstio de Sabbato. Quin & hoc addit; Clementem Alexandrinum, in separato suo quodam scripto ejusdem argumēti, De Paschâ, hujus libri Melitonis mentionem facere: cujus occasione, dicat, se etiam argumētum simile sibi sumsisse. *De Conversione, & Prophetis*, seu (juxta Hieronymum) *de vitâ Prophetarum*, liber unus: *De Ecclesiâ: De die Dominicâ: De Naturâ hominis*: (pro quo titulo Rhenanus & Hieronym⁹ habēt, *De Fide hominis*) *De figmēto, seu plasmate: De obedientiâ fidei: De sensibus: De Animâ & Corpore:* (Rhenani exemplar addit, *& Mente*) *De Lavacro*, (seu *Baptismate*, ut Hieronymus habet) *De veritate: De fide: De nativitate Christi:* (Rhenani exemplar & Hieronymus habēt, *De generatione Christi*) *De Prophetiâ ejusdē: De hospitalitate: Liber qui inscribitur Clavis: De Diabolo: De Apocalypsi Johannis: De Deo corpus induto. Eglogarū libri sex:* horum Eusebius non meminit; sed Hieronymus habet.

Mortuum verò Melitonem Sardibus, *Eusebius* indicat:* ubi *Eunuchum* eum vocat, *in omnibus gratiâ Spiritûs sancti ductum*. Quæ cōmendatio forsan Tertulliano calumniandi occasio fuit: quòd à nostrorum plerisque (sicut *Hieronymus* ait) Propheta existimatus sit.

PAPIRIUS.

Papyrium Polycrates, apud *Eusebium*, loco jam citato, cum Melitone conjungit; & nomen ejus solùm ponit: significans, eum in Paschatis celebratione, lunâ decimâquartâ, reliquis Episcopis consensisse.

MUSANUS.

Scriptor fuit ecclesiasticus Musanus, autore *Hieronymo*: quem *Tertullianus* legit; ut *Rhenanus** admonet. Quæ verò scripserit, non indicat; sicut nec *Eusebius*: præter librum quendam dehortatorium, (ut *Nicephorus** vocat) ad fratres quosdam, qui ad hæresin Encratitarum, eo tempore recèns exortam, defecerant. *Eusebius.** Claruit autem & ipse sub Marco Antonino Vero: ut *Hieronymus* ostendit.

MODESTUS.

In catalogo scriptorum contra Marcionem, *Eusebius.** Modestum cum Irenæo conjungit: ac de utroq; dicit; reddidisse eos, errores & deceptiones Marcionis, præ aliis maximè conspicuas & manifestas. At incertum est, quo in loco Modestus vixerit. *Hieronymus* affirmat; eum cōtra Marcionem librum scripsisse, qui suo tempore adhuc exstiterit. Indicat & alia, sub ejus nomine, Syngrammata circumlata esse; sed quæ eruditis falsò ei tribui visa sint. Fuit sub eodem Marco Antonino Vero

BACCHYLIDES & ELPISTUS.

Ex eâ commemoratione, quam de scriptis & epistolis Dionysii Corinthii *Eusebius** instituit, colligi posse videtur; fuisse alicubi in Ponto doctores, Bacchylidem & Elpistum: quorum horum, *Eusebius* ait, Dionysium, in epistolâ Ecclesiæ apud Amastrim nuncupatâ, significare, se eam epistolam scripsisse.

GALINA.

Fuisse Galinam Episcopum Amastrianorum; ex eâdem *Eusebii* commemoratione de Dionysio apparet. Animadvertendum autem est, hanc appellationem Galinæ, in posteriori solùm Eusebii de Græco interpretatione concinerit: in priori verò, quæ *Beati Rhenani* operâ in lucem exiit, pro eodem nomine esse Palmeæ: & in *Nicephoro.** Palmę.

BARDESANES.

Bardesanes (quem *Epiphanius* Bardesianum vocat) in Mesopotamiâ fuit: quemadmodum *Eusebius** indicat, vir magnâ eloquentiâ præditus, & in Dialecticâ & disputandi arte instructissimus: eruditissimus autem in linguâ Syrorum, quâ multa scripsit, (ut *Eusebius* testatur) quæ postea discipuli ejus, quos plurimos habuit, in Græcum sermonem transtulēre. Recensentur inter ejus opera, *Dialogi contra Marcionem & alios quosdam hæreticos.* Et testatur *Hieronymus*, eum infinita scripsisse adversùs omnes penè hæreses, quæ ætate ejus pullulaverunt. Scripsit & Græcè (ut *Volaterranus** ait) *Dialogum de fato*, ad Marcum Antoninum, gravissimum. Doctum enim eum in utrâque linguâ, & Græcâ & Syriacâ, fuisse, etiam *Epiphanius** scripsit. Item alia multa: quorum scribendorum occasionem illi præbuisse dicuntur, quæ tùm frequentes erant persecutiones.

De Bardesane & hoc *Eusebius* & alii narrant; fuisse eum primùm Valentini sectatorem: verùm postea, deprehensâ istius sectæ vanitate & nugamētis fabulosis, abjecisse eam, & condemnâsse: ac, rectiorem existimantem se sententiam inventurum, quàm Valentini esset, in aliam hæresin incidisse; quæ non prorsus sinè sordibus prioris sectæ fuerit. Paulò diversiùs hæc *Epiphanius*, loco jam memorato, narrat. ait enim, eum optimum initiò fuisse virum; non alienum ab Ecclesiâ: & constantem adeò, ut Apollonio cuidam, Antonini amico, admonenti, ut se Christianum esse negaret, contradixerit; pietatem animo forti defendens, nec se mortem formidare dicens. Verùm præclara illa ornamenta fidei, pietatis, & confessionis, erepta sibi tandem esse per Valentinianos: à quibus corruptus, hęresin eorum secutus sit.

RHODON.

Asianum natione Rhodonem fuisse, legitur quidem: sed quo in loco Asiæ, posteaquam Româ discessit, vixerit, non reperitur. nisi quòd bonam vitæ suæ partem Romæ egisse, ex *Eusebio* intelligi potest, qui* ex ipsius Rhodonis testimonio scribit; eum fuisse discipulum Tatiani: à quo eruditus, varios ibidem libros conscripserit; atque hæresin Marcionis impugnârit. Hinc *Beatus Rhenanus** ait, eum fuisse ex numero Græcorum scriptorum, quos legerit Tertullianus.

Recitat ex ejus scriptis *Eusebius* nonnulla, quæ de hæresi Marcionis prodidit: quomodo scilicet suo tempore inter se-ipsos dissenserint ejus hæresis professores, neque unam

sectam

---

*lib. 4. c. 26.

* lib. 5. c. 24.

* Annot. in lib. Tertull. contra Valentin.

* lib. 4. c. 11.

* lib. 4. c. 28.

* lib. 4. c. 25.

* lib. 4. c. 23.

* lib. 4. c. 29.

* lib. 14.

* lib 2. contra Haref. tom. 1.

* lib. 5. c. 13.

* Annotat. in Tertull.

sectam in diversas & inter se contrarias distraxerint. Quæ cùm suprà, in capite de hæresi Marcionistarum, à nobis exposita sint: hic illis denuò commemorãdis supersedemus.

Meminit *Eusebius* & Commentariorum ejus in Hexameron, id est, Mosę narrationem de creatione sex dierum: quos suo tempore exstitisse scribit. Atq; hoc addit; Rhodonem dixisse de quodam opere Problematum, lucubrato à Tatiano, continente obscuriores, aut de industriâ etiam obvelatas, interrogationes ex sacris Scripturis. Quòd opus cùm se Tatianus compositurum dixisset; Rhodonem vicissim explicationes, & solutiones earum quæstionum, ei promisisse. Exstat hodie ejusmodi prorsus *liber Quæstionum ad Orthodoxos, earumq́, responsionum*, qui Justini operibus annexus est: sed ejus autorem Justinum non posse esse, suprà ostendimus. Autor igitur, quisquis fuit, haud dubiè, ex hac brevi Rhodonis significatione, occasionem argumenti sui sibi sumsit. Nam, quòd Rhodonis aut Tatiani opus esse nõ possit, probat hoc: quòd in eo libro sæpiùs fit mentio Manichæorum; quorum tempora neuter attigit.

CALLISTION.

Quis fuerit, neq; Eusebius, neq; Nicephorus, explicant. Tantum dicunt, Rhodonem Commentarium Callistioni scripsisse; in quo affirmet, se Romæ Tatiani discipulum fuisse. *Eusebius.** * *l.5. c.13.*

ZOTICUS.

Meminit Apollinarius, in eâ narratione, quomodo in Ecclesiâ Ancyranâ contra pseudoprophetiam Montani disputârit, Zotici cujusdam Otreni: quem conseniorem suum vocat; & interfuisse disputationi ejus contra Montanistas, significat. *Eusebius.** Ibidem & Zoticum quendam à Vico Comano habet, & Julianum ab Apamiâ: quæ urbs in Phrygiâ majori est; quam *Livius** caput quondam fuisse Phrygiæ ait, & Celænas vocatam. * *l.5. c 16.* * *lib.8. belli Macedon.*

Fuisse verò & in Phrygiâ Vicum Comanum; ex eâ historiâ, quam utriq; Apollinarius tribuit, apparet. Sic enim de illis *Eusebius*, in loco jam adducto eum scripsisse ad Asterium Urbanum, refert: *Non dicat spiritum Maximillæ; Persecutione abigor, velut lupus ab ovibus. Non sum lupus; verbũ sum, & spiritus, & potentia. Sed potentiam illam in spiritu perspicuè ostendat, & evincat; & per spiritum id cõfiteri cogat viros illos, qui tùm præsentes ad hoc erant, ut probarent & alloquerentur spiritum loquentem: nempe viros probatos & episcopos, Zoticum a Vico Comano, & Julianum ab Apamiâ; quorum oratu qui cum Themisone erant, obturãtes, spiritum illum mendacem, & vulgi seductorem ab illo redargui non sinebant.* Idem factum Apollonius Zotico toli tribuit; quemadmodum *in eod. lib.** *Eusebius* indicat. *Iterũ* inquit *dicit quomodo Zoticus Maximillam, populis prophetiam simulantem adversus, & operantem in eâ spiritum redarguere conatum, ab illis sit prohibitus, qui cum eâ sentiebant.* Rursus idem Serapion Antiochenus, in epistolâ ad Caricum, in quâ variorum Episcoporum mentionem fecit, etiam Ælium quendam Publium Julium, a Debelto episcopum, Zotæ Anchialensi tribuisse significat, referente *Eusebio** ad hunc modum: *In hac Serapionis epistolâ, etiam variorum Episcoporum subscriptiones habetur, quorum quidam ad hũc modũ subscripsit: Aelius Publius Julius, à Debelto colonia Thraciæ, Episcopus Viris Deum, quòd, cùm beatus Zotas Anchialẽsis dæmonem Priscillæ ejicere vellet, hypocrita non permiserint.* * *cap.18.* * *l. 5. c.19*

APOLLONIUS.

Quod seorsim *Eusebius*, de Apollonio Scriptore ecclesiastico, alio verò Apollonio Senatore Romanõ, martyre sub Commodo, narrare videatur; id ad unum & eundem Apollonii *Nicephorus** transfert: cùm tamen & *Hieronymus*, Nicephoro vetustior, in Catalogo virorum illustrium, Apollonios duos diversos faciat: *Eusebius* verò, alterum, Scriptorem ecclesiasticum; alterum, virum eruditione & Philosophiâ celebrẽ, appellet. Deinde & Apollonio Scriptori, cõfutationem Montani; Senatori verò, Apologiam pro Christianis, tribuit. Denique, *Rhenanus** Apollonium alterum expresse inter Græcos scriptores numerat; quos Tertullianum legisse affirmat. Et paulò antè, etiam Apollonii Romani cum Victore meminit, quos duos solos fuisse ait, qui eo tempore in sacris Latinè aliquid scripserint, ut omnino dubium non sit, Nicephorum errore deceptum, pro duobus unum posuisse. * *l.4 c.25* * *Annot. in lib contra Valentin.*

De Apollonio igitur, Scriptore ecclesiastico, priùs; de Senatore verò, postea dicemus.

Refert *Eusebius:** Apollonium ipsum in quodam Commentario prodidisse, se tùm demum librum suum adversùm Montanum scripsisse; cùm jam annus ageretur quadragesimus, ab eo tẽpore, quo cõfictam illam prophetiam Montanus ausus fuisset spargere. Quæ ratiõ Montanũ multò antiquiorem facit; quàm aut Eusebius, aut Epiphanius. Quo autem in loco vixerit Apollonius; certum, quod sciamus, non legitur. Nam in Phrygiâ eum fuisse, ex *Eusebii* narratione conjici non potest: nisi in Syriâ eum putemus fuisse; quia mentionem ejus Serapion facit. Ubicunq; fuerit: ex rhapsodia Eusebii apparet; & graviter eum, & consummatè, de Cataphrygarum hæresi scripsisse. nam & personas descripsit: & quæcũq; in eâ sectâ imposturæ fuerint, non detexit modò; sed & confutavit. *Eusebius.** Addamus & hoc; quod *Hieronymus** annotavit: Tertullianum, præter sex libros de Ecstasi, contra Ecclesiam scriptos, septimum peculiariter adversùs hunc Apollonium exarâsse: in quo omnia, quę in hæresi Montanicâ Apollonius reprehendat & confutet, ille conetur defendere. * *l.5 c 18* * *in Catal.*

MILTIADES.

Fuit & Miltiades, scriptor ecclesiasticus, de eorum numero, qui contra Montani pseudoprophetiam libris editis pugnarunt. Argumenta quædam ex ejus scripto *Eusebius** recensuit; quæ Apollinarium in suum opus contra Montanum transtulisse, scribit ad hunc modum: *In eo commentario, Miltiadis quoq, commentatoris meminit,* (Apollinarius) *qui & ipse librum cõtra dictam hæresin scripserit. Postquam igitur & verba quadã illius citavit; subjicit, dicens: Hæc in cõmentario quodam eorum reperta, qui scripto Alcibiadis fratris* (Nicephorus legit; Miltiadis fratris) *resistunt; in quo ille demonstrat, non esse hoc propheta, ut in ecstasi loquatur, breviter adduxi, &c.* Ibidem & de libris ejus sic ait: *Hic Miltiades etiam alia nobis diligentiæ suæ, circa divina oracula, monumẽta reliquit cùm in libru illu, quos contra Gentiles; tum illos, quos adversum Judæos composuit: separato utrinq, argumento, duobus illis commentariis occurrens. Deinde & ad Mundi hujus Principes, pro Philosophiâ suâ, quam exercebat, Apologiam scripsit.* * *l.5. c 17*

*Volaterranus** indicare videtur; eam apologiam Miltiadem exhibuisse ipsi Commodo: & quidem adversùs Judæos & Gentes Apologiã vocat; nõ facit libros separatos. * *l5. c.17*

POLYCRATES.

Catalogus Hieronymi, Polycratem sub Severo, & Narcisso Hierotolymitano coætaneum fuisse, indicat. *Eusebii* verò narratio, sub Commodo ejus meminit. Quamquam illud ad tempus cõtroversiæ de Paschate magis, quã ad Polycratem, referri potest. Pleraq; autem, quæ ad ejus historiam pertinent, suprà, in capitibus de Schismatibus & de Conciliis, prolixè commemorata sunt.

Episcopus fuit Ephesi, magni nominis & autoritatis: quemadmodum ex narratione de Cõcilio, super quæstione de Paschate, judicari potest: ex eo itèm, quòd Victoris Rom. Pontificis minas & imperium floccifecit. Ex Græcorum scriptorum numero fuit, quos Tertullianus legit: sed quæ scripserit, nescitur. *Eusebius* partẽ quandã epistolæ ejus ad Victorẽ posuit, q̃ & nos suprà transcripsimus. atq; eam ideò in Catalogum sũ retulisse *Hieronymus* ait; ut ingeniũ, & autoritas viri, vel ex parvo opusculo cerni posset.

THEOPHILUS CAESAREENSIS.

Cùm, Ecclesiis in Asiâ & Europâ, ob Paschatis observationem diversam, dissidentibus; plurimis in locis Synodi frequentarẽtur; ut suprà diximus: Theophilus ei, quæ in Cæsareâ Palæstinæ rogatu Victoris, convocata erat, unà cũ Narcisso præfuit: quemadmodũ *Eusebius** indicat. Fuit enim Episcopus Cæsareę tùm Theophilus. Cæterùm, quo pacto Synodus ea agitata sit, & quid de Paschate, die dominicâ celebrãdo, constituerit; explicatũ suprà est. Consensit eũ Victori; & adversùs eos, qui cũ Judæis lunâ quartâdecimâ Pascha agebant, epistolam scripsit. cujus *Hieronymus* meminit; sed id factũ esse sub Severo ait: cùm *Eusebii* histo- * *l.5. c.23. & 25.*

ria, &

ria, & controversiam eam, & Synodos super eâ conflatas, in Commodi tempus rejiciat.

PALMAS.

Episcopum fuisse Palmam cujusdam Ecclesiæ in Ponto; tum ex epistolâ Dionysii Corinthii, ex quâ nonnulla *Eusebius** adducit: tum ex eodem *Eusebio** cõstat. ubi eum Synodum in provinciâ Ponti, ob actionem de Paschate congregatam, tanquam antiquissimum, moderatum esse, indicat: atq; idem, quod Theophilus, Victor, & alii, quorum una & eadem sententia fuit, Pascha die dominico celebrandum esse, statuit; sicut suo loco dictum est.

*l.4.c.23.
*l.5.c.23.

CASSIUS.

Tyri Phœniciæ Episcopus fuit; qui Synodo in Palæstinâ cõvocatæ interfuit, ejusq; decreto subscripsit: quemadmodum indicat *Eusebius.**

*l.5.c.27.

CLARUS.

Episcopus fuit Ptolemaidis Syriæ, ut videtur: qui unà cum reliquis, quos hic recensemus, Synodo interfuit; idemq; cum iis statuit. *Eusebius.**

*l.5.c.27.

ANICIUS MARCELLUS.

Quis & ubi fuerit, incertum est. Ex *Eusebio** apparet. fuisse quendam, qui in negotii Apollinario dederit, ut contra hæresin Cataphrygarum scriberet. Quid enim ei Apollinarius respondérit, & quamobrem scribere adversùs eam hæresin dubitaverit; *Eusebius* indicat loco jam memorato: in quo exemplum epistolæ ejus ad eum Anicium ponit.

*l.5.c.16

HERACLITUS.

Heraclitum (*Hieronymus* & alii legunt Heraclius) in Apostolum compositisse enarrationes, *Eusebius & Hieronymus* scribunt: eumque primum fuisse, qui id argumenti aggressus sit; *Nicephorus** prodidit. Vixit sub Severo.

*l.4.c.35

MAXIMUS.

Sub finem Imperatoris Commodi, & initium Severi, fuit Maximus: vel, ut alii habent, Maximinus; *Hieronymo* autore. Scripsit de vulgatissimâ illâ Hæreticorum quæstione; unde sit malum: & de eo, quòd materia sit facta: *Eusebius, Hieronymus. Nicephorus* addit; eum de his quæstionibus solutiones decisionesq; irrefragabiles edidisse.

CANDIDUS, & APPION.

Candidus, cùm plurima alia elaboravit; tum in Hexameron Commentarios scripsit, in quo argumento itidem Appion magno studio est versatus. *Nicephorus,** *Eusebius, Hieronymus.*

*l.5.c.33.

SEXTUS.

Sub Imperatore Severo, Sextus librum de Resurrectione scripsit. *Hieronymus, Eusebius, Nicephorus* sic inquit: *Sextus resurrectionem scripto suo magnâ laude comprobavit.*

ARABIANUS.

Arianus legas, & Brabianus: ut apud *Hieronymum*, & alios. Hujus scripta quo argumento fuerint, incertum est: nusquam enim indicatur. Diversum ei argumentum à superioribus, *Eusebius* tribuit quidem; sed non exprimit. Et *Nicephorus* ait: *Arabianus insuper in alia quibusdam sacris argumentis multum laboris & operæ posuit.* Non exstitisse igitur eo tempore Arabiani scripta, apparet: aut, si exstiterint, quo consilio omissa sint, incertum est. *Hieronymus*, ut similiter incertus, hoc eis nomẽ dedit: *Opuscula ad Christianum dogma pertinentia.*

JUDAS.

De Judâ ità *Eusebius:** *Hoc tempore* (persecutionis scilicet sub Severo) *& Judas, alius quidam scriptor, in septuaginta Danielis hebdomadas edito commentario, in decimum annum imperii Severi chronographiam terminat. Qui etiam vulgatum Antichristi adventum, jam tùm temporis appropinquare, putabat: adeò videlicet vehementer, mota illìs temporibus adversùs nos persecutio, multorum animos perturbaverat.* Idem ex hoc descripsère *Hieronymus, Volaterranus,** & *Platina:** qui hoc postremum, de adventu Antichristi, sic efferunt: *Error is arguitur, quòd adventum Antichristi suis temporibus futurum dixerit, in quem errorem ideò eum incurrisse putamus: quòd & vitia hominum & crudelitatem eò pervenisse cernebat; ut diutiùs tolerari humanum genus à Deo non posset.*

*l.6.c.7.
*l.6.c.
*in vitâ Pelagii P.

DE AFRICANIS DOCTORIBUS.

DE ALEXANDRINIS EPISCOPIS.

NUllum catalogum Alexandrinorum Episcoporum historiæ nobis præbent: ideò paucis verbis eos complecti cogimur.

Primo Trajani anno, Christi verò 100. Abilio defuncto succedit Cerdo, tertius post Marcum apostolum; de quo suprà dictum est: ut indicat *Eusebius:** quamvis *in Chronicis* eum sub Nervâ collocet; ac undecim annos præfuisse Ecclesiæ asserat. Quæ quidem non ponemus in magno discrimine.

*l.3.c.21.

Duodecimo Trajani, Christi autem 112. Primus domine, vicem Cerdonis, post ejus obitum subit, quartus ordine; & 12. annos gubernationem ejus Ecclesiæ, in ministerio verbi & sacramentorum, sustinet. *Eusebius.** Variat tamen *in Chronicis* suis; quòd nono Trajani anno hæc accidisse scribat.

*lib.4.c. & 4.

Huic Justus, ab aliis Justinus dictus, tertio Hadriani, vel Christi 122. subrogatur: in serie Pastorum ejus Ecclesiæ quintus; fungés, in eo loco, ministerio Euangelii annos 11. *Eusebium.**

*l.4.c.4. & 5.

Eumenes sexto loco succedit, anno Hadriani 13. vel, juxta *Nicephorum,** 12. Hadriani. Docet eam ecclesiam annos tredecim. *Eusebius.**

*l.4.c.25.
*l.4.c.31.

Post hos, Marcus constituitur septimus pastor; ac decennium in eâ functione laborat. *Eusebius.** *In Chronicis*, ponitur Marcus in quintum annum Antonini Pii; hoc est, Christi 145.

*l.4.c.11.

Celadion est octavus: præest autem annos quatuordecim. *Eusebius.** Initium in duodecimum Antonini Pii collocat *in Chronicis*, vel 152. Christi.

*l.4.c.19

Octavo Veri Imperatoris anno, qui est Christi 171. Agrippas, sive Agrippinus, verbo Dei præest Alexandrinæ Ecclesiæ, annos duodecim: *Eusebius.** nonus in ordine. *In Chronicis*, sub sextum Veri annum collocatur.

*l.5.c.9.

Julianus est decimus, primo anno Commodi, qui est Christi 183. ac decem annos ad ejus Ecclesiæ clavum sedet. *Eusebius.**

*l.5.c.9.

Demetrius, decimo Commodi anno, seu Christi 192. Julianum in eodem munere subsequitur: & totos quadraginta-tres annos in eo perseverat. Præclarum sanè curriculum: in quo optimus Pastor sinè dubio varia pericula & adversitates pertulit. Licet enim ex historiis cõjicere, hunc Demetrium ingenio, doctrinâ, fide, & zelo conservandi & propagandi Euangelium Christi, clarum fuisse. Aperuit enim Alexandriæ Christianam Scholam; aut certè eam rectiùs constituit. Pantænum enim, literis & prudentiâ præstantem, ei scholæ præfecit: deinde etiam Clementem & Origenem, illustrissimos sanè viros. In Indiam quoque Pãtænum rogatus ablegavit: quę quidem res testatur, eum ex suâ Scholâ atq; Ecclesiâ, veluti colonias quasdam, non modò in vicina, sed etiam longè dissita loca, transtulisse.

Verùm his de rebus jam, in Pantæni & reliquorum historiâ, exponetur.

Cæterùm, in enumeratione horum Pastorum, *Eusebii* auctoritate præcipuè usi sumus: eò quòd reliqui indè ferè sua descripserint; ac, sicubi variant, incertiora, quàm hic autor, adferant.

PANTAENUS.

Hospitium & officina quædam liberalium Artium, totiusq; Philosophiæ, longo tempore, etiam ante Christi adventum, fuit Alexandria, Ægypti urbs famosissima. Plurimi igitur præclari viri, præstantes ingenio, & instructi omnibus artibus, in eo loco floruerunt. Postquã verò Christus, spartione Euangelii per sua organa, in eã Academiam est ingressus, & aliquam Scholam occupavit: ex ingeniosis & peritissimis Philosophis, doctissimos & facundissimos Theologos effecit; qui vivâ voce, ac monumentis compositis, & locum eum ornarunt, & Ecclesiam Christi amplarunt atque propagarunt.

Fuit igitur & hic noster Pantænus, unus de eximiis Philosophis: quemq; Christus in suam euangelicam Academiam singulari beneficio traduxit. Nam in Scholâ Stoicorũ ab incunabulis fuit educatus: ut inquit *Eusebius.** id quod

*l.5.c.9.

forte

fortè ut indicaret Dominus. Alexandriæ Pantænum etiam natum fuisse. In eâ igitur, ut hactenus horridorum Philosophorum, tam exercitatus profecit: ut ecclesiæ in eâ præfuerit & doctor extiterit. Postea verò (ejectâ relictâ, cum, rejudicatâ Philosophiâ, factitare, non pedibus solùm, verùm totâ mente, in Evangelii doctrinam & professionem concesserit. Id quâ ratione effecerit, aliorumne institutione, an verò lectione Evangelicorum librorum: avertimus hanc cognoscere, & vocationem Dei tam benignam considerare; nisi nobis veritas ejus historiam & scripta invideret. Acciderūt autem ista sub Commodo Imperatore.

Confirmatus porrò, ac probatus satis in doctrinâ Christianâ, dignus habitus fuit, qui primus publicè Alexandriæ Christianam Scholam sive Academiam aperiret, & Catechistes constitueretur: sicut refert *Nicephorus** Quàmvis & in veterem *Eusebii** translationem ea (quâ verò ratione id factum sit, nescimus) inserta sint: quæ tamē Græcus textus prorsus non habet. Eam verò provinciam, ut erat omni doctrinarum genere instructus, præclarè & feliciter administravit: ac inter cæteros Clementem habuit discipulum; qui ei in hac functione successit. nec dubiū est, quin etiam in pluribus labor ejus fuerit salutaris.

* *l.5 c.18.*

* *lib.6 c.3.*

* *l.6.c.13.*

Narrat *Eusebius*,* quòd Clemens, in libro suo de Hypotyposibus, honorificā Panteni, tanquā sui præceptoris, mētionem faciat; exceptiones{q; illius ac traditiones exponat.

* *in Catal*

Celebratur ab *Hieronymo*,* non solùm ob eruditionem in sacris ac profanis literis; sed etiā singularē prudentiam, in rebus omnibus agendis. Imò, quod adhuc majus est, tam excellenti ardore propagandi Evangelium Christi præditus fuit: ut nullos labores, nulla pericula, nullas profectiones, quantumvis longinquas & molestas, in eâ re detrectare voluerit.

Accidit autē, ut Indi, celebritate Ecclesiæ Alexandrinæ, & fortè etiam ipsius Panteni famā, adducti, legatis quibusdam suis, à Demetrio, tùm temporis ejus Ecclesiæ antistite, peterent: ut idoneum & salutarem sibi doctorem mitteret; qui ipsos in verā Evangelii doctrinā pleniùs erudiret; & alios, qui Evangelii adhuc rudes atq; ignari essent, Christo lucrifaceret. Quid hic? Præ cunctis à Demetrio Pantænus, sacræ Scholæ in suâ Ecclesiâ moderator, deligitur; atq; ad eam vocationem designatur. Nam hic tergiversatur Pantænus; non laboribus aut periculis absterretur: verùm isti vocationi, tanquam divinæ, extemplò paret; & iter, quantumvis longum & asperum, ingreditur, futurus post Apostolos Indorum Evangelista. Ubi autem, & quamdiu, ibi constiterit; quos aut confirmârit, aut erudierit; quàm procul & quo successu progressus sit; oblivione summā sepulta sunt: nisi quòd *Hieronymus*, ad Magnum Oratorem Romanū, memoriæ prodiderit; eum in Indiam missum esse, ut Christum apud Brachmanos, & illius gentis Philosophos, prædicaret. Sunt autem Brachmani, (*Ptolemæo teste*) in Indiâ, intra Gangē, sub monte Bittigo siti: qui (*ut Strabo recenset*) Philosophiæ studiis fuerunt dediti; in plerisque cum Græcis consentientes. Dum verò in iis regionibus commoratur; & procul dubio vestigia Apostolorum sagaciter explorat: inter quasdam Christianorum reliquias, reperit Evangelium Matthæi; quod Bartholomæus Apostolus, olim ibi doctrinam Christi plantans, Hebraicè descriptum reliquerat: secumq; Alexandriā attulit; fortè Bibliothecam Christianorum in eo loco, hoc chirographo Bartholomæi, vel etiam durationis gratiā, locupletaturus & ornaturus. Non enim dubitandum est; quin Evangelii Matthæi exemplum prius quoq; habuerint Alexandrini: propterea quòd diligentissimi exploratores, & investigatores sacrorum librorum, fuerint.

Quare autem, deserā Indiā, rursus Alexandriā se receperit; ignotum est. Fortè grandævus, & laboribus defatigatus & exhaustus, quotidianos labores sustinere amplius non posset: patriā, & in certa veterum amicorum, & doctissimorum hominum, vetustā in pristinum usum, mori voluit. An verò & post reditum, gradum aliquem in Ecclesiā, vel in Schola, obtinuerit; incertum est.

Porrò, cùm viva voce plurimùm Ecclesiæ Christi prosuerit; haud dubitandum est, quin & scriptis, tum tot Ecclesiæ sui ævi, tū & posteritati in perpetuū, voluerit. Multa enim & præclara scripsit, quæ ab *Eusebio* & *Hieronymo* recensentur; quorumque paucissima nunc extant. Sed adscribam *Eusebii* verba, quibus ejus scripta recenset: quòd & multa alia de eo scitu dignissima in se contineat; & eadem ex Rufini versione, quòd ibi quædam explicationis causâ utiliter adjectâ sunt. *Clementis verò literis ... plurimæ: apud nos tamen hi sunt, qui inveniri potuerunt. ... eorum libri octo; quos hoc modo pertexuit:* TITI FLAVII CLEMENTIS, DE VERA PHILOSOPHIA, COMMENTARII SCIENTIÆ ... *autem non possumus intelligere. Tanquam quæ vera sit ... Sunt & alii quidem ... libri ejus; quos nec ... informationum vel Dispositionum ... quos nominatim Pastor mandavit, tanquam propria ... & exponens ipse patrem ... & traditiones ejus spe-*

* *l.6. c.1.*

Gg

A

B

C

D

E

F

G

H

hujus etiam Commentaria quædam in Sacras literas post se reliquit; quæ posteriores magno cum fructu legerunt. De hoc colligat, quòd *Nicephorus** scribens Alexandrum, Episcopum Hierosolymitanum, in epistolâ ad Origenem, testari: quòd nec ei cum Pantæno intercesserit, (ubiq; is perhibetur) Apparet autem, passim ab omnibus piis & bonis viris, Pantænum in precio habitum fuisse. Origenes & Hieronymus unanimi consensu; (si nullos alios præclaros viros non dedignari fuerit rem recitare, tanquam patronum fuæ causæ: nempe, tum, exemplo Pantæni, aliorumque insignium Doctorum Ecclesiæ, etiam profanas literas scrutarentur; ut & convincere Ethnicos, & magis illustrare doctrinam Evangelii, possent. Vitio ehim nonnulli ipsis vertebant; quòd tantum studii in profanas literas ponerent, easque etiam sacrorum librorum immiscerent. *Eusebius*,* *Hieronymus ad Magnum.* Floruit sub Commodo, Severo, & Caracallâ. Unde conjici potest, ejus ætatem fortè circiter triginta annorum fuisse: quāmvis ut ortus & finē ejus, in functionibus ecclesiasticis, nihil certi eruditum sit. De morte deniq; nihil habemus.

* *l.6. c.1.*

Quæ igitur hactenus de Pantæno in medium protulimus; pleraq; ex *Eusebio & Hieronymo* depromta sunt.

* *l.6. c.1.*

CLEMENS ALEXANDRINUS.

Clemens, ad discrimen Romani & aliorum, quia plures fuerunt, Alexandrinus cognominatus, floruit (teste *Eusebio & Hieronymo*) sub Severo & Caracallâ, circa 200. Domini annum. Cujas fuerit, & ex quibus parentibus sit natus; incertum est. Divinare fortè possis, eum fuisse patriâ Atheniensem: quia *Epiphanius** dicit, eum ab aliis Alexandrinum, ab aliis Atheniensem, vocari: quòd fortè patriâ Athenienſis, functione Alexandrinus fuerit. Quomodo sit educatus in pueritiâ, & quando conversus; itidē incertū est.

* *Hæres.*

Loca studiorum & præceptores, ipse* recensēt: quem locum nonnihil aliter *Eusebius* citat. Apparet autem ex eo, quòd primùm in Græciâ operam literis navaverit: deinde, versùs Orientem profectus, venerit in Palæstinam: postremò in Ægyptum; ubi & Pantæno præceptore usus est.

* *Strom.*

Fuit autem omninò in hoc homine, ingens discendi cupiditas, ingenium acutum, tenacissima memoria, fervens zelus gloriæ Dei ac Christianæ religionis: ut ex scriptis ejus conjici potest. Porrò, teste *Hieronymo*, Alexandriæ magister Catecheseos factus, homines scholastico more de Sacris literis erudit; quib; per plures horas (ut ex *Origene*, ejus successore ac discipulo, apparet) solitus est Sacras literas explicare, ac summam Christianæ religionis tradere.

Licèt autem fuerit Alexandrinus Presbyter; tamen non soli illi Ecclesiæ servivit: sed, cùm esset maximæ eruditionis, zeli, ac facundiæ, & propterea etiam auctoritatis; aliquoties ad alias Ecclesias instruendas profectus est. Docuit aliquamdiu Hierosolymis, cum maximo illius Ecclesiæ commodo: cùm, eo quidem tempore, duos ea civitas haberet episcopos, Narcissum & Alexandrum. Indè profectus est Antiochiam, proculdubio ibidem docendi, & confirmandi illos homines gratiā. Probatur hoc, fragmento epistolæ Alexandri, Hierosolymitani episcopi, quod ab *Eusebio** citatur.

* *l.6. c.1.*

Verùm, non tantùm voce suis auditoribus, quòd & obscuriores doctores faciunt, inservivit: sed etiā scriptis, tum toti Ecclesiæ sui ævi, tū & posteritati in perpetuū, voluit. Multa enim & præclara scripsit, quæ ab *Eusebio & Hieronymo* recensentur; quorumque paucissima nunc extant. Sed adscribam *Eusebii* verba, quibus ejus scripta recenset: quòd & multa alia de eo scitu dignissima in se contineat; & eadem ex Rufini versione, quòd ibi quædam explicationis causâ utiliter adjectâ sunt. *Clementis verò literis ... plurimæ: apud nos tamen hi sunt, qui inveniri potuerunt. ... eorum libri octo; quos hoc modo pertexuit:* TITI FLAVII CLEMENTIS, DE VERA PHILOSOPHIA, COMMENTARII SCIENTIÆ ... *autem non possumus intelligere. Tanquam quæ vera sit ... Sunt & alii quidem ... libri ejus; quos nec ... informationum vel Dispositionum ... quos nominatim Pastor mandavit, tanquam propria ... & exponens ipse patrem ... & traditiones ejus spe-*

Digitized by Google

[illegible] Et quidem veteres Ecclesiasticos tractatus [illegible] quos in multis reperiri dicit, [illegible] Origenis. [illegible] De ea [illegible] Et alius, Rectissimè [illegible] Nonnulli sed & ille, qui [illegible] Canon Ecclesiasticus. Item alius, De his qui [illegible] quæritur, quem ad Alexandrum [illegible] Et [illegible] Et. In [illegible] eum [illegible] quæ [illegible] [illegible] [illegible]

& Stromatum 2. Fidem dicit esse perfectam purgationem, *Strom.4.* Item *in sequente libro* dicit, Deum per SOLAM fidem dare salutem.

Sacrificium externum negat habere Ecclesiam, aliquoties *Stromatum 7.* Tantùm dicit Preces esse nostrum sacrificium; & aram esse sanctam Animam.

Matrimonium vehementer passim laudat, *Stromatum 3.* confert cum Virginitate, *Pædagogi 2.cap.10.* Stromatum 2. dicit, Scripturam suadere conjugium. Item, Esse ignavi ac imbecilli animi, defugere conjugium. Item dicit; esse Epicuri, Democriti, & aliorũ, qui in voluptate beatitudinem posuerunt, dogma, de fugiendo conjugio. Tuetur & Sacerdotum conjugium, in pluribus locis *3.& 7. Stromatum.*

De Jejunio quoque ità loquitur: ut ostendat, non tam referre, an comedas, vel à cibo abstineas; quàm ut piè vivas, ac à vitiis jejunes. *in Pædagogi 2.cap.1.& Stromatum 7.*

De Sacrarum literarum autoritate rectè docuit; quòd illas solas audire debeamus: quodque illæ verè sacræ sint; quia sacros faciant & deificent: *in Protreptico.*

Imagines quoque passim ità vehementer insectatur; ut ostendat, non esse fas Christiano, eas habere: *in Protreptico, & Stromatum 6.*

Discrimen dierum & locorum, quòd ad pietatem attinet, penitùs tollit. *Stromatum 7.& pluribus locis.*

De libero usu Rerum mediarum, passim *in Pædagogo & Stromatibus* rectè differit.

In Protreptico vehemẽter insectatur Idolorum cultores: quòd incedant comâ sordidâ, vestibus laceris; balneis abstineant; aliqui etiam se castrent; atq; in hisce externis pietatem collocent.

Cleri ordinem superioritatémve ille tantùm hunc novit; Episcoporum, Sacerdotum, & Diaconorum: *Stromatum 6.&* ~. De Primatu Papæ, aliorúmve Episcorum super alios, nihil penitùs scivit. *In libro Hypotyposeon 6.* referente *Eusebio,** sic dicit: *Petrum enim & Jacobum & Johannes, post assumtionem Salvatoris, quamvis ab ipso fuerint omnibus penè prælati; tamen non sibi vindicabant primatûs gloriam: sed Jacobum qui dicebatur Justus, Apostolorum episcopum statuunt.*

* *lib.2.cap.*

Hæreses acriter oppugnavit, & multas refutavit, passim *in Stromatibus.* Gnosticos, autore Prodico ortos, qui sibi summam quandam notitiam & perfectionem, licentiamque quidlibet agendi, vindicabant, & turpissimè vivebant: *Stromatum 2.& 3.* Basilidianos, qui plures deos & metempsychosin, fidem esse naturalem, aliaq; absurda asserebant: *Stromatum 2.& 4.* Tatianum, *lib.3.* Marcionitas, qui dixerunt, Legem non esse bonam, Materiam rerum esse malam, Conjugium & procreationem esse fugiendam: *Stromatum 2.& 4.* Carpocratianos, qui Uxores fecerũt communes: *Stromatum 2.& 3.* Docitas, Cassiani sectatores, qui phantasticum corpus Christo tribuunt: *Stromatum 3.* Anicetas, qui Legem secundi Dei esse dixerũt; eoq; summam pietatẽ esse putarunt, Legi resistere sceleratè vivendo, & sic putaverunt se valdè primo Deo gratificari: *Stromatum 3.* Verùm de his suo dictum est loco.

Contra Gentiles *in Protreptico* agit: sed tamen etiam *in Stromatibus* subindè eos refutat; præsertim *in 1.libro:* ubi temporum supputatione ostendit, Judaicam doctrinam Græcâ longè vetustiorem, Græcosque rivulos indè esse deductos, &c.

¶ Hactenus diximus de veris Clementis sententiis; deq; ejus contra varios errores certaminibus. Nunc etiam de ejus nævis ac erroribus aliquid dicamus. Nihil enim ex omni parte beatum est. Et solis hoc Prophetis & Apostolis divino munere concessum fuit; ut nullos errores habuerint, sparserintve: aliis non item. Sicut ipse quidem queritur; se integritatem & perspicuitatem Præceptorum & Antecessorum suorum non assequi.

Teste Ruffino * alicubi dicit; Christum esse creaturam. quod tamẽ, proculdubio, aut ab Hæreticis suppositũ est, aut contendit Ruffinus: aut à Clemente, ratione humanæ latus, dictum. quandoquidem alibi, ut suprà dictum est, tam apertè tres personas ex æquo honorat; & unum esse Deum omnes tres confitetur.

* *in Apol. pro Origen.*

Dicit, Christum non esuriisse, nec sitisse revera; sed tantùm ideò illius usum, ne videretur esse spectrum: *Stromatum 3.* Sed cõtrà *Stromatum 7.* dicit, Christum suscepisse carnem passibilem. Item, Christum unico tantùm anno docuisse: *Stromatum 1.*

Eos, qui ante Christum fuerunt, honestèque vixerunt, esse justos factos, vel per Legẽ, vel per Philosophiam: sed defuisse tamen eis fidem in Christum. quare in inferno exspectâsse Christi & Apostolorum adventum; eorumque ibi prædicatione esse conversos, ut in Christum crederent: & sic demum servatos esse.

Christum, ante suum adventum, neminem planè servâsse: *Stromatum 5.& 6.*

Peccatum originis non satis intellexit. nam nec causam, id est, quando, aut à quo, hoc malum accidit, satis constanter asserit: nec effectum, id est, quanta indè naturæ corruptio sit consecuta. Nam Serpentem, qui Evam decepit, interpretatur allegoricè voluptatem; nec tamen ipsam historiam penitùs tollit: *in Protreptico.*

Tribuit etiam partem mali, in rerum naturâ, lapsui Angelorum: quos mulierum amore captos, ac ità cœlo delapsos, latiùs sparsisse peccatum, dicit. Qui ei error cum Justino est communis.

Corruptionem naturæ adeò ignoravit; ut nusquam non liberum arbitrium asserat, viribusque humanis nimiùm tribuat. *Stromatum 3.* mirabiliter torquet illud, *In peccatis concepit me mater mea:* intelligens de Evâ; & obscurat. quandam interpretationem afferens.

Insectatur quidẽ noster Clemens Hæreticos Gnosticos; & meritò. sed interea fingit ipse nescio quos Gnosticos in Ecclesia, & Apostolicos, & similes: quibus omnium rerum notitiam, & tantam perfectionem ac innocentiam, quanta in Angelis est, tribuit. Dicit, eos non ampliùs petere remissionem peccatorum; non indigere Angelorum custodiâ; non petere à Deo beneficia: sed tantùm optare, & etiam flagitare, quæ velint; præsertim salutem. Vide *Stromatum 6.& 7.*

Stromatum 2.& 6. dicit, non tantùm Christum; sed & Angelos esse concionatos apud inferos.

Baptismum Hæreticorum videtur damnare: *Stromatũ 1.*

Secundas nuptias sentit esse cujusdam imperfectionis; & non sinè peccato: *Stromatum 3.*

In Selectis, seu *Fragmento illo hypotyposeon*, dicit, transformari Homines in Angelos: ibique primùm discere ab aliis Angelis mille annos; postea totidem docere alios trãsformatos homines; & demum fieri Archangelos.

Stromatum 6. dicit, Josuam fuisse duplicem Mosen: alterum cum Angelis; alterum in monte.

Animas dicit in matrice exspectare semen viri; undè corpus assumant: *in Selectis,* seu *Fragmento.*

In prædicto *Fragmento*, probat etiam ex prophetiâ Enoch, quòd mali angeli homines astrologiam docuerint. quod tamen omnino non est falsum.

Lib.4. Stromatum videtur sentire, Apostolos esse passos pro Ecclesiis, quas fundarunt.

Citat passim Apocrypha: quod & *Eusebius* in eo reprehendit. idque, quod pejus est, nullo discrimine ea canonicis scriptis postponens: quâ ratione noxiis scriptis autoritatem attribuit. Citat autem scripta Barnabæ, Revelationem & prædicationem Petri, Traditiones Matthiæ, Euangelium secundùm Ægyptios, Hermetem, & alia.

¶ De vitâ & moribus Clemẽtis, ejusq; actionibus & certaminibus, nihil sanè habemus; nisi quod suprà indicavimus: eum tum Alexandriæ, veluti ordinarium quendam doctorem, qualis ante eum præceptor ejus Pantænus, & post eum Origenes ejus discipulus & successor, fuit: tum etiam ad alias Ecclesias aliquando etiam longiùs excurrere solitum; ut eas erudiret, confirmaret, erroribus liberaret, ac perturbatos ad quietem deduceret. Facilè igitur apparet, functionem ejus tum laboriosam, tum periculosam, tum deniq; & apprimè fructuosam fuisse.

Quos porrò præclaros discipulos erudierit, ac post se reliquerit; non facilè indicare possumus, nisi quòd omnes uno ore affirmant, Origenem [illegible] fuisse. Verùm mihi valde mirum est; quòd Origenes nusquam in scriptis

de eo meminit. *Eusebius* citat quandam excusationem Origenis: qui se exẽplo Pantæni & Heracleæ defenderit, quòd Philosophica studia attigit. Ubi valde mirum est, non adjungere eum etiam Clementem; si hunc præceptor fuit: cujus exemplo se vel in primis tueri potuisset.

Quam longum porrò fuerit functionis hujus doctoris curriculum, quove tempore in Domino obdormiverit; non est facile cognoscere. *Eusebium* enim & *Hieronymum* dicit, eum sub Severo & Antonino Caracallâ floruisse: quo tempore & Pantænum docuisse affirmant. Verùm necesse est, Clementem diutius floruisse: quandoquidem omnes affirmant; eum Pantæno successisse, & post eum scholam Alexandrinam rexisse. Et quidem oportet eum longo tempore post Pantænum docuisse: quandoquidem *initio Stromatum* dicit, longum tempus inter illam suâ scriptionem, a. liorum Præceptorum auditionem mortemq; intercessisse, ne eo ut ob temporis longitudinem multorum sit oblitus. Sic & in *Fragmento hypotyposeon*, facit Pantæni, tanquã satis dudum mortui, mentionem. Adhæc, testatur *initio Stromatum*, se illa commentaria ideò conficere; ut sibi adsenectæ item præsidium memoriæ cõparet. ut appareat, eum tunc nondum senem fuisse; eoq; etiam, post absolutũ id scriptum, satis diu vixisse. Deniq; & illud est signum ejus, longæ vitatis, & quòd diu post Pantænum docuerit: quòd ista prolixa operolaq; scripta Stromatũ & Hypotyposeon, fortè & alia omnia, quæ satis multa sunt, post mortẽ Pantæni cõtexit. Quo porrò tempore; quã senex, quove mortis genere perierit; nõ certò possumus explorare. Pleriq; tamẽ referunt, eum Alexandriæ naturali morte vitã functũ esse.

DE DOCTORIBUS CRETENSIBUS.

HAbuit insula Creta etiam, post Paulum & Titum, celebres & instructas Ecclesias: sicut hac ætate magni fuerunt nominis Gortynensium & Gnosiorum Ecclesiæ; quibus laudatissimi in historiis, atq; ex Episcopis veteribus clarissimi præfuerunt viri, Philippus & Pinytus: quo tempore Marcus Antoninus Verus, & Lucius Aurelius Cõmodus, imperium tenuêre; ut *Hieronymus* indicat.

PHILIPPUS.

Meminit Philippi Dionysius Corinthius, in epistolâ ad Gortynenses, cum laudem *Eusebius** ostenditq; qui particulas aliquot ejus epistolæ cõmemorat: quòd videlicet ipsius virtutes Ecclesiam etiam suam ornent & commendent. Scripsisse eum contra Marcionem accuratissimum commentarium; idem *Eusebius** testatur, & *Hieronymus.**

* li. 4. c. 23

PINYTUS.

In aliâ quâdam Dionysii, Gnosiis nuncupatâ epistolâ, Pinyti mentionem fieri, *Eusebius* prodidit; hoc quidem nomine: quod Pinytum Dionysius hortatus sit, ne cum periculo gravem castitatis onus fratribus imponeret: ut suprà dictum est. Sed & eam laudem Dionysium retponto Pinyti tribuisse, *Eusebius* testatur: quòd veram de fide doctrinam, rectamq; verbi intelligentiam, tum quoq; curam & solicitudinem erga sibi commissam plebem, in exactissimâ quasi imagine de se ostenderit.

* in Chron.

DE DOCTORIBUS EUROPÆIS.

I. DE ATHENIENSIBUS Episcopis & Doctoribus.

PUBLIUS.

PRoximè ante Quadratum, Publius, ministerio verbi, Ecclesiam Christi, quæ fuit Athenis, rexit. Magnâ autem ibi sæviente persecutione; etiam Episcopus simul ad supplicium abreptus, & martyrio affectus est. Quæ quidem res, & fides, & constantia ejus insignem commendat, nempe, quòd maluerit una cum Ecclesiâ suâ violétam necem perpeti, ac sanguine suo veram de Christo doctrinam confitendo, quam deiectione turpi scandalum infirmis præbere, aut doctrinam Christi blasphemare. Quando autem vel Episcopi vita in eo loco obierit, vel interfectus sit; nõ est satis exploratum. Licet tamen colligere eum tempore Hadriani vixisse; quo Quadratus Apologias suas exhibuit ac pro ea nomine Ecclesiæ in ecclesia stetit, & laboravit. Meminit autem Publii Dionysius & ante eum fuerit Quadratus, & ob confessionẽ passus sit, Dionysius Corinthius Episcopus, in epistola ad Athenienses; ut exprimit *Eusebius**

* li. 3. c. 4.

A

QUADRATUS.

Inter insignes hujus sæculi viros, qui & doctrinâ, & constantiâ, reliquisq; Spiritûs sancti donis, excelluerunt, & hic Quadratus prædicatur. Apostolorum discipulum eum fuisse, *Eusebium** & *Hieronymus*, aliiq; eos secuti, confidenter affirmant. Verùm ex *Eusebii* narratione, in historiâ Ecclesiasticâ, hæc non ità manifestè peti possunt: quamvis eum, cum aliis nonnullis, proxima ætati post Apostolos successisse, dicat. * Sub Hadriano maximè innotuit; præsertim ob scriptum pro communi Ecclesiâ exhibitum Imperatori, & felicem ejus eventum; circa annum Christi 128.

* in Chron.

* li. 3. c. 37.

B

Licet autem colligere, quòd etiam Trajani temporibus vixerit: quia ab Eusebio in proximam post Apostolos ætatem collocatur. ac fatetur ipsemet in quodam scripto, se quosdam vidisse (ut infrà dicetur) ab ipso Christo reſuscitatos. Florentissimo igitur tempore vixit: & haud dubiè ex fidissimis, ac clarissimis testibus, Euãgelii doctrinam hausit. & credibile est, eum non tantùm coætaneum Ignatio, Papiæ, Polycarpo, cæterisq; Ecclesiæ Christi doctoribus

C

fuisse; sed etiam interiori familiaritate conjunctum.

Athenis autem eum fuisse, ibiq; Euangelicã doctrinam summâ fide & dexteritate tradidisse; extra controversiam est. sed, an fuerit patriâ quoq; Athenien sis; aut quo in loco, initio præsertim, in Ecclesiane an in Scholâ, docuerit; obscurũ planè est. Eruditione, fide, excellẽti parrhesiâ, omnibus donis quę Apostolicum successorem decent, instructũ fuisse: tum ex testimoniis Eusebii; tum etiam ex rebus ipsis ab eo gestis, elucet. Imò & prophetico charismate illustris fuit: sicut eodem tempore filiæ Philippi, Amnias, & quidam alii. *Eusebius.**

D

* li. 3. c. 37 & li. 5. c. 17.

Apparet autem; eum, antequam Episcopi functionem, subiret, (quàmvis id certò affirmare non licet) Hadriano scriptum pro Christianis obtulisse; & hac ipsâ re egregiam sibi famã comparâsse. Narrat *Eusebius*; suâ adhùc ætate eũ librum exstitisse, & à fratribus lectum esse. Meminit & alterius libri à Quadrato conscripti, qui *Syngramma* nominatus fuerit. Mire autem eum prædicat: quod nimirum ex eo videre sit; quantâ intelligentiâ præstiterit; quam tenaciter Apostolicæ doctrinæ inhæserit; deniq; etiam quam ex

E

antiquis & priscis fuerit Quadratus. Refert autem ex libro hoc fragmentum. *Servatorum autem*, inquit, *nostri opera semper conspicua & in propatulo erant: erant enim vera. Qui curabantur, quiq; ex mortuis resurgebant, nõ sunt visi tantùm curati & excitati; sed perpetuò & constanter tales erant. Nec; eo tantùm tempore, quo Servator hic versabatur; sed & post illius assensionem, multo tempore in vivis erant: ita ut etiam ad nostra tempora nonnulli ex eis pervenerint.* Hæc ille.

Cæterum, Publio, Athenarum Episcopo, in persecutione interfecto, (sicut Dionysius ille, de quo suprà dictũ est, mentionem facit; ut *Eusebius* recitat) Quadratus in eum locum subrogatus est. Ejus igitur industriâ & studio, iterum conventus aliqui Christianorum, qui antea grassationibus crudelissimis erãt ferè dissipati, cœperunt haberi: & nõnullorum fides, quæ in scintillas exiguas penè abierat & evanuerat, denuò exsuscitata & confirmata est: ut idem Dionysius commemorat. Quanto verò labore & periculis ei tanta res constiterit; facile cogitare est. Quod ad curriculum ejus in hac functione attinet, quàm longum fuerit, & quomodo deniq; è rebus humanis exemtus sit; non est literis proditum.

F

ARISTIDES.

Claruit eodem tempore, quo Quadratus, in Ecclesiâ Atheniẽsi & Aristides, Philosophus insignis, (ut *Eusebius** recitat) doctrinâ & eloquẽtiâ illustris. Quâ verò occasione, & quo tempore, fidem Christianã sit amplexus; ignoratur. Divinarum scripturarum inprimis studiosus fuit. verùm, quo in loco doctrinã Christi professus sit Athenis; in scholâ ne, an in templis; nõ est expressum. Magnâ fide, cõstantiâ & zelo, cum fuisse præditũ; ex hoc ejus facto fit manifestũ: quòd pro totâ Ecclesiâ Christi curam gerens, Apologiam Christianæ religionis cõposuit: eamq; sub illud tẽpus, quo Quadratus* Hadriano obtulit: infimet corã ipso Imperatore, qui videbat favere eloquẽtiæ studiis, luculentissimè peroravit. nec fuit cuiquam tantorum virorum labor. Cæterum

* in Chron.

G

H

tantâ

tantâ arte, tantoque apparatu, splendore atque ornatu orationis, hic Apologeticus sermo fuit ab Aristide conscriptus: ut Hieronymus affirmet, apud Philologos ejus ingenii etiámnum indicium esse; & Trithemius dicat, eum miraculum sui Gentibus hac-ipsâ oratione præbuisse. *Eusebium** ait, suis temporibus hæc scripta à pluribus haberi. & videntur Hieronymi etiam ætate adhuc perdurâsse. Sub habitu philosophico, discipulus Christi, & doctor Ecclesiæ fuit; ut proximus autor refert. Vixit igitur circa annum Christi 128. *juxta Eusebii Chronicon.*

* lib. 4. c. 3.

JOVIUS.

Jovium *Fasciculus temporum*, ait fuisse Atheniensem Presbyterum, & martyrem; discipulum Dionysii.

ATHENAGORAS.

Athenagoras literis & pietate Athenis floruit. Apparet, eum initio philosophicis studiis deditum fuisse, atq; in illis excelluisse: unde, etiam post cõversionem, Philosophi nomen obtinuit. Certè in suis scriptis plurima, ex ethnicis autoribus, contra Ethnicos, depromit. Verùm, quâ sit occasione, & per quem conversus; non est literis traditum. Quam porrò professionem, seu quod docendi munus, in Ecclesiâ Athenien si sustinuerit; (ut non postremum tenuit: quemadmodum ex iis conjecturam capere licebit, quæ postea recensebimus) non est satis perspicuum. In magnâ certè autoritate eum fuisse, necesse est: cùm pro Christianis, ad ipsos Imperatores, legatione functus sit. Exstant ejus scripta duo Græcè: quorum alterum doctrinam de Resurrectione mortuorum; alterum verò Apologiam seu Legationem pro Christianis, ad Imperatores Antoninum & Commodum, continet. *Gesnerus* ait, se adhuc duodecim ejusdem autoris libros habere, *sed desiderari.*

Hinc autem utcunq;, quid de præcipuis doctrinæ Christianæ capitibus senserit, petere licet.

De autoritate & certitudine Verbi Dei inquit: * *Poëtæ & Philosophi illum, cujus vis adeò immensa patet, vel reperire, vel animo & cogitatione complecti, non potuêre; meritò quidem: quòd Dei notitiam non ab ipso peterent Deo; sed intra se quisque eum disquireret. Hinc adeò fa:ium est; ut alii aliter pronuntiarent de Deo, de materiâ, de formis, de Mundo. At nos sententiæ fideiq; nostræ testes habemus Prophetas; qui spiritu divino de Deo ac rebus divinis disseruerunt. Hinc vestrum* (Imperatores) *judicium, & vestrum erga verum numen pietatem, quibus plerosque excellitis, appellamus: equúmne & hominis ratione dignum sit; ut fides, spiritui divino, qui Prophetarum ora tanquam instrumenta permovit, abrogata, humanis persuasionibus adhibeatur.*

* *Apol. pro Christianis.*

Unum esse Deum, asserit. sicut inquit *in Apologiâ: Deum esse unum, universitatis hujus opificem; ut professionis nostræ etiam rationes percipiatis; hoc modo considerate. Si duo aut plures ab initio Dii fuerũt: vel conjuncti illi pariter in unâ eâdemq; naturâ: vel separati fuêre singuli. At conjuncti simul esse non poterant; utpote dissimiles. nam, ut divinitate simules sint; eo tamen erunt dissimiles: quòd alii ingeniti, (unus nempe verus & summus Deus, ingenitus est) alii vero geniti sunt. Verum insuper Prophetarum voces animos nostros muniunt; quibus Spiritus divinus ceu organis utebatur. Dominus, inquiunt illi, est Deus noster: non comparabitur alius ad ipsum. Et rursus: Ego sum Deus primus; & prater me non est Deus.* Et: *Omnis sermo noster unum Deum celebrat, conditorem illum universitatis; qui ingenitus ipse* (neq; enim generari potest, quod est: sed quod non est) *omnia verbo suo creavit.*

Distinctè etiam Trinitatem, sive tres unius divinitatis personas, tradidit. Nam *in Apologiâ* inquit: *Quippe, ut Deum asserimus, & Filium ipsius Verbum, & Spiritum sanctum: (tria quidem secundùm potentiam; Patrem, Filium, & Spiritum sanctum: actu verò & essentiâ unum. Filius enim, Patris mens, verbum & sapientia est: & ab eodem Spiritus, ut lumen ab igne, profluit) sic & alias quasdam potestates esse cognoscimus, quæ vel circa materiam, vel intra eam versantur.* Et peculiariter quidem de Filio dicit: *Filius Dei est verbum Patris in ideâ & efficaciâ: ab ipso enim, & per ipsum, facta sunt omnia, cum Pater & Filius unum sint: ita ut Filius sit in Patre, & Pater in Filio, per unionem & potentiam Spiritûs, siquidem mens & verbum Dei, Filius Dei est.* De Spiritu sancto verò inquit: *Ipsum Spiritum sanctum, agentem in illis qui prophetiços sermones fundunt, ità à Deo emanare, ad ipsum; (Christum) reflecti dicimus; ut emissi à sole radii reciprocant.*

Generaliter de Deo loquitur; quòd inquit: * *Deus ipse est sibi omnia, lux inaccessa, mundus, perfectus, spiritus, potentia, verbum.* Item: *Quod Deus non vult, ideò non vult: vel quòd injustum sit; vel quod indignum sit.*

* *in Apol.*

De actionibus Dei quædam attingit, ut *in Apologiâ: Nos omnibus, non modò factis; sed etiam cogitationibus & sermonibus nostris, tum noctu, tum interdiu, Deum adesse scimus: cumq; & totum esse lumen; &, quæ in cordibus nostris latent, videre.*

De Creatione docuit: non casu constituisse aut constitisse omnia; sed à Deo condita esse, & conservari. Nam *in Apologiâ* inquit: *Omnia Verbo Dei fabricata sunt, & Spiritu continentur hæc universa.*

De Homine verò sic scribit: * *Non temerè Deus hominem condidit: cùm sit sapiens. Sapientis enim opus nullam temeritatẽ. Neq; ob suum usum, aut necessitatem: nullius enim indiget; nullum usum capiat ex rebus à se creatis. Neque, ad gratiam ullius suorum operum, hominem fecerit: nihil enim eorum, quod ratione & judicio utitur, sive id magnum, sive parvum sit, creatum est, aut creabitur, ad alterius usum. Illa enim tantũmodo creantur, ad suam ipsorum vitam incolumitatemq;. Quamobrem, si neq; sinè causa, neq; temerè aut frustra, creatus est homo; (nihil enim, quãtum ad Dei intentionem, inter opera ejus temerarium) neq; item ob rerum conditoris utilitatem: satis liquet. quòd, inspectu primariæ & universalis rationis, hominem Deus creaverit ob se-ipsum, suamq; & bonitatem & sapientiam; quam facilè in omnibus creatis perspicias. Quòd-si propinquiorem, cohærentemq;, ipsis creatis hominibus, causam explores: deprehendes ideò hominem natum esse; ut viveret. Non autem vitâ ejusmodi, quæ paulisper coalesceret; mox deinde in perpetuum extingueretur. Reptilibus enim exiguis, volucribus item & natalibus, istiusmodi vitam attribuit Deus: illis autem, qui illius imaginem in se-ipsis circumferunt, unaq; cum eâ mentem rerum creatricem possident, judiciumq; rationis instructi sunt, perpetuã diuturnitatem assignavit conditor: ut, suo creatore cognito, ejusq; potentiã & sapientiam legibus justitiaq; imitantes, unà cum illis virtutibus feliciter in æternitate perennent; quibus superiorem vitam, cùm adhuc in corruptibilibus & terrenis corporibus agerent, corroboraverunt.* Dicuntur tamẽ hîc quædam perplexius & periculosiùs. Ibidem prolixè probat; Hominem conditum ad immortalitatem.

* *in Apol. Resurrect.*

Angelos docet esse creatas substantias: atq; eorum partem defeciisse à Deo; partem verò in suâ integritate, quâ sunt initio conditi, subsistere.

De Remissione peccatorum, in illis quidem scriptis parum habet. De fide tamen inquit: * *Omnis credendæ difficultas, non temerè, ex futili, nullius; judicii opinione, nascitur; sed ex validâ causâ, & verisimilitudine, plurimùm munita. Tum enim incredulitas rationem justam habet: cùm ipsa res, de quâ non creditur, quiddam incredibile continet. Nam rebus, quæ dubitandi causam non habent, non credere, eorum hominum est, qui sano judicio in discutiendâ veritate minimè utuntur.*

* *de Resurrect.*

De Bonis operibus scribit: * *Summa apud nos lex est, quæ justitiæ modum & exemplar in nobis-ipsis requirit; à nobis ad Proximum transfert.* Refutat etiam crimen, quo deformabantur Christiani, quasi vagis se libidinibus polluerent. *Nos tantum,* inquit, * *à promiscuâ illâ Venere abstinemus; ut ne intuitu quidem nobis lascivior, aut libidini conjunctus, permittatur.* Item: *Non in meditatione sermonis, & structurâ verborum:; sed in rebus opere declarandis, tanquam doctrinâ vitæ, professio nostra posita est.*

* *in Apol.*

* *Ibid.*

De Sacrificio Christianorum ità loquitur: * *Opifex ille & pater universorum, non sanguine eget, non nidore, non floribus & suffimentis fragrantibus: cùm ipse sit odor longè suavissimus, cum nullâ re indigeat, nihil extrà se desideret. Imò maximum hoc sacrificium ducit: si cognoscamus, qui ille sit tantus, qui cœlos extendit & conglobavit; qui terram centri instar constabilivit; qui aquas in mare derivatas congessit, lucem a tenebris discrevit, æthera stellis ornavit, & omne genus fruticis à terrâ produxit; qui animalia creavit, & hominem finxit.*

* *in Apol.*

Et paulo pòst: *Sed quid ego sacrificia & holocausta curem, quibus non opus habet Deus? Deposcit ille sibi victimam intemeratam, & animum rationis compotem, sibi offerri ac ministrari.*

De fine Conjugii inquit: *Spe vitæ æternæ præsentem hanc, ejusq; delicias, & sensum etiam, animæq; non puras, voluptates contemnimus. Itaq; uxorem, quam secundum approbatas nobis leges sibi quisq; duxerit, reputat non in alium, quàm in procreandæ sobolis finem. Quemadmodum enim agricola, postquam semina terræ mandavit, meliùs tempus exspectat; nec alia superinjecit sic nobis etiam concupiscentiæ modum liberorum procreatione definitur.*

Resurrectionis doctrinam luculenter tractat. Nam in libello, quem De resurrectione mortuorum interiit, ità inquit: *Atqui neque possibile est, ut Deus ignoret, vel ex parte, vel ex particulâ, naturam corporum resurrectioni destinatorum. Neque enim latere potest, quò singula ex tabido membra abierint, & quæ in se elementorum partes putrefacta receperint, & in cognatam naturam admiserint: tametsi omnino apud homines id, quod rursum universitati elementorum effusum est, insecernibile videatur, & indeprehensibile. Cum enim, ante procreationem rerum, futurorum elementorum natura, & partes, ex quibus omnia ortum suum traxerunt, non essent ignotæ: neque ignorabit, quò singula recedant, quæ ad perfectionem operis assumsit; ubi integritas illa dispersa fuerit. Atque vires Dei sufficere ad corporum restitutionem, indicat vel ipsorum procreatio. Si enim corpora cum non essent, condidit; eorumq; principia, unde originem trahunt, procreavit: etiam quomodocunque dissoluta, cum eâdem facilitate restaurabit. Id enim illi aquè possibile est.* Et: *Si mens & ratio data sunt hominibus, ad judicationem, non intelligibilium modò substantiarum; sed sapientiæ quoque, justitiæ, & bonitatis ejus, qui illa dedit: necessum est, permanentibus iis, quorum gratiâ rationalis judicatio data est, & ipsam quoque permanere judicationem, quæ illis discernendis attributa est. Hanc autem permanere, impossibile est: nisi ea natura permaneat, quæ illam intra sedem suam recipit & fovet. Qui autem mentem & rationem intra se recipit, homo est; non anima per se. Hominem igitur oportet, utroque conflantem, in perpetuum permanere. hunc autem impossibile est permanere; nisi resurgat: nisi enim intercedat resurrectio, nequaquam permanserit hominum natura. Hominum porrò naturâ non permanente; frustra anima attemperata fuit corporis indigentiæ, ejusq; accidentiis & affectionibus.* Item: *Quòd si ejus, quod utrumque simul est, nimirum compositi ex anima & corpore, finis statuendus est; neque illum, dum in hac vitâ agit, reperire queas; neque tùm, cùm anima segregata a corpore est: eò quòd nihil tale censeri homo debeat, dissoluto aut penitus dispato corpore; etiamsi anima per se superstet: omnino nec esse est, in alia aliqua utriusque partis, ejusdemq; animalis, recompensatione & instauratione, hominum finem apparere.* Idq; cùm ex necessitate consequatur: omninò necesse est, mortuorum aut penitus dissolutorum corporum resurrectionem fieri; eosdemq; homines rursus constitui. quandoquidem finem non quærens, neque quærendus hominum, esse jubet naturæ illa lex: sed illorum ipsorum, qui in superiori vitâ vixerunt. eosdem autem homines rursus constitui impossibile est; nisi eadem corpora animabus reddantur. Ut autem idem corpus eandem animam recipiat; aliter fieri non potest, quàm per resurrectionem.

* lib. de Resurrect.

Pulcrè etiam de brutis animalibus inquit: * *In resurrectione mortuorum, irrationales & inanimata creaturæ non supererunt. Quorum enim natura æqualis non est; illis neque eundem finem & honorem, qui justus est, admittitur: maximè cùm, præter hanc rationem, brutis illis & inanimatis nullius sit justitiæ sensus ac ideò nulla injustitiæ indignatio.*

* in Apol.

De Vitâ æternâ ait: * *Scimus, nos hac mortali vitâ defunctos, alteram hac terrestri longè meliorem, nempe cœlestem, victuros: ut apud Deum, & cum ipso, jam immutabiles & impassibili animo, non tanquam caro, etiamsi eam circumferamus; sed tanquam spiritus cœlestis, maneamus: non autem aliorum lapsus secuti deteriorem & in supplicium ignis.*

* in Apol.

¶ Habuit tamen quoldam in doctrinâ nævos: quos partim ex Philosophiâ, partim verò ex aliis parùm rectè sentientibus, traxit. Nam de Angelis ita scribit: * *Magnum etiam numerum angelorum & ministrorum Dei esse, fatemur: quos opifex & architectus Mundi Deus, verbo suo, tanquam in classes ordinavit, centuriavitque; ut elementa, cœlos, mundum, & quæ in mundo sunt, viceisq; & ordinem omnium, moderarentur.* Item: *Idcirco Angelos Deus creavit; ut rebus à se dejectis provideret. Quamvis enim ipse universalis suâ & communi providentiâ, universis prospiciat: particularem tamen rerum singularem, quæ cuique fuerint commissæ, Angelis imposuit. Cæterùm, ut hominibus arbitrii libertas; circa virtutes & vitia data est; & alii bonâ fide res sibi creditas procurant, alii improbi perfidiq; deprehenduntur: sic etiam circa Angelos res se habet. alii enim ultrò tales manserunt, quales à Deo facti erant; & in munere suo fideles se præbuerunt: alii & res sibi concreditas proterve contumelioseque tractarunt; & præter omne officii sui ac dignitatis decorum se gesserunt; hic inquam materiæ ejusq; formarum constitutus princeps, & alii ex illis, qui circa primum Mundi firmamentum erant. Neque verò hîc comminiscimur quicquam: sed ea, quæ tradiderunt Prophetæ, exponimus. Itaque à statu suo defecerunt alii quidem, amoribus capti virginum, & libidine earum accensi: ipse verò princeps, tum negligentiâ, tum improbitate circa procurationem sibi concreditam. Ex amatoribus virginum Gigantes, ut vocant, non sunt. Hi igitur Angeli, qui, cùm cœlum excidissent, circa aërem & terram oberrantes, non amplùs evehi supra cœlos potuerunt: nec-non anima Gigantum, dæmones illi sunt, qui circa Mundum oberrant. & motus hæ quidem constitutioni, quam a parentibus acceperunt; illi verò, prisinæ libidini suæ convenientes, edunt.*

* in Apol.

Libero etiam arbitrio nimium videtur adscribere; quòd inquit: * *ut hominibus arbitrii libertas circa virtutes & vitia data est (neque enim vos, Imperatores, vel honores bonos, vel pœnâ malos assequeretur, nisi sponte consultoq; alteri boni, alteri mali essent) & alii bonâ fide res sibi creditas procurant; alii improbi perfidiq; deprehenduntur: sic etiam circa Angelos res se habet.*

* in Apol.

Cœlibatum quoque nimiùm evehere videtur. inquit enim: * *Invenias multos ex nostris in utroque sexu, qui in cœlibatu consenescant: quòd in hoc fluxu Deo conjunctiores se futuros sperent.*

Damnat quoque secundas nuptias. nam eodem libro inquit; *Nuptias secundas decorum quoddam adulterium esse. Enim etiam, qui primâ uxore, licet defunctâ, se-ipsum privat, adulterum esse; quanquam dissimulanter; & mandatum Dei transgredi.*

¶ Certamina adversùs Gentes non-parva excellenti fide sustinuit. id quod ex *Apologiâ pro Christianis*, ad ipsos Imperatores scriptâ, apparet. Commemorat enim, tria flagitia ipsis impingi: impietatem, quæ Deos tollat; epulas Thyesteas; & concubitus incertos.

Ad primum respondet: *Negare nos divinam naturam, calumnia est. Non enim prorsus eam negamus, ut Diagoras, cujus impietas jure ab Atheniensibus damnata est: sed unum celebramus Deum, conditorem universitatis.*

Ad secundum respondet, esse mendacium: quia nullus hoc unquam viderit. *Neque servos*, inquit, *nostros hoc latère posset. Spectaculis, ubi homines belua objiciuntur, non interfuimus; ne quid inde sceleris aut piaculi in nos redundet. Quomodo igitur ipsi committeremus homicidium? Et, qui mulieres, medicamenta abortiva utentes, homines occidere, & rationem reddituras Deo dicimus: quâ ratione jam-natos & perfectos homines nos jugulabimus?*

Ad tertium respondet: *Nos certè tantum a promiscuâ Venere absumus; ut ne intuitu quidem nobis lascivior, aut libidinis conjunctus, permittatur. Namque mulierem* (inquit Magister noster) *vel adspectu sibi desiderârit, adulterium jam corde suo designavit. Ergo si vitæ æternæ freti, præsentem hanc, ejusq; delicias, & sensuûm etiam animæq; (non puras) voluptates contemnimus.*

De obedientiâ Christianorum erga Magistratus legitimos inquit: *Nos pro Imperio vestro preces ad Deum fundimus, & ut filius (quod justissimum est) in regno olim parenti succedat; ut ei Imperium vestrum magis magisq; semper augeatur; denique, omnia ex animi sententiâ vobis eveniant, oramus: quod & nobis salutare fuerit; ut quietam tranquillamq; vitam degentes, vobis interim ad quælibet imperata promte inservitamus.*

Fuit itaq; Athenagoras, non tantum doctrinâ; sed etiam fide & confessione, illustris: neq; tractus est summorum Imperatorum minis, aut improborum convitiis; etsi parum videretur proficere. Quia vero contra Gentes ei pugnandum fuit; etiam Philosophorum testimonijs utitur. Et quidem sententias Euripidis, Sophoclis, Philolai, Lylidis, Platonis, Aristotelis, Æschyli, Homeri, Heliodi, aliorumq; quorundam, citat.

Vixit sub Imperatoribus, Antonino & Commodo. Quamdiu verò ministerio docendi sit functus, aut quomodo extremum suum diem clauserit, non exstat.

II. DE CORINTHIIS EPISCOPIS.

Primus.

PRimus nomine, Episcopus fuit Corinthiorum, temporibus Marci Antonini Veri: cujus *Egesippus* mentionem facit; ut narrat *Eusebius** Ex quo apparet ex eâ commemoratione; fuisse Primum, hominem & doctrinâ & famâ clarum; acerrimumq; sanæ & apostolicæ doctrinæ propugnatorem & propagatorem. Divertit enim apud eum Egesippus, celeberrimus vir; eumque eo diebus multis de verâ doctrinâ copiosè contulit: adeò ut hæc tam pia & familiaris collatio, utriq; jucunda, & proculdubio utilis etiam fuerit. Plura de hoc pastore non habemus.

* *Lib. 4. cap. 22.*

DIONYSIUS.

Ejusdem Ecclesiæ, nempe Corinthiorum, Episcopus fuit Dionysius, sub Vero & Commodo Imperatoribus, hoc est, circa annum Christi 174. ut *in Chronicis Eusebii* annotatur. Omnibus autem donis Spiritûs sancti, pro, salutari, ac præstanti Episcopo dignis, præditus fuit. Intigni enim doctrinâ ornatus, singulari fide & dexteritate Ecclesiam, sibi a Domino commissam, gubernavit. Deinde risulos suos foràs traduxit, aliasq; Ecclesias salutari latice irrigavit: sicut & dilectio Proximi, ipsaq; Ecclesiæ necessitas postulare videbant. Sed hæc, quæ modo dicta sunt, ex mentione scriptorum ejus hunt manifesta. Cum autem *Eusebius*, & legerit suâ ætate ea omnia, & tantoperè sit admiratus; ut non piguerit eum breves summas excerpere: ut aliqua vestigia antiquitatis retineamus; vitium est ipsa Eusebii verba interire. Sunt autem Epistolæ octo numero; sicut eas quoq; *Hieronymus* refert. *Est igitur*, inquit Eusebius, * *una ad Lacedæmonios scripta; orthodoxæ institutionem, pacisque & unitatis admonitionem habens. Quæ verò ad Athenienses est, animos fidelium ad fidem, & evangelicam vitæ conversationem, excitat: qui contemptores illius ac negligentes redarguit, quod parum abfuit, quin a doctrinâ fidei deficiant: ex eo, quòd Publius, eorum Episcopus, martyrium sit temporum illorum persecutionibus passus. Meminit & Quadrati, Publii post martyrium in episcopatu successoris: deque illo testificatur, quòd ipsius studio congregati, & fidei excitationem sint consecuti. Indicat & præterea, quomodo Dionysius Areopagites, ab Apostolo Paulo ad fidem, secundum ea quæ in Actis sunt scripta, conversus, primus Athenensis parœciæ episcopatum susceperit. Fertur autem & alia quædam illius epistola, ad Nicomedienses scripta: in quâ Marcionis hæresin impugnans, cum veritatis canone confert. Et Gortynensi Ecclesiæ una cum reliquis per Cretam parœcijs, scribens; Philippum Episcopum eorum laudat eo quod Ecclesia ipsi concredita, pluvimarum virtutum testimonia, commendabilis haberetur: ac simul admonet, ut hæreticorum perversitatem caveant. Et Ecclesiæ Amastrim incolenti, unà cum reliquis per Pontum, scribens; Bacchylidis & Elpisti, utpote quorum hortatu scripserit, mentionem facit: & divinarum scripturarum expositiones adjicit: ac Episcopi eorum, nomine Galinæ, recordatur. Multa autem eos admonet, de nuptijs & castitate: & eos, qui qualicunque ratione, sive per delictum, sive hæreticâ seductione, lapsi sunt, si convertantur, recipi mandat. Ipsis & alia accensetur epistola, ad Gnosios scripta: in quâ Pinytum, parœciæ illius Episcopum, hortatur, ne grave servandæ castitatis onus fratribus imponat; sed multorum se cum exhibuit, attemperet. Ad quam epistolam Pinytus respondens, suppliciter quidem ac laudat Dionysium: verùm vicissim hortatur, ut tam pol. dirè cibo tradito, populum sibi conreditum perfe-*

* *Lib. 4. cap. 22.*

A *dioribus literis pascat; ne, perpetuis lactis sermonibus immorantes, in pueriles institutione negligenter consenescant. Quâ etiam epistolâ, Pinyti quoque circa fidem orthodoxia, curaque pro salute subditorum, prudentia etiam & divinorum intelligentia, tanquam exactissimâ quâdam imagine, monstratur. Ad hæc & alia Dionysii epistola, ad Romanos scripta, & Soteri tunc Romano Episcopo nuncupata, circumfertur: quæ absurdum non fuerit verba quædam hic adducere, quibus Romanorum consuetudinem, ad nostri temporis persecutionem usq; servatam, laudans, sic scribit: Inde enim ab initio hæc vobis consuetudo est; ut cunctis fratribus variis modis benefactatis, ac multis Ecclesijs per totum orbem subsidia mittatis: deinde egentium paupertatem ad hunc modum relevantes, ac fratribus in metallis constitutis subsidia ab antiquo suppeditantes, paternum Romanorum morem Romani servatis; quem beatus Soter, vester Episcopus, non modò custodivit, sed & auxit: cum & largâ subsidia, Sanctorum usibus destinata, subministravit; & redeuntes fratres, tanquam filios pater, amanter complexus, salubribus doctrinis est adhortatus. In hac autem, & epistola Clementis ad Corinthios scriptæ meminit; indicans, eam ex veteri more legi in Ecclesiâ. Dicit igitur: Sanctam hodie dominicam diem peregimus, in quâ vestram legimus epistolam; quam semper admonitionis gratiâ legemus, sicut & priorem nobis per Clementem scriptam. Idem autem ipse, de suis quoq; epistolis, tanquam depravatis, sic scribit: Fratribus, ut scriberem, rogantibus, scripsi epistolas. Has etiam apostoli Diaboli exercitus, alia eximentes, alia verò adjicientes, repleverunt: quibus condemnatio est reposita. Non est itaq; mirum, quòd & dominicas scripturas nonnulli sunt corrumpere conati: cum & eas, quæ tales non sunt, depravare sint aggressi. Præter hæc, & alia quædam Dionysii epistola, Chrysophoræ fideissimæ [illegible] circumfertur: in quâ convenientia scribens, etiam illi competentem spiritualem alimoniam impertit.*

Non videtur prætereundum, quod Eusebius hasce epistolas *catholicas* vocet: forte, quia in Ecclesijs piorum consuetudine sunt legi, sicut Clementis. & æquè annumerari illud, quod de corruptione earum conqueritur. Tantùm de hoc Dion. [illegible]

BACCHYLUS.

Bacchylus, sive Batchillus, ut ab *Eusebio* nominatur, Episcopus fuit Corinthi, in Hellade, circa decimum Commodi, vel Christi 192. annum. Magnam ejus doctrinam atque authoritatem fuisse, vel inde constat: quòd in Synodo, à pastoribus, qui in Achaiâ erant, celebratâ, propter quæstionem Paschatis, universam Ecclesiam Christi graviter concutientem, in præcipuâ fuit authoritate; eumq; conventum maximâ ex parte moderatus est. Denique eorum pastorum nomine, elegantem de Paschate librum composuit. Hæc in *Eusebio*, * ac in *Hieronymi Catalogo*, de eo recitantur.

* *lib. 5. cap. 22. & 23.*

III DE ILLYRICIS DOctoribus.

Quirinus.

PRimùm Tribunus, postea Episcopus factus, per id tempus apud Illyricum, id est, Sclavoniam, martyr Christi obiit. *Supplementum Chronicorum Bergomensis, in Hadriano.*

ELEUTHERIUS.

Romæ is ortus, matre Anthiâ, quam magnus ille Paulus ad professionem Christianam perduxisse fertur. Illa verò nium quoque religionis ejus hæredem fecit; & Aniceto Romano Episcopo tradidit: à quo sacras literas edoctus, Cleri numero interiit; & quintodecimo ætatis anno Diaconi gradum contequit. Mox triennio post Presbyter creatur: & deinde, viginti natus annos, Illyrici Episcopus deligit; vitâ priore signis miraculisq; edendis transactâ: ubi quàplurimis ad Christi pdictis, ab Hadriano accersitus, fide Christi constantissimè defendit. *Nicephorus.**

* *lib. 3. cap. 29.*

Contradictionem habere inter se hæc videntur. Nam, si ab Hadriano accersitus, atq; sub eo passus Eleutherius est, tum Episcopus factus: quomodo ab Aniceto Pontifice, q Marci Antonini Veri temporib. fuit, formari potuit, quoq; episcopatui administrando idoneus esset? Et magnam

tuisse oportet tùm Romanorum Episcoporum humilitatem; tùm pueris pauperibus instituendis operam navarunt.

* in Supplemento. *Bergomensis* * Eleutherium habet, Episcopum Messanensem in Apuliâ: cujus matrem similiter dicit Anthiam fuisse, quæ unà cum Episcopo filio sub Hadriano passa sit.

IV. DE ROMANIS.

Justinus.

CElebris fuit Justinus Martyr & Philosophus; quemadmodum *Eusebius* * indicat. Patriam habuit Neapolin, Palæstinæ urbem: in quâ, patre Prisco Bacchio, sicut ipse testatur, natus est. A quo, ut videtur, ab ineunte ætate, literis discendis traditus est: in quibus progressu ætatis felicissimè versatus, eximius tandem evasit Philosophus. Testes habet multos probatissimos & præstantissimos viros; qui, in disciplinis Philosophicis, atque omni Gentilium eruditione, haud vulgariter excelluisse Justinum, scripsère. Ipse verò, quo pacto, rectæ cognitionis cupidissimus, priùs acquiescere sibi non potuerit, quàm in omni genere Philosophiæ magistris eruditis usus sit; scribit ad hunc modum, in initio *Colloquii cum Tryphone Judæo*, ubi sic incipit: *Ego initiò cupidus eius sodalitii, dedi me in disciplinam cuidam Stoico: & satis diu cum eo moratus, cùm nihil in cognitione Dei proficerem, (nam nec ipse nôrat; & negabat hanc disciplinam esse necessariam) hoc relicto, ad alium transivi, professione Peripateticum, acutum virum, ut sibi videbatur. Hic passus me secum versari aliquot dies, postea mercedem sibi statui poposcit: ne familiaritas nostra esset nobis inutilis. Quapropter & hunc reliqui, haud amplius habens pro Philosopho. Cùm autem animus adhuc mihi gestiret, audire aliquid eximium & Philosophiæ proprium; accessi laudatum virum Pythagoreum, magnæ sapientiæ sibi consciũm. ac mox, postquam cœpi agere cum eo, de me recipiendo inter auditores domesticos; Es ne versatus, inquit, in Musicâ, & Astronomiâ, Geometriaque? an putas, te percepturum quicquam ad felicitatem pertinens; nisi hæc priùs discas, & animam, à rebus sensibilibus ad intelligibiles traductam, reddas aptam virtutis, ipsiusque summi boni, contemplationi? Cumque multa dixisset in laudem harum disciplinarum, & quàm sint necessariæ: ablegavit me, fassum eas nescire. Graviter id tuli, nec immeritò, spe frustratus tantò magis, quia putaram eum scire aliquid. Ac rursum pensitans, quantum temporis insumendum esset his disciplinis, non libuit differre tandiu. Tandem visum est consultius, accedere Platonicos, propter existimationem horum egregiam. Itaque adjunxi me cuidam in hac secta eximio, qui tum recens in Patriam meam venerat: & apud hunc degens, proficiebam indies, placebatq; mihi admodum rerum incorporearum cogitatio, & idearum consideratio mihi reddebat intellectum volucrem: adeò ut brevi mihi viderer factus sapiens; stultè sperans, fore, ut confestim Deum videam. hic enim finis est philosophiæ Platonicæ.* Hæc igitur studia coluisse se, adultâ jam (ut videtur) & firmiori ætate, atq; in patriâ quidem; de se-ipso Justinus ita testatus est.

Quemadmodum verò, & quâ occasione, Christianæ professioni nomen suum dederit; idem statim in eo loco subjicit. Nam, quod *Eusebius* * narrat, ex Justini apologiâ priori; *motum nimirum eum, cùm in confessione & supplicio invictam adspiceret Christianorum fortitudinem & constantiam, ratiocinatum esse: Impossibile esse, ejusmodi genus hominum, improbitati aut voluptatibus (quorum neutrum durum aliquid sustinere; nedum mortem subire potest) obnoxium esse:* ante ejus conversionem evénisse, omninò videtur; nonnihil tamen cautę quasi impellentis attulisse, ut homo, inquisitioni verarum virtutum & rectæ cognitioni natus, amare ex eo inceperit Christianam religionem. Nam & ipse idem testatur, in fine primæ Apologiæ; ubi in votis se inquit habuisse, & pro viribus contendisse, ut Christianus evaderet: postea quam cognovisset, malorum hoc studium esse Genitum, ut infamies Christiani redderentur, & injurias & supplicia sustinere cogerentur. De occasione igitur ipsâ, quâ post hoc factum, interea dum constantiam & virtutes Christianorum admiratus sit & cogitaverit, ad Christianissimum pervenerit, hæc ipse affirmat, in eodem, ex quo priora descripsimus, loco: *Sic affecto collibuit ali-*

* lib. 2. cap. 13.

* lib. 4. cap. 8.

A *quando, ut quietè satiaret, secedere in solitudinem, nullis tristam callibus, in ruscidum quoddam maritimum. & quum propinquarem, solus futurus; senex quidam, adspectu non contemnendus, mansuetos mores vultu præ se ferens, sequebatur me intervallo modico.* & quæ sequuntur. In quibus, ut edoctus admonitione & doctrinâ Senis illius, Philosophiâ abjectâ, Christianus effectus sit, commemorat. Cùm enim longâ disputatione Senex monstrâsset, nullam esse penes Philosophos veritatis cognitionem; neq; eos Deum scire; ut qui ne Spiritu sancto adjuvarentur: pluribus etiam, de immortalitate animarum, de præmiis bonorum, malorumq; simpliciis, disseruisset: Justinus, veris rationibus conclusus, ultrò ei assensus est: atq; ex eo quæsivit; quânam viâ ad eam, de quâ sibi dixisset, veram Dei cognitionem pvenire posset? Is verò Prophetas eum legere, & scrutari, adjunctis pcibus, jussit. Verba Justini hæc sunt: *Quo igitur, inquã, præceptore posthac utendum est? Quis nos adjuvabit; si ne apud istos quidem est veritas? Fuerunt (inquit ille) quondam, ante multa sæcula, viri antiquiores istis omnibus, qui habentur pro Philosophis, beati, justi, Deo chari, locuti divino Spiritu; qui prædixerunt, quæ nunc videmus fieri: Prophetæ vocantur. hi soli veritatem & sciverunt, & prolocuti sunt hominibus, nec veriti quenquam, nec reverити: non decepti opinionibus; sed ea tantum effati, quæ audierunt viderunt q, repleti Sancto Spiritu. Manent eorum scripta & hodie: ac licet lectori ex his utilitatem capere maximam, discenti de principiis fineque, ac cæteris, quæ oportet scire Philosophum illum credulum. Non utuntur enim in differendo demonstrationibus: utpote veritatis testes fide digniores, quàm ut his opus habeant. Cæterum eventus præteriti, præsentesq;, cogunt nos fidem habere horum sermonibus. Quámvis etiam propter prodigia, quæ patrarunt, digni fuêre, quibus crederetur: quoniã & Deum celebrabant factorem patremq; omniũ, & Christum prænuntiabant mittendũ ab eo Filium. quod pseudoprophetæ, impostore impuroq;, spiritu pleni, nec fecerunt, nec faciunt: tantum obstupefaciendo hominibus audent prodigiosa quædam; & illusores spiritus genioq; celebrant. Tu verò ante omnia precare, ut tibi aperiatur lucis janua. non sunt enim hæc cuivis perspicua; sed solis, quibus intellectum dat Deus, & Christus ipsum. Hæc, & alia plura, quæ nunc non est tempestivũ memorare, locutus ille, abiit; hortatus me priùs, ut ea sequerer. nec eum vidi postea. Mihi continùo quidam ignis accensus est in animo, correpto Prophetarum amore, & illorum, quicunque Christo chari sunt. Et, cùm mecum sermones hos revolverem; hanc solam Philosophiam comperiebam tutam & utilem: atq; ità evasi Philosophus.* Significat autem, se ità tandem pervenisse ad cognitionem veræ Philosophiæ; h. e. factum Christianũ.

Ubi tamen ejus conversionis symbolum acceperit, & salutari aquâ Baptismi ablutus sit, nusquam legitur: quemadmodum neq; hoc, quâ occasione ex patriâ Româ profectus sit. ubi professorem literarum egisse, ex *Hieronymo* apparet; qui eum Romæ διαλεγόμενον habuisse scripsit. Quos tamen, vel quid docuerit; de eo nihil exstat; nisi hoc: quòd cum Crescente Philosopho Cynico disputavit, eumq; redarguit, propterea quòd tum imperitus esset, nec se probare Philosophum posset; tum quòd injuriis & delationibus multis Christianos ppetuò infectaret. Verũ enim omino est, Justinum ex eo tempore, quo Christo nomen suum dedit, religionis Christianæ ac disciplinæ acerrimum defensorẽ exstitisse; ac certamina multa ingenti animo fuscepisse; à quibus nec minis ullis, nec morte deniq; ipsâ, deterreri potuit; ut à calumniis & blasphemiis, pfessionem Christianam vindicaret, simulq; ei plures adjungeret. Testimonio sunt gravissimę disputationes cõtra Ethnicos seu Philosophos: in quos, quòd religionis Christianæ non solum hostes essent; verùmetiam alios suo exemplo in contraria abducerent, acerrimũ se præbuit. Testatur & longissimus ille sermo, quem cum Tryphone quodã Ephesi te habuisse scribit; ei confutationes Hæreticorum: quæ sinè dubio validissimæ fuerunt, nec sinè calamitate Ecclesiæ interierunt. Testatur deniq; periculosissimũ illud certamẽ, quod adversùs persecutores Christianorũ magno animi robore sustinuit; ut Imperatores ipsos, eorumque Præfectos, & Senatum Romanum. Quis enim non credat quam omnino fuerit difficile, sinè periculo tam liberè contra eos de-

cantare; qui summum obtinebant imperium, æque atque in Christianos, quietos etiam, & tantùm quæ suæ religionis essent curantes, opprimendos & delendos, pro ciues animos gerebant.

At vide, quantâ utatur libertate ad Senatum Romanũ, *in Apologiâ primâ*, dum se hac necessitate coactum esse ait eũ illis agere exponit: quia in persecutione Christianorũ ipsi non suum officium, & peccent; ideoq; monitore opus habeant. Deinde verò, Urbicũ Præfectum petens, ait, eum nomines afficere suppliciis & morte, tantùm ob nominis Christiani confessionem: quæ verò judicia & sententiæ, nec Imperatorem, vel ejus Filium, nec Senatũ, deceãt. Quemadmodum & *in Apologiâ secundâ*, ad Antoninũ Piũ, ejusq; successores, quâ concitato & vehementi spiritu scripsit, rerum & argumentorũ in eâ gratuitas declarat, liberrimè dicit: *Vos ab omnib. auditu, Pii, Philosophi, custodes justitiæ, amatores eruditionis. An aũt sitis, declarabitis. Non enim adulationis causâ vos compellamus his literis; nec largimur quicquã vestris auribus: sed, ut ferium & accuratam judicandi rationem exposcamus, accessimus vos, &c. Principes decet, inter judicandũ pietatem sequi, ac Philosophiam; non tyrannidem ac violentiã.* Deinde apertè, tam Imperatorem, q̃ Senatum, intimulat injustitiæ: q̃ Christianis non idem concedant jus, quod est aliis sceleratis; sed morti adjudicent non convictos, solo nominis odio. *Accusatos*, inquit, *pro tribunali, priusquam cõvincantur, non damnatis: in nobis verò nomen arripitis pro crimine; cùm in accusatores potius nostros animadvertere deberetis.* Item: *Si quis, accusatus Christianus talem se esse instituerat; absolvitis, cùm nullam culpam positis in eo coarguere. quod si fatentur; ob ipsam confessionem plectitis. Atqui præstaret, tum fatentis, tum negantis, vitam inquisitione excutere; & unumquemq; facto de ipso reddere. &c.* Et iterum: *Non examinatis causis: sed affectu temerario, flagellorũ Furiarum pereiti, occiditis indemnatos, absq; ullo respectu justitiæ.* Item: *Dicet aliquis, deprehensos aliquot in maleficio. quasi verò soleatis in delatos inquirere; ac non plerosq; inauditos ob iam dictã causam damnaveritis.* Est in fine ejus Apologiæ & illa reprehensio: *Degenerastis in pietate à vestris majoribus; quorum exemplum non imitamini. Pater enim vester, illustrissimus Hadrianus, edicto cavit; ne ad tribunalia accusati Christiani damnarentur, nisi certorum criminum rei convicti.* Deniq; tota illi vehemens & gravis oratio, rationibus earum rerum, de quibus loquitur, & defensionibus firmissimis, nititur: cujusmodi illæ sunt; quibus Christianos negat, pro Imperatoris & Senatûs voluntate, idolis sacrificare per pietatem & conscientiam posse: itaq; ob eam rem damnatos injustam vim patiũtur; quibus probat, veram solam esse religionem Christianorum; quorum & mores nihil habeant vitii.

His omnibus etsi tantum non profecit Justinus; ut Imperator religionem suam abjiceret, & Christianus efficeretur: (id enim non scribitur) illud certè obtinuit, ut ad Asianos epistolam pro Christianis Antoninus scriberet; imperans, ut Christiani solùm, qui maleficii convincerent, pœnas luerent: non convicti ab, non punirẽtur hoc nomine, quòd Christiani appellarentur. Hinc igitur clarũ est, quo studio & fide dimicaverit adversùs persecutores, qui occidere tantùm (ut ipse ait) possunt; lædere non item. Quòd si iis, ut videmus, tam acerbum se præbuit: quâ putabimus eum contentione egisse, quibus armis, contra Hæreticos; qui non occidunt, sed animam lædunt ad interitum usq;?

¶ Cùm Ethnicos pariter ac Judæos communi & conjuncto videret studio hoc unum agere; ut convitiis & blasphemiis famem & despectam Christianam religionem redderent; illi verò, qui rerum summâ potirentur, persecutiones in Christianos injustas passim exerceri non prohiberent: adductus hac causâ Justinus, cum utrisq; agere scriptis instituit. Libros igitur edidit, in quorum aliis hostes Christiani nominis; Gentes sc. ac Judæos, refellit & coarguit: in aliis Christianos, eorumq; religionem, apud Magistratus persecutores defendit.

Ac prioris quidem generis est, *Collegium cum Tryphone*, & Pompejo nuncupatum: in quo [illegible] blasphemos in Christum & Christianos [illegible] & corruptelarum Scripturarum [illegible]

quit; & ex Scripturæ fundamentis firmissimè probat, Messiam verum & unicum esse Christum.

Apologia prima, scripta pro Christianis, ad Senatum Romanum: in qua defendit Christianos, & purgat de criminibus, falsò ab Ethnicis in eos confictis.

Apologia secunda, ad Antoninũ Pium, ejusq; successores, Senatũ item & universũ Pop. Romanũ, (sic enim ejus habet inscriptio) in quâ probat, Christianos injustis suppliciis affici; quia accusati tantùm, non autem flagitii alicujus convicti, puniantur: & Christianam religionẽ, ut verâ, defendit.

Oratio paranetica ad Gentes; quâ ex Poëtis & Philosophis probat, antiquissimam esse religionem de uno Deo.

Liber de Monarchiâ: qui diversus videtur esse ab eo, quẽ de Monarchiâ Dei Justinus inscripsit, cujusq; meminerunt *Eusebius, Suidas, & Photius*; sed qui non exstat. Alium enim eũ fuisse, declarat *Eusebius*, * qui Justinum ait, verũ de Monarchiâ Dei, non modò è nostris, i.e. divinis; sed & Gentiliũ scripturis, cõposuisse. Jam verò Justinus, in hoc libello, Ethnicorum tantùm scriptis testimoniisq; utitur est; non nostrorum: quemadmodum & ipse in initio ejus libri testatur; se ex Poëtis antiquis Græcorum testimonia sumsisse. * lib. 4. cap. 18

Expositio fidei, de rectâ confessione, sive de sanctâ & coëssentiali Trinitate. Eum librum *Hieronymus*, in enumeratione librorum Justini, non habet. & verum est, expediciorem esse sermonis cursum: quo constat, parere posse nonnihil dubitationis, an sit genuinus Justini liber.

Epistola ad Zenam & Serenum: quæ complectitur totam vitam hominis Christiani, quem per officia instruit.

Atqui hi verè putantur esse germani Justini libri. Nam eorum, qui sequuntur, aliqui manifestas ipsi notas præ se ferunt, ex quibus suppositicii deprehendantur: ficti ostendemus. Deinde, nec ab Eusebio, nec Hieronymo, inter Justini libros recensentur. Sunt autem hi:

Quæstiones a Christianis propositæ Gentibus: & Gentium ad eas responsiones; earumq; confutationes.

Quæstiones Gentium propositæ Christianis; de incorporeo, & de Deo, deq; mortuorum resurrectione.

Explicationes sive *Responsiones ad Orthodoxos*, de quibusdam necessariis quæstionibus.

Refutationes dogmatum quorundam Aristotelicorum, quem librum tamen attigisse, in vitâ Justini, Photius vocat; in eoque magnam vim ac copiam argumentorũ inesse, affirmat.

Non autem esse Justini librum, *de Quæstionibus Christianorum ad Gentes*, satis hoc probat: quòd in primâ statim [illegible] mentio fit Manichæorum, qui amplius toco [illegible] Justini ætatem secuti sunt.

Responsiones verò *ad Orthodoxos*, plurimis indiciis [illegible] possunt, non esse Justini. Primùm enim, *in quæstione* [illegible] presso autoris nomine, mentio fit Sermonis de Pascha Irenæi; qui sub Commodo demum innotuit.

Invenias etiam nonnulla, quæ cum iis, quæ in libris Justini sunt, pugnant. In Dialogo enim cum Tryphone, Justinus errans dicit; animam Samuelis excitam per ventriloquam, veram & ipsam fuisse Samuelis animam. Contrà autor Responsionum, *quæst. 52.* sentit; quòd, quæ à ventriloquâ facta sunt, operâ Dæmonis facta sint: qui ita perstrinxerit spectantium oculos, ut sibi viderentur Samuelem videre; qui non erat.

Cùm Baptismi ritus, suo seculo receptos, Justinus vigilanter describat, in fine Apologiæ secundæ; ejusq; sæpe mentionem faciat; nusquam tamen meminit unctionis olei aut unguenti: quam in Baptismo adhiberi solitam, autor Responsionum ait, *quæstione 137.*

Quæstione 21. idem autor expressè memini Montanorum, conjugales voluptates aversantium, & pollutionis. Secus & de Solitariis, non eligentib. præsentis vitæ [illegible] ait *quæst. 19.* Quarum rerũ ne nomen [illegible] erat.

In quæstione 14. non ad sententiam modò, sed etiam phrasin Cypriani alluxit: *Falsum vanum, &c. sepultum, quod ab Hæreticis infertur.* ubi & Cornelii [illegible] *Orthodoxi Hæreticum, qui ad rectam opinionem [illegible]*

Argumentum [illegible] certissimum est, hunc librum non esse Justini: quòd [illegible] *quæstione 82. & 86.* allegatur Origenes.

Et *in quæstione 127.* citantur Manichæi, & eorum duo principia.

Alios multos libros Justini *Eusebius*. & post eum *Hieronymus*, *Photius*, atq; *Suidas*, numerant; qui ad nos non pervenerunt. Sunt autem:

Elenchus: quem librum Eusebius & Photius, quartum eorum, quos in Gentes scripsit, nominant. Alius item, in quo *de naturâ dæmonum* disputavit: quem adversùs Gentes quoq; scriptum esse, Eusebius testatur. Alius rursus *de Monarchiâ Dei:* qui non videtur is esse, qui exstat; ut suprà ostendimus. Alii item, qui inscripti fuerunt, *Psaltes. de animâ. & liber contra omnes hæreses:* quem à se scriptum esse, in Apologiâ secundâ ipse affirmat.

* *lib. 5.* * *in lib. vetera Valent.* * *lib. 4 cap. 31.*

Libri numero incerti *adversus Marcionem:* quos *Irenæus* * citavit, & legit *Tertullianus:* qui * Justinum inter confutatores Hæreticarum numerat. Adducit quædam ex illis Irenæus de Marcione; ut *Eusebium* * refert, in hunc modum: *Marcion quidam Ponticus, etiámnum obtemperantes sibi docet, alium quendam nominare Deum, qui minor sit opifice: qui & per quævis hominum genera, ope dæmonum adjutus, multis persuasit blasphema dicere; & factorem omnium negare Patrem esse Christi: sed alium quendam confiteri; ut qui illo sit major. Et quotquot ab illo descendunt, Christiani, sicut dixi, vocantur: quemadmodum & Philosophis, tametsi non habeant communia dogmata, commune tamen est Philosophiæ nomen, quo vocantur.* Et *libro eodem* * hoc scribere Irenæum ait: *Recte Justinus, in volumine suo adversus Marcionem, dicit: Neque ipse Domino crederem; si alium Deum, præter opificem, annuntiasset.*

* *cap. 18.*

Commentarius in Genesin: quem eum scripsisse, *Hieronymus* refert est.

Commentarius in Apocalypsin. Nam *Hieronymus* * ait: Johannes *scripsit Apocalypsin; quam interpretatur Justinus Martyr, & Irenæus.*

* *in Catal.*

Epistola ad Papam: cujus Justinus ipse meminit, in principio epistolæ ad Zenam & Serenum.

Usus est dicendi genere vehementi, & digno eo, qui res agit serias: id quod ex Dialogo, quem cum Tryphone Ephesi habuit, & Apologiâ 2. maximè perspicitur. Propiùs tamen ad Philosophorum, quàm Oratorum, stylum, ejus oratio accedit. Quamobrem & obscurior interdum est. De hoc *Photius* sic inquit: *Dicendi artibus, ea studium non fuit, insitam sibi Philosophiæ pulchritudinem quasi inficere. Itaq; ejus sermo & oratio, qua alio genere valet, vimq; scientiæ & artu retinet, non redolet rhetorum oratorumq; suavitatem; nec illecebris oblectationeq; multos auditores allicit.*

In Colloquio cum Tryphone ipse affirmat; se profiteri doctrinam Propheticam & Apostolicam. & *in Apologiâ 2.* aliquoties repetit; tradere se eam doctrinam, quam ab Apostolis acceperit.

Sicut autem suprà diximus; colligi hoc ex libris ejus, acerrimum eum fuisse religionis Christianæ, contra omnis generis ejus hostes, defensorem: ità articulum, qui in religione Christianâ summus est, & à quo omnes cæteri dependent, de Deo videlicet, rectè ubiq; tradidit & illustravit: non ignarus, hoc quasi capite doctrinæ concusso & labefactato, minam facile induci posse reliquis omnibus partibus. quod unum Diabolus, omnium penè Hæreticorum studiis, molitus est. Justinus igitur etiam peculiarèm librum *de Trinitate* edidit: in quo simplicissimè doctrinam eam tradidit; & clarissimis testimoniis & exemplis illustravit. De Christi verò divinitate & humanitate, & in hoc libro, & in aliis, admodum perspicuè docuit. Rectè etiam de aliis partibus sensit & docuit: ut de Creatione; de Peccato originis; de vero usu Sacramentorum; de Lege quòd per eam nemo justificetur. &c. Quæ singula, quoniam magnâ ex parte suprà à nobis exposita sunt, non est necesse hic repetere.

Illud tantùm addendum videtur: quòd in initio epistolæ ad Zenam & Serenum scribit; se differuisse contra disciplinam quandam inutilem, periclam è traditionibus hominum, cum Pharisæis vitâ conscientiâq; contentiosiùs, *in epistola ad Papam.* Sive igitur ille Episcopum aliquem Romanum vocet; quod incertum est; sive alium hoc nomine: satis tamen ostendit, se contra traditiones hominum pugnâsse. Si enim tanto spiritu autus fuit opponere se Imperatoribus & Senatui; eorumque injusta in Christianos facta, tantâ cum libertate, publicis scriptis damnare: quid mirum est, si etiam Romanis Episcopis non pepercit; præsertim, si tam tetricos cultus & superstitiones, quales in historiis eorum de iis feruntur, in Ecclesiam invehere conati sint. quos ferre Justinum potuisse, & silentio præterire, impossibile tibi videbitur: si spiritum ejus, si animum inspicias, alieniissimum ab omnibus, quæ maculam saltèm aliquam sinceræ religioni adspergere videantur. Sed, ut-ut sit: reprehensionis illud certè satis est; quòd, cùm ritus Ecclesiæ sui temporis prolixè describat, neq; Missæ meminerit; neq; quicquam earum cerimoniarum aut observationum, quæ magno cumulo in Decretis Pontificum, eorum etiam sub quibus Romæ vixit, continentur.

¶ Quæ nævi speciem & erroris in Justino habeant, cùm à nobis exposita sint; hic breviter attingemus: ut, quæ suprà in varios locos sparsa sunt, ordine & ratione operis ità exigente, hic cõjuncta & simul explicata, magis obvia sint.

I. Fuisse te in errore Chiliastarum, somniantium restitutionem amissæ felicitatis in hac vitâ, per mille annos ante rerum consummationem; ipse declarat *in Colloquio cum Tryphone.*

II. Asserit, Platonis doctrinam à Christi præceptis non esse alienam. Forsan ideò, quia non est contraria Decalogo. De Christo enim quid Plato scivisset?

III. Judaicus & crassus error est, exstructus ex dicto *Genes. 6.* malè intellecto; *Videntes filii hominum, &c.* quòd sensit, formam mulierum occasionem præbuisse lapsui quorundam Angelorum. *Apologiâ 1. & 2.*

IV. Videtur inclinare ad Monogamiam; cùm sic inquit *Apologiâ 2: Etiam, qui humano jure duas uxores ducunt, peccatores sunt; judice præceptore nostro.*

V. Nec videtur commodè hoc dixisse; quòd, quæcunque de Christo nato, passo, operato, &c. Christianorũ doctrina habeat, cum Philosophis & Poëtis communia sint: quemadmodum singula inter se confert; & obiter dicit, Christianos cum Græcis contendere. *Apologiâ 2.* In eâdem certè Apologiâ, paulo pòst, Poëtas reprehendit; q̃ prædictiones prophetic as de Christo ad sua figmenta detorserint: quorum exempla aliquot recensel.

VI. Libertatem humanæ voluntatis adstruere videtur, *Apologiâ 2. & in Responsion. ad quæst. 2.*

VII. Atq; hoc violenter dicit: *Qui cum ratione vixerunt, Christiani sunt; etiamsi non novisse Deum existimati sint: quales apud Græcos Socrates, Heraclitus, alii, q; similes.* Ibid.

Similes nævos, & incommodè dicta, etiam *in autore Responsionum* invenias. ut quòd *Quæst. 32.* dicit; Deum initiò hominis naturam condidisse mortalem. Item, Legem esse possibilem: *Quæst. 103.* ubi inquit; *Diligere Deum plus, quàm seipsum; & Proximum, ut seipsum; non est impossibile hominibus volentibus.* Et quòd *Quæst. 8.* Concupiscentiam negat esse peccatum. Tum, quòd *Quæst. 56.* baptizatos ait bonis Baptismi affici, propter fidem eorum, qui eos ad baptisma adferunt.

¶ Mortis causam Justinus eam deniq;, quam sibi animum suum præagire professus est, (quemadmodum ex *Apologiâ 1.* apparet) expertus est. Cùm enim Crescentem quendam, professione Cynicũ, non in disputatione solùm, ob inscitiam earum rerum, quas scire Philosophum decet, sed ob turpes etiam mores, acerbiùs insectatus esset; acq; apud Senatum Rom. ejus vitam & mores publicè culpâsset, ac in disputando imperitiam ej⁹ accusâsset: odiũ ejus in se insatiabile & insidias concitavit, adeò, ut ex eo die nunquã Crescentis animus conquiescere potuerit; quàm ejus morte & sanguine satiaretur: sicut *Tatianus*, Justini discipulus, in libro quem adversùs Gentes scripsit, testatur. Crescentis igitur inquietis insidiis & delationibus, ad mortem tandẽ, Christianissimi accusatus, raptus est; quam cum dignitate, & lætus, ut *Photius* ait, pro Christo pertulit. Verba de Crescente ex *Apologiâ 1.* hæc sunt: *Et ego exspecto, ut a quopiam ex istis per insidias baculo percutiar; vel ab hoc Crescente, jactatore Philosopho. Philosophum enim appellare non dignor, hominẽ.*

[illegible] quæ scis mihi [illegible] Christianos be- [illegible] omnes, & imperatorem ipsum [illegible] scripsi ad [illegible] Nam si quidem à Christi doctrina [illegible] nunciam multa est: & alios multos deterret, qui [illegible] vere, ut de rebus gratis falsa loquantur, [illegible] Ideoque ego, ad vitandam [illegible] dissimulationem, [illegible] tamen [illegible] est ausa, scelestior, qui timuerit celare, & imperiti [illegible] Vole enim, scirem, me cum spectatissimum [illegible] hominum genere, expertum esse & exarguisse hominis [illegible] Id ut persuasum vobis sit; non dubitarem in eadem [illegible] disputationem, cum eo descendere: reputarem ad vos pervenisse [illegible] eorum collegium; nec infrunitam fidem vestram esset hac cautio. Quòd si nota sint vobis illius reprehensiones, meas scire cupiamus reddite: compertum teneto, eum nihil scire.

Martyr autem obiit Justinus, sub Marco Antonino Vero; cum paulò antè martyrio suo Polycarpus in Asiâ functus esset; quemadmodum *Eusebius* * indicat. Nam, quod *Epiphanius*, * in hæresi Tatianorum, ait, Justinum martyrium subiisse sub Rustico Præside, & Hadriano Rege, cùm annorum quidem esset triginta, in consistente ac maturâ ætate; omnino non potest conciliari ei Eusebio, Hieronymo, Suidâ, & aliis pleriſq; qui narrationis de eo occasionem eam accipiunt, quòd Apologiam Antonino Pio exhibuerit. Utrùm aût etiâ ante eum Imperatore Romæ fuerit; de eo certi nihil legitur: nisi quòd verisimile est, eum aliquamdiu antè etiam Romæ versatum, quid de Christianis fieret, fieriq; permitteretur, vidisse. Magis enim persecutione sub Hadriano, motum eum, Apologias scripsisse; quàm Antonino Pio, sub quo remissior erat, videtur. Sed ponatur sanè ejus initium, sub auspicium imperii Antonini Pii: erit nihilominùs honestum ejus curriculum, in ejusmodi Ecclesiæ tristi & turbulento statu, ut nihil usquam nisi Christianis esset; sed persecutionibus omnia arderent, ab Antonino Pio usq; ad Antoninum Verum; nimirum 30. annorum: si eodem tempore, quo Polycarpus, passus est; quem *Eusebius* * ostendit anno 7. Antonini Veri martyrium fecisse. Atq; ità minùs convenit; quòd eum, trigesimo ætatis suæ, Epiphanius martyrio discessisse prodidit.

* lib. 4. cap. 16. lib. 1. contra Hæres. num. 3.

* in Chron.

EVARISTVS.

Evaristus natus est in Græciâ, ex patre Judæo, cui Judæ nomen fuit: quemadmodum *Damasus* & alii testantur. Is quâ occasione Romam ex Græciâ venerit; non legitur: ut nec illud ferè, quâ ratione episcopatum adeptus sit: nisi quòd *Eusebius*, & recentiores aliquot eum secuti, testantur, traditum ei esse Romanum sacerdotium à Clemente. Hæc enim *Eusebii* * verba sunt: *Ex Romanis Episcopis Clemens Evaristo ministerium tradidit.* Quæ sententia cum aliis pleriſque ex diametro pugnat; qui Evaristum, non Clementis, sed Anacleti successorem faciunt: ut *Damasus, Platina*, & recentiores ac vulgatiores omnes. Sed, cùm reclament vetustiores, *Irenæus & Eusebius*; dubitari potest, utrùm Anacletus Evaristum præcesserit, an Clemens. *Irenæus* * enim sic ait: *Fundantes & instruentes beati Apostoli* (Petrus & Paulus) *Ecclesiam, Lino episcopatum administrandæ Ecclesiæ tradiderunt. Hujus Lini Paulus, in his, quæ sunt ad Timotheum, epistolis, meminit. Successit autem ei Anacletus: post eum, tertio loco ab Apostolis episcopatum sortitur Clemens; qui & vidit ipsos Apostolos.* Et aliquantò pòst: *Huic autem Clementi succedit Evaristus; & Evaristo Alexander: ac deinceps, sextus ab Apostolis, constitutus est Sixtus: & ab hoc Telesphorus, qui etiam gloriosissimè martyrium fecit: ac deinceps Hyginus; pòst Pius; pòst quem Anicetus. Cum autem successisset Aniceto Soter; nunc duodecimo loco episcopatum ab Apostolis habet Eleutherus.* Successit autem Evaristus Clementi, anno Trajani 3. ut *Eusebius* * ait: sed à quo numero in Chronico variat; ubi secundum annum Trajani successioni Evaristi tribuit. *Nicephorus* * verò, quartum Trajani annum, ejus episcopatûs initium videtur retinere. Quod tamen evenitur; novem anni, quod plerique faciunt, gubernationi Evaristi adsignentur. Quæ cujusmodi fuerit, quid effecerit aut profecerit Ecclesia, ignoratur, perpauca enim, de rebus gestis [illegible] Romanis, aliunde prodita inveniuntur; sicut fere omnia [illegible] quemadmodum fuerunt auctoritates [illegible]

* lib. 3. cap 34.

* lib. 3. cap 3.

* lib 3. cap. 24.

* lib. 3 cap 25.

Pontius, alii res alienares efficiunt quam per istos, videlicet. Tribuuntur quidem omnibus quibusdam; quæ de gubernatione & doctrinâ eorum testificari merito conveniebat: sed ea pleraq; ab origine sunt, & in legibus ferendis totæ omnium mentes; dogmata verò, quæ præcipua gubernationis pars sunt, aut vera, aut non necessaria, continent.

Adscribuntur Eutychio duæ epistolæ: una ad Africanos; altera ad Ægyptios. De ordinationibus quas Damasus, quem alii plerique sequuntur, hæc refert: *Fecit ordinationes per mensem Decembrem; Presbyteros six. Diaconos duos, Episcopos per diversa loca quinque.* Post quod martyrio functus dicitur, anno Trajani ultimo: ut *Nauclerus* * affirmat. Sed melius sentire *Platina* eos scribit, qui hoc ei evenisse censeant sub Hadriano, Christianis nondum placato. In quam sententiam *Fasciculus temporum* ferme eum Hadriani anno passum memorant. Et *Volaterranus* * scribit, eum ad initium Hadriani perveniſse. Quod ad martyrium attinet; cujus & *Damasus, Platina*, & alii meminerunt: primùm de eo apud vetustiores nihil legimus: quod verisimile non est tam fuisse oscitantes, ut temerè præterirent. Deinde occasiones martyrum, quæ pleriſque primis Episcopis Romanis tribuuntur, præter persecutiones, aliæ nullæ leguntur: sicut nec hoc; quâ constantiâ, quibus moribus inter cruciatus fuerint; & quid, pro sanctorum Pastorum officio, alios monuerint. Ideò in dubium ferè hæc, quæ de martyriis eorum prodita sunt, vocantur.

* Genes. 4.

* Ambrosius Lan.

De annis deniq; & mensibus, quibus Romanæ sedi præfuerit, diversissimæ sunt Scriptorum indicationes. Sed probatiorũ sententias primùm recitabimus. *Eusebius* simpliciter ait, præfuisse eum annis 9. quam sententiam pleriq; sequuntur; ut *Damasus, Gratianus, Platina, Nauclerus, Otto Frisingensis*: nisi quòd adjiciunt menses decem, & biduum. *Nicephori* historia, *Volaterranus*, & *Abbatis Ursbergensis*, octo ei annos tribuunt, cum mensibus decem. *Coronicon* verò *Martini*, & alia quædam Chronica incertorum autorum manuscripta, decem. *Hermannus* deniq; *de Coronicon majus Germanicum*, undecim.

ALEXANDER I.

Romanus fuisse scribitur, patre natus Alexandro: è regione, quæ tùm caput Tauri dicta fuit: quemadmodùm *Damasus & Platina* indicant. Sicut autem ordinis in successione varietas est: ità & in tempore, quo præfuit, nonnulla quidem; quanta sine magno negotio explicari vix potest. Sunt enim, qui quartum eum à Petro Episcopum fuisse scribant; inter quos *Marianus Scotus* est: cum antiquiores & probatiores autores, quintum eum à Petro, tradiderint. Legas & sextum eum à Petro, & septimum ab eo. Tempus porrò, quo fuerit, & quo decesserit, variatim & ambiguè à Scriptoribus indicatur: ut, nisi communis esse historiam Evaristi & Alexandri suspicemur, certo de quid ostendi non possit. *Damasus*, eum temporibus Trajani fuisse, palàm affirmat. quod ità verum esse possit, si intelligeremus, ultimo eum Trajani anno, (sicut *Nauclerus* ait) Evaristo successisse. Sed quid de illorum sententia dicemus, qui etiam passum eum sub Trajano affirmant? quidem non contemnendi autores: ut *Beda*, & *Marianus Scotus*. Unus est inter recentiores, *Otto Frisingensis*, qui anno quarto Hadriani Alexandrum decessisse ait. Id non convenit cum annis, quibus scribitur præfuisse. *Nauclerus* & *Volaterranus* sententiam sequuntur. De eum mirum est, quòd, cùm in Evaristo, eorum testimonio, qui Evaristum ultimo Trajani anno passum [illegible] correxissent; idque factum sub Hadriano, probabile se censendum, judicâssent: tamen, post quatuor versus, sibi-ipsi prorsus contrarius, de Alexandri [illegible] tempora eum Hadriani perveniſse: [illegible] Alexandrum sub Trajano, ità ut Hadrianum [illegible] rit. Vides igitur, utriusque, de Evaristo [illegible] pus conditionis eadem esse: cum [illegible] plicitus explicet, duodecimo anno Trajani [illegible] persecutionem Ecclesiæ Romanæ [illegible] narrat: ac paulò [illegible] eum complexa [illegible] Chronico) annis non [illegible] Successisse [illegible]

* lib 3. cap. 34.

Alexandri, anno Trajani Cæsaris decimo tertio, gerens
*vide 4 c. 1. *sic 5. c. 4. principatum Hadrianus adeptus est. * Tertio
quidem Hadriani principatus anno, Alexander Episcopus
Romanæ urbis fuit. Ita vitæ finem fecit, ut plerique
omnes sentiunt, anno Trajani tredecimo, ad
tertium Kalendas. Hæc ratio temporis perspicua est: quæ,
nisi aliis, qui diversam prodiderunt, fuisse ne-
gotium. Sed nunc ad librorum Alexandri revertimur.

Primum ei * tribuuntur; sed quæ mera decreta &
* tom. 1. Concil. constitutiones continent; de quibus suprà dictum est. Ver-
B tuntur in eo & res quædam, & virtutes verè episcopales; si
recte (animum) quod, cùm morum gravitate ac vi-
tæ sanctimonia conspicuus esset, bonam Senatûs Romani
partem ad idem convertisset: deinde, Hermetem, urbis
Præfectum, cum totâ domo, hominibus scilicet mille &
sexcentis. Autores sunt, *Hermannus, Jacobus Philippus, &*
quædam Chronica manuscripta.

* lib. 3. Sunt, qui & miracula ei tribuant: ut *Bergomensis*,* & au-
tor *Supplementi Chronicorum*. Quirini enim Tribuni, eo-
C tâ familiâ conversi, filiam Balbinam sanavit. Et Hermetis
filium mortuum ad vitam revocavit: ancillæque ejus cæ-
citatem restituit. Citat idem etiam *Hermannum*.

De ordinationibus ejus Damasus sic inquit: *Fecit ordi-*
nationes tres per mensem Decembrem; Presbyteros sex, Diace-
lonos tres, (secundum *Platinam*, tres) *Episcopos per diversa lo-*
ca quinq;. Post quas tandem, Aureliani Præfecti mandato,
una cum Eunutio & Theodulo Diaconis suis, ac Hermete,
in carcerem conjectus scribitur. In quo primum hoc
miraculi exemplū accidit: ut, diversis inclusi carcerib. Ale-
D xander & Hermes, in eundem tandem convenerint; ducto
ab Angelo, per fores & seras triplicatas, ad Hermetem A-
lexandro. Narrant *Hermannus & Henricus Erfordiensis.*

Deinde verò, fortitudinis exemplum memorabile A-
lexander præbuit. Cùm enim ungulis ferreis & igne ure-
retur, tacuit. Interrogatus verò ab Aureliano, *Ecquid ta-*
cendo respondit; habere se, quod cum Deo loqueretur: (orare
E scilicet significans) *quamobrem cum hominibus loqui sibi modò non*
liceret. Autores sunt, *Honorius, & Nauclerus.** Ità igitur di-
* Genet 5. missis, Alexander, & qui cum eo vincti tenebantur, cru-
ciatibus affecti, martyres tandem effecti sunt, quinto No-
nas Maias: ut vulgata *Chronica* habent omnia, & *Platina*.
Eusebius simpliciter dicit, (quemadmodum suprà osten-
dimus) hunc unum eum esse & vitâ & episcopatu, anno
F [illegible], posteaquam Ecclesiæ decennio præfuisset.

SIXTUS, vel XYSTUS.

Alexandro Sixtus surrogatus est; cùm annum imperii
[illegible] tertium Hadrianus ageret: ut *Eusebius* monet. nec va-
riat ab illis quicquam legimus: nisi quòd unus *Haloander*,
anno uno ante principatum Hadriani, ad episcopatū Six-
tum pervenisse, scripsit. Romanum fuisse, patre Pasto-
re, alii volunt, (inquit *Platina*) Heluidio; qui fuerit
derivatione Viâ latâ (*Chronicon Martini* habet, Viâ Lati-
na) a *Damaso* omnes ferè sentiunt. In Gallias, docto-
G rum propter persecutiones continuas, exitus & spolia-
tas Peregrinum Episcopum (*Platina* habet, clvem) mi-
sisse eodem, quæ ibi extincta ferè erat, Gallos revoca-
re. Quod ubi Peregrinus effecisset: domum regrediens,
martyrium fecit. Hæc scribunt, *Martinus, Bergomensis,*
Platina, Ubertus Crantzius.

Tribuuntur ei à recentioribus duæ epistolæ: quas *Euse-*
bium, Hieronymum, & alii vetusti autores, prorsus
[illegible]. Status verò, posteaquam ordinationes ter in
[illegible] habuisset; creassetque Presbyteros 11. Diaco-
H [illegible] fecisset; 11. verò, ut *Platina*) & Episcopos,
[illegible], persecutione sæviente, ad martyrium
[illegible]. Cùm Eusebius simpliciter dicat, an-
[illegible], tantum eum esse Ecclesiæ gubernatore;
[illegible] annum decem sustinuisset. Cui *Damasus* &
[illegible]: qui tantum addunt tres, &
[illegible] Presbyteribus.

TELESPHORUS.

Telesphorum Græcum fuisse, Scriptores tradunt &
[illegible] Antiochenses dicunt, [illegible]

[illegible] Hieronymi. Sed [illegible]
[illegible] quod Marcus refert [illegible] Anto-
nius Pius, [illegible] Telesphoro [illegible] tribuit: [illegible]
[illegible] sit perperam [illegible] Hadriano tracta.

* lib. 4. cap. 10.

Epistolæ ei * [illegible] tribuuntur, * etiam ad omnes [illegible]
* Lib. Pontificalis. fideles; quæ nihil doctrinæ continent: sed Clerum [illegible]
monet, ut [illegible] ante Pascha hebdomadas sex [illegible] je-
junet: cum contrà [illegible] * Nemo [illegible]
* Col. 2. vers. 16. [illegible]. Deinde Missas cantare; & rituum [illegible]
alterius alligat. cùm neque propter numerum, neque [illegible]
nomias, neque tempus, Cœna Domini [illegible] celebrata. Cleri-
corum item dignitatem & sanctitatem [illegible] esset supra ple-
beiam. quasi non sit scriptum: * *Omnes vos unum [illegible] Chri-*
* Gal 3. vers. 28. *sto Jesu.* Ità nec ārgui vult à populo Sacerdotes, nec accusa-
ri: eamq; legem hrmisissimum vocat sui ordinis murum,
constitutum à se & Patribus contra persecutores.

Ordinationes ei quatuor tribuunt *Damasus & Platina*;
quibus ordinavit Presbyteros 13. Diaconos 8. & Episco-
pos, per diversa loca, 13. Post eas vitam suam martyrio fi-
nisse, etiam *Irenæi* testimonio scribitur; quod indicavit
Eusebius:* cùm Ecclesiæ præfuisset annis 11. ut testatur *Eu-*
* lib. 4. cap. 10. *sebius* ibidem. *Damasus, Platina*, aliiq; plerique, addunt
menses tres, dies viginti & unum. Quæ ratio esse potest,
quamobrem *Crantzius*, in annum duodecimum præfuisse
eum, scripserit.

HYGINUS.

Hyginus Græcus fuit, Athenienses patriâ, Philoso-
phi filius: quemadmodū *Damasus* & alii prodiderunt; sed
genus ejus se inveniss negant. Telesphoro successit, anno
1. Antonini Pii; juxta *Eusebium*;* anno Christi (secundum
* lib. 4. cap. 10. eundem) 142. Quo tempore Romam veniss scribuntur
Valentinus & Cerdon Hæretici, multos seducentes: con-
tra quos nihil susceptsse aut egisse Hyginus legitur. Sed
Polycarpus postea eò venit; & plures, in errorem & hæ-
resin seductos, in viam reduxit. Quod an non ex officio,
Romani Episcopi magis fuisset; quàm extranei adventi-
tis? quemadmodū & defensionem religionis ac fidei Chri-
stianæ instituere; quod, sub hoc eodē tempore, cum perí-
culo suo fecit Justinus? Nihil igitur præclari, de guberna-
tione & factis ejus, commemorari potest.

Allegant ejus unam epistolam, & gravissimè commen-
dant, de Trinitate & Unitate, *autor Supplementi Chronico-*
rum, Hermannus, & Crantzius: quæ inter epistolas ejus de-
cretales, hac inscriptione, non extat. Prior enim inscribi-
tur, *Ad omnes Christi fideles, de fide & aliis causis:* posterior,
ad Athenienses.

Martyrem & eum decessisse, pleriq; de Pontificū Ro-
manorū historiis libri affirmat: ut *Volaterranus.* * Quám-
* Anselm. pol. Lib. vis mortuum simpliciter etiam *Platina* dicat, post ordina-
tiones tres: quibus creavit Presbyteros 15. Diaconos 5. E-
piscopos, per diversa loca, 6. Præfuit annis 4. ut *Eusebius*
indicat; & mensibus tribus; ac diebus 4. ut *Damasus*.

PIUS.

Anno imperii Antonini Pii quinto, quo Hyginus de-
cessit, Romanæ Ecclesiæ sacerdotium Pius suscepit. Ita-
lus fuisse natione, patriâ verò Aquilejensis, patre Rufi-
no quodam natus, scribitur. *Damasus* eum fratrem Pas-
toris vocat, Hermetis scilicet: cujus autoritate Bononiæ
ne, Pius Paschāris celebrationem die dominico [illegible] con-
tendere confirmavit: quod in priori epistolā decessoris Pii, scri-
ptā ad omnes Christi fideles, ad hunc modum [illegible] memo-
ratur: *Isto temporibus Hermes, doctor [illegible] Scripturarum, as-*
sedit inter nos. Et licèt nos idem Pascha [illegible] die celebre-
mus: quia tamen quidam indebitum erant, ad corrigendas ani-
mas eorū, eidē Hermæ Angelus Domini [illegible] Pastoris ap-
paruit: & præcipit ei, ut Pascha die [illegible] ab omnibus ce-
lebretur. quod & vos Apostolicā autoritate instruimus.

Platina verò, non fratrem hunc Hermetem Pii [illegible]
liarem fuisse scribit, quod [illegible] Pius [illegible]
cessisset [illegible] Quem [illegible] S. Paul [illegible]
[illegible]

[illegible] Pius Aquileiensis. Hyginus Gortynius. [illegible] Thelesphorus, qui [illegible] Decembri quinquebantur. Hyginum Pius Romanus 10. [illegible] Pium 15. annis, mensibus 4. Anicetus 11. Romanus, [illegible] Pii, anno Antonini Pii 10. [illegible] Romanæ Ecclesiæ (juxta *Eusebium*) annos octo & [illegible] annis totos tenuit. Ignatius vero annos 11. alii 4. & dies 3. Quod si illos recipias [illegible] Alexander Veri Imperatoris Pium antegressi [illegible] annos 12. eum subsecutos, præfecisse, [illegible]

PIUS I.

In antiquissimis [illegible] manu-scriptis exemplaribus, Anicetus Pio præpositus reperitur, quod & *Platina* indicavit: de autore operis *de Concilio*. Anicetum quoddam vetustissimum reperisse ait, in quo Pontifices Romanorum ordine hoc modum annocatus sit: sed *Eusebius* & *Irenæus** Anicetum post Pium numerant. Syrum autem fuisse Anicetum, perhibent: & patrem ejus Johannem quendam fuisse, de vico Humisia, ut *Damasus* vult: alii Amisa: *Platina* verò Vicomurco: alii Vicomarco, Vicomiro, Vicomiroli. Pio successit, anno 20. imperii Antonini Pii: quemadmodum *Nicephorus** indicat. Quo tempore Egesippus Romam se venisse refert, ibique commoratum usque ad Eleutherium: ut *Eusebius** indicat. Sub hoc Anicetus, A. VIII. episcopus Romam venit; ut refert *Irenæus*. *Eusebius* [illegible] se seductos hæresi Valentini & Cerdonis multos, ad veram fidem (quod & suprà meminimus) revocavit. Deinde, super observatione Paschatis cum Aniceto disputationem gravissimam habuit: ita tamen, ne simultas aliqua inter eos oriretur: quemadmodum suo loco ostensum est.

Alii præter hunc Scriptores Chronici faciunt: ut *autor Supplementi Martinum Velaterranum*, *Platina*. Ordinationes [illegible] Diaconos [illegible] quinque; quibus in Cleri ordinem le[illegible] Pontificatus [illegible] annos, ut *Platina* refert, 19.) Diaconos 4. Episcopos, per diversa loca, 19. Præfuit annis 11. juxta *Eusebium* & *Damasum*, quamquam *in Chronico* [illegible] assignet annos 10. Martyr obiisse alii tres; alii quatuor, & dies tres. Imperiales & novem ei annos tribuit ut in *Supplemento Chronicorum*.

SOTER.

Natione Campanus fuit, de civitate Fundis; patre Concordio. Successorem eum fuisse Aniceti, etiam *Egesippus* scripsit; referente *Eusebio*.* Successit autem anno imperii M. Antonini Veri 8. anno Christi 171. quemadmodum [illegible] indicat.* Soteri laudem egregiam, beneficentiæ [illegible] & hospites, ac doctrinæ, tribuit *Dionysius* [illegible], in epistolâ quâdam ad Romanos scriptâ. Ordinationes [illegible] *Damasus* tribuit; *Platina* verò quinq;: in quarum [illegible] Presbyterorum 11. (seu, juxta *Platinam* 8.) Diaconos tres, & Episcopos 11. ordinâsset; mortuus est: anno 17. principatus Antonini Veri; cùm episcopatûs Romani gubernationem administrâsset annis 8. ut *Eusebius** indicat. *Platina* tamen, cum Chronicis aliquot antiquioribus, ut *Rudimento novitiorum*, & *Chronico Erfordensi*, novem ei annos assignans; *Albertus Crantzius*, decem.

ELEVTHERIUS.

Corinthus fuit, Nicopolitanus patriâ; patre natus Abundio [illegible] *Damasus* & *Platina* indicarunt. Soteri in episcopatu [illegible] anno 12. Marci Antonini Philosophi. *Egesippus* [illegible], quemadmodum [illegible]* refert) hunc Eleutherium [illegible] Antonini Aurelii, eo tempore, quo Romæ ipse diversatus [illegible] eandem sentit Eleutherium, Aniceti [illegible] successorem. [illegible] martyres Eleutherio Irenæus [illegible]: [illegible] *Eusebius*.* Is verò Lucio, Britannorum Regi perscribenti [illegible], Damianum & Fugatium [illegible]: quemadmodum ut refert De propagatione [illegible] Antonini [illegible]* *Damasus*, *Naucleria* [illegible]. Adoptatus [illegible] Galliæ directa: [illegible]. De ordinationibus [illegible] [illegible] *Fertur ordinasse* [illegible]

VICTOR.

Afer fuit, de patrem habuit Felicem: ut *Platina* olim dixit. Eleutherio successit anno 10. Commodi: [illegible] indicat. *Hieronymus*,* [illegible] Latinè scripsisse in Christiâ religione, asserit. Quas verò de Paschate excitârit Victor; & quomodo repressus ab Irenæo & aliis: dictum est suprà, in capite de *Scriptoribus Ecclesiasticis** ex libro contra Artemonis hæresin, relato: quòd Artemon dixerit, Victorem, & omnes alios veteres doctores Romanos, usque ad Zephyrinum, secum sensisse; Christum purum hominem: sed id de eo verè dici non posse, eoque probari; quòd Theodotum Coriarium Byzantinum, Romæ docentem, Christum tantùm hominem esse, ab Ecclesiâ statim ejecerit.

De ordinationibus ejus, *Damasus* [illegible] Fecit ordinationes duas per menses Decembri: Presbyteros 4. Diaconos 7. Episcopos, per diversa loca, numero 12. *Platina* ex supplemento Chronicorum ait, eum libros de Religione composuisse; & diem suum obiisse. *Damasus* verò, martyrium eum fecisse asserit; & vulgata Chronica plerique in *Supplementum** & *Chronicon Henrici Erfordiensis* annos imperii Severi 8. seu (juxta *Eusebium*) 9. cum præsedisse annis 10. juxta *Eusebium*,* *Damasum*, *Hieronymum*,* & *Platinam*. *Henrici Chronicon*, duodecim ei annos assignavit.

EVENTIUS & THEODULUS.

Platina: Theodotus legit. Fuit uterque Diaconus Alexandri primi, cum quo & martyrium perpessi [illegible] quemadmodum *Damasus* indicat.

PEREGRINUS.

Cujus & suprà, in historiâ Sixti Pontificis [illegible] Romanus fuit Presbyter; quem Gallis petentibus [illegible] rum Sixtus misit apud quos cum religionem Christianam, continuis persecutionibus perturbatam, ac fere [illegible] propemodum, reliquisset, Romamq; regredi destinasset; in itinere martyr factus est.

CONCORDIUS.

Presbyterum Romanum [illegible] Concordium, martyrio defunctum sub M. Anton[illegible]* memorat.

SYRUS, & HERMAGORAS.

Supplementum Bergomense, Syrum Episcopum [illegible] seu Papiæ fuisse, narrat: Hermagoram verò Aquileiensem, qui Syrum ad Papienses, propagandi Euangelii [illegible] serit: ubi multos ad fidem Christianam Syrus perduxerit; ac postea Genuam etiam maritimam civitatem, & Dertonam Aliæ urbem, converterit.

APOLLONIUS.

Senator fuit Romanus, celebris ob hoc; quòd [illegible] pietatis Christianæ & confessionis, se trucidari [illegible] & ordine suo posthabito, passus est. Cum enim [illegible] prodisset; & ab aliis, quia Christianum se profiteretur, accusatus esset: à Senatu jussus est fidei suæ rationem reddere. Igitur, insigne volumen, posteaquam primùm [illegible] rum de religione Christianâ scripsisset, & in [illegible] tisset; sententiâ Senatûs [illegible] perculsus est: [illegible] sa nimis haberetur autoritas veteris [illegible] Christianum delatum, nihil [illegible] negaret; sed capite plectendum [illegible] martyr Apollonius fuit; [illegible] quisitare Ecclesiæ [illegible] [illegible] natum [illegible] plenum [illegible]* [illegible]*

MARTIANUS.

[illegible]* Martianus [illegible] vocat: ad quem [illegible] [illegible] clarandæ prædicationis Apostolicæ [illegible]

MARTYRIO Wallium, *Supplementum Bergomensis*, indicat, fuisse Episcopum Derdonentem; martyrio perfunctum sub Hadriano.

RUFFINUS.

Presbyter Romanus fuit, *juxta Vincentium in Speculo*: * ubi longam ejus historiam texit.

V. DE GALLICANIS DOCTORIBUS.

PHOTINUS.

PHotinus, Lugdunensis Ecclesiæ Episcopus fuit, proxime antecedens Irenæum; quem quidem sub se habebat Presbyterum: ut apud *Eusebium* * videre est. Nihil autem aliud, præter testimonium de ipsius martyrio, in literas relatum reperimus. In Gallicanâ enim epistolâ, ad Asianos perscriptâ, quam suprà ad verbum recensuimus, etiam hujus Photini mentio fit. Et primùm quidem, quòd fuerit nonagenarius senex. Multos igitur annos Lugdunensem Ecclesiam haud dubiè præclarè gubernavit: nec propter persecutionem, pericula aut tormenta, vel exiguâ quâdam molitie, quicquam vacillavit: sed constantiæ & confessionis exemplum cunctis præbere voluit. Abreptus igitur est ad supplicium, una cum cæteris Christianis; qui agminatim ad necem ducebantur. Cõfessionem hic tuam coram judicibus intrepidè edidit. verùm senilis Præsidis iram confessionem venerandi Senis excipiens; *quisnam sit Deus Christianorum?* quærit. Cùm autè Photinus non obscurè cerneret, eum non simplici dicendi studio interrogare; sed ut tartaricis Christianos exagitaret: noluit margaritas ante porcos projicere; neq; aliud ei responsum dedit, quam hoc: *Si dignus* inquit *fueris, cognosces.* Eam verò responsionem, ut protervam, & in majestatem suam contumeliosam, accipiens Præses, confestim jussit eum plagis ad hoc, ejusq; os pugnis compesci. Adsunt igitur ministri, & alii quamplures, dicto Præsidis exemplò parêtes; & indignis modis, pugnis, & ut cuiq; promptum erat, optimum senem cædentes. Ac vidisses certatim impiam multitudinem, in debilem senem impetus facere, ferire, rapere, conculcare, & è longinquo in ipsum immittere, quicquid furor subministrabat. Credebant etiam, se hoc cœlesto zelo suos ethnicos deos ulcisci: quos iste doctor acerrimè semper impugnarat, & execratus fuerat. Denique, ægrè spirans in squalidum carcerem conjicitur: in quo post biduum vita fungitur.

IRENAEUS.

Non exigua laus censeri debet; quòd *Eusebius* * inter omnes coætaneos Irenæo palmam tribuit. Cum enim plura monumenta Irenæi, atque indubitata testimonia, Eusebii temporibus, passim in manibus piorũ fuerint, quàm nunc habeantur: expeditius tanè & certius de hac re judiciũ facere potuit; quàm ex posterioribus quisquam alius.

Ex quibus parentibus, aut quo loco in hanc lucem primùm editus sit; incertum est: quia à nullo autore fide-digno, quod quidem nos sciamus, relatum est. Quæ verò sit nostra conjectura, post pauca indicabimus.

In pueritiâ versatus est in schola Polycarpi; qui fuit Episcopus Smyrnæus, unus de discipulis ipsius Johannis Evangelistæ. Et audivit quidem hunc reverendum virum, annis & pietate gravem, tantâ cum admiratione & attentione: ut ipsius doctrinam, & quicquid ab eo percepisset, intimo pectori insculperet; & postea, ad extremam usque senectam, eorum omnium vivacem ac præsentem retineret memoriam. Hæc certa sunt: quòd in epistolâ ad Florinum Irenæus ipsemet cõmemoret; & verba ejus epistolæ in *Eusebio* * sint descripta. Accedebat verò & in hoc Irenæo gubernatio divina: quòd præclarum organon Ecclesiæ Christi Deus, ex hoc puero, formare atque præparare decrevisset. Collocat igitur ipsum (sicut habet plerumq; eum mos est Deus; ut sua organa mirabiliter excitet, & ad functiones amplissimas idonea efficiat) in hanc quasi pulcerrimam pietatis officinam: ac regit Spiritus sanctus mentem juvenilem, & pectus, ejus hoc sancto amore inflammat, ut tributari doctrina Evangelii mire delectetur; & ab hujus viri more nõ aliter pendeat, quam si Christum ipsum audiat, ubi cœlestem doctrinam tradentem. Hinc est, quòd dicit, ubi gestus Polycarpi oculis adhuc observari; & in memoriâ habere, quibus de rebus, & quibus verbis, differere solitus fuerit.

Indè jam conjectura fortè potest fieri; Irenæum natione Asianum fuisse: neque procul à Smyrnâ, vel etiam in ipsâ civitate, à piis & honestis parentibus, ortum esse. Huic opinioni potest & hoc adstipulari: quòd Græcum nomen erat impositum. εἰρηναῖος enim, *pacem* significat: & *nomina & pacificum*. Utque solet interdum nominibus quoddam omen inesse: ita eventus comprobavit; pacis & tranquillitatis in Ecclesiâ Christi, hunc Irenæum fuisse studiosissimũ. quâ quidem de re postea plura narrabimus. Quòd si autem Europæus est; majori etiam admiratione dignum est, quâ tandem ratione in scholam Polycarpi devenerit.

Juventutis studia sic transegit: ut artes liberales, cum ipsâ pietate Christianâ, avidè cognoscere. Non enim profanarum artium eum rudem aut ignarum fuisse; subtiles, & suâ serie constantes, disputationes illæ contra hæreses, satis manifestè arguunt.

Erant enim pleraque Hæreticorum portenta, ex philosophicis fundamentis exstructa: quæ quidem tam exactè judicare, & tantâ perspicuitate in lucem producere, denique tantâ arte & virtute confutare, non valuisset; nisi profanorum studiorum habuisset non-vulgarem scientiam. Homeri insuper atque Hesiodi, aliorumque ethnicorum scriptorum, mentionem interdum interspersit. Neq; vero præter rem *Tertullianus* hoc encomio eum ornavit: quod ait, omnium doctrinarum eum fuisse curiosissimum exploratorẽ. Præcipuè verò in cognoscendâ doctrinâ Christi; omnem operam ac studium posuit Irenæus: & iis maximè se adjunxit, qui donis singularibus, quibus Euãngelii doctrinam ornarunt, fuerunt. (Alii tres. Recitatque, * quales doctores in Ecclesiâ Christi tum temporis fuerint reliqui: & videtur cum ipsis magnam habuisse familiaritatem. Sic enim scribit: *Multos audivimus fratres in Ecclesiâ, prophetica habentes charismata; & per spiritum universis linguis loquentes; & abscondita hominum in manifestum producentes, ad utilitatem; & mysteria Dei enarrantes.*

Ad functiones nũc accedemus. Presbyterii munus gessit in Ecclesiâ Lugdunensi; quæ est in Galliis civitas celebris, nobileque emporium: sicut ait *Irenæus*, * apud Celtas commorari. Quâ autem occasione in Galliam ex Asiâ pervenerit, ibiq; functiones in Ecclesiâ non infimas consecutus sit; ignotum est. Tradidit autem eo in loco atq; conditione, tunc dubio; sinceram Evangelii doctrinam: explicavit Scripturas singulari dexteritate: &, si qua alia tuarum partium fuerunt, summâ fide obivit. Habuit & hoc commoditatis: quòd cum Photino, venerando, gravi & constante sene, & ejus loci Episcopo, familiarissimè vivere potuit.

Sed publica facta forsasse magis in oculos hominum incurrunt. Ardebat Asiana Ecclesia quasi civili & intestino bello; nempe Montano, Alcibiade & Theodoro, novis prophetiis & præstigiis sanam Evangelii doctrinam infestantibus; & communem Ecclesiæ concordiam, summo cum detrimẽto, turbantibus. Mirè enim hominum mentes fascinabant, & erroribus implicabant, fanatici isti spiritus. Gallicanæ itaq; Ecclesiæ, vel sponte dilectione quadam erga Asianos fratres permotæ, vel rogatæ, (de quo tamen certi nihil nobis constat) censuram suam, de istorum pseudoprophetarum dogmatibus, ad Ecclesias in Asia & Phrygiâ tras tranlmittunt; & quasi auxiliares copias, contra Evangelii corruptores, eis communicant: simul exponentes, in quantis angustiis, ob sævam persecutionem, Ecclesiæ in Galliis sint constitutæ. Ut autem ipsa legatio esset honestior ac fructuosior: nõ tantum mittas literas ad Asianos mittere visum illis fuit: sed ipsi quoque Irenæo similiter, ut literas per tam longinquum iter ipsemet deferret; & simul coram vivâ voce afflictas & perturbatas Ecclesias consolaretur, in agnitâ veritate confirmaret, & in Hæreticorum figmentis confutandis strenuam operam navaret. Fortè & ipse Irenæus promptior ad eam profectionẽ erat: quia patriæ vicem dolebat; eiq; insidias, contrà ingruentes corruptelas, ferè alas fanatismo gelidi cœli. In hoc itinere,

* lib 5. ca. 4

[illegible] Irenæo [illegible] corpe- [illegible] A
[illegible] Victor [illegible] Ecclesiæ [illegible] Et
[illegible] Græcos [illegible] Ecclesiæ [illegible] Cæsarem [illegible]
[illegible] B
*Iubemur sic te amare, ut semper per Dominum sentias, pacis Ecclesiæ firmum esse Concilium: confortes nostræ dilectionis fuisse, ut tibi [illegible] Ecclesiæ [illegible] C
[illegible] Ecclesia præsidet sit; qui & hic est. Nostros tamen compresbyteros [illegible]

Hæc verba ex epistola illa gravior, quæ haud dubiè posterior fuit, & plura complectebatur, quæ in eadem nominibil hactenus allata posuit. His omnia, quæ hactenus gesta sunt, videntur pertinere, quòd sub Victore Ecclesiæ ministerium susceperit.

Photino in persecutione ob confessionem Evangelicæ veritatis crudeliter sæviente, hoc Irenæus, lectionis in eadem Ecclesiâ Presbyter, in locum Episcopi sufficitur: ut Eusebius * narrat, erat enim doctrinâ, & aliis spiritus sancti donis, celebris. Ecclesiam autem suam sincerâ doctrinâ, & integritate vitæ, instituebatur & amabatur & colebatur à suis; & ab exteris quoque Christianis, ob fidem & doctrinam excellentem, magnificebatur ac suspiciebatur. D

* lib. 5 ca. 5

Incidit autem ipsius gubernatio, in turbulentissimum Ecclesiæ statum. Nam passim vagabantur pestes veræ doctrinæ, varii præstigiatores & impostores: qui, sub plausibili specie, cuniculos in doctrinam Christi miris technis agere, molabantur. Nam Valentiniani in ipsam usq; Galliam per varias Rhodanenses mulieres suis deliriis fascinatas: ut ipse testatur cap. 1. Hic necesse erat, tantùm vigilem, in hâc quasi speculâ Galliæ constitutæ positum, in excubiis esse; & contagio pestilentium errorum doctrinæ ipsum, & animas fidelium ovicularii dominici, tertiò vindicare. Quantum in hac parte laborum exanthlerit; facilè conjicij possit.

Suo loco satis munitos & doctrinæ bonitate vel refutatis, vel repressis magnâ ex parte, non abhorrens à suâ functione existimavit, Ecclesiæ in peregrinis locis, præsertim ab Hæreticis infestatæ, curam gerere. Romam autem tunc temporis undique confluentes Hæretici, fortè celebritate loci attracti, aut propter Ethnicismum, cui erant adhuc Imperatores addicti, ac ibi sedem atq; applausores facilius habere posse, aut [illegible] Ecclesiæ ritum molestabantur cor- E
[illegible] Victor [illegible] contra ipsos Epistolas, (quæ haud dubiè [illegible] & Spiritûs sancti zelum, declarare non desistunt) Romam [illegible] misit: cujus rei testis est Eusebius. * Qui tamen illi turbatores Ecclesiæ Romanæ exstiterint; ex relatione Eusebii perspicuum non est. Hoc verò admirationi dignum videtur; quòd inter tot Romanus Episcopus egerit, aut quâ vigilantiâ sedi curæ suæ adesse curaverit: quòd Irenæus, inde ex Galliâ usque, tantum laboris sumere coëgit, in Ecclesiâ Romanâ à corruptelis purgandâ; & in sanâ doctrinâ conservandâ. Fortè ob civitatem Romanorum vigilem hic notari videtur: vel saltem F
[illegible] movisse [illegible] quod Irenæus plurimis egregiis Spiritûs sancti donis [illegible] nec judicarint Romanum [illegible] dignum; si pastor ex humili [illegible] Hæreticis, etiam in ipso [illegible] ocultis, esset.

* lib. 5 c. 19

Absente [illegible] Victore, Romanæ Ecclesiæ [illegible] præsente, [illegible] Irenæum Eusebius recitare videtur, [illegible] diversitatem hic [illegible] significet fuisse. Certè Irenæus Victori de [illegible] Paschatis disjungendo non omnino [illegible] tempore in quo [illegible] celebrabant, & valde [illegible] ecclesiis medicinam [illegible] Cum enim cæteræ Ecclesiæ, Orientis [illegible] suam & antiquam [illegible] G

[illegible] consuetudinem; & [illegible] Ecclesiæ [illegible] Victor, [illegible] Ecclesiæ [illegible] pacem [illegible] [illegible] differentes [illegible] ex quibus [illegible] [illegible] tribus [illegible] [illegible] Et- [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] docebat [illegible] [illegible] [illegible] ab Apostolis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

libris & quibusdam fragmentis, nullis nunc quidem nostrâ ætate [illegible] potitur. Apollinaris [illegible] propagare studuit. Marcion [illegible] Dualismum per Hermogenem [illegible] Bardesanes [illegible] ut possem & reliquos articulos [illegible] errores.

De Spiritu sancto ait hæc quæsivi.

Obedientiam Christi nostram esse pulcherrimum Deo sacrificium offerens.

De ejus autem [illegible] Genitæ Dominicæ [illegible] dixi.

Sed cum hæc, quæ fuerit de singulis articulis ipsius sententia, dictum sit: ipse viderit, hoc loco relinquo.

¶ Opiniones interdum inficiendas, seu stipulas quasdam non exiguas, eũ habuisse, ex scriptis certum potest. Ita enim obscurare & perplexe quo tardò vocabulo Verbi seu τῦ λόγου utitur, ut videantur non perspicuè inter verbum substantiale, & verbum vocale seu oris, distinguere.

De Homine videtur sentire, quasi non fit perfectus initiò condítus: & quòd sententia, de Homine faciendo ad imaginem Dei, Christum significârit.

Liberum arbitrium etiam in spiritualibus admisit.

Christum, ait, * bapti∫atum quidẽ esse anno trige∫imo; docuisse verò quadrage∫imo; & pa∫sum esse quinquage∫imo. Cùm enim omnes salvare debuerit: necesse fuisse, eũ omnes gradus ætatum coniequi: &, qui magistrum agere debebat, ante eum annum non potuisse fieri. Judæos etiam dicere; * *Quinquaginta annos nondum habes.* quibus verbis significatum sit, non procul eum à quinquaginta annis abfuisse. denique, Seniores Asiæ hæc ex Johanne accepisse. Hæc in primâ Centuriâ confutata invenies. Sunt enim alieni ab historiis Evangelistarum: qui, post Baptismum Christi, continuam ejus historiam texunt, & tria Paschata describunt: non intermissuri reliqua; si tot intercessissent.

Tribuitur Irenæo & Chiliastarum error: quòd senserit, corporale aliquod regnum mille annis in terris futurum, antequàm in regnum cœleste traducerentur Christiani: sicut *Hieronymus* & alii referũt. Verùm hęc in ipsius scriptis, quæ nos habemus, tàm expresè cernere non licuit.

¶ Denique quomodo è rebus humanis sublatus sit; non est in probatissimis auctoribus annotatum. *Henricus de Erfordia, Ado*, aliique martyrologici, eum ad extremum sub Severo, unà cum maximâ suæ Ecclesiæ multitudine, propter confessionẽ Christi, crudeliter interfectum esse, scribunt. Cursus itaque hujus doctoris, inter tantas persecutiones, satis longus fuit. Sunt, qui 13. anno Marci Antonini ad episcopatum venisse asserãt; circa annum Domini 176. Sub Commodo verò omnium maximè floruit. Contentionem de Paschate, ubi maximè efferbuit, *Eusebius* * in 4. annum Severi ponit; hoc est, annum Domini 199. alii in 5. Severi referunt. Fuisset in ministerio, præsertim Episcopatu, circiter 23. annos: his si adjiciantur anni Presbyterii, forte ad 30. annos possent excurrere.

* in Chron.

REGINUS.

Vide Episcopus Arelatensis: ut ostendit *Fasciculus temporum.*

LUCIANUS.

Quem *Fasciculus temporum* discipulum Petri fuisse indicat, qui apud Belnacenses Evangelium propagârit.

PANCRATIUS.

Quam sibi *Nicephorus* * habet: sed quis, & ubi fuerit, non explicat; nisi quòd doctoribus, Ignatio, Polycarpo, Papiæ, &c. annumeret; & Petri fuisse discipulum scribat.

* lib. 3. c. 34.

CASANNUS.

Est discipulus Petri, doctor Carthaginensium. Sic enim Tertullianus habet.

FABIANUS.

Episcopus fuit [illegible] Martyrio obiit sub Hadriano. [illegible] Petrum. Quæ de eo *Vincentii Speculum* [illegible] videntur: ut, quòd paralytici [illegible] illius [illegible] & cursum [illegible] Hic [illegible] Speculo* pene.

* lib. 4. cap. 21.

JANUARIUS

Tarbensium est, [illegible] Christi [illegible] Deo in

LUCIUS.

Est Episcopus Tolet[anus illegible].

ELIGIUS.

Bolcarij [illegible] discipulus, & Episcopus [illegible] Divionensis, in Gallia [illegible], &c. inquit.

ATTALUS.

Inter Galliæ martyres præstantes & [illegible] multos, non est postrema laus Attali [illegible] Pergamensis; qui etsi in Doctorum numero [illegible] non indigna constanti & opimo doctore dicta [illegible] quæ de eo scripta est, testatur. Quem [illegible] omnes cum titulo martyris Galliæ; [illegible] & has Ecclesiæ suas appellantes. In eadem verò epistolâ etiam generosum vocant eum in Christiana profitendi exercitium. Ipsum verò nomen, ingens præconium, perpetuum dicunt veritatis Christianæ testem & assertorem. Refèrunt enim cum de fide & professione Christianâ [illegible] vel hoc indicat: quòd Alcibiadem, carceris & vinculorum socium, propterea quòd, cui prius affuerat victus sanctio in pane & aquâ solâ, eundem etiam vinctum observare videret, acriter reprehendit; & ab illâ, seu meriti alicujus, seu cultûs opinione, ad meliorem rationem converterit: peccatum esse affirmans, contemtu creaturarum Dei, offendiculi aliis occasionem porrigere. Historiam *Eusebius* * refert. Quæ verò Attali in confessione fuerit constantia & fortitudo; ex Martyrum epistolâ apparet.

* lib. 5. c. 3

SANCTUS.

Sanctum, Diaconum fuisse Viennensem, *epistola martyrorum Ecclesiæ Lugdunensis & Viennensis* indicat; præcipuâ ei constantiæ & fortitudinis laudem tribuens: ut qui omnia omnium sibi illata supplicia & cruciatus excellenter & prorsùs tulerit; adeò ut omnium torpentorum exquisitissimorum vim in se experientes irriserit.

ZACHARIAS.

Epistola Lugdunensis & Zachariam Presbyterum [illegible] *Ado* episcopus, Zachariam gloriosum senem quendam, Viennensi Episcopatu functum, & sub Trajano martyrio perfunctum esse, scribit. Sed utrùm is sit, an alius; incertum est: cùm hic inter martyres censeatur, qui sub Marco Antonino pasi sunt.

CAPUT XI.

DE HÆRETICIS.

SATURNINUS.

Epiphanius Saturnilium vocat. Hæreticus fuit in Syriâ, Antiochiæ scil. ad Daphnen. Cæterùm eosdem suorum errorum, (quos superiùs posuimus) arripuit à Menandro; ex [illegible] communia monstrorum figmenta habuit; [illegible] admodum *Irenæus* * indicat.

* lib. 1. c. 22

BASILIDES ALEXANDRINUS.

Socii fuerunt Saturninus & Basilides, ac condiscipuli sub Hadriano: ut *Theodoretus* indicat. Sed Basilides [illegible] ditate & furore erroris sui quàm-longissimè [illegible] relicto in Syriâ Saturnino, in Ægyptum [illegible] indè in locos Alexandriæ vicinos; quos [illegible] Scripsisse eum plures libros, ex *Clemente* [illegible] paret: qui extat librum ejus 23. Eos [illegible] martyrio puniantur. Mortuus [illegible] Hadriano adhuc regnante; ut [illegible] tempore Cochebas Christianos [illegible]

* lib. 4. Stromat.

* in Canon.

ISIDORUS.

Filium & condiscipulum [illegible] mens * ait: ubi expositionem [illegible] chor. *Liber* 2. vero Stromat. [illegible] natâ ad [illegible] Mentis [illegible]

* lib. 5. Stromat.

* Isidorus Hispalensis lib. 7. Etymologiarum. * lib. 1. contra hæres. 32.

CARPOCRATES ALEXANDRINUS.

Epiphanius effert, Carpocrat. Hæresiarcham fuit, magus periit & fornicarius: ut *Tertullianus** inquit. Parens autem fuit & autor Gnosticorum: quorum hæresin tetram & monstrosam condidit, ex Simone Magô, Menandro, Saturnino, Basilide, Nicolaô, & Valentino: ut *Epiphanius* indicat. *Eusebius** ex Irenæo refert, eum coætaneum fuisse Saturnino & Basilidi. Sicut & *Epiphanius* ait; uno & eodem tempore, subitò, quasi fungos è terrâ prorupisse, Valentinum, Basilidem, Saturninum, Colarbasum, Ptolemæum, & Carpocratem.

* in lib. de Anim.
* lib. 4. c. 8.

EPIPHANES.

De eo *Clemens** hæc retulit: *Epiphanes, cujus etiam scripta feruntur, filius erat Carpocratis, & matri Alexandriæ nomine: ex patre quidem Alexandrinus; ex matre verò Cephalenus. vixit autem filius septendecim annis; & Samæ, (quæ est urbs Cephaleniæ) ut Deus est honore affectus: quo in loco templum ex ingentibus lapidibus, altaria, delubra, musæum ei ædificatum est & consecratum. Et, cùm est nova luna, convenientes Cephalenii, natalem in Deos relationem Epiphani sacrificant, libantq;, & conviventur, & hymnos canunt. A patre autem didicit, & orbem disciplinarum, & Platonis Philosophiam.* Hinc *Epiphanius* excellentiam ei tribuit eruditionis in omnibus disciplinis; ac præcipuè Platonicæ. Librum scripsit de Justitiâ; in quo hanc Justitiæ definitionem posuit: *Justitia est quædam cum æqualitate communio.* Quam definitionem, ut & totum ejus librum, *Clemens* refutat.

* init. lib. 3. Strom.

RHODICUS.

*Clemens.** Prodicum inter eos numerat, qui non sunt ingressi rectâ viâ; neq; eos, qui præcesserunt, (Apostolos nimirum, & Doctores apostolicos) superare potuerunt sapientiâ. Sed bene cum eis actum fuisset, ait; si scire potuissent ea, quæ priùs fuerunt tradita. *Idem* de ejus hæresi & hoc fuisse testatur; quod censuerit, non esse orandum: idque à Philosophis acceperit, qui sint dicti Cyrenaici. Sectatores ejus, perinde ut Carpocratis, se falso nomine dixerunt Gnosticos.

* lib 7. Strom.

VALENTINUS.

Philastrius hûc Pythagoricum vocat; cujus patriam, aut unde natus sit, à pleriq; ignorari, *Epiphanius* scripsit: famâ tamen esse, fuisse eum Phebonitem, Ægypti maritimum; in Alexandriâ verò, Græcorum literis institutum. quamobrem &, ad imitationem Hesiodi, qui in Theogoniâ suâ triginta deas adducat; ipse quoq; triginta finxerit deos ac cœlos. Quam hæresin & nugas canoras (ut *Clemens* vocat) quâ occasione cõfinxerit; suprà ex Tertulliano retulimus. Scholam eũ habuisse, *Clemens** indicat: ac citat * nonnulla ex quibusdam ejus epistolâ. Meminit & * ejusdem Homiliæ, inscriptæ de Amicis: & aliarũ quarundam Homiliarum.* Romam eum venisse sub Hygino; invaluisse autem temporibus Antonini Pii, & ad Anicetum usque ibidem permansisse: *Eusebius** refert ex Irenæo. *Theodoretus* verò & *Sabellicus*, ortam Valentini sectam Romæ, tempore Antonini Pii, sub Telesphoro, scribunt.

* li. 4 Strom.
* lib. 2. Strom.
* lib 6 Strom.
* lib 2 & 4. Strom.
* lib. 4. c. 11.

COLLEGIUM VALENTINI.

MARCUS.

EUm coætaneum fuisse Valentino, & socium; ex *Tertulliano* apparet: qui hunc Marcum, cum sequãcibus, Secundo, Ptolemæo, Heracleone, & aliis quibusdam, collegium Valentini dicit. Flagitiosissimum & turpissimum eum fuisse, mulieris pudicitiæ per incantationes expugnatorem; suprà ex Irenæo * admonuimus: qui, Marcum peritissimum magicarum imposturarum & deceptionũ fuisse, scripsit.

* lib. 1. cap. 8.

SECUNDUS.

Valentini (ut jam dictum) sectator fuit, omnia secundùm Valentinum sentiens; nisi quòd appellationibus magis sonoris & pietatis imaginibus auditores decepit; ut *Epiphanius* ait.

PTOLEMÆUS.

Hujus epistolam de suâ hæresi blandam & pertinacem ad Floram quandã scriptam, *Epiphanius** habet: qui sectatorem eum fuisse Valentini ait, & Secundo ac Epiphani successisse, indicat.

* lib. 1. tom. 2.

COLARBASUS.

Hunc natum ex Marci præstigiis, & Ptolemæo, *Epiphanius* ait.

HERACLEON.

Successit Colarbaso. Eum sectatorẽ fuisse scholæ Valentini, in eâque præcipuum habuisse locum & auctoritatem, ac multa scripsisse; *Clemens** prodidit.

* l. 4. Strom.

CERDON.

Exortus est in Syriâ; ex quâ Romam venit, eodem quo Valentinus tempore, sub Antonino scilicet Pio, & Hygino Episcopo: quemadmodum *Irenæus** indicat; atque ex *Eusebio** constat. Vario eum & subdolo fuisse ingenio præditi, hoc arguit: quòd aliàs errores suos latenter spargere conatus est; aliàs nihil veritus publicè professus est; interdum verò à fratribus reprehensus, ad Ecclesiam rediit, pœnitentiam simulans. Quæ lubricus cum à fratribus tandem animadversa esset; ab Ecclesiæ communione repulsus est. *Hæc Irenæus.*

* lib. 3 ca 4
* lib. 4 c 10 & 11.

MARCION.

Eum ex Sinope, quæ urbs est in Ponto, Galatiæ scilicet (juxta Ptolemæũ) aut Paphlagoniæ, fuisse; *Epiphanius* prodidit. Marcionem *Irenæus** successisse scribit Cerdoni; & invaluisse sub Aniceto: ut qui non Romæ primùm, quò post Cerdonem venit, hæreticus esse coperit; sed in aliis locis portẽta sua diu antè seminârit. *Philastrius* enim, Ephesi eum fuisse, scribit, vivo adhuc Johanne Apostolo: à quo victus, atq; indè pulsus, Romam confugerit. Et Justinum, in libris contra Marcionem, scripsisse; *Eusebius** testatur; virum illum, Marcionem scilicet, in vitâ ei notum fuisse, quo tempore libros suos contra eum scripserit. Quãquam ex narratione *Epiphanii*, Romæ eum primùm ad Cerdonis hæresin animum applicâsse, constat: cùm eò secessisset, excommunicatus à patre, Episcopo eximiè pio & honesto, ob stuprum virgini illatum; sicut suprà exposuimus.

* lib. 3 c. 4.
* lib. 4 c 11

LUCANUS.

Epiphanius, Lucianus habet: discipulus fuit Marcionis, autore *Tertulliano.**

* lib. de Præscript Hæret.

BLASTUS, & FLORINUS.

Hos socios fuisse Romæ, unius & ejusdem erroris, ac multos ex Ecclesiâ seduxisse; *Eusebius** refert. Florinum autem quendam fuisse ait, à presbyterio Ecclesiæ rejectum: quæ illi forsan hæreseos occasio, quemadmodum aliis aliquot, exstitit.

* lib 5 c 15.

APELLES.

Discipulus fuit Marcionis; sed qui magistrum suum errâsse dixerit, unum enim tantùm principium esse, dixit: cùm duo Marcion posuisset. *Hic Epiphanius.* Theodoretus ait, fuisse sibi librum ab eo compositum, quem Philumenæ prophetiam appellare consuevisset.

POTITUS, PRAXON, PYTHON. Hos tres adjicit, ad discipulos & sectatores Marcionis, *Theodoretus.**

* lib. 1. fabul. hæret.

TATIANUS.

Hic quis fuerit, & quam hæresin post mortem Justini, quo cum in fide & professione Christianâ familiariter vixerat, constituerit; suprà à nobis expositum est. Romam primùm venerat ex Syriâ; quàm ei patriâ fuisse, *Eusebius** scribit. Post obitum verò Justini, Româ in partes Orientis secessit; & scholam suâ (ut *Epiphanius* indicat) primùm in Mesopotamiâ aperuit, circa 12. annum Antonini Pii. Hæresin instituit, confusineam & emendicatam à multis: ut *Theodoretus* ait. Æonum enim, quas finxit, prodidit fontem, à Valentino; sicut de scholâ Valentini prodidisse est. *Clemens* inquit: à Saturnino autem & Marcione, hoc ipsum, quòd à nuptiis abhorrere, & ab animantibus & vini usu abstinere jussit, mutuatus est. Hæresin verò eam maximè instruxit Antiochiæ ad Daphnen, in partibus Ciliciæ, & in Pisidiâ: ut *Epiphanius* scribit. *Eusebius** & Hieronymus, infinita ejus abeo scripta esse volumina: ex quibus librum contra Græcos, quem, cùm Christianus adhuc esset, edidit, optimum & utilissimum *Eusebius* vocat. Composuit & Evangeliorum unum ex quatuor, quod *Diatessaron* vocat: ex quo nonnulli genealogias, (ut *Theodoretus* ait) & alia, quæ ex ordine ostendunt Christum secundùm carnem ex David esse natum. Quorum eos solùm, qui fuerunt sectatores, *Theodoretus* refellit

* lib. 3. Strom.

sed eos etiam, qui Apostolicam doctrinam professi sint, compositionis scil. fraudem per simplicitatem non animadvertentes; sed eo tanquam libro cōpendioso utentes. *Clemens** etiam alium ejus librum citat; quem inscriptum fuisse ait, *De perfectione secundùm Salvatorem.*

* *lib. 6. Stromat.*

SEVERUS.

Sic habet *Theodoretus, Epiphanius*, & alii. Græcum verò exemplar *Eusebii* legit σεβῆρον; quod interpres reddidit, Syverus. *Damascenus* eum Severum Dioscorū vocat. Ejus hæresin *Eusebius** unam fuisse ex illis ait; quæ in sententiâ Marcionis primùm consentientes, postremò in diversas & discordantes scissæ sunt. *Epiphanius* scripsit, eum secutum esse, & successisse Apelli. *Alfonsus* verò, Tatiani errorem, scripsit, de Adami & Hevæ damnatione propter primam inobediētiam, à nemine deinceps esse suscitatum; præterquam à Severo ejus discipulo.

* *lib. 5. c. 13.*

BARDESANES.

Epiphanius Bardesanum vocat. Eum alii inter Doctores, alii inter Hæreticos, collocant. *Augustinus*, Epiphanium secutus, dicit, eum primùm fuisse catholicum, rectè de Ecclesiæ doctrinâ tentientem: sed postea ad Valentini errores defeciſse; eosque errore proprio, de Fato, auxisse. Contrà autem *Eusebius* censet: qui illum primùm in Valentini scholâ nutritum scribit; postea verò, cùm magistri errores animadvertisset, ad veram fidei & doctrinæ regulam rediisse; attamen non omnes errores penitùs reliquisse. Scripsisse verò eū aiē contra Marcionem, & alios aliquot Hæreticos; ac multa edidisse linguâ Syriacâ (fuit enim ex Mesopotamiâ) scripta, quæ discipuli ejus in Græcum sermonem converterint. Hæc aût de ejus erroribus *Epiphanius* prodidit. *Multa principia, emissionesq́, ac productiones, narravit: resurrectionem verò mortuorum abnegavit.* Cùm tamen librum de Fato Bardesanis, *Eusebius* & *Hieronymus* de nullo errore notent: & *Epiphanius* scribat, eum contra Abidam quendam Astronomum multa contra fatum disseruisse & collegisse. Ait & *Theodoretus*, se in Bardesanis libros incidisse, quos contra fatum scripsisset.

MONTANUS.

Montanus in Phrygiâ natus est: ubi ad fidem Christianam vix conversus, in hæresin novam & blasphemâ delapsus est. *Eusebius* eum narrationi de rebus sub Commodo gestis inserit: *Epiphanius* verò, circa annum 19. Antonini Pii ejus initium collocat. Hæreticus fuit, si quisquam alius, totus ex impudentiâ, fraude, versutiâ, & artibus imponendi callidissimis, compositus: quemadmodum satis declarant ea, quæ suprà ex Apollinari & Apollonio, de Montani moribus & doctrinâ, retulimus. Initiū suæ doctrinæ cùm in parvo primùm & ignobili Phrygiæ vico fecisset; postea (ut erroris est velocitas) quàm-latissimè eam extendit. Cappadociam enim universam, (ut *Epiphanius* inquit) & Galatiam occupavit.

PRISCILLA, & MAXIMILLA.

Sociæ fuerunt, & insanæ vates Montani: quas à maritis suis (ut *Apollonius* scribit) abstractas, ac sibi adjunctas, ex se inspiratas dixit; & vates suas appellavit: quò videlicet faciliùs uterque sexus in errorem caperetur. Suspendio eas (quod fortasse, cùm multa tamen prædicerent, ipsæ sibi vaticinari nō potuerunt) periisse, ut & Montanum ipsum; *Apollinaris* scripsit. *Eusebius.**

* *lib. 5. c. 18.*

THEODOTUS.

Hunc *Apollinaris* primùm prophetiæ Montani procuratorem nominat: qui eò amentiæ aliquando processerit; ut sibi persuaderet, in cœlos se exaltari & assumi; atq; ità, in auras sublatus, gravi lapsu pessimè interierit.

THEMISON, & ALEXANDER.

Annumerat hos collegio Montanistarum, Apollonii narratio apud *Eusebium.** Ac Themisonem quidem indicat, confessorem se gloriosum esse; sed falsò: ideò quòd ad vincula damnatus, multâ se pecuniâ indè redemerit: ac postea, quasi martyr gloriabundus, ad exemplum Apostoli, epistolam quandam catholicam composuerit; quâ exhortatus sit veriùs-credentes quàm ipse, ut secum pro novis dogmatis decertarent, & Dominum, Apostolos, ac Ecclesiam, blasphemiis afficerent.

* *lib. 5. c. 18.*

Eodem modo & Alexandrum quendam, defectâ Montani, confessorem & martyrem se mentitum, idem tripsit; ac indicat, in deliciis eū fuisse apud Maximillam: sed martyrii falsam existimationem inde sibi comparâsse; quòd latrocinii reus ac damnatus, is propter nomen Christi in vitæ periculum venire finxerit; & beneficio fratrum, pro se intercedentium, absolutum esse.

THEODOTUS CORIARIUS.

Diversum eum à Theodoto Montanico, diversa facit hæresis. qui cùm in persecutione Christum abnegâsset: contumeliam propter hoc crimen in patriâ, quæ ei Byzantium fuit, non ferens, Romam profectus, Christum purum ausus est dicere hominem: existimās, hac blasphemiâ lapsûs sui infamiam se excusare posse; si non Deum; sed hominem se abnegâsse, objicientibus id sibi respondisset. usurpans, ad hanc frivolam impii & blasphemi dogmatis defensionem, dicta Scripturæ, (ut *Epiphanius* annotavit) quæ de Christo ut homine solo loquerētur. qualia sunt: * *Quæritis me occidere, hominē, qui veritatem dixi vobis:* itèm, * *Prophetam excitabit Dominus ex fratribus vestris, sicut me.* Ex quod Hieremias de Christo dixit: *Homo est, quis cognoscet ipsum?* Itèm Paulus: * *Mediator Dei & hominum, homo Christus.* Hanc hæresin cùm Romæ priùs inauditam spargere cœpisset; autoritate Victoris Episcopi ab Ecclesiâ rejectus est: ut *Eusebius** scripsit.

* *Johan. 8. v. 40.*
* *Deut. 18. vers. 15.*
* *1 Tim. 2. vers. 5.*
* *lib. 5. c. 28.*

ARTEMON.

Artemon, qui & Artemas in Phrygiâ, perinde ut Montanum, hæresin suam sparsisse; *Nicephorus** scripsit. Ex narratione autem historiæ *Eusebii* apparet, eum aliquantò post Theodotum fuisse: quia patrem eum & principem Theodotum dicit ejus impietatis; quâ divinitatem Christo detraxit & ipse Artemon. Itèm, quòd inventorem Theodotum ejus blasphemiæ ibidem nuncupat *Eusebius.** *Nicephorus** tamen Theodotum Artemonis successorem vocat.

* *lib. 5. c. 20.*
* *lib. 1. c. 28.*
* *lib. 4. c. 22.*

ASCLEPIODOTUS, THEODOTUS MENSARIUS, *Hermophilus, & Apollonides.*

Discipulos fuisse Theodoti coriarii, Asclepiodotum quendam, & Theodotum mensarium; *Eusebius** indicat. Quibus *Nicephorus** Hermophilum addit, & Apollonidem: eosque omnes, cùm se ejusdem sectæ studiosos profiterentur; tamen diversa inter se sensisse, & contraria scripsisse, commemorat.

* *lib. 5. c. 28.*
* *lib. 4. c. 22.*

SYMMACHUS, ET THEODOTION, *interpretes.*

Ex *Epiphanio** constat; Symmachum sub Marco Antonino Vero fuisse: Theodotionem verò, circa initium imperii Quinti Commodi agnitum esse. Et quanquam intricatus est; quòd, dum Imperatores numerat, Adrianum, Antoninum Verum, Commodum utrumq;, Pertinacem, & Severum; post eū statim subnectit: *Hujus temporis Symmachus quidam, &c.* tamē in eo se rursus declarat; quòd Theodotionem Symmacho postponit; & sub eo Commodo, qui Marcum Antoninum secutus est, vixisse, bis indicat.

* *lib. de Pond. & Mens.*

De Symmacho verò dicit, Samaritam eū primùm fuisse; & inter sapientes Samaritanos habitum. elatum autem ambitione & cupiditate primatûs, sed parvi à suâ gente factum, defecisse ad Judæos; factum proselytum, circumcisum esse; atq; ità odio suæ gentis, & studio perversandi interpretationem apud Samaritas receptam, novam condidisse. Hoc autem & de Symmacho *Eusebius** scripsit: *Scendum* (inquit) *est, ex interpretibus Symmachum fuisse Ebionæum.* Et paulò pòst: *Commentarii Symmachi etiamnum exstant; in quibus contra Evangelium Matthæi invehendo, dictā hæresin confirmare videtur.* Qualem & Theodotionē Ephesium fuisse, unà cum Aquilâ, de quo suprà dictum est; *Eusebius** scribit. Quē secutus *Hieronymus*,* hæreticos Judaizantes vocat, Aquilam, Symmachum, & Theodotionem; qui multa mysteria Salvatoris subdolâ interpretatione celarint. Legem enim Judaico more servādam esse, Ebionæi contendebant. *In Commentariis etiam ipsis in Job* ait; Theodotionē sensisse, Christum merum fuisse hominē. Quamobrem & in Hæreticorum catalogum *Augustinus* eum retulit. Attamen *in Commentariis in Danielem*,* Danielis interpre-

* *lib. 6. c. 17.*
* *lib. 3. c. 2.*
* *Præfat. in lib. Job.*
* *cap. 4.*

cepreationem à Theodotione factam probari ait; ut quæ cum Hebræo conueniat magis, quàm Septuaginta interpretum. *Nauclerus** Tatiani cum fuisse discipulũ indicat, antequam in hæresin Tatianus incideret. quod & *in Supplemento ac Sabellico* legitur: & *Platina* in opus sunm Pontificum transcripsit: hoc addens *ex vitâ Soteris*, derisum esse à Theodotione Apellem hæreticum; quòd Deum, quem coleret, ignoraret. Falsò aiit id Theodotioni tribui, testimonio illud est quòd *Eusebius** hoc-ipsum de Apelle Rhodonem Asiaticum scripsisse commemorat: qui cùm unum principium affirmaret, & interrogaretur, quânam ratione unum principium se habeat? se scire negavit; nisi quòd ità sibi videretur. Fuit enim Apelles de hæresi Marcionis: cujus sectatorem aliquando Theodotionem fuisse, *Epiphanius* in loco paulò antè memorato admonet. Unde fieri potuit, ut, pro Rhodone Asiano, qui de Apelle hoc prodidit, lectũ sit Theodotion Asianus. *Epiphanii* verba de Theodotione adscribimus: *Circa secundi Commodi regnum, qui regnavit post prædictũ Commodum Lucium Aurelium annos tredecim, Theodotion quidã Ponticus, ex sectatoribus Marcionis hæresiarchæ Sinopitæ, infusus & ipse illius hæresi, & ad Judaismũ declinans, ac circumcisus, & Hebraorũ linguam sperans, elemẽta edidit, privationis ista ipse interpretationem edidit; & plerag, consonanter cum Septuaginta-duobus edidit. Habebat enim hic plurima exercitia, ex consuetudine Septuaginta-duorum, &c.*

* Euseb. 6.

* l. 5. c. 13.

CAPUT XII.

DE MARTYRIBUS.

DE Martyribus & Episcopis, qui non ore tantùm, sed etiam sanguine suo, veritatẽ Euangelii professi & testati sunt, dictum est in suo loco. Quia verò non tantùm ministri Ecclesiæ; sed etiã alii Christiani, martyrio affecti sunt, & confessiones ediderunt: ideò nec ii silentio prorsus prætereundi videtur. In tam crebris aũt, & tam latè grassantibus Persecutorũ furoribus, hoc seculo infinita martyrũ exstitit multitudo, & licèt non omniũ nomina & historiæ sint literis mandatæ: tamen, si eorũ tantùm historiæ, qui in Martyrologiis cũ variis & multiplicib. annotati sunt, deberent referri, prolixã parerent narrationẽ. Nos igitur brevitati studentes, tantùm aliquorũ, eorumq; insigniorũ, commemorabimus historias; quæ fidei, constantiæ, cõfessionis, & tolerãtiæ exemplis, lectorẽ ædificare queant. Res aũt digna est gravi querelâ: quòd cõfessione & coronâ martyrii alioquin felices martyres, in hoc tamẽ infelicitatis malum plerisq; inciderũt; ut suarum historiarũ scriptores adipiscerẽtur nugaces fabulatores: q omnia in miracula artificiosè cõmutare studentes, ea; quę martyrũ sunt præcipua, nempe fidem, confessionẽ & patientiam, utplurimùm neglexerũt; eorumq; historias planè suspectas & ridiculas fecerunt.

DE MARTYRIBUS SUB TRAIANO.

EUsebius, sub Trajano non describit plurium martyria; quàm Simeonis, Cleophæ, & Ignatii. quod eò fit; quia (ut ipsemet* testatur) commẽtarium quendam composuit de Antiquis martyribus: in quo non tantùm historiam; sed etiam doctrinam eorũ, exposuit. Id verò Eusebii opus, de Antiquis martyribus, si exstaret hodie; aut, si martyrologiorum conscriptores ex eo historias martyrum antiquorum, bonâ fide, sinceroq; judicio, sumsissent, & non suas fabulas & nugacia miracula interseruissent: multas præclaras Martyrum confessiones haberemus.

* l. 4. c. 15. & l. 3. c. 1

DOMICILLA.

Domicilla, neptis Domitiani Cæsaris ex sorore, à Nereo & Achilleo eunuchis & custodibus suis, qui Petri discipuli fuisse perhibentur, perducta est ad fidem: & à Clemente Presbytero baptizata dicitur. Quum Aureliano Flavio, Clementis, Domitiani fratris, filio, nuberet nollet; putans sibi Christianis cum gentili viro non bene conventurum: in Pontiam insulã, pro confessione nominis Christiani, deportata, longũ ibi martyrium (teste Hieronymo*) duxit: & tandem à Luxurio, fratre Aureliani, sub Trajano, cùm sacrificare idolis nollet, una cum suis famulis, in urbe Terracinã, in cubiculo cremata est.

* in. 1. p. 2.

QUINQUE VIRGINES.

Trajanus Antiochiæ quinq; virgines, fidem palàm professentes, combusit: & ossibus earum in cinerem redactis, æriq; commissis, alnea quædam & alia vasa fabricari curavit: & in usum publici lavacri, quod ipse magnificentissimè exstruxerat, & ad publicas quasi poenas, & æterna suæ crudelitatis monumẽta, destinavit. Verùm enimverò, quicunq; eò ingrediebantur, quàmprimùm calidâ se perfundebant aquâ, caligine & vertigine correpti, cum impetu excurrebant & procidebant. Causâ verò ejus mali cognitâ: Trajanus, ut alia vasa ex ære puro pararentur, mandabat; & priora illa, in fornacibus conflata, in quinq; statuas transformari, easq; virginum combustarum formâ & habitu pro balneo collocari curabat. *Nicephorus** * l. 3. c. 23

¶ *Beda, & alii sequentes Chronographi*, inter martyres sub Trajano recẽsent, Quirinum, ejusq; filiam Balbinam, Sulpitium & Senulianum, Seraphiam virginem, & Nereu & Achillea eunuchos Domicillæ; item Euphrosynẽ, Theodoram, & Euthicen. Cùm autem historiæ eorum nugis & fabulis similiores sint, quàm vero: nolumus eas hic commemorare; remittentes lectorem ad suos autores.

SUB ADRIANO.

EUSTACHIUS.

Prolixa & lepida de Eustachio ejusq; in Martyrologiis recitatur fabula: quomodo sub Trajano, cùm Tribunus militum esset, conversus sit, cum uxore Theopistâ, & duobus filiis Agapito & Theopisto; & postea, mirabilem fortunæ casum expertus, amiserit omnia sua bona, uxorem & liberos; & bubulcus factus, & tandẽ ab Imperatore requisitus, suam uxorem & liberos agnoverit. Nos, iis omissis, tantùm de martyrio ejus pauca referemus.

A Trajano contra Barbaros cum exercitu missus, victoriam adeptus est. Dum aũt Romam revertitur; occurrit ei Hadrianus, qui mortuo Trajano successerat: eumq; in urbem deduxit. Venitur ad templũ Apollinis Hadrianus, ut moris erat, templũ ingreditur; sacrificaturus diis suis, pro victis Barbaris. Eustachius verò, statuens, se nõ posse bonâ conscientiâ sacrificiis dæmoniorũ interesse, foris consistit. Imperator, id ægrè ferẽs, peractis suis sacrificiis, ad se eum accersit; & graviter cum eo expostulat, quòd diis nõ sacrificaverit, pro victoriâ, & aliis beneficiis sibi collatis. Ille verò, haud suam fidem dissimulans, ait: *Ego supplico Christo Domino meo, cui preces & gratiarum-actionẽ pro beneficiis offero: alium verò Deum neq; scio, neq; colo.* Hadrianus, ubi cognovit eum Christianum esse; jussit eum cingulo militari privari: & facto judicio, unà cum uxore & liberis ejus, damnavit. Objecti aũt sunt leoni: à quo cùm non dilacerarentur; in æreum taurũ conjecti sunt, laudãtes & invocantes Deum: ab igne consumti, in sinũ Abrahæ emigrarunt. *Nicephorus,** *Petrus de Natalibus, Vincẽtius, Chronicon Henrici de Erfordiâ, & alii.* Idq; quinto Hadriani anno factũ esse, passim annotatur. Porrò, quod *Vincentius* ex gestis eorum refert; quòd Deum orarint, ut omnes sui memores, & ipsorum suffragium implorantes, à periculis & peccatis liberaret; idque voce divinâ eis promissum esse: à veritate omninò alienũ est. Neq; enim Deus suum honorem vult dare alteri: neq; sancti Martyres talia postulare à Deo ausi fuissent.

* li. 3. c. 29.

SERAPHIA.

Seraphia, Antiochena virgo, Romã venit: & Sabinam, Valẽtini viduam, cujus famula fortè fuit, ad fidẽ convertit: eam ob causam accusata, ad præsidẽ Beryllum nomine adducta est, ubi cùm sacrificare diis juberetur, constanter suam edidit confessionem: se Christianã esse, Deumq; omnipotentẽ, qui omnia fecit, colere: Deos gentium non esse veros Deos; sed dæmonia. Præses, ob eam confessionem, virginem capite truncari curavit. Factũ septimo Hadriani anno.

Plura quidem narrant, *Petrus de Natalibus*, & *Vincentius*: quòd sit ad stuprum duobus juvenibus tradita; & mirabiliter servata, extinctis illis impudicis adolescentibus: & quòd eosdem coram tribunali oratione suâ resuscitarit; & pedes languidos sinè lesione ullâ sit. Verùm ea fortassis magis, quàm vera videntur.

SABINA.

Sabina, filia Herodis metallarii, uxor Valentini Patricii

Romani, post mortẽ mariti à Seraphiâ conversa, sub Hadriano quoque suo sanguine Christum est professa. Occasionẽ martyrii, ex gestis ejus, narrat *Vincentius* eum fuisse: quòd reliquias virginis Seraphiæ collegerit; & ex more celebratis exequiis, in monumento ornato reposuerit; & eleemosynas distribuerit: ægrotos & incarceratos Christianos visitârit. Hæc posteriora fortè vera esse possunt: sed illa priora quomodo vera dicẽtur? cùm hoc eorum seculum, de exequiarũ celebratione, & reliquiarũ custodiâ, in Christianâ religione, omninò nihil sciat: & Ethnicorum fuerint cerimoniæ, exequias facere, & justa peragere.

Cùm autẽ delata esset apud Helpidium Præfectum; in prætorium adducta, Christi & suæ fidei confessionẽ edere non est veria. Nam à Præfecto interrogata; cur oblita sui, cùm Valentini uxor fuisset, se à cultu deorum, quos Imperatores honorarent, averterit; & Christianorũ religionem amplexa sit? respondebat: *Ego gratiam ago Domino Jesu Christo, qui me peccatricem, per famulam suam Serapiam, de multis sordibus & potestate dæmoniorum liberare dignatus est: ut non amplius errarẽ; sicut video vos errare, adorando dæmones: cum quibus, nisi conversi fueritis, vos & Imperatores vestri, in ignem æternũ conjecti punientur.* Helpidius verò, his ad iram commotus, pronuntiavit sententiam in hunc modũ: *Sabinam, Dijs inobedientem, Dominos quoq; & Augustos blasphemantem, gladio percuti decrevimus; atq; omnes ejus facultates in ærarium publicum conferri.* Eam sententiam statim subsecutum est supplicium: quod illa læta, & cum invocatione nominis divini, sustinuit.

JUSTUS, & PASTOR.

Duo fratres erant Justus & Pastor; & in oppido Compluto Hispaniæ scholam frequentabant. cùm autem domi à parentibus suis, de verâ religione, & de idolorum vanitate, instituti essent; in Schola verò Gentium idola commendari audirent: coeperunt se-se fortè magistris suis opponere; & idola spernere. Eam ob causam ad Præsidem sunt delati. Is, ne puerorum exemplo alii grandiores natu ad martyrium incitarentur, censuit eos verberibus castigandos, & dimittendos esse. Verùm, cùm ii se minùs ad constantiam cohortarẽtur; atq; ità prorsus insanabiles apparerent: à carnificibus extra urbem ducti, jussu Præsidis Daciani, capite truncati sunt, anno Hadriani 10.

GETULIUS.

Getulius, pastor seu doctor in urbe Tiburtinâ, cùm plures de Christianâ religione docuisset, cũ Cereali, Amantio & Primitivo, jussu Hadriani, igne exustus est. Constantiam & confessionẽ mariti uxor Symphorosa imitata, cũ septẽ filiis, Crescẽte, Juliano, Nemesio, Primitivo, Justino, Statteo, & Eugenio, anno sequenti, martyriũ diversis supplicijs fecit. Ipsa enim mater in fluviũ præcipitata; filii verò palis affixi, ibiq; necati sunt: undecimo Hadriani anno.

SOPHIA.

Sophia, ex Italiâ Romam, cum filiabus, Fide, Spe, & Charitate, venit: & cùm in sacris literis bene esset instituta, zeloq; Dei ferveret; plurimas ethnicas mulieres ad fidem convertit. Illæ verò Christianæ factæ, ab infidelitate maritorum & sumptuosis conviviis abhorrere incipiebant. Quæ res cùm Antiocho cuidam Præfecto innotuisset: ad Hadrianum id retulit; Sophiam docere, unum Deum esse colendum, & Christum ejus Filium; nec aliter quenquam in Christi cultu posse proficere, nisi & conjugio & deliciis abstinerit; & uxores civium Romanorum, ab eâ persuasas, à consortio & convivio maritorum abstinere. Hadrianus, hac accusatione motus, Sophiam cum filiabus accersit: & singulas separatim, primùm Fidem, postea Spem, postremò Charitatem, cùm pollicitationibus, ad abnegationem fidei, & ad sacrificandum Dianæ; tum comminationibus gravissimorum cruciatuum, sollicitat. Cùm illæ nihil neq; promissionibus, neq; cõminationibus cõmoverentur; & Christũ confiterentur, atq; Hadriani idololatriã arguerent, & Dianã non esse deam, nec adorandã, asserent: post multa tormenta, cruci supplicio affectæ sunt. Mater verò, ad sepulturam filiarum, animi mœrore exspiravit.

Narrat Paschasius Hadrianum, cùm animam ageret, cum summis gravissimis doloribus, cruciatibus, & pœnis

trium virginum & earum matris, vitam finisse: animam suam ejus è corpore; scio enim, quid propter illas omnes hos malos sustinuerit. Allegat ejus narrationis testẽ, *Chronicon Hieronymi*, Eusebium: sed apud eum, nec de martyrio filiarum Sophiæ, nec de hac Hadriani voce, quicquam legitur.

¶ Referuntur & alii passim martyres, sub Hadriano passi: Zenon Patricius Romanus, cum decem millibus ducentis tribus; Primus & Marcus Presbyteri; Maria, uxor Tertulli. Sed apud suos eorũ martyria videantur autores.

DE MARTYRIBUS SUB ANTONINO PIO.

LUCIUS, & PTOLEMÆUS.

ANNO Antonini Pii septimo, apud Alexandriam Ægypti, Ptolemæus & Lucius martyrio coronati sunt, pro confessione Christi. Quia verò *Justinus** eam eleganter commemorat historiam: ideò ejus verba subjiciemus; ut exstant apud *Eusebium.** * in Apol.

* l. 4. c. 17.

Mulier quædam vixerat cum marito suo, lascivis dedito; quibus & ipsa antea dedita fuerat. Ea, postquam Christi doctrinam cognovisset, ad resipiscentiam & vitæ castimoniam redit: ac viro, ut consimiliter & ipse resipisceret, persuadere conata; doctrinam illi exposuit, quæ futurũ sempiterni ignis supplicium, intemperanter & non-rectâ ratione viventibus, denuntiatur. Ille verò, ipsidem lascivis suis immorando, illicitis alibus suis uxorem à se abalienat. Dicebat enim illa, illicitum deinceps futurum, ut cum eo viro eadem uteretur cubili; qui contra naturæ legẽ, & præter æquum & fas, voluptati suæ undecunq; vias quæreret. Ideò divertio ab illo separari volebat. Quoniam verò amicorũ persuasionibus ab eâ sententiâ revocabatur: qui consulebant, ut adhuc marito conviveret; quòd spes esset fore, ut aliquando ad se rediret: se-ipsam cohibendo, in eo conjugio manebat. Cùm verò vir ille, Alexandriã profectus, pejora perpetrare nuntiaretur: ne consors scelerum & impiorũ flagitiorum redderetur, si in conjugio illius perduraret, & eodẽ cum illo contubernio cubiliq; uteretur; data illi repudii libella, sicut nos illum vocamus, separatur ac discedit. Tùm autem egregius ille & bonus vir, (cùm gaudendum ipsi esset; quòd uxor, quæ antea famulo & mercenario promiscuè obsecundaverat, ebrietatiq; & omnis generis malitiæ dedita fuerat, hujusmodi facinoribus renuntiâsset; demumq; & ipsum ad eam resipiscentiã vocâsset: & quia illam respuebat, ab ipso separata esset) accusationem instituit; Christianam eam esse dicens. Et illa quidem libellũ tibi Imperatori obtulit; hoc abs te petens: ut sibi primùm res suas disponere permitteretur; ac tùm, post rerũ suarum dispositionem, ad accusationem responsurã se pollicita est. id quod & tu permisisti. Ille autem, aliquando maritus ejus, cùm jam non haberet, quod contra eam prætexeret; ad Ptolemæum quendam, præceptorẽ mulierum in disciplinâ Christianâ, quem urbicus supplicio affecit, hoc pallo conversus est. Centuriani, amico suo, qui Ptolemæum in vincula conjecit, persuasit; ut, Ptolemæi adversus, hoc solum ab eo, Christianus ne esset, exorqueret. Cùm aũt Ptolemæus, veritatis amans, nec seductor, neq; mendacio deditus esset; seq; Christianum esse profiteretur: in vincula eum conjici fecit Centurio; ac diu in carcere punivit. Deinde, cùm tandem homo ille ad urbicium venisset; de hoc solo inquisitum est, an Christianus esset. Et, quoniam bonæ sibi causæ, propter Christi doctrinam, conscius erat; divinam se veritatẽ docuisse, confessus est. Et cùm quid, quod est, esse negat; aut id, quod est, negando condemnare [illegible] ipsum eâ re indignum, & alienum ab eâ scient, confessus [illegible] quorum nihil in vero Christiano reperitur. Et cùm eum [illegible] abduci jussisset: Lucius quidam, & ipse Christianus, videns [illegible] judicium esse præter rationem factum, ad urbicium ait [illegible] est, quid hominem hunc, qui nec adulterium [illegible] est, neq; homicidium perpetravit, nec sacrilegus est, nec raptor, neq; simpliciter aliquid iniqui admisisse deprehenditur; propter Christiani nominis confessionem, puniveris? Judicia tua, nec Pio Imperatori, nec Philosopho Cæsari filio, neq; sacratissimi decora sunt, ô urbici. Ad hæc urbicus nihil respondit; ad Lucium dixit: Et tu mihi talis esse videris. Lucius respondens, [illegible] mè: & ipsum abduci jussit. Ad hæc Lucius [illegible] jecit: Hoc fortasse à malis hujusmodi [illegible] & ad bonum patrem ac regem Deum [illegible] Et enim quodammodo [illegible] arcedam, & ipse [illegible] est abscedam.

FELICITAS CUM LIBERIS PUERIS.

Felicitas, vidua Romana [illegible] & Jubaltus [illegible] filios

quorum hæc nomina referuntur: Primus, Felix, Philippus, Syrenus, Alexander, Vitalis, & Martialis, ad idem Castelli monasterium sepulti. Quibus ex sacris literis elegantem Christi martyrem, ejusque familiæ, quæ propria est ecclesiæ Catholicæ, effecta, nec nobis locus, nec tempus admodum est pro dignitate ornare. Illud tamen dicere pro tempore non possum, quin celebrem eorum memoriam colere, & ex eorum exemplo idololatriam etiamsi comprehendens, multas nobis Christo inchoatas victorias deinceps parare studeam. Quarum Pontifex ordinem (quodnam enim Episcopi Romani Pontificis dicam?) ægrè ferebam non tam à viris, jam olim à fortissimis, deorum fabulosa figmenta quærentibus, quàm ab ipso Deo sanctissimo, & ab ipsa veritate, quæ ipsa est, ad imperatorem ignominiosa relatione deferri; gravi accusatione adversùs Felicitatem instituta, quod non modò non colat deos Imperatoris, sed eos etiam oblatione mercis, & aliorum quorumvis ritûs à religioso deorum cultu abalienet. Quâ impietate ab omnibus jure dicitur, nisi Felicitas, aut ad necem cædatur, aut ægrè mediocriter plumbatis eorum adversùs Romanos Deos fiat implacabilis. His Imperator commotus, Publio urbis Prætorio mandabat, ut Felicitatem cogeret, una cum filiis sacrificare dæmonibus; sacrificio tandem pœnas deorum averteret. Publius cupiens Felicitati, ut primò ex muliebri parcere, ad se privatim eam cum filiis accersit: & primùm blandis verbis, postea verò comminatione pœnarum & cruciatuum, conatur eam persuadere, ut ad veterem religionem deorum immortalium, deserta Christianorum hæresi, reverteretur: idque sacrificatione manifestè ostenderet. Felicitas verò, memor illius Christi oraculi: * *Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor illum coram Patre meo cælesti, &c.* non quasi per simulationis effugia, nec ambagibus utitur verborum; sed breviter respondet: *Nec blandimentis tuis movebor; nec terroribus & pœnis frangor: Spiritum enim sanctum habeo, qui mihi suggerat vires, ut parata sim, pro fidei meæ confessione, quàvis perpeti.* Publius, cùm ipsam à constanti sua sententia non posse dejici arbitraretur, inquit: *Age sanè, finis suave mori est: sed, verum hoc tu, misereris filiorum tuorum: & ideo persuade ac precipe, ut sacrificio vitam suam redimant.* Ad hæc Felicitas respondet: *Misericordia tua impietas est; & exhortatio tua crudelitas. Nam, si filii mei sacrificarent idolis: non vitam redimerent, sed ex animâ æterni ignis mancipia fierent.* & conversa ad filios inquit: *Filii charissimi, in fide & confessione Domini nostri Jesu Christi perstate, qui nos expellat Christus cum Sancto suo Spiritu: pugnate præclarum certamen, & fortes vos exhibete in amore Christi.* His inflammatus Publius, ait: *Jam ei impingi jussit*, additâ gravi objurgatione: *Itáne vos me præsente monet, de Imperatorum violando statuto; quod ad observationem eorundem infligare debebas?* Sperans autem de filiis, si non omnibus, at saltem aliquibus, persuasurum se, ab eos à Christianâ religione, sacrificarent idolis; separatim singulos, cum pollicitatione præmiorum, & supplicii minitatione ad abnegationem solicitabat: sed nihil proficiebat. Quare ad Imperatorem de pervicacia eorum referebat, quòd nullo modo posset ad sacrificandum diis adduci. Imperator verò, carnifici eos tradi, & variis supplicijs affici, mandabat. Spectante igitur matre, Januarius plumbatis occiditur: Felix & Philippus fustibus ad necem usq; cæduntur. Syrenus præcipitio necatur; Alexander, Vitalis, & Martialis, capite truncantur. Postremò, mater quoq; ipsa capitali supplicio afficitur. Hæc omnia eodem anno Veri 6. *Beda & Haimo ex Eusebio* referunt.

De eâ *Gregorius* sic scribit: *Felicitas, credendo & gignit ad Christi prædicationem matrem Christi sollicitat, prædicando nutrit. Unum Deum, qui cuncta condidit, mundum. Filios suos armabat, quos ad certamen roborabat, & vincere non poterat: ipsa vincit. Quos ad martyrium exhortata fuerat, ipsa prior martyrii palmam rapuit: quos de morte corporis, filios ei fuisse non dubium fuit.*

CONCORDIA.

Haimo & Beda ex Eusebio martyrium refert Cornelium Presbyterum, apud Spoletum, sub Antonino Antonini Veri Imperatoris filio, Commodo. Is cum [illegible] idolis [illegible] * [illegible]

A recusaret, deferretur ad tyrannum, & ejusdem mandato in ferrum mittitur. Verba hoc martyrio Latina subjecisse visus est, quod ait: *precibus Cornelius usus est, ut apud illos, qui apud eum [illegible] fortitudinem [illegible] ut [illegible] & [illegible] Martialis [illegible] & [illegible] Dæmonum [illegible] Deum [illegible] verbo [illegible] Deo id [illegible] Dei [illegible] fieret, à Deo id [illegible] posulare piè potuerunt.*

Haimo & Beda, Vincentius de Historiâ de Erfordiâ, & alii auctores, plures referunt Martyres, sub Antonino Vero, passim variis generibus supplicorum affectos, quorum nomina hæc sunt: Symmetrius, Pyrrhus, Pontianus, Alexander, Caius, Hippodus, Victor, Corona, Marcellus, Valerianus. His communis martyrii causa plerumque, nempe confessio Christi, curatio idololatriæ, & quod idolis Imperatorum sacrificare recusarunt. Supplicium & martyrum magna varietas commemoratur: sed cum plerumque eorum narratio deducitur, ut capite truncati dicantur. Miranda quod alia magis lethifera tormenta superare potuerunt; à gladio tamen vitâ eripi nequiverunt. Quæ res non parùm suspectas, cùm aliorum, tum etiam horum martyrum historias, (ut hæc in *Vincentio, & Petro de Natalibus*, & aliis, exstant) facit: quas, qui volet, ex aliis requirat scriptoribus. Nobis hæc dixisse sat est.

DE MARTYRIBUS SUB Commodo.

VINCENTIUS, EUSEBIUS, PEREGRINUS, POTENTIANUS.

VINCENTIUS, Eusebius, Peregrinus, Potentianus, doctores erant quidam, ad imitationem Apostolorum, circumibant, & Evangelio propagando ad gentes non fanconversas operam dabant. Cùm autem Commodus, in natali suâ die, convocatâ omni plebe Romanâ, Herculem & Jovem celebrâsset acclamatione publicâ; *Pontifex Hercules Romanus, & defensor libertatis Romanæ* & in concione Commodus, pelle leonis indutus, ad aureâ Jovis statuam thura adolevisset: pio zelo accensi, eam idololatriam Imperatoris & populi arguebant; & in pagis & oppidis verum Deum prædicabant, dicentes: *Charissimi fratres, recedite à cultura [illegible] & ad unum Deum, Patrem, Filium & Spiritum [illegible] & [illegible] agite pœnitentiam, & [illegible] ne [illegible]* In concione Julium Senatorem, & alios, [illegible] fertur ad Imperatorem: & capiuntur & Vitellio, & [illegible] tantur ad sacrificandum Herculi & Jovi, quod rem plane [illegible] natè recusarent; post multa tormenta, & [illegible] quæ accidisse referuntur, tandem plumbatis [illegible] cæsi. *Haimo, & Chronicon Historiæ de Erfordiâ.*

JULIUS SENATOR.

Julius, Senator Romanus, audita concione martyrum prædictorum, in domum suam eos introduxit: & de religione Christianâ amplius instructus, Evangelio credidit, & accersito quodam Rufino Presbytero, baptizatus est cum totâ familiâ suâ. Nec, quod vulgus politicorum hominum facere solet, fidem suam clam habebat, sed sincerâque zelo inflammatus, palam profitebatur, & quod magis in votis habebat; quàm libere non modò [illegible] credere, sed etiam pro Christo vitæ ponere. Deorum [illegible] perator, cognitâ re, quòd Julius quoque à veritate [illegible] deorum, ad Christianorum fidem [illegible] ad se accersit, & his [illegible] Julii, quæ [illegible] cœpit, ut antiquâ majorum [illegible] quæ Jovem & Herculem deos [illegible] nova illa & vana Christianorum [illegible] Julius, & pro [illegible] fore fidei [illegible] reddit. [illegible] vera [illegible] Deum [illegible] pœnam [illegible] [illegible] ut

id ipse confitetur martyrio. Vultisne, o pilei, [illegible] horatur [illegible]

[illegible] Imperium Romanum [illegible]

[illegible] Deum [illegible]

[illegible] Hi Valentini [illegible]

[illegible] Christi erat.

DE MARTYRIBVS HAERETICORVM.

TAntus erat tum Persecutionis, qui orta est, contra [illegible] Christo quoquo modo professos, furor, [illegible] & crudelissimè undique [illegible]. Hoc ipsum est, ut non [illegible] quisquam de Christo doctrinam amplecteretur; sed etiam Haretici, qui Christianum nomen usurpabant, (quemadmodū Marcionitæ & alii) ad supplicia raperētur, & propter professionem nominis Christiani interficerētur.

Certum, quòd vis Bonici inter veros martyres & Hæreticos non discernebat: tamen Christiani, si quando cum Hæreticis ad martyriū rapiebātur, nec ullo modo professione & confessione sese ab iis disjungere & a veneno eorum, ut & aliàs in totā vitā, etiam in morte sibi cavebant, cavendumq; aliis suo exemplo & confessione ostendebant. Unde *Apollinarius* inquit, referente *Eusebio*: * *Siquidem & aliarum hæresum nonnulla quamplurimos martyres habent: non tamen ideò pedibus in illorū unius sententiā ac primi flatim à Marcionis scitā Marcionistæ dicti, plurimos habere martyres referūtur: veruntamen Christum ipsum juxta veritatem non profitentur.* & paulò pòst: *Proinde, cum Christiani ex Ecclesiā, ad martyrium & professionē veræ fidei & pietatis suæ cum ex martyribus, qui Phrygum hæresi dicti sunt, vocarentur, hos non, nec assentientes eis, neq; cum ex communi cæsi, communicarent: propterea quòd nolint ut Montani, mulierculæ rumq; ejus spiritūs, sententiam concedere. Id autem verum esse, quod nostro quoq; ævo Apamea (quæ ad Maandrum fluvium sita est) accidit exemplū, declarat; in Caio & Alexādro ab Eumeniā martyribus, qui de veritate fidei sententiā & opinione decertarunt.*

* lib. 5. c. 16

Cùm autem exempla diversorum generum colligat, nihil perspicuitatis afferre: putavimus nō prorsus à nostro instituto fore alienum, si unam atq; alteram pseudomartyrum historiam assignaremus.

METRODORVS.

Metrodorus, apud Smyrnam Marcionis errorem sequutus, à persecutoribus Christianorum captus; &, cùm Presbyter esse judicaretur, vivus combustus est. *Eusebius* * ex epistolā Smyrnensi.

* lib. 4. c. 15

THEMISON.

Themison, asseclā Maximillæ fuit. de ejus martyrio *Apollonius*, ecclesiasticus scriptor, in oratione contra Cataphrygas, (referente *Eusebio* *) in hunc modum scribit: *Præterea Themisōn, qui inducit ad avaritiā circūdatus, confessionem fortem præstavit, sed multā sæpe pecuniā vinculis exemit: cùm ipse ob eam causam damnatus esset agendū, quasi martyr gloriaretur, exemplum Apostoli catholicam quandā epistolam audacter legere, & eos infimare, qui melius quam ipse credebant; & breviter, ut suā secum pro vanis doctrinis decertarent, ac Deum & Apostolos ejus & sanctam Ecclesiam blasphemarent.*

* lib. 5. c. 18

ALEXANDER.

Alexander, Priscillæ & Montani sectator, judicatus est [illegible] Proconsule: nō propter professionem martyrii, sed propter temerè perpetrata latrocinia [illegible] prævaricator. Deinde, cùm falsò sibi notum [illegible] præmoneret; seductis ejus loci fidelibus, di[illegible] Proculus verò ejus, unde erat, propterea ipsum [illegible] non recepit. Sed postea seipse martyrē effe[illegible], multis peccatorum obsolu[illegible] * lib. 5. c. 18 [illegible] Hæc Eusebius *

[illegible] Hæreticorum [illegible] propter [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] Alexandro [illegible] Trajani, [illegible] Quietus [illegible] Cyrenen [illegible] Pelarum: [illegible] Deo [illegible] Adde narrationi Eusebii, etiam visionem nocturnam [illegible] Alexandro quidem ut una cum Narcisso miraculum ostenderet Hierosolymitanis verbo Alexandro, redire domum cupienti persuaderet.

His annectere possum & alia: ut conflagratio domûs, auream, maximis impensis à Nerone extructæ; quæ Trajani tempore accidit: ut & Panthei, celebris omnium deorum templi, quod post victoriam relatâ de Persis Sibylla construere jussit, ictu & à fulmine orta conflagratio.

Horribiles terræmotus, qui quamor in Asiâ urbes, (ut *Eutropius* * ait) & ultra octoginta, subvertêrunt. Qui tempore & Antiochiæ, ubi tùm fortè Imperator erat, & omnes propè Romani Imperii nationes convenerat, sic concussa est: ipsi quoque vicini montes convulsi, (inter quos Casius mons in Syriâ maximus fuit) subsederint; fluvii defecerint, & terra horribilem quendâ mugitum, & mare tremitum ediderit: tantus q; fuerit & tectorum ruentium fragor, & hominum obrutorum clamor, & cum mixto pulvere caligo tanta; ut nemo alterum vel videre, vel alloqui, vel audire posset. Hæc enim, & alia multò plura, de horribili confusione, & calamitatibus ex terræmotu Antiocheno ortis, *Dion* prodidit: qui & ipsum Imperatorem per miraculum servatum esse, (ità ut ab aliquo, humanâ staturâ majori, inter tectorum ruinas per fenestram subtractus sit) narrat.

De prodigiis verò, in oppugnatione Agarenorum, cui Trajanus interfuit, *Dion* scribit: *Prodigia inter multa facta sunt, tonitrua ante, fulgetra; arcus ingens in cælo visus; tempestates & grandines immanes. Præterea (quod monstro simile existimatum est) quoties Romanus cum hoste manus conseret, ictu fulminis averrebatur. Orta subitò muscarum vis, cibum & pocula insidens, facta contactu Romano gravia & molesta faciebat; adeò ut Trajanus digredi indè cogeretur.* Hæc sub Trajano sic accidisse, prodita sunt.

Sub Hadriano verò, (quemadmodum *Eusebius* * annotavit) iterum exorti terræmotus, maximam partem Nicomediæ & Nicææ urbium everterunt. Et aliquanto post, Nicopolis & Cæsarea, eadem causâ, penitùs submersæ sunt.

Recensent prodigiorum, quæ sub Antonini Pii imperio acciderunt, magnû numerum etiam *Julius Capitolinus*. *Adversa*, inquit, *ejus temporibus hæc provenerunt: Fames; sterilitas rerum; terræmotus, qui Italiæ orbem & Asiæ quoque concusserunt; & Romæ incendium, quod trecentas quadraginta domos absumpsit. Et Narbonensis civitas, & Antiochensis opulenta, & Carthaginensis forum, arsit. Fuit & inundatio Tyberis, quæ omnia & stella crinita: natus est & hiatus puteo; & anno parte maximâ quinquaginta dies sunt. Visus est in Arabiâ jubatus anguis, major solito; qui si arundinâ hederâ cinctus est. Lues etiam in Arabiâ fuit: hæc plagis & ictibus in certamine arborum natus est. Quatuor [illegible] Asiæ, Pontus, Cappadocia, Arabia prævaluerunt. [illegible] mota [illegible] vivi vidit.*

*Sub Commodo [illegible] ejus tempore [illegible] Romæ incensa, [illegible] Vesuvius mons [illegible] Campaniæ, [illegible] Sub Severo [illegible] Sub Caracallo [illegible] Sub Macrino [illegible] Sub Heliogabalo [illegible] Sub Alexandro [illegible] Sub Maximino [illegible] Sub Gordiano [illegible] Sub Philippo [illegible] Sub Decio [illegible] Sub Gallo [illegible] Sub Valeriano [illegible] Sub Aureliano [illegible] Sub Probo [illegible] Sub Diocletiano [illegible] Sub Constantio [illegible] Sub Constantino [illegible] Sub Constantio [illegible] Sub Valentiniano [illegible] Sub Theodosio [illegible] Sub Honorio [illegible] Sub Valentiniano [illegible] Sub Marciano [illegible] Sub Leone [illegible] Sub Zenone [illegible] Sub Anastasio [illegible] Sub Justino [illegible] Sub Justiniano [illegible] Sub Tiberio [illegible] Sub Mauricio [illegible] Sub Phocâ [illegible] Sub Heraclio [illegible] Sub Constantino [illegible] Sub Justiniano [illegible] Sub Leone [illegible] Sub Constantino [illegible] Sub Leone [illegible] Sub Constantino [illegible] Sub Romano [illegible] Sub Nicephoro [illegible] Sub Basilio [illegible] Sub Leone [illegible] Sub Alexandro [illegible] Sub Constantino [illegible] Sub Romano [illegible] Sub Constantino [illegible] Sub Romano [illegible] Sub Nicephoro [illegible] Sub Basilio

[illegible] Hadrianæ [illegible] Hierosolymis [illegible] Judæos [illegible] Palæstinæ [illegible] maximos [illegible] [illegible] [illegible] cum [illegible] [illegible] Hierosolymis [illegible] Urbe, [illegible] [illegible] [illegible]

In Lybiâ interiore, Ammonios inferos colere; teſtis eſt Ephorus.*

* cap. 44.

In Æthiopiâ Gentiles nefarios matrimonia, & omnibus vulgò in Venerem ferre; teſtatur *Solinus*.*

* cap. 43.

ETHNICISMUS PER INSULAS in mari mediterraneo.

In Cypro, Venerem coli, & Jovem uhoretis; *Clemens** indicat.

* Orat. ad Gent.

In Papho Veneris templum fuit. *Clemens ibidem.*

In Cretâ, & apud Lycios, quæ eſt gens Cretenſium, Jovi mactabantur humanæ victimæ, juxta Antilidem: ut refert *Clemens ibidem.*

Et Cretenſes Dianam venerari; *Solinus** indicat. Gortynæ Cadmum, & in Gnoſo Minervam coli; *idem* teſtatur *ibidem.*

* cap. 16.

Apud Cythnios, quæ eſt inſula ex Cycladibus, coli Edemum; apud Tenios Calliſtagoram; & in Icaro imaginem Dianæ Citheroniæ: *Clemens* autor eſt.

In Delo, Claro, Dodona. *Idem Clemens.*

Lesbios Dionyſio mactare hominem; *Dyſides* autor eſt, referente *Clemente.*

Samios ovem colere; dicit *Euphorion*: & Junonis inſolem in Samo coli, *Clemens** indicat.

* Orat. ad Gent.

Syracuſanos Veneri pulcras nates habenti ſacrificare; *idem* narrat in eâdem oratione.

GENTILISMUS PER EUROPAM.

In Græciâ nam *Clemens*,* Græciam plenam eſſe fabulis Cereris, teſtatur.

* Orat. ad Gent.

Athenis. *Clemens in eâdem oratione.*

Eleuſinæ. nam ſacrorum Eleuſiniorum *idem* meminit. In Alimunte Attica. *ibidem.*

Argivos Venerem & Jovem calvum colere; *Clemens* autor eſt.

In Laconicâ Dianæ templum eſſe, & Aſtrabacum coli; *Clemens* ex Soſibio refert.

Spartæ Coli Dianam Chelytidem à Tuſi, & Jovem Agamemnonem; *Clemens* narrat.

Arcades Dianam colere; ei Callimacho probat *Clemens.*

Gentilium in Iſthmo & Sagrâ, *idem meminit ibidem.*

Apud Phocenſes hominem holocauſtum offerri Dianæ Tauricæ; *Clemens*, ex Phytoclis tertio libro de Concordiâ refert.

In Bœotiâ lignum Dianæ Theſpiæ erat. *Clemens.*

Thebanos muſtelas propter ortum Herculis colere; refert ex Polemone *Clemens.*

Sicyonios adorare Dionyſium, cunni contrectatorem; *teſtis eſt Clemens.*

In Acarnaniâ bovẽ muſcis ſacrificari, in templo Apollinis; *Clemens* teſtatur.

In Theſſaliâ. nam in Pellâ Theſſaliæ, Acheum hominem ſacrificari Chironi & Peleo, refert ex Monimo *Clemens. Idem* ex Polemone narrat; Theſſalos ciconias & formicas, propter conſuetudinem, venerari.

In Thraciâ, Eleos Apollinem obſonatorem, & Jovem Apomyium, depulſorem muſcarum, venerari; *Clemens* autor eſt. & Thracum Gentilium meminit *Solinus*.*

* cap 15.

In Italiâ, Romanos ſacrificare Herculi [illegible], hoc eſt, depulſori muſcarũ, & Febri, & Pavori; teſtis eſt *Clemens.** Et Romæ Latialem Jovem humano cruore placari; *Tatianus.** & Romæ ædem Veiovis eſſe inter arcem & Capitolium; *Gellius** teſtatur.

* Orat. ad Gent.

* Orat. contra Græc. lib. 5. c. 22.

In Hiſpaniâ. nam necromantia Hiſpanorum meminit *Clemens.**

* Orat. ad Gent.

In Galliâ, Gallos humanis litare hoſtiis; *Solinus** ex rumore communi refert.

* cap. 34.

In Germaniâ, in Norico Tibelinum cultum; *Tertullianus*, ut infrà dicetur, patet.

In Hyberniâ, ejus incolas, ſanguine inter ſe corum hoſto, priùs victores vultus ſuos rubricare, & ſi aliquando eodem animo ducere; *Solinus** ſcribit.

* cap. 35.

In Scythiâ, Scythas acinacem adorare; & ex Varrone [illegible] de myſteriis matris Deûm, ut Scythicum [illegible] eſſe *Clemens** ſcribit.

* Orat. ad Gent.

In Sarmatiâ, ejus regionis incolas ignem & acinacem adorare & colere; *idem* teſtatur.

Tauri populi, qui habitant circa Tauricam Cherſoneſum, quoſcunque hoſtes ceperint apud ſe, ex iis qui obtruncati ſunt, Dianæ ſacrificant. *Clemens ibidem.*

CAPITA OPINIONUM gentilium.

De libris Gentilium.

Gentes, libris Poetarum, ut Homeri & Heſiodi: & Sapientum; qualis fuit Thales: & Legiſlatorum, ut Solonis, Lycurgi: & Philoſophorum; ut Socratis, Platonis, Ariſtotelis & Hiſtoricorum, eſſe uſos, ut ſenſerit, placitis eorum eſſe credendum, cùm illi veram ac perfectam ſciant pietatem: patet ex *Juſtini* ſermone ad Gentes, & *Tatiani* oratione contra Græcos, & *Clementis* oratione ad Græcos, & *Theophili* libro 2. & 3. contra Autolycum.

De libris Chriſtianorum.

De ſcripturâ Chriſtianorum ſentiebant, quòd eſſet recens & nupera. *Theophilus.**

* Vid. Orat. ad Græc.

De Deo.

De Deo varias habuerunt opiniones; ut patet ex *Clementis Alexandrini* oratione ad Gentes, ubi hæc refert. *Alii ſtatim in cœlo contemplando decepti, & ſoli viſui credentes, motu aſtrorum contemplantes, admirati ſunt; & Deos eſſe cenſuerunt: aëra Deos, nempe θεὸς, quaſi θεῶν, hoc eſt, à cursu, nominantes: & Solem adorarunt; ut Indi: & Lunam; ut Phryges. Alii autem, eorum, quæ ex terrâ naſcuntur, mites fructus carpentes, Cererem frumentum; ut Athenienſes [illegible] Dionyſium vinum; ut Thebani, appellarunt. Alii, cùm conſiderarent vitæ partes, eas in Deos referunt, adorantes Penas & Calamitates, Ritus Furias & Eumenidas, & [illegible] & [illegible] Vocem, quæ averruncatores & malorum depulſores: & præterea [illegible] id eſt, cacodæmones ſeu malos genios, finxerunt Portæ ſcenicis. Jam verò quidam ex Philoſophis, ipſi quoque, poſt Poëticos, eatenus, quæ ſunt in nobis, affectionũ figuras & ſimulacra conſtituunt: nempe Metum, & Amorem, & Gaudium, & Spem, ſicut certè priſcus quoq; Epimenides; qui Contumeliæ & Impudentiæ Athenis aram exſtruxit altaria. Alii aût, ex iiſdem rebus impulſi, ab hominibus in Deos referuntur, & inſtar corporis effinguntur: Juſtitia quidẽ, & Clotho, & Lacheſis, & Atropos, & Parca, & Anxo, & Thalle, Atticæ. Sextus eſt modus introducẽdæ & acquirendæ Deorũ deceptionis, qui Deos numerant duodecim, quorum etiam Theogoniam, ſeu Deorum ortũ, canit Heſiodus; & quamvis, de diis theologicè diſſerit Homerus. Reſtat poſtremus (ſunt enim hi omnes ſeptẽnadi) qui proficiſcitur à divino in terrenas humilesque Naturas, cùm ſenſim ad ſenſum adjicerent Deum non intelligentes, eſſe [illegible] quidam [illegible] vatores, Caſtorem & Pollucem, & Hercules [illegible] ſocios, & malo adjutores, & medicum Æſculapium.*

De Philoſophorum opinionibus de Deo, *Clemens* in eâdem oratione hæc ſcribit. *Thales Mileſius, aquam: & Anaximenes, qui & ipſe Mileſius fuit, aërem: quem Diogenes eſſe ſequutus. Parmenides autem Eleates, introduxit deos ignẽ & terram. Ex his autem poſſi Deum exiſtimarunt ignem, Hippaſus Metapontinus, & Epheſius Heraclitus. Empedocles, præter quatuor elementa, Contentionem enumerat, & Amicitiam.*

Et poſtea: *Ex aliis autem Philoſophis, qui, elementis prætermiſſis, quid exiſtimarint & præſertim indagarunt; aliqui ex ipſis [illegible] infinitum: ex quibus fuit Anaximander Mileſius. & Anaxagoras Clazomenius, & Athenienſis Archelaus: atq; hi quidem ambo præſcierunt mentem infinitati. Incipit ad Mileſius, & Chius Metrodorus, ipſi quoq;, ut videtur, duplicia rerũ quæ principia; plenum & inane. His dein cæteris aliquot alia ſic ſimulacra, ſeu rerum ſpecies. Democritus Abderitanus. Alcmæon verò Crotoniata, aëra Deum eſſe putabat; ut quæ ſint animata. Sed nec aurum ſilens impudentiæ. Xenocrates (ſuit hic Carthaginenſis) ſpecies quidem [illegible] verò, qui ex his omnibus colligi [illegible], ut [illegible] ſunt. Sed nec præterimus Stoicos, qui ignem, quæ [illegible] & aëthera naturam, dicunt Deum patrare. qui [illegible] Philoſophiam aſſirmat dolorem. Sed nec mulcham fuerit, ut arbitror, cùm ad [illegible] [illegible] etiam Peripateticorum. Et ſed ad [illegible] paterna [illegible] non intelligentes [illegible] qui recipiat ſapientem, patet eſſe [illegible] Deos eſſe mundi [illegible] Deum eſſe [illegible] quæ [illegible]. Quæ cum*

usq; ad Lunam ejus definit providētiam; deinde Mundum Deum esse existimat; evertitur: ut qui eum, qui est Dei expers, Deum esse arbitretur. Eresium autem ille Theophrastus, familiaris Aristoteli, alicubi quidem cælum; alicubi verò spiritum, Deum esse existimat. Nam Epicuri quidem solius vel lubens obliviscar; qui Deo dicit non esse curæ res humanas, impie se gerens per omnia. Quid verò Heraclides Ponticus? non ipse quoq; alicubi detrahitur ad simulacra?

Eadem ferè & *Justinus* in Sermone ad Gentes commemorat; & *Theophilus*, lib. 2. contra Autolycum.

Menander tenſit, ſolé eſſe primum Deorum; per quem cæteri videantur. *Clemens.** Plato Deo addit materiam ingenitam, quæ cum eo prodierig & exſtiterit. *Theophilus.** Quidam uniuſcujuſque conſcientiam Deum conſtituunt. *Idem.* Quidam Deo attribuebant corpus. *Tatianus.**

Opiniones Poetarum de Deo.

Homerus affirmat, deos eſſe ex Oceano natos. *Juſtinus,** *& Theophilus.** Heſiodus etiam Deos genitos eſſe tenſit. *Juſtinus & Theophilus ibidem.*

De numero Deorū alii aliter ſenſerunt. Nam Orpheus 260. deos confeſſus eſt: quos tandem rejecit in teſtamento ſuo, cum moreretur; afferens unū eſſe Deum. *Theophilus.**

Eorum, quos pro Diis & Deabus coluerunt Gentiles, prolixus Catalogus ex *Juſtino*, & *Clementis oratione ad Gentes*, & *Theophilo contra Autolycum*, confici poſſit. Nam pro diis venerati ſunt Saturnum: plures Joves; ut Jovem Agamemnonem, Jovem Apomyium, Jovem Calvum, Jovem Ultorem, Vejovem (de quo *Gellius.**) Jovem Latialem, Jovem Tragœdum: Solem, Martē, Apollinem hiantem, Apollinem obtonatorem, Phœbum, Neptunum, Vulcanum, Caſtorem, Pollucem; Dionyſium χορηφαλλω, id eſt, cunni contrectatorem; Æſculapium, Herculem, Satyros, Atym caſtratum, Belum & Baal, Averruncum, Robigum, Plutonem, Pythium draconē, Melicertam, Archemorū, Serapidem, Adonidē, Antinoum: Itèm Lunam, Auroram, Cererem, Proſerpinā: plures Veneres, ut Venerē τυμβώρυχον, id eſt, quæ ſepulcra effodit; Venerē στατειαν; Venerem ἐπιτρόπην; Venerem ἐπιτυμβίαν id eſt, pulcras nates habentem: Junonem, Minervam, Thetyda, Dianam Suffocatam, Dianam Condylitidem, Dianam Podagrā, Dianam Chelytidē, Nymphas, Oreades, & Hamadryades, & Najades, & Nereides. Itèm Febrim, Pavorem, Fortunam, &c.

Sentiebant, Deos ſuos naſci & generare. *Theophilus.** Et ex atomis conſiſtere; & in atomos procedere; & nihil amplius, quàm homines, poſſe. *Idem.**

Quoſdam Deos, ut prodeſſent, celebrabant: quoſdam, ne obeſſent, placabant. & in horum numero erat Vejupiter, Averruncus, & Robigus. *Gellius.**

De Dæmonibus.

Alii ſentiebant, Dęmones eſſe genitos ex materiâ; eosq; adorandos. *Tatianus.** Alii ſentiebant, Dæmones eſſe terrenos & lutulentos; & circa ſepulcra verſari & volutari. *Clemens.** Dæmones, poſt Deos, cuſtodire homines affirmabant. *Clemens ibidem.* Et ſanare morbos. *Tatianus.**

De Creatione.

Alii ſecundùm Platonem tenſerunt; Deum eſſe cauſam bonorum: ſed, quis ille Deus eſſet, ignorarunt. *Clemens.** Alii ſecundùm Epicurum aſſerebant; omnia fortuitò ſive caſu ſubſiſtere. *Theophilus.**

De Mundo.

Alii ſecundùm Heſiodum ſenſerunt; Mundū eſſe genitum: & abejus creatione Myriades annorū tranſiiſſe quindecim, & annos 3075, ſecundum Apollonium Ægyptium. *Theophilus.** Alii tenſerūt, Mundum ingenitū eſſe. *Theophilus.** Alii ſenſerunt, Mundū indiſſolubilē: alii eum conflagraturū dixerunt. *Tatianus.** *Theophilus.** Ægyptii ad Diacecaumenem narrant, a primis ſuæ gentis avis traditū eſſe; ubi nunc occaſus eſt, ibi olim ortum Solis fuiſſe. *Solinus.**

De Providentiâ.

Res omnes, quæ intra Lunam ſunt, providentiâ regi, hodie negant Ariſtotelici. *Tatianus.** Quidam Dei providentiam negabant: quidam omnia Dei providentiâ gubernari contendebant. *Theophilus.**

De Diluvio

Plato ſenſit, non univerſam terrā; ſed tantùm campos, inundatione aquarū eſſe occupatos: & eos, qui effugerint, in ſummis montibus eſſe ſervatos. Alii dicebāt, Deucalionem & Pyrrhā, in arcâ cōſtitutos, incolumes eva ſiſſe: & ex eâ progreſſos, jactu lapidum homines creâſſe. *Theophilus.** * *lib. 3.*

Plato teſtatur, decies mille myriades annorum interceſſiſſe, à Diluvio uſq; ad Dædalum. *Theophilus ibidem.*

De Animâ.

Animam alii ſenſerunt eſſe ignem; alii aērem; alii mentem; alii motum; alii exhalationem; nonnulli vim defluentem à ſideribus; alii motivum numerum; alii aquam prolificam. *Juſtinus.** Itèm, quidā ſecundùm Philoſophos ſenſerunt, animam eſſe in nobis: alii extra nos. *Juſtinus ibid.* * *Orat. ad Gent.*

De Lege divinâ.

De lege divinâ, quantum ad primam tabulam, Gentiles parum noverunt. De ſecundâ tabulâ, præcepta quædam de moribus externis tradiderunt.

De Peccato.

Quid verè peccatum, & unde eſſet, & quas calamitates generi humano adferret, Gentiles ignorarunt.

De Salute.

De Juſtitia per Dominum noſtrum JESUM CHRISTUM partâ, & remiſſione peccatorum per fidem in eum, Gentes nihil noverunt. *Solinus** dicit, nondum repertum eſſe; qui ad titulum felicitatis attigerit, & felix jure cenſeri potuiſſet. * *cap. 7.*

De Bonis operibus.

Quidam ex Ethnicis tenticbant, vivendum eſſe, ut luberet: quidam verò honeſtè vivendum judicabant. *Theophilus.** Et *Solinus** dicit; Hibernos fas atque nefas eodem animo ducere. * *lib. 3.* * *cap. 25.*

De Oratione.

Adorabant Solem & Lunam, & reliqua idola, quæ pro Diis habebant. *Clemens.** Solebant à certis diis certas res poſtulare: ut teſtatur *Tatianus.** Sentiebant etiam, adorandum eſſe Cæſarem. *Theophilus.** * *Orat. ad Gent.* * *contra Græcos.* * *... contra Autolyc.*

De Statuis.

Sentiebant, Statuas honorari ſacrificiis, fumo & nidore. *Clemens.*

De Oraculis & Auguriis.

Sentiebant, de rebus futuris Deos ſuos reſponſa dare poſſe; ideoq; conſulendos eſſe. *Tatianus.*

Per corvum & graculum exiſtimabant Deum clamare: eumq; honore afficiebant, ut Dei nuntium. *Clemens.*

De Magiâ.

Magi gloriabantur, ſe ſuis carminibus Dæmones ſibi ſubjicere poſſe, ut ſibi ſervirent. *Clemens.*

De Aſtrologiâ.

Opinabantur, vitam hominum gubernari ſeptem Planetis. Itèm, Fatum à Saturno per aſtra regi. *Tatianus.*

De Conjugio.

Quidam ſecundùm Platonem ſenſerunt, uxores communes eſſe debere: ut frequentior proveniret ſoboles; & triſtitiâ affecti, ob communem uxorum concubitum, conſolationem indè caperent. *Theophilus.** Quidam, ſecundùm Epicurum & Stoicos, approbarunt inceſtos concubitus, & maſculam Venerem. *Theophilus ibid.* Et teſtatur *Solinus** in inſulâ Thule circa Britanniam, incolas vulgò fœminis uti, & nulli certum matrimonium eſſe. * *lib. 3.* * *cap. 35.*

De Morte.

Thraces concedunt omnes ad interitum voluntarium. Nonnulli eorum putant, obeuntium animas reverti: alii, non extingui; ſed beatas magis fieri. *Solinus.** * *cap. 25.*

Ephimarus tenſit, animas tranſire poſt mortem in alia corpora. *Theophilus.** * *lib. 3.*

De Inferno.

Somniabant, Minoēm & Rhadamanthum judices fore animarum. *Tatianus.*

De Reſurrectione.

Quidam reſurrectionem prorſus negabant: quia nullus poſſit oſtēdi ex mortuis revocatus. *Theophilus.** Quidā animam ſolā immortalē tenticbāt; ſed ſine corpore. *Tatianus.* Quidam ſecundùm Zenonem tenticbāt; Mundo per conflagra- * *lib. 1.*

* antea Græcos.

fugationem revocato, eosdem rursus homines, ad eandem vitam, eademque facinora reflorescituros. *Tatianus.**

DE REGIMINE SACRO & RITIBUS Gentilium.

Non est dubium, quin ex Gentilium consuetudine & ritibus, cùm paulatim ad Christianismum Gentes adducerentur, multa retenta, & ipso ultrà pedetentim vel confirmata, vel paululùm immutata, & minùs rectè ad alios fines translata sint: quæ superstitionibus, quibus antea obnoxia fuerunt, & postea occasionem præbuerunt. Ejus rei fontes perspiciantur: nonnihil, quantum quidem ex autoribus hujus seculi colligere potuimus, de sacrorum Gentilium administratione & ritibus dicemus.

De Sacerdotibus.

Etiam apud Gentes certi homines superstitiosis eorum sacris præfuerũt: quos Sacerdotes plerunque appellare solent. Videntur autem certi ordines inter eos fuisse. Nam alii Pontifices Maximi appellantur: *Gellius.** Alii Flamines, qui ipsi & varii generis fuerũt: nam alius Flamen Quirinalis:* alius Flamen Dialis* dicitur. Alii Magi: alii Mystæ: Alii Augures: alii Aruspices: alii Somniorum conjectores: alii Alevomantes: alii Crithomantes: alii Ventriloqui: *Clemens.** Alii Monstrorum inspectores: alii Quindecimviri, alii Septemviri epulonum: alii Salii: alii Tibicines sacrorum: *Gellius.** alii Fratres arvales* dicuntur.

Habebãt Sacrorũ ministros, ut fuit Bacchę: *Clemens.** & Virgines Vestales: *Gellius.** Sibyllæ, Sagæ, Vates, & similes.

Officium Sacerdotum erat, cultus Deorum administrare. *Tatianus.** Potestas etiam intercalandi penes eosdem fuit. *Solinus.**

Pontifices Maximi solebant decreta facère, de constituendis religionibus, de feriis, de Diis & Deabus: quæ postea edictis imperabantur. Hoc jus Episcopi Romani, ex [illegible] sibi in Ecclesiã postea arrogarunt, & usurparunt. Item solebant Annalium esse scriptores; ac in tabulas annotare, quoties annonæ caritas, aut lunæ aut solis defectiones accidissent. *Gellius.**

Flamen Quirinalis sacrificium publicè faciebat Accæ Laurentiæ. Officium & ceremonias Flaminis Dialis, *Gellius** describit in hunc modum: *Ceremonia impositæ Flamini Dialis multæ: item cantus multiplices, quos in libris, qui de Sacerdotibus publicis compositi sunt; item in Fabii Pictoris librorum primo, scriptos legimus. Unde hæc fermè sunt, quæ cõmeminimus.* I. *Equo Dialem flaminem vehi, religio est.* II. *Classem procinctam extra Pomœrium, id est, exercitũ armatum, videre. Idcirco rarèter Flamen Dialis creatus Consul est, cùm bella Consulibus mandabantur.* III. *Item jurare Dialem fas nunquã est.* IV. *Item annulo uti, nisi pervio cassoq;, fas non est.* V. *Ignem è Flaminiã, id est, Flaminis Dialis domo, nisi sacrum efferri, jus non est.* VI. *Vinctum, si ædes ejus introierit, solvi necesse est; & vincula per impluviũ in tegulas subduci, atq; indè forãs in viam demitti.* VII. *Nodum in apice, neq; in cinctu, neq; in aliâ parte, ullum habet.* VIII. *Si quis ad verberandum ducatur; si ad pedes ejus supplex procubuerit; eo die verberari piaculum est.* IX. *Capillum Dialis, nisi qui liber homo est, nõdetondet.* X. *Capram & carnem incoctam, & hederam & fabam, neq; tangere Dialis mos est; neq; nominare.* XI. *Propagines è vitibus altæ præcidi non succedet.* XII. *Pedes lecti, in quo cubat, luto tenui circumlitos esse oportet: & de eo lecto trinoctium continuum non decubat; neq; in eo lecto cubare alium fas est; neq; apud ejus lecti fulcrũ capillum esse cõ strue atq; ferto oportet.* XIII. *Unguinum Dialis & capilli femina, subter arborẽ filiquam terrã operiũtor.* XIV. *Dialis quotidie flatus est.* XV. *Ac sine apice sub dio esse licitũ non est: sub tecto, ubi libet, & non prodem à Pontificibus constitutum. Massurius Sabinus scripsit & alia quædam remissa; gratiamq; allegat ceremoniarũ fallendi dicit.* XVI. *Farinam fermento imbuere aut attingere, ei fas non est.* XVII. *Tunicam intimam, nisi in loco tecto, non exuitur: ne sub cælo; tanquam sub oculis Jovis, nudus sit.* XVIII. *Super Flaminem Dialem in cõtio, nisi rex sacrificulus, haud quisquam alius accumbit.* XIX. *Uxore amisit, Flamonio decedit.* XX. *Matrimonii Flaminii, nisi morte, dirimi non est jus.* XXI. *Locum, in quo bustum est, numquam ingreditur.* XXII. *Mortuum nunquam attingit: funus tamen exsequi non religio. Eadem fermè cæremonia sunt, quæ Flaminicæ sacerdotibus Dialis simul observitare. veluti est.* I. *Quod bene nato aperitur.* II. *Et quod verica furculum de arbore ferens habet.* III. *Et quod scalas, quæ Græcè κλίμακες appellantur, aut ascendere, aut plus tribus gradibus, religiosum est.* IV. *Atq; etiam, cum it ad Argeos, quod neq; comit caput; neq; capillum deponit. Verba Prætoris ex edicto perpetuo, de flamine Diali, & de sacerdote Vestæ adscripsit: Sacerdotem Vestalem, & flaminem Dialem, in omni re jurisdictione jurare non cogam. Verba M. Varronis, ex secundo rerum divinarum, super flamine Diali, hæc sunt: Is solus albam habet galerã: vel quod maximus est; vel quod Jovi immolata hostia albato sacerdote oportuit.*

Expendat secum pius Lector, an non multa de his ethnicis ritibus Pontifices Romani, mysterio iniquitatis impręgnati, seculis sequentibus mutuati sint.

Fratres arvales collegium Romæ habebant; & erant numero duodecim. ejus sacerdotii insigne erat spicea corona, & albæ infulæ. *Gellius.**

* *li.6.c.7*
* *li.14.c.12*

Officia & ritus Virginis Vestalis, *Gellius** in hunc modum describit: *Quæ de Vestali virgine capiendâ scripserit (quorum diligentissimè scripsit Labeo Antistius) minorẽ, quàm annos sex; majorem, quàm annos decem natam, negaverunt capi fas esse. Item, quæ non sit patrima & matrima. Item, quæ linguâ debili, surdave aurĩ diminutâ, aliâve quâvis corporis labe insignita sit. Item, quæ ipsa, aut cujus pater emancipatus sit; etiam si vivo patre in avi potestate sit. Item, cujus parentes alter ambove servitutem servierũt; aut in negotiis sordidis deversantur. Sed eam, cujus soror ad id sacerdotium lecta sit, excusationẽ habere ajunt. Item, cujus pater Flamen, aut Augur, aut Quindecimvir sacris faciundis, aut Septemvir epulonũ, aut Salius est. Sponsa quoq; Pontifici, & tribunu sacrorũ filia vocatio, à sacerdotio ejus tribus solet. Præterea, Capito Ateius scriptum reliquit, neq; ejus legendam filiam, qui domicilii in Italiâ non haberet: & excusandam ejus, qui liberos tres mĩ haberet. Virgo aũt Vestalis, simul atq; capta, atq; in atrium Vestæ deducta, & Pontificibus tradita est; eo statim tempore, sinè emancipatione, ac sinè capitis minutione, è patris potestate exit, & jus testamenti faciundi adipiscitur. De more aũt rituq; capiendæ Virginis, hæc quidẽ antiquiores nobis exstant: nisi quòd capta fuisse fertur, quæ capta prima est à Numâ rege. Sed Papiam legẽ invenimus: quâ cavetur, ut Pontificis maximi arbitratu virgines è populo viginti legantur: sortitioq; in concione ex eo numero fiat. Sed ea sortitio, ex lege Papiâ, non necessaria nunc videri solet. Nam, si qua honesto loco natu adeãt Pontificem maximum; atq; offerat ad sacerdotium filiam suam, cujus dumtaxat salvis religionum observationibus ratio haberi possit: gratiâ Populi à legis perferendæ more capi aũt virgo propterea dici videtur: quia Pontifex maximus manu prehensa, ab ea parente, in cujus potestate est, velut bello capta abducitur. Is ritus primo Fabii Pictoris, quæ verba Pontifex maximus dicere debeat, cùm virginem capit, scriptum est. ea hujusmodi sunt: Sacerdotem Vestalem, quæ sacra faciat, quæ jus sit, & sacerdotem Vestalem facere pro Populo Romano Quiritibus, uti quod optimè lege fiat, ita te Amata capio. Pleriq; autem capi virginem solam debere dicitur. Sed Flamines quoque Diales, item Pontifices & Augures, capi dicebantur. L. Sylla, rerum gestarum libro secundo ità scripsit: P. Cornelius, cui primùm cognomen Sylla impositum est, Flamen Dialis captus. M. Cato de Lusitanis, cùm Servilio diem accusavit, eum dicit jus Pontificum dicere noluisse. Ego me nunc velle jus Pontificum optimè scire. Jam me eâ causâ quis vetet capiat? Si velit augurium optimè tenere: æquum me eâ cavere, quia augur est, capiat? Præterea, in Commentariis Labeonis, qui ad duodecim tabulas composuit, ità scriptum est: Virgo Vestalis, neq; hæres est cuiquam intestato; neq; intestata quisquam: sed bona ejus in publicum redigi ajunt. Id quo jure fiat, quærunt. Amissa inter capiendum à Pontifice Max. appellatur: quoniam quæ prima capta est, hoc fuisse nomen traditum est.

Hæc ideò adscribere voluimus, ut pius Lector originem ceremoniarum, quarum alias in crudelitate modis Ethnicis Virginibus postea in Ecclesiam deductis est, nosse possit.

De Templis.

Ædificia illa, in quibus Gentiles [illegible] autore hujus seculi, alia templa appellarunt *Clemens.** alia delubra *Tatianus.** alia sacella, alia fana; alia [illegible] *Solinus.** Solebant etiam pyramides & labyrinthos venerari: *Clemens.** & lucos: nam Antinoo & aliis Dis lucos dedicarunt. Hæc

* *Orat. ad Græc.*
* *Temp. 47.*
* *cap. 2.*
* *Orat. ad Græc.*

phrius indicat. Et montes, nam in Indiâ montem, Meros nomine, Jovi sacrum esse, *Solinus* testatur.

Nec satis erat, unũ in aliquâ urbe esse templũ: sed plura, & quidem variis Diis dedicata, habuerunt. Romæ enim templũ Fortunæ in Sterquilinio positum fuisse, *Clemens* indicat. *Solinus* sacelli Angeronę & Herculis, fani Carmẽtis, ædis Junonis, ædis Larium, meminit. Et ædẽ Dei Vejovis, Romę inter arcẽ & Capitolium fuisse; testatur *Gellius*.

In templis adyta erant, & statuæ variigeneris; lapideæ, ligneæ, sculptæ, fusæ. *Theophilus*. Et *Solinus* testatur, Indos ex ebeno simulacra facere: & Julium, thoracem, Veneri genetrici, ex margaritis Britannicis, fieri curâsse. Item picturæ & imagines Deorum & Dearum.

Nec in templis tolum, sed etiam domi, imagines habebant, quas venerabantur: & aras, & sepulcra hominum mortuorum. *Clemens*.

In templis autem hæc fieri consueverunt. Honorabant statuas nidore, sanguine, fumo: & sacrificabant hecatombas, & similia sacrificia. *Clemẽs*, *Theophilus*, & *Tatianus*.

Adorabant statuas, ut Deos suos: *Theophilus*. Et *Clemens* inquit: *Videat vestrûm aliquis eos, qui adorãt simulacra, sordidâ tomâ, veste sentâ & lacerâ deformatos: à lavacris quidẽ abstinentes; excrescentibus autem unguibus efferatos, & multos etiam pudendis privatos: ve-ipsâ ostendentes, templa idolorum esse quasdam sepulcra & carceres.* Et Senatusconsulta Romæ in templis fieri, moris fuisse; *Gellius* indicat.

Templorum custodes ædituus, seu æditui, erãt. *Gellius*. Pergameni, ne in templo Apollinis aranea texerẽt telam, aut aves involarent; cadaver basilisci reticulo aureo suspentum ibidem collocarunt. *Solinus*.

DE RITIBUS QUORUNDAM simulacrorum.

Habuerunt singula numina suas certas ceremonias; quarum aliquot commemorabimus.

Mars.

Cares Marti sacrificant canes. *Clemens*.

Phœbus.

Scythæ Phœbo asinos sacrificant. *Clemens*.

Mercurius.

Ob partam victoriam, solebant Mercurio sacrificare, & convivia agitare. *Clemens*.

Venus.

Quæ ergo ex spumâ & in Cypro est genita, Cinyræ amica, Venerem dico; quæ [illegible] dicitur, quòd exorta sit *ex genitalibus*, hoc est, ex genitalibus, ex salacibus inquam illis genitalibus, quæ Cœlo abscissa sunt; quæ post abscissionem finetui vim attulerunt, tanquam libidinosis veltris partibus dignus fructus sit, Venus in sacris mysticis: marinæ hujus voluptatis generationis indicium, talis pugillus & phallus, traditur iis, qui in hac mœchandi arte sunt initiati. Nummum autem ei offerunt ii, qui initiantur, ut amicæ amatores. *Clemens, ibidem, ex quo & sequentia sunt.*

Dionysius.

Dionysii mysteria sunt plane inhumana, quem, cùm esset adhuc puer, motu qui fit in armis, Curetibus choream ducentibus, dolo autẽ subeuntibus Titanibus, puerilibus quibusdam ludis deceptum, hi dilacerarunt Titanes, cum adhuc esset infans. ut mysterii poeta dicit *Orpheus Thracius*:

Pinea nux, trochus, & qui flectunt membra morentq́;
Lusa, & quæ Hesperides miserunt aurea mala.

Inutilia aũt hujus mysterii symbola, non fuerit inutile, ad ea condemnanda, adducere: ut sunt, talus, sphæra, nux pinea, mala, trochus, speculum, vellus. Atq; Minerva quidem, quæ Dionysii cor sustulit, appellata est Pallas, [illegible], id est, à vibrando seu torquendo: eò quòd cor vibret ac torqueat. Titanes aũt, qui ipsum etiam dilacerarunt, cum quendam lebetẽ tripodi impositum essent, Dionysii membra inicientes, ea prius coxerunt: deinde confixa veribus Vulcano imposita tenebant. Jupiter aũt, cùm postea apparuisset, liquidem Deus erat, ut qui asatarum carnium nidorẽ tortè tentasset, cujus præmii se esse participes veteres dicti contestantur; Titanes puncto fulmine, & membra Dionysii tripho Apollini tepelire præcepit. Ille aũt, non tute enim Jovi inobediens) deferens in Parnassum, deponit illic lacerum cadaver. *Et postea:* Mulieres etiam, quæ Thesmophoria celebrant, à mali punici granorum esu se abstinent; existimãtes, ex guttis sanguinis Dionysii germinãsse mala punica. Cabeiros autem appellantes Corybantes: mortem quoq; Cabiricam annuntiant. Hi enim duo fratricidæ, cùm cistam sustulissent, in quâ repositum erat pudendum Dionysii, eam vexerunt in Hetruriam, egregiarum mercium mercatores: & ibi habitarunt, cùm essent exules, venerabilem pietatis doctrinam, pudenda & cistam, colendam commendantes Hetruscis. *Idem postea:* Certamina & phalli Dionysio consecrati, qui vitam malè occuparunt. Dionysius enim, cùm cuperet descendere ad inferos, viam ignorabat. Pollicetur autem, se ei esse dicturum, quidam Prolymnus nomine; sed non sine mercede. Merces autem non pulcra; sed pulcra Dionysio: erat autem venerea gratia, merces, quam postulabatur Dionysius. A' Deo autem volente hoc postulatum est: idq; ei daturum pollicetur, si redierit; jurejurando promisso confirmato. Cùm viam didicisset, abiit: rursus rediit; non offendit Prolymnum: erat enim mortuus. Amatori justa faciẽs Dionysius, proficiscitur ad monimentum, & muliebria patiendi vehementi tenetur desiderio. Cùm ergo ficus ramum, ut contigit, excidisset, instar virilis membri eum efformat: & ei insidet ramo, faciens promissum mortuo. Mysticum hujus, quod accidit, monimẽtum; per urbes phalli excitantur Dionysio. Nisi enim pompam facerent Dionysio, & canticum canerent: pudendis (inquit Heraclitus) fierent impudẽtissima. Hic est autem Orcus, & Dionysius seu Bacchus, cui insaniunt, & cui bacchantur: non tam propter ebrietatem corporis, (ut opinor) quam propter probrosam sacrorum libidinis interpretationem.

Ceres.

Cereris autem mysteria, sunt Jovis cum matre Veneri congressus; & ira (nescio quid deinceps dicam) matris an uxoris Cereris. quâ de causâ dicitur appellata esse Brimo, Jovis preces, & potus bilis, & cordis evulsiones, & dictu nefandæ operationes. Hæc mystica sacra peragunt Phryges Atthidi, & Cybelæ, & Corybantibus. Hoc quoq; jactarunt: quòd, cùm Jupiter ab ariete geminos evulsisset coleos, jecit in medium unum Cereris: de violẽto congressu tabe impendens supplicium ut qui se-ipsum utiq; excidisset. Hæc symbola hujus initiationis satis superq; adaucta, satis scio vobis risum esse motura: etiamsi vobis non veniat in mentem ridere; eò quòd retellamini. Ex tympano comedi, ex cymbalo bibi, temperatũ attuli, ingressa sum thalamũ; an nõ prodita sunt hæc symbola nõ ridicula mysteria? Quid autem, si jam reliqua adjecerim? Uterum quidẽ gerit Ceres: nutritur autem Proserpina. Rursus aũt hic Jupiter, qui genuit, coit cum Proserpinâ suâ filiâ, post matrem Cererem; oblitus prioris sceleris. Pater & corruptor puellæ Jupiter, & coit [illegible]tus draco; convictus quisnam esset. Sabaziorum certè mysteriorum signũ est iis qui initiãtur, Deus qui sinum pervadit. Est aũt iis draco, qui extrahitur à sinu eorum qui initiantur, evidens argumentum Jovis incontinentiæ. Parit aũt Proserpina quoq; filium, taurinâ specie. *Clemens.* * *Idem postea:* Cùm erraret Ceres, ad quærendam filiam Proserpinã, circa Eleusinem (is autem est locus Atticæ) defatigatur; & mœrore affecta sedet super puteum. Hoc in hodiernum usque diem prohibetur iis, qui initiantur: ne videantur ii, qui sunt initiati mysteriis, imitari eam, quæ lugebat. Tunc aũt habitabant Eleusinem Terrigenæ, seu terræ filii. Eorum nomina sunt: Baubo, & Dysaules, & Triptolemus; præterea autem Eumolpus & Eubuleus. Triptolemus erat bubulcus; pastor autem Eumolpus; opilio autem Eubuleus: à quibus Eumolpidarum, & hoc sacra enuntians præconũ genus, Athenis floruit. Baubo autem, (neq; enim me continebo, quin dicam) cùm Cererem hospitio excepisset, ei confectum potum porrigit. Cùm ea aũt recusaret accipere, & non vellet bibere; ut quæ lugeret: ægrè ferens Baubo, ut qui fuisset despectus, pudenda aperit, & ea dea ostendit. Ceres autem delectatum visione: & vix tandem potũ accipit, exhilarata spectaculo! Hæc sunt arcana Athenienſium mysteria: hæc etiam describit Orpheus.

* Lib 3.
* cap 6.
* Orat ad Gent
* cap 2.
* lib 3 c 12
* lib 1
* cap 65
* cap. 66.
* Orat ad Gent.
* ibid.
* lib 2.
* lib 3.
* Orat ad Gent
* lib 16 c 7
* lib 12 c 10
* cap 40.
* Orat. ad Gent.
* ibid.
* Orat. ad Gent.

Adiocam mecum tibi ipse versus Orphei ut habeas illum ipsum mysiagogum tetum impudenter:

Hæc dicit; vestes tollens, omnemq; furorem
Corporis effundit turpem, puerilq; jocatus
Tunc ætate fuit; genuit è qua cista Bacchum
Ridentem mensa. ipsa hilari fuit tunc dea mente
Subrisit; varium vas quod patrumq; tenebat
Bacchi accepit.——

Eleusiniorum mysteriorum signum est: Jejunavi, potum confectum bibi, ex cistâ accepi: postquam fecî, depositi in calathum; & ex calatho in cistam. *Et porrò*: Quales autem sunt cistæ eorum mysticæ? Oportet enim sanctè eorum revelare, & arcana enunciare. An non ea sunt scitamenta & pyramides, & lana bene-elaborata, libaq; multis distincta umbilicis, salisq; pugilli, & draco orgiorum Dionysi Bassari? An non mala Punica, atq; etiam corda ferulæ & hederæ; & præterea placentæ & papavera? Hæc sunt eorum sancta.

Proserpina.

Vis etiam tibi narrem, quomodo flores collegerit Proserpina; ejusq; calathum, & raptum è Plutone, & hiatum terræ, & lues Eubulei, quæ devoratæ fuerint à deabus? propter quam causam, in Thesmophoriis sacrificantes, expellunt porcos. Hujus fabulæ diem festũ mulieres variè concelebrant; Thesmophoria, Scirophoria, multis modis raptum Proserpinæ tragicè decantantes. *Clemens ibid.*

Diana.

Cretes Dianam religiosissimè venerantur; θεοθήρατον gentiliter nominantes: quod sermone nostro sonat Virginem dulcem. Ædem numinis, præterquam nudus, vestigio nullus licito ingreditur. Ea ædes ostentat manus Dædali. *Solinus.**

* cap. 16. rectius memorab.

Minerva.

Gnosii Minervam civem deam numerant: primumq; apud se fruges fatas affirmant, audaciter cum Atticis contendentes. *Solinus.** Fontibus Britanniæ præsul est Minervæ numen: in cujus ædes perpetui ignes, nunquàm canescunt in favillas; sed ubi cinis tabuit, vertitur in globos saxeos. *Solinus.**

* cap. 18.

* cap. 35.

Cadmus.

Gortinii Cadmum seu Adymnũ colunt, Europę fratrẽ: ità enim memorãt, videtur hic, & occurris; sed die jam veiperato, augustiore te facie videndum offerens. *Solinus.**

* cap. 16.

Apis.

Inter omnia, quæ Ægyptus habet digna memoratu, præcipuè bovem mirantur: Apim vocant. Hunc adinstar colunæ numinis, insignem notæ albæ maculâ: quæ dextro ejus lateri ingenita, cornicantis lunæ refert faciem. Statutum ævi spatium est: quod ut abfuit, profundo sacri fontis immersus necatur; ne diem longiùs trahat, quàm licebat. Mox alter, nec fusè publico luctu, requiritur: quem repertum centum anciliorum Memphim prosequuntur; ut incipiat, sacris ibi initiatus, sacer fieri. Delubra, quibus succeditur incumbit, mysticè thalamos nominãt. Dat omina manifestanda de futuris. Illud maximum, si de consulentium manu cibum capiat. Denique, averſatus Germanici Cæsaris dextram, prædidit ingruentia, nec multo pòst Cæsar extinctus est. Pueri Apim gregatim sequuntur & repentè velut lymphatici, venturum præcinũt. Bos illi fœmina ostenditur in anno iemeis, & ipsa nõ absq; certis insignibus: quæ statim, atq; invẽta & obiata est, eâdem die necî datur. Apis natalem Memphitici celebrant, jactu aureæ paterę; quam projiciunt in Nili gurgites. Hæc solennitas per dies septem agitur. Quibus diebus cùm interdoctibus quædam crocodili indocti habitu, nec attrectant lavantes. Verùm octavo die, cessantibus jam pœnis, velut additâ lavandi licentiâ, lætati, tanquam [illegible]. *Solinus.**

* cap. 54

Themis.

Themidis arcana (nihil ab re, origanum, hoc enim nomen illam muliebris; quem honestè & mysticè licet dicere) videndum muliebre. O' evidentem invocandam *Clemens.**

* Oras ad Gent.

DE PHAGINIBUS & IDOLOLATRIS quorundam Deorum & Dearum.

Solebant Dijs suis & Deabus attribuere [illegible]

A

B

C

D

E

F

G

H

Nec desequebatur Clemens in hunc modum scribit. Quid-si præter hæc, ipsa vobis imagines subjecero considerandas: verè perspicietis, servitutis magnæ esse consuetudinem; ut qui mammonem hominum opera colatis insensibilem. Et Scythæ quidem antiquitùs adorabant acinacem; Arabes autem lapidem; Persæ verò ignem: & ex aliis hominum ii, qui erant adhuc antiquiores, lignea erigebant insignia; & columnas ponebant ex lapidibus, quæ etiam appellabantur Ζῆνες; ut quod eruderitur & expolietur ex materiâ. In Icaro certè, imago Dianæ ligneum erat non-laboratum; & Cithæronia Junonis, Thespia truncus exiſus: & Samia Junonis, (ut ait Aethlius) primùm quidem erat æs, postea autem, cùm esset Archon Proclus, effluxit in informem statuæ. Postquam dudũ cœperunt statuæ formari hominibus ἄφατα (quod idẽ est, quod statuæ) cœperunt denominationem ἀπὸ τοῦ ἄφατος id est, ex hominibus. Roma autẽ antiquitùs statuam Martis fuisse hastam, dicit scriptor Varro: cùm nondum pervenissent artifices ad hoc spectosum quidem; sed improbum artificium. Postquam autem ars floruit, auctus est error. Quod itaq; lapides & ligna, & (ut secundi dicam) materiam fecerint imagines hominibus finitimas, quibus pietatis formam præbuerint, calumniantes veritati; ab aliquibus quidem ex hoc patet. Verùm enimverò, cùm locus indigeat aliqua demonstratione, non est id recusandum. Ac Jovem quidem Olympicum, & Palladem, Athenis ex auro & ebore effecisse Phidiam, cujus est evidens. Junonis autem Samia statuam factam esse Euclidis cœlo, refert Olympicus in Samiacis. Neque dubitetur, si Severarum, quæ Athenis vocantur, dearũ, duæ quidem fecit Scopas, ex lapide qui vocatur λυχνίτης. Calos autem, eam quam narrantur habere mediam; Polemonem effudere in quarto rerum quæ scripsit ad Timæum: nec eas, quæ sunt in Pataris, Lycię, statuas Jovis Apollinis; quas rursus Phidias imagines, sicut loquuntur qui cum eis dedicatæ sunt, effecit. Quòd-si, ut nonnulli docũt, et has ars Bryaxis, non contendo: habes eum quoq; statuarium. utrùm eorũ velis adscribo. Quinetiam Telesis Athenæus, (ut ait Philochorus) opus sunt imagines in Neapoliſ; Neptuni & Amphitrites, quæ adorantur Veni. Demetrius autem, in secundo Argolicorum, statuæ Junonis Tirynthiæ; & materiam pirum, & effectorem fuisse scribit Argum. Multis autem fortasse admirabuntur, si didicerint Palladiũ (quod appellatur Διοπετὲς, ut quod à Jove devolârit: quod Diomedes quidem & Ulysses feruntur Trojâ abstulisse; depositisse autem apud Demophoontem) fuisse constitutum ex ossibus Pelopis: quemadmodũ Olympium, ex alijs ossibus, bovis Inducæ. Atque adduco Dionysium hac referentem, in quartâ parte Circuli. Apellas autem in Delphicis dicit duo fuisse Palladia: ambo autem fabricata esse ab hominibus. Sed ne quis existimet, me propter ignorationem prætermisisse; hæc quoq; adducam. Morychi Dionysii statuam, fuisse quidem factam ex lapide, qui vocatur Phallata; esse autem opus Sicyonis, cognomine Dædalam: ut dicit Polemo in quâdam epistolâ. Fuerunt autem et alii quidam duo alii, Cretenses (ut arbitror) statuarii, Dipœnus & Dipœnus nominabantur, fecerunt autẽ imagines Castoris & Pollucis, quæ sunt Argi; & effigiem Herculis, quæ est Tyrinthi; & statuam Dianæ Munichiæ, in Sicyone. Et quid in his immoror? cùm liceat vobis magnum illum Damonem ostendere, quisnam fuerit; quem per excellentiam audimus cultu & veneratione dignum ab omnibus esse habitum. Eum non esse manu-factum aiunt dicere, Ægyptium Serapim. Alii enim scribunt, eum fuisse munus, missum a Sinopitis ad Ptolemæum Philadelphum, qui eos fame laborantes, misso ex Ægypto frumento, revocavit: esse autem hanc statuam effigiem Plutonis; qui accepta statuam posuit in promontorio, quod nunc appellant Racotim: ubi etiam est honore affectum templum Serapidis. Est autem prodium lucrosum. Bliphchem autẽ pelicem, mortuam Canopi, [illegible] Ptolemæum sepelisse sub priùs dicto templo. Alii autem [illegible] imaginem dicunt esse Serapim; translatam quidem [illegible] risse Alexandriam, à sequutis hominum seniorum, [illegible] lucè Solensibus, qui sunt propè. Athenienses statuam Cereris traduxisse: qui ipsi quoq; primùm [illegible] & contristi fuerant à Ptolemæo. Centum [illegible] Sandone, [illegible] Serapidis [illegible] quemadmodũ [illegible] sacrificiis dicit, regem Ægyptium [illegible] sibi subjunxit. [illegible] ejus, Osirim [illegible] veritatem ejus. [illegible]*

* Orat. ad Gent.

nemsis; sed aliquis alius, qui eodem appellabatur nomine, quo Bryaxes: qui ad opus faciendum mistâ & variâ usus est materiâ. Habebat enim ramentum auri, & argenti, & æris, & ferri, & plumbi: nec ei ullus lapis deerat Aegyptius, nec Sapphiri, & Hæmatitis fragmenta; sed nec Smaragdi & Topazii. Hæc ergo omnia levigata, tritaq, ac commixta, illivit colore cæruleo. Quâ de causâ nigrior est color imaginis. Et cùm, pharmaco relicto, ex sepulturâ Osiridis & Apis, omnia permiscuisset; duplicavit Serapim: cujus nomen quoq, significat, & funeris societatem, & opus quod factum est ex sepulturâ: ut quod, compositum ex Osiride & Api, factum sit Osirapis. Si quis ergo picturas & imagines obiens contempletur: ex turpibus ignominiaq, ac dedecore plenus figuris, vestros Deos statim agnoscet: Dionysum ex amictu, Vulcanum ex arte, Cererem ex calamitate, Ino ex vittâ, Neptunum ex tridente, Jovem ex cygno, Herculem autem ostendit pyra: & si quis nudam viderit depictam mulierem, aureum Venerem intelligit. Sic Pygmalion ille Cyprius eburneam amavit statuam: erat ea simulacrum Veneris; & erat nudum. Vincitur figurâ Cypriæ, & coit cum imagine. id autem scribit Philostephanus. Venus autem alia in Cnido erat lapis; & erat pulcra: alius eam amavit, & cum lapide Veneris habet consuetudinem; ut refert Posidippus. prior quidem, in opere de Cypro; alter verò, in opere de Cnido.

Simulacrum Dei Vejovis, quod est in æde Romæ, inter arcem & Capitolium, sagittas tenet; quæ sunt parata ad nocendum: quapropter eum pleriq; Apollinem esse dixerunt. immolaturq; ei ritu humano capra: ejusq; animalis figmentum stat juxta simulacrum. *Gellius.**

De Initiationibus.

Solebant suos initiare, quos ad sacra admittebant: & eos initiâdi ritus Orphea Græcos docuisse; *Tatianus** testatur.

De Festis.

Celebrarunt & sua quædam certa festa; quorum passim fit mentio. Sic festa Jovis erant Dialia: in quibus solebant certare recitandis libris Athenis; ut testatur *Lucianus.** Thesmophorion & Orgiorum meminit *Clemens.** Et *Tatianus** in Deorum festis, faces Principibus præferri solitas, indicat. Fit, cum accidissent tei ræmotus alicubi, solebant ferias indicere: & eũ Deum, quisquis esset, aut Deam, placere. *Gellius.**

De Ludis.

Habebant etiã Gentes suos certos dies, quibus publica spectacula; ut Monomachias, Tragœdias, & Comœdias, religiosè cùm exhibebãt, tum spectabant. *Theophilus.** Certaminum etiam, & panegyricorum conventuum; ut erant Isthmia, Nemea, Pythia, Olympia; *Clemens** meminit.

De Translatione idolorum.

Ob publicas calamitates avertendas, frequenti hominum conventu, & solennibus ceremoniis, solebant ex uno loco in alium imagines Deorum transferre: ut patet ex *Clementis* oratione ad gentes. Quem ritum postea, in mortuorum Sanctorum reliquiis transferẽdis, observare Christiani cœperunt: ut suo loco dicitur.

De Aquâ lustrali.

*Justinus** sic inquit: *Qui adeunt templa, se-ipsos adspergunt; postea offerunt numinibus grates, odores atq, libamina: aut etiã totos se abluunt, antequam subeant delubra Deorum.*

De Sepulturâ.

Alii alios in curandis funeribus observarunt ritus. Nam apud Thraces læta fuisse funera, adeò ut exemtos gaudio prosequerentur, & fœminæ viros sequentes in rogum irruerent: apud Indos verò, nullum funerum apparatum observari; & esse, qui proximos parentesque, priusquam annis aut ægritudine in maciem eant, velut hostias cædant, & viscera eorum comedant; esse etiam, qui, cùm in morbos inciderint, procul a cæteris in secreta abeant, nihil anxiè mortem expectantes: *Solinus** testatur.

Ritus circa Nuptias.

Diversi circa Nuptias apud Gentes inolevi fuerunt ritus. Nam Augilæ, quæ gens est in Lybiâ interiore, fœminas suas primis noctibus nuptiarum, adulteriis patere cogunt. *Solinus.** Et habitantes ad Gangem, plures uxores ducere, idem scripsit.* Apud Thraces, nupturas virgines non parentum arbitratu transire ad maritos: sed, quæ præ cæteris specie valeant, subhastari velle; & licentiâ taxationis admissâ, nõ moribus, sed præmiis, nubere: quas formæ premat dedecus, dotibus emere, quibus conjungãtur: utrumq; sexum epulantẽ focos ambire; herbarũ, quas habẽt, femine ignibus superjecto: cujus nidore perculsi, pro lætitiâ habeant imitari ebrietatẽ, sensibus fauciatis. testatur *Solinus.**

De Moribus.

Idololatriam sceleratissimi hominum mores comitari solent. unde *Tatianus** in hunc modum scribit: *Quid, obsecro, sit apud vos egregium, aut admiratione dignum? Obscena verba naso resonante effutiunt: & motus indecentes moventur: & adulteriorum in scenâ magistros filia & filii vestri spectant. honesta scilicet auditoria vestra sunt, omnes nequitiæ nocturnæ, & quicquid obscenè dictum demulcere potest auditores, aliâ voce promulgamur. Egregii vero sunt Poetæ vestri, mendaces, & figurato sermone auditoribus imponentes! Vidi quosdam, athletico corpore studio gravatos; & molem carnis suæ gerentes: illis præmia & corona per agonotheras (muneratores vocant) proponuntur, non virtutis ergò; sed discordiæ & contumeliæ: &, qui verberando prævaluerit, coronatur. Et hæc quidem minora sunt mala. majora quis vel nominare non erubescat? Sunt, qui propter luxuriam sectantur otium: sæpe vendendos præbent ad cædem. Hic se venundat pauper: dives emit occisores. horum deinde testes futuri sedent: & gladiatores inter se singulari certamine, nullâ ob causam, committuntur; nec auxiliaturos accedit quisquam. Istáne rectè a vobis fiunt? Aliquis inter vos excellens, manipulum latronum collegit; gladiatorum se nutritorem professus: post illum gladiatores procedunt. & omnes ad spectaculum, tanquam judices, convenistis. Hujus rei causa, partim ad muneratii, partim ad gladiatorum improbitatem, pertinet. Qui autem non interfuit cædi, tristatur: quòd sibi non contigerit, tam nefandi & sceleratissimi facinoris spectatorem esse. Animalia carnis vescendæ causâ mactatis; & homines emittis, ut animo sitis anthropophagi: id est, cæsis membris humanis, & impiissimâ sanguinis effusione, eam pascatis. Gladiator itaq, cædem perpetrat, muneris accipiendi gratiâ: muneratius eundem emit, ut occidatur. Quid me juvaret insaniens aliquis, secundum Euripidem Alcmæonis matricidium nuntians? Qui vultûs sui formam non habet, & labris hiat deductis, & ense accingitur, & clamore turget, & stolam homine indignam gerit? Valeant etiam Hegesilai fabulæ, & Menandri ille versificator. Quid est, quòd tibicinem in fabulis admirer? aut quid moror Antigenidem illum Thebanum tibicinem, Philoxeni discipulum? Concedimus vobis hæc inutilia. Vos autem vel credite religioni nostræ: vel similiter nobis a vestris nugis discedite. Quid magnum aut admirandum agunt Philosophi vestri? Incedunt enim, altero ex humeris neglecto: capillitium demittunt copiosum: barbam alunt, ungues ferinos gerunt: &, cùm nihil se desiderare dicant; indigent tamen (secundùm Protenm) coriario propter peram, textore propter tunicam, lignario propter baculum, divitibus denig, & equo propter gulam. Qui Deum ignoras, canem colis; & hominem sinè ratione imitandum putas. Tu verò Cynice, cum gravitate clamans, publicè te-ipsum ulciscere: &, nisi aliquid acceperis, convitiaris. Platonicam Philosophiam, artem lucrandi facis: & alius, Epicùri sophisticam secutus, altâ voce tibi resistit. Et iterum alias Aristoteleus esse vis: & aliquis tibi convitiator secundùm Democritum. Pythagoras Euphorbum olim se fuisse, inquit. Aristoteles Pherecydis sapientiæ hæres est; & anima immortalitatem criminatur. Denuq, in eâdem scholâ, dogmatũ successiones à discordibus turbantur; & consensum professi, dissentiendo pugnant. Est, qui Deo corpus attribuat; ego nullum: alius Mundum indissolubilem; ego solvendũ reor: alius per temporũ vices incendiũ exspectat; ego semel duntaxat: alius judices Minoëm & Rhadamanthũ agnoscit; ego ipsum Deum: alius animam solam immortalem fieri persuasus est; ego carnem quoq, cum animâ. Quid lædimus vos, o Græci? Cur nos, qui verbum Dei sequimur, tanquam sceleratissimos odistis?*

De variis Legibus ethnicarum civitatum, *Tatianus* contra Græcos: *Quot civitates, tot legum discrimina reperias: adeò ut, quæ alicubi turpia dicuntur, eadem alibi laudentur. Græcis abominandum videtur, conjungi cum matre: apud Magos autem Persarum, in primis laudabile. Barbari puerorum amores damnant: iidem apud Romanos prærogativa dignantur. qui pueros sibi quam plurimos, tanquam equos gregales, colligere studio habent.*

Passim

* *l. 5. c. 1.*
* *Orat. contra Græc.*
* *in Charidemo.*
* *Orat. ad Gentes.*
* *contra Græcos.*
* *l. 2. c. 22.*
* *l. 3. contra Aucto.*
* *Orat. ad Gent.*
* *Apol. 2.*
* *cap. 64.*
* *cap. 44.*
* *cap. 65*
* *cap. 15.*
* *Contra Græcos.*

Partus in publicis conclavibus in usu fuerunt: ut, Euliopi Garamantici privatim nutrimenta neficerint, & promiscuo urbanos concubitu credidit solas matres agnoscebant, veris patribus ignoratis. *Solinus.* *

Galli humanis lustrant hostiis, *Solinus.* *

Hiberni fas & nefas eodem animo ducebant. Puerperæ eorum, si quando marem edidissent, primos cibos gladio maritiimponebant; inq; os parvuli summo mucrone, auspicium alimentorum, inferebât; & gentilibus votis optabant, ut non aliter, quàm in bello & inter arma, mortem oppeterent. *Solinus.* *

In insulis Hebridibus Regi nulla fœmina datur propria; sed per vicissitudines, in quamcunq; commeans fuerit, usuraria sumit: unde nec ei conceditur spes liberorum. *Solinus.* * Et in insulâ Thule, incolas fœminis vulgò uti; *idem* * testatur.

Horrendæ etiam superstitiones passim inter Gentes in usu erant. *Tatianus* * testatur, eos inianiam amuleris & pelliculis appensis curare solitos esse.

A QUIBUS, ET QUOMODO, PROpugnatum Gentilismus.

In defendendâ, & propugnandâ Gentilium superstitione, & Christianorum religione opprimendâ, tota Gentilium multitudo egregiè ubique locorum laboravit. In quâ primum locum tenent Sacerdotes, & eorum collegia: qui indignè ferentes, suas fraudes & vanitates taxari; & secum suis Diis contemni haberi; & quæstus suos, quos ex idololatriâ capiebant, imminui; omnibus viribus in id incumbebant: ut Christianam religionem calumniis & mendaciis suspectâ redderent, & ab eâ suscipiendâ homines absterrerent; & suam superstitionem tuerêtur & propagarent. quam ob causam Imperatorum animos capiebant: & per eos reliquum vulgus in officio retinere, & Christianos opprimere, tentabant. ut patet ex Loco de Persecutione.

Ad Sacrificorum, Philosophi quoq; suas conjunxerunt, operas: quorum nonnullos, trecentos aureos in annum ab Imperatore Romano habere; dicit *Tatianus* contra Græcos. In horum numero fuit Crescês; qui Romæ insectatus est Justinum & Tatianum: ut patet ex eâdem oratione.

Deinde Imperatores, & alii politici Domini, suâ autoritate, & edictis, & armis, Gentilitium promoverunt; & Christi doctrinam impugnarunt. In horum numero fuit Trajanus. nam *Plinius* * Trajanum laudat; quòd templa iam tecta tueri, nova erigere, proque iis excubare, & in illa ingredi oraturus, consueverit.

Hadrianus puerum Antoninum, quem in deliciis habuit, in Deos retulit; templum ædificavit; ludos instituit; & civitatem ei cognominem condidit: sicut *Egesippus* scripsit, referente *Eusebio.* * Testatur idem, *Clemens.* * Et *Justinus* * narrat, omnes homines fermè fuisse coactos, Antinoum pro Deo venerari; etiamsi scirent, quis & unde oriundus fuerit. Apparet autem ex *Epiphanio,* * non Romæ tantùm mansisse Antinoi templum & cultus; sed & ad alias quoque gentes pervasisse; apud quas magno numero templa Antinoi condita, & cultus instituti sint. Consentit *Dion:* qui Antinoi statuas & effigies, per universum terrarum orbem, erectas esse, scripsit: Imperatore subindè referente, stellam se Antinoi vidisse; eosq; perlibenter audiente, qui ex Antinoi spiritu verè stellam natam, ac tum primùm conspectam fabularentur.

Idem Hadrianus etiam aliud templum, in honorem Veneris, condidit; autoribus *Henrico de Erfordia,* & *Bergomensi,* & *Eusebio* * qui id factum ait anno 14. regni. Aliud rursus Hierosolymis è regione templi Judæorum; sicut suprà dictum: & templa multa pene in omnibus civitatibus, sine simulacris, in templis narrat. Athenis verò, aliquanto post repressos Judæos, ædem Jovi Olympio (quemadmodum *Dion* refert) ædificavit; collocavit in eam ipsius statuâ; & draconis, quem ex Indiâ victor reportaverat. Festa præterea Liberi patris, totâ urbe celebravit; aquæ templum ejus, quod Græci ναὸν vocant, edificavit; eoq; ea aqua conclusit.

Faustinam (uxorem Antonini Pii uxori, [illegible]

* *Lib 13.*

* *Omnes. 6*

* *contra Græcos.*

* *Orat ad Gent.*

* *Serm. ad Gent.*

* *lib. 3. contra Antiochum.*

* *contra Græcos.*

* *contra Græcos, lib. 3.*

* *lib. 4. c. 77*

* *Serm. ad Gent.*

* *lib. 4. c. 8.*

* *Orat. ad Græc.*

* *Apol. ad Ant. Pium*

* *Lib 3. cont. Hæres.*

* *in Chron.*

* *in Panegyr.*

Senatus Romanus * (scribit) Senatus Romanus divinis honoribus eum affecit; templum condidit; simulacra exornavit; ludos instituit, & ludos Circenses: quos honores Imperatorum tenuerit. Quin & ei mortuo templum construxerunt, & sacra instituerunt: *Nauclerus* * indicat.

Antoninum etiam Verum & Antoninum Varum Imperatores, quamvis Gentiles, & hostes Christianorum se præstitisse; dictum est supra, in cap. de Persecutione. Et Senatus Romanus, ubi quosdam cultus suos sustinere vindicare: ut ne quidem collegæ suo Apollonio, tum & Christianum professus esset, parcerent.

Exemplum Sacrificorum, Philosophorum, Imperatorum & Præfectorum, imitabatur Vulgus: qui Christianos, variis criminationibus deformatos, irridebant; eosque nugari & blaterare dicebant; & doctrinam eorum refutare & evertere conabantur: ut testatur *Tatianus.* * Et ante causæ cognitionem vi persequebantur: ut testatur *Mem,* & *Theophilus.* *

Porrò, argumenta, quibus suam superstitionem Ethnici confirmare studuerunt, hæc ferè ex autoribus ejus seculi colligere licet.

1. Suam religionem esse antiquissimam, & à majoribus suis observatam; quorum consuetudinem fas non sit subvertere. *Clemens,* * *Justinus,* * & *Theophilus.* *

2. Suam religionem ab infinitâ Philosophorum multitudine approbari. *Tatianus.* *

3. Suam religionem esse utilem & salutem Reipublicæ, & aliis hominibus: à Dæmonibus enim fieri morbos. *Tatianus ibid.*

4. Ob suam religionem neglectam, Deos irasci, & omnis generis mala inferre. ut patet ex *Antonini* Epistolâ ad communitatem Asiæ; quarum exemplar in Loco de Persecutione exstat.

¶ Criminationes autem, quibus religionem Christianorum deformare solebant, hæ ferè erant.

1. Quòd dogmata eorum essent nova, & quidem Barbarorum veritate vacua; & nihil præter stultitiam & nugas habeant. *Tatianus,* * & *Theophilus.* *

2. Quòd religio eorũ ab infinitâ Philosophorum multitudine damnaretur. *Tatianus ibid.*

3. Quòd contra rationem crederent, Deum hominem natum esse. *Tatianus.*

4. Quòd Christiani haberent uxores communes; coirent cum sororibus; vescerentur humanis carnibus. *Tatianus & Theophilus ibid.*

A QUIBUS, ET QUOMODO, Laboratum sit in Gentilium superstitione refutandâ.

Contra Gentilium superstitionem pugnarunt Ecclesiarum ministri & doctores, non modò voce; sed etiam scriptis. In horum numero sunt: Quadratus, & Aristides; Justinus, cujus notus est liber ad Gentes parænetica; contra eas verò Apologiæ duæ editæ. Exstat & Tatiani liber contra Gentes: & quinq; librorum, adversùs easdem, Apollinarii, *Eusebius* * meminit; ubi & Miltiadis, & Melitonis. Clemens etiam Alexandrinus, tùm passim in suis Stromatibus, tùm in Oratione ad Gentes, religionem eorum oppugnat. Idem facit Theophilus, libro 3. contra Antiochum.

Debuissent etiam Imperatores & Magistratus, idololatricos Gentilium agnoscere cultus, & damnare, & abolere. Verùm, qui faceret, hoc seculo nullus fuit: ut patet ex capite de Persecutione.

Fecerunt & alii Christiani suum officium, in eum modo Gentilismo, suâ confessione, & constantiâ & oratione, & commonefactione, & admonitionibus fratrum, & damnatione & vastatione eorum idololatriorum: ut patet ex cap. de Persecutione, & de Centesimis, de Moribus Christianorum, & Martyribus.

¶ Cæterùm, in disceptatione Christianorum contra Gentes, hoc primùm egerunt ut Gentilium superstitionem firmare [illegible] & everterent. Sic *Justinus* * refutat [illegible] antiquitate & consuetudine his verbis: *Nos non putamus ab[illegible]*

pitum, omittendo, in quibus ſummam voluptatem collocatis, arripite, quæ ſunt utilia. Nullam enim iuſtitiam facietis veſtris majoribus, ſi in diverſum deflectatis ab illorũ falſis opinionibus; quos credibile eſt eorum jam fere pœnitere apud inferos: qui ſi poſſent vos illinc de ſuo poſt obitũ calamitatibus certiores facere; ſciretis, quam libenter vobis tantis malis præcaverẽt. Nunc, quoniam non eſt vobis poſſibile, id ex illis diſcere; ac ne ex iſtis quidem falſo-nominatæ Philoſophiæ profeſſoribus: reliquum eſt, ut, explosò errore Majorum, detis vos ſacrorũ Vatum prophetiis: non requirendo in eis eloquentiam; (nec enim in ſermone; ſed in operibus, conſiſtit noſtra religio) ſed inquirendo apud eos, quæ ad æternam vitam faciant.

Idem facit *Clemens.** Nam pravam conſuetudinem omninò mutare licere, probat: & ex Deo, & non ex conſuetudine, vivendum eſſe, aſſerit.

Theophilus etiam * prolixè probat; Gentilium religionem novam eſſe, & multis ſeculis inferiorem doctrinâ Moſis, & doctrinâ populi Dei. Moſen enim præcedere Trojanum bellum annis 978. Idem *Tatianus.**

Argumentum ab autoritate Philoſophorum, *Juſtinus, Clemens, Tatianus, Theophilus*, refutant: probantes, Philoſophos ipſos inter ſe diſſentire, & contraria docere: & de rebus ſacris Græcos nihil ſcripſiſſe; quia nuper admodum literarũ ſcientiã aſſecuti ſint, vel a Chaldæis, vel Ægyptiis, vel Phœnicibus: & quia à Deo vero plurimùm aberrarint; nec habuerint, a quibus veram religionem didiciſſent.

Argumentum ab utilitate, & quòd Dæmones ſanent morbos, *Tatianus** refutat his verbis: *Non ſanant Dæmones; ſed dolo rapiunt homines.* Et rectè *Juſtinus* ille, maximâ dignus admiratione, *Dæmones latronibus eſſe ſimiles*, edocuit. Siquidem, ut illi vivos aliquos capere ſolent; deinde pactâ mercede, familiaribus eos reſtituere: ſic etiam, qui à vobis exiſtimantur dii, quorundam membris hominum ſe inſinuantes, deinde per ſomnum, ſuam in illis gloriam fabricantes, in publicum prodire jubent; & in conſpectu omniũ, poſtquam deſideratis ex Mundo rebus ſe expleverunt, ab ægris avolant, & morbum ſuo dolo productum obliterãtes, priſtinæ valetudini homines reddunt.

¶ *Deinde*, refutarunt etiam vanas Gentilium opiniones: quales ſupra recenſuimus. Nam aſſertionem, quòd placitis Philoſophorum, Poëtarum & Sapientum, credendum ſit; *Juſtinus,** & *Tatianus** eo infringunt: quòd probant, eos veritatem ignoraſſe, & contraria docuiſſe. Ac elegantèr Tatianus inquit; *Gentilium libros labyrinthis ſimiles eſſe: & eos legentes, non differre à Danaidum dolis.* Et *Theophilus** inter cætera inquit: *Hinc autem cognoſces reliquorum Scriptorum, qui circa profana verſantur, ineptias & nugas. Oportebat enim ſcriptores teſtes eſſe oculatos eorum, quæ tradunt; aut verum veritatem exacte didiciſſe ex iis, qui rebus geſtis interfuêre. Nam, qui incerta, quæ ipſi ignorant, ſcribunt; quodammodo (quod dicitur) aërem cadunt. Quid Homero profuit, bellum Iliacum deſcripſiſſe, & multum eo opere ſuum feciſſe; dum falſa commemorat? Quos fructus percepit Heſiodus, ex catalogo genealogiæ Deorum; quos ipſe fingendo congeſſit? Quæ utilitas manavit ad Orpheum ex eo, quod trecentos & ſexaginta Deos confeſſus eſt, quos tandem rejecit in teſtamento ſuo, cùm obiret mortem; aſſerens, unum eſſe Deum? Quem fructum conſecutus eſt Aratus, ex ſuâ ſphærographiâ mundani cycli? Aut quem fructum ſenſêre alii, qui eadem incubuêre ſtudiis? Certe nullus alius laborum fructus ad eos devenit; quàm vana gloria hominum: quam ne quidem ipſi cõdigne conſequi valuerunt. Sed quid vera ex ipſorum ſcriptis aut verbis elici poteſt? Quid utilitatis Euripides, Sophocles, & reliqui tragici ſcriptores, ex ſuis cepêre Tragediis? Aut quem fructum Menander, Ariſtophanes, aliique, Comici, tulêre ex ſuis Comœdiis? Herodotum & Thucydidem hiſtoriæ non juverunt: nec Pythagoræ occulta & arcana; nec etiam Herculis columnæ. Diogenis quid Cynica philoſophia? Epicuro quid, aſſerere non eſſe providentiam? Empedocli quid, docere non eſſe deos, contulit? Socratis quid commodi attulêre dæmonia, quæ invocabat? Quid præterea, quod juraret perquam ſancte, Canem, Anſerem, Platanum, & Aejaci apium ſulmine tactum? nunquid iſta viro conduxerunt: Præterea, quod voluntario animo nihil trepidans mortuus eſt; quam ſperat poſt obitum mercedem nanciſci? Quid Platoni profuit ſua diſciplina & Philoſophia? Quid utilitatis pepe-*

rerunt reliqui ſua dogmata Philoſophi, qui plurimi fuêre? Nolo enim omnes nunc, quia plurimi ſunt, recenſere. Hæc quidem enumeravimus, ut demonſtremus, & quaſi ob oculos hominis ponamus; impias & inutiles eſſe eorum ſententias: nec ipſi veritatem aſſequuti ſunt; nec alios ad veritatem cohortati ſunt. Nam ex ſuis ipſorum, cum contraria ſibi proferũt ſcriptis, mendacii arguuntur. Quidam etiã ſua deſtruxerunt dogmata. Nec ſolum ſe-ipſos ſubverterunt: verum nonnullis Philoſophis etiam propria dogmata, infirma & irrita fecêre. Itaque gloria eorum ceſſit in infamiam & ſtultitiam; ut inde habiti ſint ſtulti & inglorii. Nam intellectu prædito facile eorum ſcripta intelligent: eorumq; veritatem perſpicient. Aut enim loquuti ſunt de diis: & deinceps docuêre, non eſſe deos. Aut, ſi de Mundi generatione diſſeruêre; poſtremò omnia fortuitò, & caſu quodam, ſuâ ſponte facta eſſe, confeſſi ſunt. Aut de providentiâ ſermocinantes; tandẽ ſtatuêre, Mundum fortuito, nec providentiâ gubernari. Quid præterea de moribus inſtituendis dicam? An non, dum conantur de morũ gravitate ſcribere; docuêre adulteria, ſcortationem, atq. omnem immunditiem perpetrare? Ad hæc, exoſam & deteſtandam maſculam Venerem introduxerunt. & ut hæc magis grata & accepta ſit mortalibus, canunt & deos uſos concubitu non-dicendo. Præterea, veſtros & neſarios induxunt cibos. Saturnum ſuos liberos vorare perhibẽt. Apunt. Jovem hujus filium, Providentiam, in ſtulta demiſiſſe. Scribunt & ſcelerata convivia diis apparata. Vulcanum quendam claudum, & fabrum, diis adminiſtrare docent. Proponunt Junonem uxorem Jovis & ſororem, non ſolum propter nuptias inceſtas; ſed ore quoque patrare impuro, quæ minime dicere expediat. Flagitia eorum omnia, quæ Poëtæ celebrant, omitto commemorare: ſiquidem ipſe ea pernoviſti. Quid attinet commemorare Neptunum, Apollinem, Bacchum, Herculem, Minervam ſinus amantem, Venerem q, impudicam: cùm abundè de his loquuti ſimus in aliâ noſtrâ oratione?

Opinionem, quòd ſcriptura Chriſtianorum eſſet recens & nupera; *Theophilus** prolixè refutat: probans, Moſen & Hebræos nongentis annis, aut mille, vetuſtiores eſſe Iliaco bello. Et *Tatianus** probat, Moſen non ſolùm Homero antiquiorem; ſed etiam aliis ſcriptoribus, qui Homerum anteceſſerunt.

Aſſertiones de Diis gentilium, *Juſtinus, Clemens, Tatianus, & Theophilus*, vanas eſſe, eo demonſtrant: quia inter ipſos Gentilium doctores nihil certi & conſentiens ſit affirmatum: & quia, à Deo vero aberrantes, creaturas, ut Solem & Lunam, quæ tamen ſint inſtrumenta temporis, & non dii, adorarint; aut ex elementis deos fecerint; aut homines mortuos, eorumq; ſtatuas, aut animantia bruta, divino honore affecerint.

Contra opinionem, quòd Deos ſuos naſci & generari aſſerebant; *Theophilus** hæc ſcribit: *Et quidem Deorum, ſi modò nati fuêre, fœcunda & copioſa reperitur generatio. At ubi nunc, deos gignere, oſtendi poteſt? Nam, ſi tùm genuêre, & geniti ſunt: oportebat eorum generationem hucuſq, porrigi. Sin ſecus ſe res habet: certe infirmum Deorum genus reputabitur. Aut enim ſenio confecti generare deſierunt: aut mortui ſunt: aut è viventium numero penitus ſunt ſublati, & in nihilum redacti. Si enim aliquando dii nati ſunt; eorum generationem hucuſq, protendi, neceſſarium erat: quemadmodum & hominum generatio, ex quo cœpta eſt, non eſt intermiſſa. Hinc tãdem illud conſequium colligeretur; plures eſſe Deos, quam homines: ſicuti & Sibylla perhibet. Nam, ſi generationi dant operam; & immortales permanent: profecto major nunc deorum, quam hominum, foret affluentia. Siquidem, quæ fati crudelitas ipſis immortalitatem adimere valeret? At hominum mortalium, qui modico tempore durant, proles hucuſq, eſſe demonſtratur: nec inter homines quicquam à generandi ordine ceſſatum eſſe, liquidò conſtat. Quapropter plurimæ urbes ſubindè condunturi, vici conſtruuntur, regiones inhabitantur. Quî fit igitur, quod non eâdem ratione Deos, quos Poëtæ immortales canunt, oportebat & gignere & geni: cùm aſſeveretis, eos etiam generationi incumbere; & eorum genealogias literarum monumentis mandetis?*

Contra opinionem Homeri, quòd Dii ex Oceano ſint nati; *Theophilus** hæc ſcribit: *At, quæ recenſent, nequaquam Deum conſtituunt. Quis enim neſcit, Oceanum eſſe aquam? At, ſi aqua eſt: non igitur Deus eſt. Si autem Deus, ut nemo it infitias, univerſorum eſt conditor: condidit ergo aquam & maria.*

* Serm. ad Gent.
* Lib. 3. contra Anom.
* contra Græcos.
* Orat. contra Græc.
* Serm. ad Gent.
* Orat. contra Græcos.
* lib. 3 contra Anom.
* Lib. 3.
* contra Græcos.
* lib. 2.
* lib. 2.

† Orat. ad Gent.

Eorum igitur de Dæmonibus, quid custodiant homines; Clemens † vanum esse ostendit: ac diserte asserit, Dæmones non esse custodes, sed præbere se ultrò, ac eorum delictum calidum. idq; probat multis exemplis: quòd sint vafra, libidinosa & humanas bestias popularies. & facta collatione probat, *Homines Dæmonibus esse meliores.* Nam Apollinem prodidisse Crœsum amicum, ob mercedis oblivionem; eumq; ad rogum deduxisse in Halyn: sed Cyrum eis misertum Solonis, eumque à pyrâ reduxisse.

† lib. 3.

Opinionem Gentilium, de Mundo ingenito, & de tempore a Platone & Apollonio assignato, refutat *Theophilus* † ostendens, Gentilium scriptores Mundi originem ignorare, & veram temporum supputationem; quam sola Sacra scriptura verè & explicatè tradat.

† Orat. contra Græc.

Contra Aristotelicorum opinionem, res infra lunam non regi providentiâ; *Tatianus* † pugnat; eosq; risu dignos esse, affirmat: quòd ipsi terræ affixi, & longè orbe lunari inferiores solicitè iis rebus provideant, quas providentiâ experres esse dicant.

† contra Græc.

Fabulosam esse opinionem Platonis, de Diluvio, & Deucalione & Pyrrhâ; *Theophilus* † ex Mose demonstrat.

† lib. 3.

Impiam opinionem, quòd vivendi sit ut luberet; *Theophilus* † infringit: & dicit, eam esse viaticum malis ad malos suos mores: & sanctè viventibus suum fore honorem; ac contrà impiè agentes suas manere pœnas.

Opinionem de adorando Sole & Lunâ, *Clemens* abjicit: eò quòd astra sint instrumenta temporis; & non dii.

† lib. 1.

Contra assertionem de adorando Cæsare, pugnat *Theophilus* † his verbis: *Dicas ergo; quare Regem sive Cæsarem adorare recusas? Quia non ad id institutus est, ut adoretur: sed ut legitimè, qui ipsi congruit, honoretur honore. Rex enim, sive Cæsar, Deus non est: sed meminerit, se esse hominem, à Deo in hanc dignitatem promotum, non ut adoretur, sed ut juste, quemadmodum justitia exigit, judicet. Nam regnum, sive imperium, rerumq; administratio, ipsi a Deo commissa & demandata est. Hinc Cæsar, sive Rex, nemini subjectorum, aut Regem aut Cæsarem appellari vult. Regum enim sive Cæsareum nomen ipsi competit; nec alius id sibi vendicare audet. Ita adorandi cultus nemini, nisi Deo soli, deferendus est. Itaq; ô homo, in omnibus errore duceris. Regem quidem sive Cæsarem honora: honora usquam, magnâ cum benevolentiâ subditus ei existens, & erans pronus. Hæc faciens, Dei voluntatem consequêris. Nam divina lex hæc tenet est: Honora, fili mi, Deum & Regem; nec unquam eorum inobediens fis, subitò enim hostes suos ulcisci possunt.*

† Orat. ad Gent.

Opinionem de honorandis Statuis, *Clemens* † evertit. Probat enim, Statuas non esse Deos: quia sint intensibiles; & brutis animantibus, & talpis, & conchis, utpote sensum habentibus, inferiores; & maculentur ab avibus; & combi rantur ab igne.

Contra opinionem de Oraculis, *Tatianus* hæc scribit: *Bellum inturus, Apollinem de cædibus consulis. Virginem rapturus, Deum tibi aliquem auxiliari desideras. Ægrotans tuâ culpâ, ut decem consiliarios Agamemnonem, ita tu Deos vis tecum esse. Ecl, quæ potu aqua infantit, vel thure adhibito demens fit: hanc tu vaticinari dicis. Præscius futurorum Apollo, vatumq; magister, circa Delphicum puellam falsus est. Verè ne querem divinat, & aves præsagiunt. tu verò animalibus & plantis ignobilior es? Præstaret igitur, te fieri lignum præsagum; & volucrum alas fovere. Qui te fecit avarum; idem tibi de cumulandis divitiis vaticinatur. Qui seditiones & pugnas fecit; idem tibi de victoriâ in prælio prædicit.*

† Orat. contra Græcos.

Contra opinionem, quod vita hominum à fatorum Placitis gubernetur, pugnat *Tatianus:* * ac ostendit, eam esse Dæmonum figmentum; qui ejecti cœlis, diversis animantes, quæ vel reptant in terrâ, vel natant in aquis, aut degunt in montibus quadrupedes, cœlesti honore digni sint: ut & ipsi felicitate in cœlis agere viderentur; & à ratione alienam ipsorum in terrâ vitam, per stellarum collocationes, commendarent. *Iracundi, inquit, & laboriosi, & continens & incontinens, & pauper & dives, iisdem natura gubernatoribus subjiciuntur: quoniam & alieni errantis pectoris, deorum unus est. Quod-si unius eorum lux præcellat; plurimos cæcos hominum præripit: &, qui aliàs vincitur, nunc vincere solet. Dolet Saturni animus hoc videns, quòd futuru Planeta septem; videat quæ sit ratio*

A *Indubitatum. Ut quod perfectum nostra est. Cæterum nos, & sacræ scripturæ sonus; & pro Platonis, hoc est, erratica demonibus, unum errore-nescium Dominum accepimus: & cum fato non regamur, gubernatores non contemnimus.*

Opinionem Evemari & Pythagoræ, de animarum trânsitu in alia corpora, contra rationem & pietatem esse, *Theophilus* † docet: cùm nec non possit, ut is, qui aliquando fuit homo, nunc lupus, canis, asinus; aut aliud quippiam irrationale hat jumentum. † lib. 3.

B Opinionem, negantem Resurrectionem mortuorum, *Theophilus* † in hunc modum: *Everte ea negat mortuorum resurrectionem. Ais namque: Ostende mihi factum unum ex mortuis revocatum: quem si video; vitæ tuæ fidem habebo. Sed quid memorabile facis; si videam, & credo? Si credis, Herculem, quem flamma absumsit, vivere; Æsculapium, fulmine tactum, vita restitutum: qua dementia est, nolle credere ea, quæ Deus loquitur? Dubitatio me tenet, ni tibi præstarem aliquem è mortuis evocatum; an apud te fidem invenire possim. Cæterum, Deus plurima rerum argumenta suppeditat; quibus incredulitatem nostram, quantum ad resurrectionis negotium attinet, propellat. Observa, nisi molestum sit, temporum, dierum & noctium, anfractum. An non animadvertis, ut ista & moriantur, & resurgant? Quid præterea referam resurrectionem fructuum & seminum; quæ omnia nostræ utilitati serviunt? Si enim granum (exempli gratiâ) tritici, aut reliquorum fructuum, in terram sparseris: primùm quidem moritur, & dissolvitur; ut tum demum nascatur, & in culmum fructificantem assurgat. Arborum & quercuum natura, secundùm Dominis imperium, occulta quâdam vi, nobisq; invisibili, statu temporibus fructus inferunt. Interdum passerculus, aut alia avicula, devorans semen malvæ, aut ficus, aut alterius rei, avolat in locum aliquem alium, secessum; & id in foveam aliquam, per diversam corporis partem, emittit. Quid sit? Semen illud succrescit, & in arborem magnam evadit: quamvis devoratum per tantum caloris transierit. Ad hæc, omnia operatur Dei sapientia: quibus confirmare aggreditur, sibi non esse impossibile, præstare ea, quæ de universali resurrectione feruntur. Sin autem velueris miraculum spectaculum cernere; quod ad id comparatum est, ut majore evidentiâ mortuorum resurrectio comprobetur: jubeto exigere vultum, non modò ad terrestria; verùm etiam ad cœlestium resurrectionem. Lunam vide; quæ singulis mensibus, & perit, & renascitur. Nec non & alia consideranda astra. Præterea & in temet-ipso, quamvis id ignores, resurrectionis operationem agnosce, ô homo. Nam non dubito, quin aliquando, adversâ valetudine afflictus, amiseris carnes tuas, & formam, roburq;. Cæterum Deus, misericordiam tibi impertiens, & medicinam tribuens efficax, ut carnes amissas, formam, roburq; recuperares. Et, quemadmodum quæsivit, quò, te reliclo, carnes abierint: sicte fugæ, unde redierint, & unde eas recepera. Verùm animi verò, inquis, (quod nescium) ex alimento & saporibus, putre in sanguinem convertis, carnes repullulârunt. Cæterùm & Dei (ne erres) hoc beneficium est, nec alteri est accepto ferendum. Quapropter moras nectere cessa: quin magis fidei te mancipato.* † lib. 1.

Opinionem Zenonis, de renovatione Mundi per incendium, & eorundem hominum ad eadem opera & scelera redeuntium; *Tatianus* † refutat: indè colligens, plures improbos, quàm bonos, fum futuros; & Deum majorem malorum fore. † contra Græcos

¶ *Tertio*, criminationes etiam, quibus Christianorum institutum Ethnici, firmis fundamentis & demonstrationibus subverterunt. Nam ad vulgarem illam objectionem, quòd doctrina & religio Christianorum nova & nupera esset; respondent, *Justinus* † & *Theophilus* † & *Tatianus:* † ac probant ex Græcis historicis & annalibus; religionem Christianorum, Sapientibus, Poetis, Historicis, Philosophis, Legislatoribus, esse antiquiorem. Verba Tatiani adscribimus: *Meus itaq; sermo, ut Philosophiam nostram multò Græcorum doctrinis antiquiorem ostendam, ad quod efficiendum, Moses & Homerus, quorum uterque ab illâ ætatum recollectione est, nobis propositus est. Ille enim Terræ & Historicos omnes ætate præcedit: ille, utpote barbarus, Græcorum annos vit. Eos igitur si lubrium conferamus, non modò Græcorum, sed etiam barbarorum recentiores, superiorum deprehendemus. Cæterùm testes, non domesticos, sed* † Justin. ad Gent. † lib. 3. † contra Græcos.

resurrectionis doctrina Asiæ [illegible] gentilis 73 b
resurrectionem animæ quam fieri [illegible] 53 b,c
post Resurrectionem quis Patres docuerint. [illegible] d. ejusdem doctorum, hujus [illegible] 51 b
[illegible] 191, 122. b.a. [illegible] 210 b
de Resurrectione argumenta 210 b,c. & inde. genethlium [illegible] 108 b. quid docuerint doctores [illegible] d. 42 g. hypothesis Gnosticorum Marcionistarum 72 b. Valentinianorum 67 d
revelationes Ad. liber Gnosticorum 62 a
Rhadamanthus, inferorum judex 198 a
in Rhætiâ ecclesiæ, [illegible] 4
[illegible] honorandi, [illegible] 213 f
Rhodanus, Galliæ [illegible] 120 f
Rhodanenses, [illegible] 2 [illegible] fidelitas 68 c.f. [illegible] pœnitentia 194 b
Rhodon, cl[illegible] [illegible] Marcionis 82
Rhodonis Asiani vita 140 [illegible] tutus circa baptismum 61 d. [illegible] administrationem clavium 84 a. [illegible] num Dominicum [illegible] ritus in epistolis [illegible] 112 f
de Ritibus sacris [illegible] 137 a. & 138
Robigus, deus [illegible]
Roma quos doctores habuerit [illegible]
Romæ, celebris schola Valentini [illegible] plura templa 190 a. quæ fuerit laudandi ratio 13 d. [illegible] lentinus [illegible] c
Romanæ civitatis jus habentes [illegible] tyres Galliæ, capite [illegible] 21 c
Romana ecclesia quot habuerit ordines ecclesiasticorum presbyterii 95 b
Romanæ ecclesiæ celebritas & [illegible] laudis magna, [illegible] seculo 104 a. [illegible] Corinthiorum [illegible] & Asiaticis [illegible] ordinationes [illegible] 113 f
de Romanæ [illegible] 110 a
Romanæ [illegible] Hermetis, ex judicio 131 d. quando [illegible] 131
Romanus, [illegible] [illegible] cum hoste [illegible]
Romuli Imperii quæ [illegible] esse Trajanus [illegible]
Romani doctores & episcopi [illegible]
Romanus episcopus, [illegible] Anacletum [illegible]
Romani episcopi nullæ [illegible] Britannia agentes [illegible]
Romanæ ecclesiæ [illegible] ejus ortus [illegible] [illegible] ejusdem hortatio de [illegible] 6 c. & inde
Romani episcopi, [illegible] Publium [illegible]
[illegible] episcopi, qui [illegible] [illegible] ejusdem [illegible]
[illegible] 186 b
Romanorum episcoporum decreta in [illegible] synodis confirmata 58 b. [illegible] 110 b
[illegible] 24
[illegible] 70 c,d
[illegible] collegerit tempus 32 c,d
Romanorum [illegible] quibus verbis S. Petrum Corinthii [illegible] 182 b

Digitized by Google

ad Romanos quid scribat Ignatius de virtutibus 129 h
Romana synod*, qua de causa, sub quibus, à quibus, & quàdo collecta 123 b
Ruffini vita 171 a

S

Sabaziorum mysteria 200 f
Sabbatum Christianorum 41 h
Sabina, martyr sub Hadriano 12 g
Sabinæ, Herodis metallarii, martyris historia & vita 182 h
sacella 198 h
sacra ethnica ab ipsis etiam gentilibus aliquot contemta 214 c
sacrorum ministræ apud gentiles 197 c
sacra orientalis Ecclesia quando Græca lingua celebrari cœpta 87 g,h
sacerdotes gentilium, & sacrorum varietas 197 b & inde præcipui Christianismi hostes 203 c. & inde eorundem officium 197 c,d
sacerdotum conjugum etiam hoc seculo detensum 41 b
sacrificium Christianorum 118 f & 114 g
de Sacrificio incommode dicta patrũ hujus seculi 48,49 b,a
sacrificia quæ Deo offerenda 59 a
sacrificiorum ethnicorum sub Trajano poenæ in Christianos 9 a
Sadducæi, udeorum secta 192 a
Sagaris, Laodicensis episcopus, quando martyrium fecerit 118 a
Saga 197 c
apud Sagram gentilissimus 193 e
Salii 197 c
salvatori quoque spôta attributa a Valentinianis 67 b
salvatore qualé fingit Saturninus 57 b
de Salomonis parabolis, veterum judicium 54 c
Salomonis sepulcrum subito disparsum 191 c,d
salutè bonis actibus præparari, doctrina Catholicorum decretalium 115 a
de Salutis gratia, per legem nihil intellexisse 196 c
Valentinianorum hypothesis 66 d.
item Marcionistarum 72 b
Samniorum idolomania 191 c
sapientis opus nullum temerariũ 154 b
sanctimonia 41 g
sanctus, martyr sub Antonino Vero 16 g
Sanctus, Missę a quo ad Itum 100 a
Sancti, Viennensis ecclesiæ diacon, constantus in perferendis supplicijs 20 g. & 21 b. & inde & 22 f. vita 176 d
sanctorũ, corpora in favillam redacta, & in Rhodanum sparsa 24 f
de Sanctorum invocatione 49 d
sanctorum in mortem quàdo celebrare consueverint Christiani 90 c
sapientia humana Deo inimica 8 g
Sardis quàdo fuerit Ecclesia Christi 32
Sardes, Lydiæ caput 138 c
Sarmatiæ gentilissimus 194 a
Sartagines ferreæ, instrumenta cruciandi Christianos 17 b
Satan, princeps vitii à Clemente dictus 31 f
Satanæ potestates expellit cœnæ Dominicæ assiduo usu 38 d
satisfactio à Romanis inventa & instituta 84 c
satisfactionis dies pœnitentibus a Pio constituti ibid c
Saturnus, deus 195 c. liberos suos vorat 208 c & 211 a
Saturninus, hæresiarcha 57 c. diabolo vicarius in Syria 61 c
de Saturnino, Basilidis & Carpocratis successoribus 63 f
Saturnini & Basilidis schola Deo exosa 61 d & 102 f
Saturnini hæretici commẽtum de Deo 57 f de Christo ibid h delirium de homine 58 c hypothesis de adra, horis 59 d. opinio de mundi creatione 58 c vita 176 c
Satyri, pro dijs habiti 195 d
Sauromatæ a Trajano subacti 216 a
scalas ascendere, flaminibus sacerdotiis religiosum 198 a
schisma de patchate 117 b Corinthia cum 125 f. Phrygium 122 a
de Schismaticis 117 a
Scholæ Gnosticorum 61 d
scholarum varia genera 201 f earum inspectores, episcopi 102 c
Scriphoria 201 c
Scopas, statuarius 202 c
Scoti, Christiani antiquiores dicti 1,b,c quando Græco more Pascha celebraverint 7 d
scriptorum quorum meminerit in suis libris Clemens 147 c
scriptura Christianorum à Gentilibus damnata pro recenti & nupera 194 b
Scripturâ sacra quomodo usa sit Tatiani secta 76 c
Scriptura ineptè citata in Epistolis decretalibus 119 g
quos Scripturæ libros, pro veris aut apocryphis, hujus temporis ecclesia habuerit 52 b
Scripturam non esse veram, quia ex eâ tot oriantur hæreses: objectio relelitur 80 h
de Scripturâ Christianorum quid doceat Theophilus Antiochenus episcopus 111 g
de Scripturâ sacrâ quid senserint hujus seculi doctores 30 b. hypothesis Valentinianorum 67 c. Montanistarum 78 g
ad Scripturarum lectionem quid adferendum, secundùm Irenæum 30 b
Scripturarum versio quæ recepta & usitata fuerit 50 c
de Scripturis Marcionistarum 72 c
Scythæ actinacem colunt 202 a
Scytharum ecclesiæ 5 c. sacra 199 d
Scythia a Trajano subacta 215 d
Scythiæ gentilissimus 193 h
seculum secundum, quos complectatur Imperatores 1 b
Secundus, Valentini & Marci successor 68 f
Secundi, hæretici, vita 177 g
sedes tertia, quale tormenti genus 22 g
seditionis crimen Christianis intentatum 9 d
apud Selinuntem, Ciliciæ urbem, Trajanus exstinctus 28 b
senatus Romanus à Justino officii negligentiæ arguitus 161 a. Christianismi hostis 200 a,b
senatorum magna pars Romæ, ad fidem, per quem, & quando conversa 6 c
senatusconsulta Romæ in templis fieri solita 199 c
Seneca, Hierosolymitanus episcopus 126 b
Senilianus, martyr 182 b
septem Sapientum ætas 212 f
septemviri epulonum 197 c
Septuaginta interpretum versio accepta & usitata 56 c
sepulcrorum religio 199 b & c
Sepulturæ ritus 91 b. apud gentiles 205 g
Seraphia, virgo martyr 182 g. eadem Serapia 13 g
Serapion 79 c
Serapionis, Antiochen episcopi, vita 132 f, epistola de Montani prophetis 101 d
Serapis, deus 195 d. pro, Osirapis 203 a,b
Serapidis Ægyptii statua 202 f. templum ibid g cultus 192 h
Serени Granii, legati, literæ ad Hadrianum pro Christianis 13 c,d
serpens quomodo creatore melior, secundum Marcionitas 71 d
Servilianus, martyr sub Trajano 10 a
servi Christianorum, quæ crimina de dominis dicere coacti, ethnicorum tormentis 16 c,f
Sesostris, Ægypti rex 202 b
Sethiani, hæretici 68 h
Severæ, deæ Athenis cultæ 202 c
Severus, hæreticus 77 a,&b. ejus vita 179 a
Severiani, hæretici 77 a
Sexti Aurelii Victoris narratio de calamitatibus publicis imperiorum 29 a,b
Sexti liber de resurrectione 142 c
Sibylla Homero antiquior 212 c
Sibyllæ, de Dianæ Ephesiæ templi ruina, oraculum 214 f
Sibyllæ etiam damnatus gẽtilium deorum cultus ibid. f & iterum
Sibyllæ fluxa 197 c
Sicon Eupalamus, statuarius 202 c
Sicyoniorum idolomania 191 c
Silas, propheta novi Testamenti 96 b
de Silẽtio, Gnosticorũ hypothesis 60 c
Simeon Cleophæ F. Christi consobrinus, annorum cxx. cruci affixus sub Trajano 10 a
Simeon, Hierosolymitanus episcopus 126 b
Simon, consobrinus Domini 29 g
Simonem Cyrenæum loco Christi passum esse quis asserat 58 a,b
simulacra deorũ & dearũ 201 b & inde
simulacrorum quorundam ritus 199 d
Sixtus, Romanus episcopus 4 g. 5 c. ejusdem constitutio 100 a de missæ celebratione 86 f. vita 167 c item, de primatu Romano sententia & decreta 107 b
Smyrna quando terræmotu corruerit 29 b
Smyrnæ civitatis Ioniæ situs & ecclesia 2 g. & 133 b
Smyrnensium epistola ad Philomilii incolas, & ad ecclesias per universum Pontum 24 b
Socrates nimiùm à Justino laudatus 46 f,g quando vixerit 214 d
Socratis dæmonium & juramenta 207 g, h. error de martyrio Polycarpi 116 c
Sodomitæ salvati à Domino, secundum Marcionistas 72 b
sol, pro Deo 195 b & c
solis adoratio 192 g. & 194 c
Solini locus de Essenis 192 a
Solomonis ætas 211 f
Solon quando vixerit 212 e
somniorum conjectores 197 c
somnus à Jove, propter invidiam in homines, abconsus 212 b
Sophia cum tribus filiis interfecta sub Hadriano 12 g
Sophiæ, martyris cũ filiabus, Fide, Spe & Charitate, historia & vita 183 f
Soter, episcopus, nõ pontifex aut papa, appellatus à Dionysio Corinthio 105 g quos titulos arroganter sibi adscribat 108 g
Soteris constitutio 100 b de celebrãda Missa 86 c laus 100 e. vita 169 e
Spartæ idolomania 193 d
spectacula cer is diebus celebrari solita apud gentiles 203 c
spectaculis gentilium interesse, Christianis interdictum 213 a
ad Spectacula ethnicorum cur non accesserint Christiani 93 c
Spes, pro Deo culta 194 d
spicea corona, fratrum arvalium insigne 198 b
spiritus, Deus 191 a
Spiritus sanctus cur datus 22 b nusquà expressè Deus dictus ab Irenæo 31 d
Spiritus sancti emissio 154 a officiũ 132 a
de Spiritu sancto, Cerdonis hypothesis 71 g Montanistarũ dogma 78 c quid hoc seculo docuerint patres 32 h
spontas primis noctibus adulteriis exponendi mos 201 h
statuæ, item 202 b
statuarum cultus apud gentiles 196 d, c. quibus rebus fieri solitus 199 b & c
statuarum invocatio etiam Heraclito Ephesio damnata 214 f speciosum quidem, sed improbum artificium 202 b. varietas 199 a,b
de Status honorandis, opinio, refutata 209 c
de Statu post resurrectionem, Gnosticorum hypotheses 59 d
Stesimbrotus Thasius 211 a
Sthenelus, rex ibid g & 212 a,b
Stoicorum de Deo sententia 194 g,h in Stoicorum facultate quantum profecerit Pantænus 144, 145 b,a
strangulationes in ipsis custodiis, Christianorum cruciatus 17 b
Strationici hæretici 61 a
Strationi, hæretici 68 h
in Stromatibus quid agat Clemens Alexandrinus 140 c
suæ effigies portæ Hierosolymorum affixa 191 c
Sulpitius, martyr sub Trajano 10 a & 18 b
superstitiosa in Epistolis decretalibus 115 f
susceptores quivad Christianorum baptisma ad cxcrit 100 a
Sutis templum Dianæ 192 e
P. Cornelius Sylla flamen Dialis 198 f
Sylvanus, martyr 183 a
ad Symbolum Apostolicum ubi alluserint patres hujus seculi 30 d, e
Symmachus, episcopus Hierosolymitanus 120 f
Symmachi & Theodotionis interpretum vita 180 c
Symphorosa cum septem filiis interfecta sub Hadriano 12 g
Synetus, Marcionis successor 75 b
Synodus Romana 123 b Cæsariensis in Palæstina ibid f Galilæana 123 b,c. Pontica ibid c,d Achaica ibid d. apud Osroenam. ibid. e. Asiana ibid g
Synodi privatæ 98 f,g
Synodorum hujus ætatis causa principalis 122 h
in Synope, civitate Ponti, ecclesia Dei 2 c
Syracusanorum idolomania 191 c
Syria in provinciam a Trajano redacta 216 a
Syria Antiochiam cur præ cæteris diabolus odio profecutus sit 61 c
Syrus, Papiensis episcopus 4 g. ejus vita 170 c,f

T

Tatianus, Syrus, dux Encratitarum 75 d a Clemente confutatus 149 c gentilium oppugnator 206 f.
Tatiani errores 76 f hæresis ubi grassata ibid e ejus vita 178 f locus de studiis Christianorum 102 d. secta quos libros receperit 76 c
a Tatiano qui descenderint 77 a
Taurini, Ebroicensis episcopi, miracula, præstita Licinio præfecto 6 d. vita 175 h
ex Taurorum cornibus ventilationes, cruciatuum forma in Christianos usurpata 17 b
Taurorum, populi, gentilissimus 194 a
tectorum ruentiũ fragor, quantus 189 d.
Telesius statuarius 202 d
Telesphori Romani episcopi vita 167 h ordinationes 168 b constitutio 100 a de primatu Romano verba 108 a institutio de tribus Missis 86 c
Telmessi gentilissimus 192 f
templa gentilium, cujusmodi 198 h. hominum mortuorum sepulcra 214 a, b. idolorum sepulcra & carceres 199 c
templorum custodes, ibid. c. in unâ urbe multitudo ibid. a
de Templorum dedicationibus 90 d
in Templis fieri solita 199 b
templorum vera lapidatio ex sola Scriptura 209 b
Tenus Callistagoras cultus 195 b
terra, pro Deo 194 f
terræmotus horribiles 189 c & inde post Terræmotus, ferias indecendi mos 203 d, e
terræmotibus, à sanguine Christianorum cessare coacti ethnici sub Antonino Vero 19 a
terræ inanitas 180 c, d
terrigenæ Eleusinii 200 g. eorum nomina ibid
Tertullianus quo encomio ornet Irenæum 172 c
Tertulliani de ecclesiis Hispaniæ locus 5 b. de Antonino Pio 14 f. de rescripto Traianæ persecutionis 11 g. testimonium de Britannis, Sarmatis, & aliis populis Christo subjectis 5 c
Testamenti novi librorum enumeratio ex Eusebio 52 f. ejusdem prophetæ 96 b
Testamentum vetus à Basilide non receptum 60 b
Testamenti veteris & novi discrimen sublatum in Epistolis decretalibus 114 c, f
testium falsorum cõtra Narcissum pœna 185 g, h & inde
Thales, septem sapientum vetustissimus, quando vixerit 212 f
Thaletis aqua, pro Deo 194 f
Thallo ibid e
Thallus 214 c

Thamy. is Homero antiquior 212 c
Thatei Cilicię ecclesia 23,f
Theagenes Rhegius 211 a
Thebanorum gentilissimus 191 e
Thebanis Dionysius cultus 194 c
Thebais Africæ regio 2 e
Themidis mysteria 207 h
Themistona hæretici vita 179 g martyrium 187 f.
Themistion. Montani fatelles 77 g
Theodota, martyr 182 b
Theodorus, magister militum, martyr sub Hadriano 12 h
Theodotus, conatur, Scripturæ sacræ abrogator & corruptor 78 g a Victore excommunicatus 97 f ejusdem de Christo blasphemia 78 b vita 180 b
Theodotus, mentiarius, hæreticus 180 d. fatelles Montani 77 g eius vita 179 g
Theodotionis & Symmachi interpretum vita 180 e
Theodul', diacon', quo supplicio sub Iul' sub Hadriano 12 f ejus vita 170 d
Theogonia Hesiodi 194 e
Θεοτόκος ibid e
Theophilus, episcopus Antiochenus 29 f, & 74 c gentilium oppugnator 206 f. an Romanæ synodo interfuerit 123 b, c
Theophilus, Antiocheni episcopi, vita 131 b doctrina ibid g sententia de Scriptura sacra 30 c, d nævi 122 b c
Theophilus, Cæsareæ Palæstinæ doctor 2 c & 106 c ejus acta in synodo à se collecta 123 f. vita 142 g. quale paradoxon à Scripturâ alienum proferat de homine 44 b
Theophil. de Christo errori 42 f locus de operibus 36 f sententia de creatione 111 d de homine ante lapsum 340. de lapsi recipiendis 172 b stipula de operibus & perfectione 47 c
Theophrastus Eretius 191 a
Theosmophoria 220 a & 201 c & 201 d
Theosmophorius sacrificantes cur explellant porcos 201 c
Thespii filiarum corruptor Hercules, quique interimus 212 g
Thessaliæ gentilissimus 193 f
Thessalonicenses martyres 4 c
Thetys 196 d
Thomas quinam populi Euangelium prædicaverint 3 d
in Thraciæ urbibus quæ fuerint Ecclesiæ 4 c
Thracum circumcisio ritus 201 h suscipere læta ibid g. gentilissimus 193 f
Thrasea de Eumenia 119 f
Thulæ insulæ promiscuus fœminarum usus 196 f, g & 205 b
Thyestia res 211 g
Thyestarum epularum crimen in Christianos torrum 16 e, f. & 20 f. & 156 e
tibicines sacrorum 197 c
Tibelini cultus 193 g
Ticinum urbem quis Christo fuerit consecrarit 4 g
Tinctores, Judæorum secta 192 a
Tlepolemus, Herculis filius 212 d
Tobias 2 b & 126 b
Traditiones Christianorum 17 b. & 20 a
traditiones humanæ in Epistolis decretalibus conservatæ 114 d
Trajana persecutionis tempore, quo modo fides ad patientiam mutuo cohortatis sint doctores Christiani 10 c
Trajanus, Christianorum hostis 8 f g. & 22 g e quæ fuerint ejus persecutionis occasiones 8 g
Trajanus quas regiones & populos sibi subjecerit 209 d
Trajani epistola ad Plinium secundum de Christianis 11 f impietas in Christianos, post victoriam de Persis ad Pontum 129 e Ius 8 I misericordia 26 b
sub Trajano quæ fuerint persecutiones Ecclesiæ 8 d
Trallis ecclesia Christi 32
transubstantiatio, ecclesiæ hujus seculo ignota 32 b
Trebellius, Christianus 9 b
Treveri ecclesiam Dei fuisse 4 f
Trinitatem quomodo Athenagoras docuerit 111 g
de Trinitate liber Justini 161 f. g
de Trinitate, seu de Deo, quid hoc seculo traditum sit in Ecclesia 11 a
Tritopas, etc 211 g
Tryphonius 200 g quando frugem terminarit 212 b
Troades gentilissimus 192 g
in Troade ad Hellespontum, Ecclesia Dei 3 b
Troja quando capta 211 g
Trophimus, Pauli discipulus, Arelati docuisse legitur 4 b
cum Trypbone colloquium Justini quid contineat 161 b
apud Tungros ecclesiam Dei fuisse hoc seculo 4 f
Tyberis inundatio sub Antonino Pio 139 f
Tyncus, Phrygiæ vicus, Hierosolyma dictus à Montano 79 a
tyranni quas ratione hortati sint Christianos ad defectionem sub Antonino Pio 143 b
Tyri ecclesia 2 c

V

VAlens, episcopus Hierosolymitanus 126 f
Valentiam usque Polycarpi discipuli missi 6 e
Valentinus quib' rationibus duos Deos adstruere moliatur sit 64 b
Valentini & Marci loci ac successores 63 f
Valentini hæresis Romæ à Polycarpo repressa 62 a. vita 177 c. collegium ibid. & schola Romæ celebratæ 63 d
Valentinum quæ causa impulerit in hæresim 64 c
Valentiniana schola 102 f
Valentinianorum hæresis quando & sub quo cœperit 64 c hypotheses ibid f & inde qui eas impugnaverunt 69 a
vates 197 c
Vejovis, sive Vesupiter 195 c & e
Vejovis ædes Romæ 193 g & 199 a simulacrum 205 c
ventriloqui 197 c
Venus Cnidiæ amicam 199 e e Cnidiis oriunda ibid e spuma genita ibid & in Cypro 196 d.
Venus masculæ gentilibus approbata 196 f. à gentilibus philosophis & poëtis introducta 208 b, c ab Epicuro approbata 211 b
Venes ἐπὶ μάλῃ 199 e
Veneris Cnidiæ statua 201 c
Veneris cultus 193 a & b. apud Argivos ibid d
Veneris dierum servatum 91 b
Veneris inter deas relatæ autor Cinyras 211 d, e nota 2 c b pulcras nates habentis cultus 191 c sacrorum ceremoniæ 199 e, f statua eburnea Pygmalionis amata 203 b templum ab Adriano conditum 200 g
Verax primum factum 124 b
Verginius Pollio, prætectus Romæ 18 h
verinum Dei, quam solo lemen Dei 5 d, e
Verbum cur caro factum 32 c
Verbum, id est, filium Dei, & verbum quod ore profertur, quomodo distinguat Ignatius 31 h
veritatis corpus attributum à Marco 63 a in Veritatem quæ impugnant in Epistolis decretalibus 113 b
Veritate historiæ detinuras esse Epistolas decretales 111 f
versio Scripturarum quæ recepta & usitata fuerit 56 c
Vestæ sacerdotis ceremoniæ 198 a
Vestæ templum quando concremarum 189 g, h
Vestalis virginis capiendæ ritus 198 d & inde officia & ritus ibid b & inde & qualis circuda ibid b, c & inde Vestales virgines 197 c
Vestius Epagathus, martyr sub Antonino Vero 169. eiusdem heroicus & Christianus animus, factum laudes, &c. 20 b & inde
Victor ab Irenæo reprehensus 122 b
Victor Montanistarum impugnator 79 f quatenus baptismum admiserit alii 80 a g Papa Romanorum a quo & unde dictus 166 c
Victoris constitutio 120 b de primatu Romano asserta 109 c decretum in synodo Romanâ 123 c vita 190 b. fautor ad rescriptum Polycratis 119, 120 b, a. violenta acta in causâ celebrationis paschatis 119 a
Vrennæ in Gallia ecclesia 52. maxime laxasse ob persecutionem sub Antonino Vero 16 f
Viennensium in Gallia martyrum epistola 19 g
virginitatem nulla usquam mentio 91 b
Vincentius Lirinensis 42
Vincentius martyr sub Commodo 186 d
Vincentius, vir apostolicus 96 a
Vincentii fabulosa de Ignatio narratio 116 f
in Vindelicia ecclesiam Dei fuisse 4 f
viri apostolici quidnam 96 a
viros excellentes semper in ecclesia fuisse 103 b
de Virum humanarum potestate quomodo rationemur licentia 43 f
Virginis matris gaudium ob martyres 236, d
virginum sacrarum consecrandarum ceremoniæ, a gentilibus translatæ 193 g
virginum quinque, martyrum, historia 182 a
virginitatis & conjugii exæquatio 41 a
de Virginitate qui periculose docuerint hoc seculo 50 b
de Vitæ licentia, Gnosticorum hypothesis 39 f
de Vita æternâ, Athenagoræ sententia 155 g
Vitalis, martyr 185 a
vitis Dionysio sacra 194 c
vivendi ut libeat impia opinio 209 c
unionis mysterium, in Christi duabus naturis, quomodo declarent patres 32 d
unionis naturarum Christi causæ, ex Irenæo 32 c
Volagesus, Parthorum rex, à Romanis cum suis fusus 216 c, d
voluntatis viribus quid tribuatur in Epistolis decretalibus 114 f
urbes quatuor Asiæ, terræmotibus consumptæ 189 c
Urbicus præfectus quomodo à Justino pertinax 161 a, b
ab Unitatre argumenti, refutatio 207 c
Vulcanus, Deus 195 d ἀμφιγυήεις 214 b. deorum faber 208 c
Vulcani nota 203 b
Vulcani plures 214 a
uxores communes 196 f apud Valentinianos 67 a item apud Carpocratianos 59 a
uxores plures ducendi mos ad Gangem 203 b
uxorum communio à Platone legibus sancita 213 b nulla apud Christianos ibid b

X

XEnocratis dii 194 g
Xiphilini testimonium de statu Ecclesiæ sub Commodo 19 b

Z

ZAchæus 8 b
Zacharias, Hierosolymitanus episcopus 126 b
Zachæi, hæretici 61 a
Zacharias, presbyter Viennensis, martyr sub Antonino Vero 52 & 169 g ejus vita 176 d, e
Zachariæ Luc 2 testimonium 20 b
Zenon, patricius Romanus cum 202 pro Christo interfectus 12 f & 154 a
Zenonis de resurrectione opinio 196 b. item de mundi renovatione ibid & 210 f
zizania cur dissemineur interdum 16 e
Ζωὴ 202 a
Zodiaci picturæ vanitas 209 b
Zoras, Anchiali, urbis Thraciæ, episcopus 4 e & 141 idem Zoticus 79 e, f. & 141 e. Cumanus 122 b, & 141 d & e. Ostrenus vel Otrenus 79 f. & 96 c ejus vita 141 c

FINIS.

HISTORIAE
ECCLESIASTICAE
Centuria III.

PRÆFATIO.

NOn est supervacanea quæstio; Utrùm ea generis humani pars, quæ multitudine, potentiâ, & omnium rerum successu gaudet, sit Ecclesia Dei; hoc est, cœtus ille Deo placens? Namque etiam piorum mentes, præsertim odio & tyrannide Magnatum pressæ, tentationes super eâ re sentiunt; & Jeremias queritur: *Quare via impiorum prosperatur*, &c. cap.12.v.1. Et vehementer simplices perturbat illa rerum facies; quâ potentibus omnia pro voto succedunt: præsertim autem, quando communis hominum opinio, pietatis ac virtutis insignia illis contribuit. Verùm Doctrina Christi alias nobis notas describit, quibus vera Dei Ecclesia dignoscatur. Testatur enim, esse eam exiguum in hoc Mundo contemtum, & cruci obnoxium cœtum; Doctrinam tamen sinceram profitentem, & verum Sacramentorum, à Christo institutorum, usum retinentem, ac Deum piâ invocatione & confessione celebrantem, suique glorificationem in æternâ demum vitâ exspectantem. Ita enim scriptum exstat apud Esajam, cap.1.v.9. *Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen; sicut Sodoma & Gomorrha facti fuissemus.* Et cap.10.v.22. *Si maximè fuerit populus Israël, tanquam arena maris; reliquiæ tamen salvæ erunt.* Et Christus ait, Luc.12.v.32. *Ne timeas pusille grex: quia placitum est Patri vestro, regnum vobis dare.* Et Joh.10.v.27.& 28. *Oves meæ vocem meam audiunt: & ego eas agnosco; & sequuntur me: & ego vitam æternam do eis; nec peribunt in æternum.* Itemque Paulus, 1.Cor.1.v.26.& seq. *Non multos sapientes secundum carnem, non multos potentes, non multos nobiles; sed quæ stulta sunt Mundi, elegit Deus; ut confundat sapientes: & infirma Mundi elegit Deus; ut confundat fortia: & ignobilia Mundi, & contemtibilia elegit Deus, & ea, quæ non sunt; ut ea, quæ sunt, destruat: ut ne glorietur ulla caro in conspectu ejus.*

Tametsi autem Historia, & Veteris, & Novi Testamenti, plurima ejusce rei suppeditat exempla: non ingratum tamen est piæ menti, etiam aliorum temporum exempla cognoscere. Adfert igitur ex hujus Tertiæ Centuriæ Historia, quæstioni isti lucem aliquam. Potentissimi namque hujus Seculi Monarchæ, à Severo usque ad Diocletianum, Ethnicâ fuerunt religione imbuti & occæcati, doctrinamq; Christi oderunt ac persecuti sunt; uno Philippo excepto. Neq; verò ipsi tantùm tales fuerunt: sed etiam eorum ministri, Reges plurimi, Respublicæ, ac Civitates. Interea nihilominùs, veluti transitum quendam per Mundum habuit Christus, inter medios furores ac ruinas ejus; aliquos ad se convertens, sibique passim Ecclesiam, Verbi sui ministerio, colligens: sicuti in capite, de Loco & Propagatione Ecclesiæ hujus seculi, commemorabimus. Ut non offendi debeant eorum pectora: si maximè splendidissima hominum pars Epicureismo dedita, non sit vera Dei Ecclesia; verùm alii longè ignobiliores, & contemtibiliores, reverâ eum titulum sibi vindicent. Hic est enim fructus peccati, quod inhæret generi humano: ut plurima in majora scelera ruant; sibique gravius judicium accersant. Ac, Dei permissu, largitur plerunque Diabolus suis ministris regna hujus Mundi, ejusque gloriam: quò faciliùs homines in suam naſſam pelliciat, atque in suo obsequio retineat.

Singulare tamen hujus ætatis decus fuit: quòd Philippus Imperator veram Christi Doctrinam amplexus est; Ethnicamque Idolomaniam abrogavit. Sed non diu etiam reliquit Diabolus Ecclesiæ hoc ornamentum: quando Decius pios, fraude circumventos, iterum jugulari curavit. Nihil autem in Politico imperio, quo hominum vita communis regitur, præstantius est; quàm si Gubernatores ipsi veræ pietati sint addicti. Ibi namque Deus, benedictione suâ, abundè omnia complet: nec tantùm Spiritualia sua bona, (quæ quidem omnium sunt amplissima) sed etiam omnis generis corporalia, dispensat. Et ejusmodi Magistratibus, hoc augustissimum, & à Deo profectum encomium, præcipuè convenit: *Ego dixi, Dii estis, & filii Excelsi omnes.* Psal.82.v.6.

Triplices autem sunt in universum (si rectè expendamus) Gubernatores politici. Alii

sunt avari, & quasi grypes: qui suis tantùm commodis inhiant, & exactionibus atque rapinis cuncta exsugant; ne quidem ab injustis cædibus abstinentes: nihil Religionem, nihil disciplinam curantes; modò extorqueant ea, quæ ad augendam potentiam, aut corporis voluptates perfruendas, omnemque libidinem explendam, faciunt. Tales sunt Tyranni, tetra hominum portenta: quos satius fuisset suibus, quàm hominibus, gubernatores præfici.

Alii sunt Mediocres, ac prioribus aliquantò meliores: qui non sua quidem cõmoda tantùm, splendorem atque opes, captant; sed tamen, se in eo fastigio collocatos, ideò solùm putant, quò pacem ac disciplinam externam tueantur: ut & subditi tranquillè vivere, & victum quærere necessarium possint. Verùm non adsciuntur veræ Religionis curâ: parùm referre opinantes, sive illa pura & sincera, sive noxia ac depravata, tradatur: & vel nihil de verâ Religione intelligunt: vel, si aliquâ ex parte Idolomanias agnoscunt; tamen ut sua commoda, gratiamque popularem, retineant, neque seriò oderunt falsa dogmata, neque abrogant superstitiosos & idololatricos cultus; sed eos fovent ac tuentur, cum suo subditorumq; æterno exitio. Atque hi Ethnicis Magistratibus, qui & ipsi virtutibus aliquibus excelluerũt, consimiles, nihiloque sunt meliores.

Tertii, & quidem omnium optimi, sunt: qui non modò expilationibus subditorum injustis abstinent, serioque ac graviter tranquillitatem publicam, disciplinam, atque honestatem conservant; sed insuper etiam, & quidem potissimùm, zelo domûs Dei ardent, atque in id omni studio & curâ incumbunt: ut subditi verâ Christi doctrinâ imbuantur, & Sacramentis à Christo institutis legitimè utantur-fruantur; utque idololatria, & superstitiones omnes, radicitùs exstirpentur & abrogentur; ac tandem, ut simùl & dominus & subditi, æternâ salute potiantur. Hic est præcipuus ille finis, ob quem Deus Magistratus ordinavit. Et eam ob causam, Deus hominibus usuram vitæ hujus concedit: non quidem, ut victum & amictum duntaxat in hoc Mundo habeant; sed potissimùm, ut, in verâ doctrinâ instituti, unum verum Deum colant, templaque sint Spiritûs Sancti, & hæredes vitæ æternæ. Neque dubium est, ejusmodi pios Magistratus, quantùmvis, in hoc præsenti seculo nequam, (uti vocat Apostolus, ad Gal. 1. v. 4.) labores & probra eo nomine sustinere cogantur; ingentia tamen præmia, suo tempore, à Christo, Rege ac Duce æterno, accepturos esse. O quàm glorioſum erit illis, in postremo die! quando, cum piorum suorum subditorum numero resurgentes, atque ad tribunal Christi constituti, exaudient jucundissimam illam vocem: *Venite benedicti Patris mei*, &c. Quantùm contrà dedecus erit ac probrum! quando

Magistratus impii, rapaces ac tyranni, Epicurei Sardanapali, Vertumni & Eceboli, cum suis subditis resurgentes, audient:
Ite maledicti, &c.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ CENTURIA TERTIA.

CAPUT I.

REs Ecclesiæ CHRISTI, ejusque cursum, in eâ ætate, quæ mox Apostolos subsecuta est, præcedenti libro descripsimus. Nunc ad Centuriæ tertiæ, quæ à Septimo Severi, ad annum decimum-tertiũ usq; Diocletiani pertinget, historiam, quantum in eo Dei nos benignitas juverit, recitandam, progredimur: initium à cõmemoratione locorum, in quibus hac ætate suum Ecclesia hospitium qualecunque habuerit, facturi.

CAPUT II.

DE LOCO ECCLESIAE Christi.

ECCLESIAM ab Apostolis primùm, deinde verò ab eorũ successoribus, per universum orbem, & ad fines usquæ terræ, (quemadmodum *Irenæus* & alii testantur) seminatam esse; tuora dictum est. Mansit igitur etiam hoc seculo Ecclesia CHRISTI, in variis Orbis terrarum partibus. quod & confirmat hujus seculi scriptor *Tertullianus* * qui diserte affirmat; Ecclesiam CHRISTI in Asiâ, Africâ, & Europâ, durâsse. Et *Origenes* * Ecclesiarum meminit, quæ Mundi limites tenent. Et *Eusebius* * ostendit; ante persecutionem sub Diocletiano motam, pietatis doctrinam apud omnes Mortales, cũm Græcos, tum Barbaros, viguisse. Ut autem Lector ea hospitia spiritualis regni CHRISTI, in diversis Orbis terrarum partibus sita, paulò plenius cognoscere atq; considerare possit quantum quidem in fide-dignis Scriptoribus mediocri studio indagare potuimus, paucis enumerabimus.

* *Eb. de præscript. hæret.*
* *Homil. 4. in Ezech.*
* *lib 8. c. 1.*

ECCLESIAE PER ASIAM.

IN ASIA Ecclesias CHRISTI, & in vicina indè loca propagatas esse; ex superioribus constat. Fuisse autem etiam hac ætate Ecclesiam aliquam CHRISTI Hierosolymis, ex continuâ Doctorum successione (qui jam ex Gentibus solis, post insignem illam expulsionem Judæorum, ab Hadriano factam, constituti operantur) patet: magno nimirum & evidenti testimonio, quod exitare Deus in ipsâ posteritate voluit; non ad Judæos tolum, sed etiam ad Gentes, Euangelii beneficia pertinere. Quanquam & hoc meminerit Lector; simul tetrum Ethnicismum eo ipso in loco, ubi primùm ortum est Euangelium, horrendum in modum grassatum esse.

Gaza quoq; fuit Ecclesia. nam ibi Sylvanũ Episcopum fuisse, *Eusebius* * refert.

* *l. 8. c. 13.*

Fuit & Ecclesia *Cæsarensis* non postrema, celebrata paulò ante, frequenti illo conventu, super controversiâ de Pascha: quam claram adhuc hoc tempore fuisse, testantur multi præstantes Doctores; ut Theoctistus, Dorotheus, Theoctenus, & reliqui.

Fuit & in *Tyro* Ecclesia CHRISTI, & in *Sidone*. Nam *Eusebius* * Tyrannionis cujusdam meminit; quem Tyri episcopum nominat: & Zenobii, quem Sidonenſem vocat Presbyterum. Narrat *Vincentius*, * Decium Imperatorem Christianos aliquot & in Babyloniâ regione reperisse; eosq; ad supplicia secum abduxisse.

* *l. 8. c. 13.*
* *Speculi*
* *l. 31. c. 49.*

¶ Ecclesiarum deinde illustrium *in Syriâ*, prima *Antiochena* est: cujus tum nomen, tum celebritatem aliquam, hoc adhuc seculo durâsse; notius est, quam ut probatione indigeat. Longum enim catalogum Episcoporum Antiochenorum *Eusebius* texit: & testimonio illud est; quòd sub Aureliano, frequens ibi Episcoporum, ex terris vicinis, conventus agitur, in quo Pauli Samosateni hæresis damnatur: ut *Eusebius* * scribit.

* *l. 7. c. 29.*

Fuit quoque *in Mesopotamiâ*. Nam Archelaus & Marcellus, in Catharâ Mesopotamiæ, doctores fuerunt: teste *Epiphanio*.

Habuit & Ecclesia *Laodicena* Episcopos aliquot clarissimos; quorum *Eusebius* meminit: ut Thelymidrem, Socratem, Eutebium, Anatolium, Stephanum, Theodotum.

Emesa Sylvanum habuit Episcopum: quem senem & constantem fuisse, atque in persecutione sub Diocletiano, martyrium obiisse; *Eusebius* * scripsit. Plures verò in Syriâ insignes fuisse Ecclesias; historia persecutionis sub Diocletiano indicat. In eâ verò commemoratione, & fratrum in Mesopotamiâ meminit *Eusebium* * Meminit & *Rhosensis* Ecclesia. *

* *l. 8. c. 13.*
* *l. 6. c. 12.*

Fuerunt & in *Ciliciâ* Ecclesiæ hospitia: in cujus metropoli Diodorum fuisse Episcopum, hac tempestate; *Nicephorus* * annotavit. Et in *Tarso* Helenum fuisse; indicat historia Sidoni contra Paulum Samosatenum. *Eusebius* *

* *l. 6. c. 32.*
* *l. 7. c. 28.*

Pergensem Ecclesiam *in Pamphiliâ*, Decio martyres suppeditasse; *Vincentius* * scribit. In *Olympo*, *Lyciæ* civitate, fuisse Methodium, celeberrimum Episcopum, qui contra Origenem scripsit, ac sub Decio in Chalcide Græciæ martyrio perfunctus tandem est; *Hieronymus* autor est. Meminit ejus Methodii & *Socrates*.

* *l. 11. c. 52.*

In Iconiâ, *Ephesina* & *Smyrnensis* Ecclesiæ etiam hac ætate duraverunt. De *Sardensi*, *Trallensi*, *Philadelphina* & *Magnesiâ* Ecclesiis, libro superiori diximus: quæ hoc adhuc seculo habuerunt suas reliquias.

In Phrygiâ. *Hierapolis* hospitio Ecclesiæ, hinc usque ab Apostolis clara fuit. Et in *Lampsaco*, qui martyres sint Decio passi sint; *Vincentius* recitat.

Synnadensium verò & Ecclesiæ, & fratrum, Dionysius Alexandrinus meminit, apud *Eusebium* * qui ibidem Theodorum quendam ab Attico Episcopum factum fuisse, indicat. * In *Nicomedia Bithyniæ* etiam præclari martyres fuerunt. *Eusebius*. *

* *l. 7. c. 7.*
* *l. 8. c. 20.*
* *l. 8. c. 6.*

Meminit *Dionysius*, in scripto ad Stephanum Romanum Episcopum, Ecclesiarum in *Ponto Bithyniæ* & *Galatiæ*. Hoc verò tempore illustris fuit doctoribus, fratribus, Gregorio & Athenodoro; qui doctrinâ Christianâ ab Origene imbuti, maturè ad episcopatus in Ponto accersiti fuerunt: quemadmodum & Ecclesiæ *Syrogeti*, *in Paphlagoniâ*, Focam Episcopum præfuisse, dicit.

Fuisse & *Ancyram Galatiæ* vetustam Ecclesiæ sedem; narratio *Eusebii* * indicat.

* *l. 5. c. 17.*
* *ad Scapulam.*

¶ *In Cappadociâ* verò Ecclesias fuisse; *Tertullianus* * scripsit: inter quas vel præcipuam fuisse apparet eam, quæ fuit *Cæsareæ*; quæ hoc tempore clarissimum habuit Episcopum, Firmilianum. *Nicephorus* * etiam *Amaseam*, *Cappadociæ* urbem, nominat: in quâ Phedimum Episcopum fuisse memorat.

* *l. 6. c. 17.*

In Cappadociâ *Larandæ* quoque fuit Ecclesia: in quâ docuisse Euelpim, rogatum à Nerone, ejus loci Episcopo; *Eusebius* * indicat: ubi &, Celsum Episcopum Ecclesiæ *in Iconio* fuisse, ait. Ac rursus * indicat; Dionysium Ecclesiarum Iconii mentionem facere, in epistolâ ad Stephanum: & Nicomam Iconii episcopum fuisse, ostendit. * Ex quâ narratione apparet; antequam adeo Ecclesiam in Iconio fuisse.

* *l. 6. c. 20.*
* *l. 7. c. 5.*
* *l. 7. c. 25. & 30.*

¶ In *Armeniæ* civitate Melitenâ, ad Euphratem sitâ, Christianos fuisse; historia persecutionis sub Diocletiano

indicat, apud *Eusebium*. * Armenios certè Christianos nominat; & pietatis studiosos fuisse, narrat. * Episcopum vero Ecclesiarum per Armeniam, fuisse Merucanem; idem ostendit * ubi &, Dionysium, ait, tractibus per Armeniam, de pœnitentiâ scripsisse.

* l. 2. c. 4.
* l. 9. c. 29.
* l. 6. c. 46.

Nec de *Indicis* dubitamus Ecclesiis: quarum aliquot recens admodum instauratas à Pantæno, suprà audivimus.

* l. 5. c. 10.

Narrat ex Martyrologio *Vincentius*, * etiam *in Perside* Christianos inventos fuisse, quo tempore Decius persecutionem movit. Equidem Parthos, Medos, & Elamitas, CHRISTO credidisse; *Tertullianus* * scripsit.

* lib contra Judæos. c. 6 c. 21. & 33.

Denique Berylli, *Arabum* Bostrensium Episcopi, *Eusebius* * aliquoties meminit.

ECCLESIAE PER AFRICAM.

IN *Ægypto*, Ecclesia *Alexandrina* prima nobis occurrit: tum propter viros eximie claros; ut Demetrium, Origenem, Dionysium, Clementem, Heraclam, & alios: tum propter Scholam, in quâ insignes Catechistæ seu Doctores, proponentes præcipua Christianæ doctrinæ capita, tuliterunt.

Habet historia hujus seculi etiam Ecclesiam *Hermopolitanam*: cui Cononem præfuisse, atq; ad eum Dionysium scripsisse, *Eusebius* * indicat. Idem Chæremonem quendam tenem, Nili urbis Episcopum, nominat: * quem, in persecutione sub Decio, cum uxore, ad montana Arabiæ confugisse; nec amplius deinde conspectum esse, dicit.

* l. 6. c. 46.
* lib eod. cap 42.

Scribit Dionysius, se in *Arsenoite* Ægypti præfectum, disputâsse magno cum fructu, contra eos, qui Nepotis erroneum dogma amplexi fuerant: quemadmodum *Eusebius* * refert.

* l. 7. c. 24.

Thmuitanorum Ecclesia, sub finem hujus seculi, Phileam habuit, laudatissimum Episcopum: cujus *Eusebius* * meminit.

* lib. 8. ca. 9. 10 & 13.

¶ Certum deinde ex historiis horum temporum est, etiam in *Cyrenaicâ* regione celebres aliquot fuisse Ecclesias. In eâ enim *Pentapoli* fuit: ad cujus Episcopum Basilidem, Dionysium scripsisse; *Eusebius* * autor est. Meminit ibidem & Ammonis, Episcopi Berenicensis.

* lib. 7. cap 26.

Verisimile est, & *Aethiopicas* Ecclesias adhuc mansisse; ut quæ ab Apostolis fundatæ sunt: sicut suo suprà loco dictum est.

Carthaginem celebrem fuisse sedem Ecclesiæ in Africâ; *Tertullianus* & *Cyprianus* testantur. Meminit præterea Tertullianus, inter cæteras Ecclesias, expressè Mauritanarum & Getulianarum: quemadmodum & Cyprianus Synodum suam ex Libycis, Numidicis & Mauritanis Ecclesiis, se coëgisse, scribit; & plurima loca earum regionum recenset.

¶ Nunc *Insulæ Maris mediterranei* recensendæ essent; in quibus Ecclesia CHRISTI procul dubio etiam suum honorem habuit: sed hic Historicorum testimoniis destituimur. *In Creta* durâsse adhuc Ecclesiam, recens Pinyti & Philippi Doctorum memoria conjecturam minime obscuram præbet. Mansit etiam *in Sicilia*: nam Presbyteri & Diaconi Romani, in epistolâ ad Cyprianum, quæ in libro 2. septima est, dicunt; se in Siciliam literas de Lapsis recipiendis misisse.

ECCLESIAE PER EUROPAM.

IN *Europâ* porrò, non minùs, quam in aliis Orbis partibus, Ecclesiæ illustres fuere. Primùm enim Ecclesiarum *in Græciâ*, *Tertullianus* * meminit: in quibus *Athenienses* Ecclesia mansit. Inter eas enim Ecclesias, quas sub Severo in maximis urbibus potissimùm fuisse, *Nicephorus* * scripsit, etiam Athenienses nominat: ut & *Corinthiacam* Peloponnesi; cujus *Tertullianus* *, meminit. Nec dubium est, has duas præcipuas Ecclesias, quam latissimè se in vicina loca extendisse. Certe *Philippenses* Ecclesiæ in Macedoniâ, Tertullianus quoq; meminit, & *Thessalonicenses*.

* l. de virgand. Virg
* l. 6. cap 3.
* lib de Præscript. Hæret.

¶ *In Thraciâ*, *Byzantium* fuit: cujus Ecclesiæ Episcoporum quam longissimum catalogum recensuit *Nicephorus* *: in quo & Demetrii cujusdam Episcopi Byzantini meminit; eumq; ut fratrem ait fuisse Imperatoris Probi. Jam verò Demetrium, successorem in eodem episcopatu sibi ordinâsse Probum filium, Imperatoris nepotem. Si

* lib 2. cap 6.

Igitur tam frequentes & continuos, statim post Apostolos, ea Ecclesia doctores habuit: verisimile est, eam multis seculis durâsse. Et quidem ad Constantinum usque, seriem Episcoporum Byzantinorum deducit *Nicephorus*. Nisi quòd cum eo non convenit, quod *Herodianus* scripsit; ipsam urbem Byzantium, sub hæc tempora, ab Imperatore Severo funditùs eversam, & in formam pagi redactam fuisse. Quod si factum est: sinè dubio, absque maximâ ruinâ & deformatione ejus Ecclesiæ id fieri non potuit.

Fuisse verò & in reliquis Thraciæ locis Ecclesias; superiùs diximus: ut *Anchiali* & *Debelti*. Haud dubiè igitur, & hoc adhuc seculo, Ecclesiæ istæ manserunt.

Idem de *Dalmatico* & *Illyrico* Ecclesiis judicari potest: quarum aliquot mansisse, credibile est. Synodus certè, quam post hoc seculum Constantius Imp. in Sardicâ Illyrii coëgit, satis testatur: non tùm demum in Illyrio, & locis vicinis, Ecclesias cœpisse; sed diu antea fuisse.

¶ *In Italiâ*, ut *Romæ*, Ecclesiam mansisse; series Episcoporum omnium annorum indicat. Probat idem Synodus frequentissima, ibi convocata contra Novatum: de quâ *Eusebius* * scribit. Alia item, coacta sub Diocletiano, contra Marcellinum Papam abnegatorem: cujus descriptio innumerabiles propemodum recenset Marcellini testes, & condemnatores. Denique & *Tertullianus* Ecclesiæ Romanæ, atque eius Episcoporum, sæpissimè meminit. *Speculo Vincentii* si quis quid fidei adhibere volet: inveniet, in aliis etiam Italiæ locis, hospitia Ecclesiæ fuisse: ut Veronæ, Spoleti, Beneventi, in Lucaniâ, & aliis; quorum martyres aliquot enumerat. *

* lib 6. cap 43.
* lib 11. & 12.

¶ Ecclesiarum apud *Gallos*, *Tertullianus* * meminit: & ad eos, sub Severo, propagatos verbi divini proventus felices, seu potiùs instauratos, *Nicephorus* * tradidit.

* lib contra Judæos
* l. 5. c. 2.

Arelatensis Ecclesiæ, & *Lugdunensis*, *Cyprianum* * meminit. *Burdegalensis*, ex epistolâ Martialis nota est. Commemorans verò hujus seculi martyria *Vincentius in Speculo*, plurimos locos Galliæ recenset, in quibus martyres comprehensi, & ad mortem damnati sunt: ut Mediolani; cujus etiam suprà mentio facta est, & in quâ passim narrat Sebastianum. *

* lib 3 epist. 13.
* li 12. c 10

Rejicere videtur & in hanc ætatem *Hieronymus* Victorinum Pictaviensem: cujus multa volumina extitisse narrat, *in Catalogo illustrium virorum*.

¶ Ad *Hispanos* venimus: apud quos fuisse Ecclesias, suprà ex Irenæo retulimus. *Tertullianus* * autem suis Ecclesiis, quas nominat, Hispanicas annumerat: ubi quidem ait, in Hispaniarum omnibus terminis, & Galliarum diversis nationibus, CHRISTI nomen regnare. Et ex *Cypriano* * apparet, in Hispaniâ Tarraconensi, ad Legionem, & Asturicæ, & Cæsaraugustæ; & in Lusitaniâ, Emeritæo, insignes fuisse Ecclesias. Recenset etiam *Vincentius* plures civitates in Hispaniâ; ut Tarraconem, Emeritam, Cæsaraugustam, Complutum, & alias: in quibus martyres hoc tempore, sub Valeriano & Diocletiano, passos narrat. *

* l. 1. contra Jud.
* lib 1. ep. 9. 4.
* li 11 & 12

¶ Non præterit *Germanorum* Ecclesias *Tertullianus* * Vincentius * ex Helimando tradit; inventos esse, in persecutione sub Maximiniano, Christianos martyres apud Neronam, urbem Rheni, & in campis Coloniæ. * Idem, * à Diocletiani Præfecto Rictionaro, vehementem persecutionem Treveri motam; & in urbe Augustâ sanctos martyres inventos, ab eodem trucidatos, scripsit.

* l. b contra Jud.
* l. b. 12 c. 4.
* l. b. 12. cap 136. & 142.

Cæterùm & Laureacensem Ecclesiam in Norico, hac ætate mansisse & crevisse, credimus.

Nec prætereundum illud est, & *Sarmatæ* & *Dacos* cognitionem CHRISTI habuisse; ut *Tertullianus* scripsit.

¶ Sequuntur *Insulæ Oceani*: ubi in *Britanniam* primùm incidimus. Hæc quâ occasione ad fidem Christianam pervenerit; expositum a nobis suprà est.

Mansisse & hac ætate ejus Insulæ Ecclesias, affirmare non dubitamus: maxime cùm & *Tertullianus* differtè scripserit; Britannorum loca, Romanis inaccessa, suo jam cùm seculo CHRISTO fuisse subdita: & *Origenes* * testetur; Britanniam in Christianam contendere religionem.

* Homil. 4. in Ezech

Ex illis igitur, etiam in vicinas alias Insulas, CHRISTI notitiam ipsam tum fuisse, non est dubium.

Addit

Addit *Tertullianus*; CHRISTO credidisse & alias plures insulas: quas partim numerare nequierit; partim etiam incognitas habuerit.

DE PROPAGATIONE.

HActenus de hospitiis Ecclesiæ, per omnes terrarum Orbis partes, egimus; quantum veri testimoniis, & probabilibus conjecturis, exponere nobis licuit. Nunc, quæ incrementa subindè acceperit CHRISTI Ecclesia, ostendemus.

Ait de his in genere *Tertullianus*, * ad hunc modum: *Regnum* CHRISTI *ubiq; extenditur: & aliquantò ante* CHRISTO *omnium civitatum portæ sunt apertæ: & in omnibus locis populus nominis Christiani habitat.* Quale quiddam & *Origenes* * scripsit: *In omni orbe terrarum, in omni Græciâ, atque universis cæterus nationibus, innumeri sunt & immensi; qui, relictis patriis legibus, & his quæ putabant deos, ad observantiam Mosis legis, & disciplinam de* CHRISTI *cultumq;, tradiderunt.* Ac de peculiaribus propagationibus in illa loca, *Nicephorus* * inquit: *Pertinaci Severo successit, tum quoque satis bono loco res nostræ fuêre, indies; fidei professio augmenta sua cepit; Ecclesiastico rum Doctorum scripta atque doctrina illam provehentibus: idq; in maximis quibusq; potissimùm urbibus; nimirum Alexandriæ, Antiochiæ, Aeliæ; & per Palæstinam omnem, Ephesi, Cæsareæ; & Occidentem versùs, Thessalonicæ, Athenis, Corinthi, in Gallia, & Romæ maximè. universa enim multitudines, & domus totæ, ad fidem accedebant: quidvis facere & pati parata; quam ut quicquam contra religionem nostram ageret, aut novaret.*

Simile quiddam, de Ecclesiæ progressu, & felici doctrinæ cursu, ante persecutionem Diocletiani, *Eusebius* * reculit: *Doctrina*, inquit, *Christiana apud omnes mortales, cùm Græcos, tum Barbaros, gloriam consecuta est.*

Magna autem fuit acerbitas & vehementia persecutionis, quam Severus exerceri jussit. Attamen in eâ Origeni, in ludo Alexandrino Christianâ religionem docenti, multi ex Gentibus incredulis se adjungût; ab eoq; fidem & doctrinam Christianam percipiunt. Recenset inter eos, ut illustriores, duos fratres, Plutarchũ & Heraclam, *Eusebius.** Ubi & hoc addit: *Non ex Gentibus solùm infidelibus; verum etiam ex eruditis aliquot, & Philosophiæ non-vulgaris doctrinæ & sapientiæ, ad Origenem, religionis & pietatis Christianæ discendæ gratiâ, confluxisse.*

Nec multò pòst, priùs scilicet, quàm se in Palæstinam Origenes, bello civili Alexandriâ pulsus, contulit; Demetrius, Episcopus Alexandriæ, literis Ducis Arabum postulatus, Origenem in Arabiam mittit: ubi ab eo aula Ducis ad fidem convertitur. Quâ occasione, haud dubiè, & Arabum plures ad fidem Christianâ adducti sunt. Nam, etiamsi Arabia ipsa, majori ex parte, priùs ad CHRISTUM cõversa fuit; & hoc tempore duo Arabum Episcopi celebrantur, Berylus scil. & Maximus Arabumq; Ecclesiæ *Eusebius** in historiâ hujus seculi meminit: fieri tamen potuit, ut hæc Aula adhuc fuerit incredula; & ad eam, ut ferè fit, quàm tardissimè notitiâ CHRISTI pervenerit. Quicquid autem ejus est, *Eusebius* clarissimè ait: *Cùm per id tempus Origenes Alexandriæ commoraretur; accessit nullium quispiam, ac literas Demetrio, parœciæ illius Episcopo, illiq; qui tùm temporis Ægypti Præsidebat, à Duce Arabiæ missas, tradidit: qui petebat, ut cum summâ diligentiâ Origenem mitteret, qui ipsi doctrinam suam communicaret. Missus itaq; ab illo Origenes, in Arabiam proficiscitur.* Hæc sub Alexandro Imperatore acta sunt: cujus mater, religiosa fœmina, Mamæa nomine, accensâ cupiditate videndi & audiendi Origenem, cum etiam ad se, per legatos, cum ex Palæstinâ Alexandriam rediisset, evocat Antiochiam. Adjuvat Origenes profectus, si non tùm primùm eam convertit; (nam incertum illud est: & priùs conversam eam fuisse apparet) attamen in fide Christianâ confirmavit. Et non sine fructu docuit aliquandiu: ut *Eusebius** testatur.

Alexandro verò imperium in animum inducente, Mamæa desiderare Origenes, Alexandriâ relicta, in Palæstinam rursus copessierat, ac contuetos suos mores Cæsareæ docere cœperat: quem in locum innumeros exteros, quos Græcia mi-

isse apparet, discendi causâ convenisse, *Eusebius** scribit: ac meminit nominatim fratrũ duorũ, Theodori & Athenodori, quos ethnicarũ disciplinarum studium, in quo antea excelluerant, fierinum literarũ cognitione cõmutâsse ait.

Ingens fuit beneficium & felicitas, libertas illa, quâ in ipsis, hoc tempore, etiam Imperatorum aulis, apertè licebat esse Christianos: & ministris suis Imperatores verò concedebant; ut in ipsorum conspectu, Christiano more, cũ uxoribus, liberis ac servis, viverent: imò & hi, qui Christiani erant, majoribus dignitatibus & honoribus ab Imperatoribus ornarentur. Talem enim Christianæ religionis felicitatem, ante persecutionem sui temporis aliquando fuisse, *Eusebius** scripsit. Sed jam videmus, non apud ministros solùm aulicos Christianam pietatem commorari; verùm etiam ad ipsos Reges & Imperantes propagari. Philippus enim, qui, cum filio ejusdem nominis Gordiano in Imperium successit, anno CHRISTI 248. primus omnium Romanorum Imperatorum religionem Christianam amplexus & professus est. Non enim simulâsse rem, testimonio esse potest id: quòd, cùm in vigiliis Paschæ cœtui Christianorũ adjungere se voluisset, ab Episcopo ejus loci non priùs admissus est; quàm peccatum homicidii (ut videtur) confessus, inter pœnitentes stare non recusasset. Narrat *Eusebius*. * Nec dubium est, plures ejus exemplum ex subditis secutos, unà CHRISTO nomen dedisse. Scribit etiam Origenem ad Imperatorem Philippum, ejusq; matrem; *Eusebius** auctor est.

*Gregorius Turonensis** narrat; Gratianum Episcopum, primo Decii anno in Turoniâ venisse, & ad fidem CHRISTI multos convertisse.

In Decii historiâ, miraculosæ cujusdam ad fidem Christianâ conversionis, *Vincentius* * meminit ad hunc modum: *Roma Secundianum togatum, Præfectum Decii, Verianum item pictorem, & Marcellianum oratorem eloquentissimum, persecutores omnes, & numinum cultores, commoti constantiâ illius martyrum, de religione eorũ differere & confabulari cœperunt. ubi in manus alterius illis venêre versus illi Virgiliani, ex oraculo Sibyllæ descripti:*

Ultima Cumæi venit jam carminis ætas;
Magnus ab integro sæclorum nascitur ordo:
Jam redit & virgo, redeunt Saturnia regna:
Jam nova progenies cælo demittitur alto.

Quibus accuratiùs lectis & consideratis, afflati divino Spiritu, religionem Christi ad martyrium usq; & mortem, Decii illius jussu intentatam, professi sunt.

Moverat vehementem in Christianos persecutionem Valerianus, non ità longo intervallo hunc Philippum secutus: sicuti ità dicemus. Sub ea persecutione, pulsus erat in Libyam transmarinam Dionysius. Quod exilium, antequam abesset, ut fidem ipsius labefactaret, imò etiam, ejus occasione & beneficio, multos ad notitiam CHRISTI, inauditis illis locis, perduxerit. Quod de ipso ipse ad hunc modum scripsit: *In Cephro* (Libyæ is locus est. *Nicephorus** Cephrenen regionem fuisse; locum verò, ubi in eâ regione Dionysius exulârit, vocatum fuisse Colythium scripsit) *magnum ædificium commorata est Ecclesia, partim eorum fratrum, qui nos ex urbe secuti; partim qui ex Ægypto adfuerant. Et hîc multis Deus ostium verbi sui aperuit. & initiò quidem persecutionem ac lapidationem pertulimus: tandem verò non pauci ex his nunciis, relictis simulacris, ad Deum sunt conversi. Hîc vitæ non-assumtis à Deo, tum primùm per nos est verbum prædicatum.* Refert *Eusebius.**

Nec dubitamus, Galieni Imperatoris edictum publicum, persecutione amotâ, pro Christianis propositum, multis occasionem & causam ad CHRISTUM accedendi fuisse. Nec Synodum requiras, in omnibus hoc in observatum Orbis partibus, celebratam fuisse tam profutura fore fidei existimamus: tantæ ex occasione aliquot annis CHRISTO lucrifecimus. Magnum enim fore dubitandum est commotionem animorum, per varios Deos Doctorum curarum Arbitrium nutrientes, quæ per illa confusionis tempora fuerit, colloquia ipsorum verò Dominum Verbum divini propagandi studium secutum, denique solarem Sanctorum omnium certa, de doctrina veritatis, pacis & concordiæ sententiam, non fuisse impossibile. Sed de his omnibus infrà suo loco.

CAPUT III.

DE PERSECUTIONE ET tranquillitate Ecclesia.

SUB SEVERO.

AEtio Pertinaci & Juliano successit Severus, homo non ingenii solùm felicitate præstans; sed & literis Græcis & Latinis cultus, & in disciplinis Philosophicis eruditus nõ vulgariter; bellicis præterea & civilibus studiis ac virtutibus clarus; nec in rebus gerendis successu carens: adeò ut, tot tamque egregiis ornamentis vir, per omnia magnus effici potuisset; nisi illis contra pietatem & religionem Christianam abusus fuisset. Cùm enim hucusque, à Cõmodi imperio, statum mediocriter tranquillum Ecclesia, Dei beneficio, habuisset: ipse anno 9. imperii sui (quod est, CHRISTI anno 205. juxta Eusebium) persecutionem in Christianos movit, per provinciam Præfectos; motus, ut videtur, criminibus magis, quibus in Christianos inanium vulgus ubiq; conclamabat; quam quòd animum ipse in Christianos inimicum & atrocem gereret.

*Tertullianum** enim, qui sub hoc Severo vixit & claruit, non æquum & benèficum solùm Christianis, aliquot annis, Severum fuisse, scripsit; verùm etiam vulgo, in eos furenti, palam restitisse. *Eusebius* verò, Severum Ecclesias persecutum esse, infinitis exemplis Martyrum probat. Et *Spartianus* scribit, eum sub gravi pœnâ Christianos fieri vetuisse. Idem etiã, edicta quædam adversùs Christianos, in peregrinatione, quam ad Serapidis idolum Alexandriam susceperat, ab eo promulgata fuisse, non obscure significat.

Sive igitur volens, sive connivens, sive ab aliis coactus, in hac causâ aliquid Severus fecit: certũ est, gravissimam, sub ejus imperio, in Christianos persecutionem sævisse. Præsidum aliquot, qui persecutionis ministri fuerunt, *Tertullianus ad Scapulam*, & alibi, nomina recenset: ut Hilarianum, Vigellium, Claudium, Herminiani Præsidũ Cappadociæ, Cecilium, Capellam, Vespronium, &c. Quibus *Cyprianus* annumerat etiam Demetrianum. *Idem** & persecutores diserte nominat Ethnicos, seu Judæos, & Hæreticos: & *Tertullianus*, * Synagogas dixit esse persecutionum fontes.

Crimina in Christianos odio & furore temerè conficta, *Tertullianus** plurima recenset: ut quòd seditionis, & læsæ seu infamatæ Imperatoriæ Majestatis, accusabantur; item homicidii, sacrilegii, incestuum, infanticidii, & pabuli de cruda; de promiscuis libidinibus, candelis extinctis; quâ quidem turpitudine Gnostici verè infames fuerunt. Item, quòd caput asini pro Deo colerẽt: quòd adorarent Solem: quòd nihil ex ipsis alicui fructus esset: quòd hostes essent humani generis. Et, quod maximum crimẽ ac præcipuum fuit; quòd deos, quos alii colerent, ipsi contemnerent. Eam enim causam esse, *Cyprianus* Demetrianum dixisse refert, quamobrem omnes calamitates & mala, quibus Mundus premitur, Christianis imputanda essent: quòd scilicet cultum deorum gentilium negligerent. In hac igitur persecutione, *Eusebius** ubiq; ait illustria piorum edita fuisse martyria: quanquam de Africâ tantùm quædam exempla recitet. Alexandriæ Præfectum tùm fuisse, Eusebius scribit, Aquilam. Ad eam verò urbem martyres ex Ægypto, & Thebaide totâ, deductos esse: interq; eos primũ fuisse ait Leonidem, Origenis patrem. Processu deinde temporis, cùm, in penuriâ docentium in scholâ Catechisticâ, quos persecutionis terror abegerat, ipse adolescẽs adhuc scholastico muneri præfectus fuisset: discipulos nonnullos, quos ex Gentibus acceperat, pietate & amore confessionis imbuerat. Plutarchum etiam, & Serenos duos, Heraclidem, Heronem, & mulierem catechumenam Rhaïdem, Basilidem, & Potamiænam cum matre, martyres celebrat Eusebius: nec aliorum, aut ex Ægypto, aut Thebaide, meminit; turbâ forsan deterritus.

Carthagine quoque vehementem fuisse persecutionem, *Tertullianus* ad Scapulam Præfectum libere indicat: in quo & alterius cujusdam Præsidis meminit, Vigellii Saturnini; quem primum ait in Carthaginenses gladium strinxisse.

Ibidem & persecutionis in Cappadociâ meminit: quam ibi exercitum fuisse Præsidem Claudium Herminianum, scribit. Quod ad genera suppliciorum attinet: Eusebius capitis supplicium pertulisse Leonidem dicit; sicut & Heraclidem & Heronem: in rogo verò, martyrio expirâsse Plutarchum & Serenum. Potamiæna, primum verberibus cæditur; & minas multas majoris contumeliæ perfert: ad extremum, pice ignitâ tensim per omnia membra diffusâ, ustulata & necata est.

Pertinet huc, quòd non in corpora solùm sævitum fuisse videtur; sed & in facultates eorum, qui fidem confessi, ad mortem ducti sunt. Ità enim Leonidis bona, in ærarium Imperatoris illata, post martyrii consummationem, *Eusebius** testatur. Nec prætereundum Origenis exemplum est: qui martyribus quibuscunque, ignotis æquè ac notis, ad judicia alacris multâque cum fiduciâ adfuit; eosque ad constantiam cohortatus animosè est, suo sæpè etiam cum periculo. Nam eo modo in se quoq; persequutores concitâsse dicit. Insignis autem omnium, quos quidem martyres hac persecutione effectos legas, ad extremum usque halitum, in confessione fuit constantia. Plures etiam, quos post confessionem & certamina ab interitu servavit Deus, animo forti & excelso, cruciatus diros pertulerunt: ex quibus Alexãdrum fuisse, *Eusebius** indicat, qui ob eam, quam in tormentis virtutem & constantiam declarârat, episcopatum Hierosolymitanum, superstite adhuc Narcisso, postea sortitus sit. Eos autem Ethnicorum crudelitatem injustam, religionisque eorum vanitatem & falsitatem, inter ipsos etiam cruciatus, palàm reprehendisse & damnâsse; Christianam verò defendisse: non est dubium. Quid? quòd alii, publicis etiam scriptis; Præfectorum intolentiam & atrocitatem taxare non sint veriti: tantum abest, ut vel tormenta, vel mortem formidarint. Nam, quo animi robore Tertullianus contra Scapulam; Cyprianus contra Demetrianum agat: ipsa scripta testantur.

Hic, *ex Apologetico Tertulliani contra Gentes*, pauca quædam nobis referre visum est. Cum enim a nullo hominum genere, quàm ab illis, inimiciùs exagitarentur & accusarentur Christiani: causam eorum Tertullianus suscepit; & persecutoribus objecit: quòd à dæmonibus acti, ex ignorantiâ, Christianos damnent: ac de criminibus eos accusent nunquam-exploratis; sed quæ famâ tantùm ferantur; quæ nunquam, etiam cùm veri aliquid adportet, sine mendacii vitio sit: præsertim, cum odio Christiani nominis, eam spargant homines vilissimi; ut lenones, aquarii, aruspices, arioli, mathematici, &c. Cùm contrà Legis sit, de accusatis inquirere: nec ulla unquam lex excuti vetet, quod prohibeat admitti.

Deinde, crimina singula, falsò Christianis intentata, abiis removet & diluit. Fuit communissimum & perpetuum crimen: quòd insidias & seditiones Romanorum regno, & Imperatoribus, Christiani molirentur. Ad illud Tertullianus respondet: Christianos precari pro salute Imperatorum; quomodo igitur insidias facere possint?

Quòd verò hostes generis humani falsò dicebantur: negat id verè de Christianis dici; quorum pietatis & officii proprii (quemadmodum ad Scapulam scripsit) sit, omnes homines, etiam inimicos, amore complecti; nec unquam malum pro malo referre: cùm alii tantùm amicos diligant.

Infanticidii porrò tetrum & crudele crimen, falsò Christianis impingi, ex eo constare probat: quòd à sanguine & suffocato abstineant; ac ne animalium quidem sanguinem, in epulis esculentis habeant.

Libidinem verò tantum abesse ut exerceant; ut etiam castitatis diligentissimam ac fidelissimam rationem habeant: quam & perpetuam eorum aliqui profiteãtur; reliqui matrimonium contrahant: per quod à stupris, incestu, (nam & ejus insimulabantur) & quocunq; excessu, facilè tuti sint.

Solem Christianos adorare, Tertullianus negat: cùm

crimen

* *Lib. ad Scapulam.*

* *Lib. de habitu Patr. t.*

* *Lib. Jura Gent. t.*

* *ad Scapulam ex Apolog*

* *Lib. Ex h.*

crimen illud ex eo natum eſſe oſtendit; quòd preces dicturi, orientem ſpectent.

Crimen denique illud, quòd, Chriſtianos caput aſinium pro Deo habere, homines leviſsimi convitiabantur; in judæos competere, non Chriſtianos, probat. Ita, ſi quæ alia in eos conficta erant mendacia: quæ ſingula ſic refutat; ut Chriſtianos innocentes immeritò eſſe inviſos, nullíusq; flagitii reos, odio ſolo nominis damnari, probet: & nihil lædi perſecutionibus Chriſtianorum religionem; ſed juvari potiùs, teſtat. Sic enim * ait: *Plures efficimur, quoties metimur à vobis: ſemen eſt ſanguis Chriſtianorum. Quis enim non contemplatione ejus concutitur, ad inquirendum, quid intus in re ſit? Quis non, ubi requiſivit, accedit? ubi acceſſit, pati exoptat?*

* in Apologet.

Quemadmodum & in ſcripto *ad Scapulam*: *Non deficiet*, inquit, *hæc ſecta: quam tunc magis ædificari ſciat, cùm cædi videtur. Quiſq, enim, tantam tolerantiam ſpectans, ut reliquo ſcrupulo percuſſus, & inquirere accenditur, quid ſit in causâ; & ubi cognoverit veritatem, & ipſe ſtatim ſequitur.*

In hac tamen perſecutione, in Alexandriâ, Deus Demetrium Epiſcopum ſervat, & Originem, in mediâ perſecutionis tempeſtate, cum celebritate docentem & ſcribentem. In Arabiâ, cùm in Africâ (ut videtur) ſolam, aut plùs certè quàm in alias partes, omnis perſecutionis vis translata eſſet; Epiſcopus manet Beryllus, & cogitur ſuper novo ejus dogmate Synodus: quemadmodum *Euſebium* * indicat. Frui aliquâ interim etiam pace alias ſivit Deus Eccleſias: ut Hieroſolymitanam; cui Narciſſus hoc tempore præeſt, & cum eo paulò pòſt Alexander. Quæ enim perſecutionis ratio in Palæſtinâ & Aſiâ, Europâ item, hoc tempore fuerit; ab Hiſtoricis non explicatur.

* l. 6 c. 20. & 23.

De Perſecutione ſub Antonino, Marcellino, & alia.

Severo, cùm per annos duo-de-viginti imperium tenuiſſet, ſicut *Euſebium* * aſsignat, (licèt alibi * tantùm duodecim ponat) ſucceſsêre filii Antoninus & Geta: ſed in cujus fraudulentâ nece, animum ſuum ſanguinarium & immanem Antoninus, in ipſo ſtatim Imperii auſpicio, oſtendit. Eo enim interfecto, ipſe ſolus regnat; anno CHRISTI 223. Quo tempore, quis Eccleſiæ ſtatus fuerit, turbatus an tranquillior; ab hiſtoriarum ejus temporis Scriptoribus non ità explicatè dicitur. Sed tamen per illos annos, qui ab obitu Severi uſque ad Decium interceſsêre, pacem fuiſſe Eccleſiis, *Sulpitius* prodidit: niſi quòd ante Decium, in Præſides Eccleſiarum ſævitiam nonnullam, ut mox dicemus, movit Maximinus, in ampliſsimâ Alexandrinorum urbe: dum coactam in planitiem omnem juventutem, ſubitò per milites, ex inſidiis prorumpentes, (ut *Herodianus* * ſcripſit) miſerandum in modum contrucidari curavit: tantùm ideò, quia Romæ audiebat, Alexandrinos dicteriis aliquibus in patrem ejus luſiſſe; ſe-ipſum verò riſui habere, quòd exiguæ ſtaturæ homo, Alexandrum, maximum & formoſiſsimum ducem, inceſſu poſtuque corporis ineptè æmulari, conaretur. Utrùm verò illi Chriſtiani, an Ethnici fuerint; non ſatis liquet. certè Ethnicis magis, quàm Chriſtianis, magiſtratus contemnere & irridere, convenit.

* lib. 4.

Poſt Antoninum, Macrinus, cum filio Diadumeno, regnum invaſit; anno Domini 219. ſed anno id uno & duobus menſibus ſolis tenuit. Eum ſecutus Aurelius Antoninus Heliogabalus, monſtrũ veriùs tetrũ, quàm Principem, ſe probavit; libidine & luxuriâ turpiſsimus, omniũq; religionum (præter Solis, cujus Sacerdos fuerat; atque indè Heliogabalus dictus erat) contemtor. Unde nec ampliùs biennio (ut *Eutropius* indicat) & octo menſibus regnavit: & vitâ dignum exitum habuit. Adoptaverat is Antoninus Alexandrum Severum, Mineæ filium, qui in Imperium ei ſucceſsit annos [illegible] & tranquillè habuerunt. A Chriſtianâ enim pietate Alexandrum non-alienum fuiſſe, in ejus hiſtoriâ [illegible] & negotiis Chriſtianis [illegible]. Cùm enim aliquando Chriſtiani locum [illegible], ubi [illegible] occupaſſent; eum verò [illegible] ille Alexander reſpondit, Honeſtum ut Deum quomodocunque in eo loco coli, quàm lixarum ſordibus contaminari. Occiſus tamen, in tumultu Germanico, unà cum matre eſt: cùm ipſe in decimumtertium annum Imperio præfuiſſet.

De Perſecutione ſub Maximino.

Succeſsit poſt eum in regnum, abſque omni Senatûs auctoritate, ſed militum voluntate & judicio ſolo, Maximinus; anno Chriſti 237. Is, ut & gentis ſuæ barbarus & ingenium, & animi ſævitiam ac immanitatem, præ ſe ferebat: ità in doctores tantùm & Eccleſiarum Præſides perſecutionem movit; ratus, illis, ut ducibus & autoribus religionis Chriſtianæ, è medio ſublatis, facilè deinde ab eâ arceri vulgus poſſe. Refert *Euſebius*; * Maximinum, ſolo in Alexandri domum odio, in eam ſævitiam exarſiſſe. Sed breve ſæviendi ſpatium habuit. Ei enim, cùm triennium vix in Imperio compleviſſet; à militibus interfecto, Gordianus ſucceſsit, anno Domini 240. quem nihil viventi in Chriſtianos edixiſſe, legimus. optimus enim & mitiſsimus fuit Princeps: magnam toti Imperio ſalutem & utilitatem allaturus; ſi diu ei rebus præeſſe licuiſſet. Sex enim cùm duntaxat annis imperâſſet; à ſucceſſore Philippo per fraudem interfectus eſt. Quod factum, ejus laudes, quas benevolentiâ ſibi in Chriſtianos, Chriſtianus ipſe quoque poſtea, ſibi peperit, non leviter obſcuravit; & in ſuſpicionem adduxit. Quod enim *Euſebius* ait, primum eum ex omnibus Romanis Imperatoribus Chriſtianum fuiſſe; non deſunt, qui, id eum ſimulatione egiſſe, palam arguerunt non dubitent. Scribit *Pomponius Lætus*, Philippum omnia agere ſolitum fraudulenter. & quidem de eo hoc addit: *Philippus, homo Punicâ fraude deterrus; qui, ut ſceleratior eſſet, cultum Chriſtiani nominis ſimulabat.* Baptizatum eum tamen, cum Philippo filio & Severâ conjuge, *Sabellicus* * prodidit. Imperium ad quinquennium geſsit.

* l. 6 c 28

* Funccius l. 10 7

De Perſecutione ſub Decio.

Poſt eum, invitus & reluctans ad Imperium tractus (ut *Eutropius* ſcripſit) Decius, laudatus alioqui Princeps, (ut *Lætus* ait) aſperam & atrocem perſecutionem in Chriſtianos movit; anno Domini 247. ideò, quòd Philippo (ut *Euſebius* * ſcribit) infenſus fuit. Quod odii *Sabellicus & Bergomenſis* * indè profectũ narrant; quòd Philippus theſauros ſuos Fabiano contulerat. Fuit hæc politica cauſa. *Cyprianus* * verò alias graviores recitat, quæ Eccleſiaſticæ vocari poſſent; cujus verba hæc ſunt: *Intelligendum eſt, & confitendum, profectò ſine ullam validiorem vaſtitatem, quæ gregem noſtrum maximâ ex parte populata eſt, & adhuc ſæviendo populatur, ſecundùm peccata noſtra venire: dum viam Domini non tenemus; nec data nobis ad ſalutem cœleſtia mandata ſervamus. Fecit Dominus noſter voluntatem ſuam: & nos non facimus Domini voluntatem; patrimonio & lucro ſtudentes, ſuperbiam ſectantes, æmulationi ac diſſenſioni vacantes, ſimplicitatis & fidei negligentes; ſæculo verba ſolùm, & non facta renuntiantes; unuſquiſque ſibi placentes, & omnium ſibi displicentes. Vapulamus itaque, ut meremur. Quæ enim plagæ ſunt quæ verbera, non meremur: quando nec Confeſſores, qui exemplo cæteris ad bonos mores eſſe deberent, tenuant diſciplinam? Itaque, dum quiſque inſolenter extollit confeſſionis ſuæ tumido & verecundæ jactatione, terrenta ventrunt.* Confirmatum autem eam perſecutionem, per edictum Imperatoris; poſtea quàm anno integro, ante edicti ejus promulgationem, prius ab Ethnicorum vulgo, concitato ab impoſtore quodam, agitata eſſet: Dionyſius Alexandrinus ſcripſit, ad Fabium Antiochenum; ut *Euſebius* * indicat. Dionyſii verba paulò poſt ſubjiciemus. *Severum Vincentii*, * in hiſtoriâ ejus perſecutionis, memoratum Optimi Proconſulis, & Perſecutorum, Secundini, Verini, & Marcelliani; quos perſecutionis exſecutores fuerint.

* l. 6. c 39
* lib. 1.
* l. 6 c. 4. & 5
* l. 6. c 41.
* l. 11 c. 41 & 50.

Nunc, in quibus potiſsimùm locis [illegible] fuerit, ſuppeditandum eſt. Quod tamen fieri [illegible] ſed [illegible] pars à cæteris Eccleſiaſticis hiſtoriis [illegible] eſt. Alexandrinus * [illegible] * l. 5. c 29

Hieronymus [illegible] ab eo loco ordiamur) Alexander Epiſcopus, (cujus ſuprà facta mentio fecit) [illegible]

pietate, & venerandâ canitie prouir, cùm iterum propter Christum Cæsaream ad Practidis tribunal in confessione splendidâ & illustri, (ut Eusebius inquit) perduraſſet, in carcerem cõjectus, ibi cum gloria à morte vitam suam commutavit. quemadmodum & Babylas, Antiochenus Episcopus, editâ constanti confessione, in carcere exspiravit. Nec dubium est, cum istis, quasi ducibus & antesignanis Martyrum, plures simul abreptos esse: existimâ illud in historiâ persecutionis non explicatur. *Nicephorus*,* Babylam etiam alium, Episcopum scilicet Nicomediensem, sub Decio martyrium detertâsse, scripsit. *Speculum Vincentii*,* Asclepiadem, Episcopum Antiochenum, hoc tempore martyrem defunctum esse, narrat: ubi & quadraginta sanctas Virgines martyria consummâsse, Antiochiæ, meminit.

Lampsaci in Phrygiâ, *Vincentius* narrat, Petrum quendam comprehensum, variis cruciatibus affectum martyrem, sub Optimo Proconsule, obiisse.

*Idem** & in Troade martyres alios, Andream, Paulum, Nicomachum, & Dionysiam virginem, passos, scripsit.

Et in Babyloniâ inventos à Decio confessores Christianos, usque ad cruciatus in Hispaniam abductos esse; *idem* prodidit.*

Apud Cæsaream Cappadociæ, martyrio perfunctos, Germanum, Theophylum, Cæsarium & Vitalem, *idem* recitat.* Meminit & Polychronii, Episcopi Babyloniæ:* & Pergæ in Pamphiliâ passum Neitorem Episcopum, refert:* & in Perside, apud Cardulam, nobiles sanctos Olympiadem & Maximum: in Tyro verò, Anatoliam virginem, & Audacem.

In Africâ tamen, magis, quàm in ullis aliis locis, crudelitatem hujus persecutionis grassatam esse; ex *Tertulliano* & *Cypriano*, constat. Et Alexandriam in-primis, quasi palæstram & stadium quoddam, in quo martyres illustres plurimi decertarint, fuisse; *Eusebius* (quemadmodum diximus) probat, ex epistolis Dionysii Alexandrini Episcopi: quarum exempla, ut testimonia probatissimi autoris, huic narrationi visum nobis est interere.

Primùm igitur, de suo, aliorumque quos secum interdum habuit, periculo, quod variis in hac persecutione modis experiri coactus fuit, Dionysius sic scribit, ad Germanum. *Ego verò in conspectu Dei loquor; & ipse me non mentiri novit: haudquaquam mei ipsius rationem habens, neque finè Dei, fugam cepi: sed & antea, prinsquam sub Decio invalesceret persecutio, Sabinus eâdem horâ Frumentarium, ut me quæreret, misit. Et ego quidem quatriduum domi mansi, adventum Frumentarii exspectans. Ille verò cum omnia perscrutaretur, vias, flumina, agros, ubi me vel latêre vel transisse putabat; cæcitate quâdam tenebatur, ne domum inveniret. Non enim credebat, me domi in eâ persecutione manere. Vix tandem quarto die, Deo mihi ut migrarem præcipiente, vianque mirabiliter aperiente; ego, & liberi, & multi fratres, simul egressi sumus. Et, quod vates divina providentia opus esset, sequentia declararunt; in quibus nonnullis forsan utiles fuimus. Deinde aliquanto pòst, quæ post fugam sibi acciderint indicat, hæc subjiciens. Ego namque, cùm Hieroclymax meâ cum illis, qui mecum erant, venissem; Tarsi primùm à militibus detentus sum. Timotheus verò, secundùm providentiam Dei, nec aderat, nec captus erat. Ubi autem tandem vicus domum deserta reperit, ac ministros illum custodientes; nos verò captos. Et rursus aliquanto pòst dicit: Et quis ille meus [illegible] modum? Etenim, quæ vera sunt, dicam. Ita revera ex ægro quispiam Timotheo fugienti, [illegible], cur ita festinaret, percontatur. Hic, cum intrasset. Ille cum audisset, ad nuptiarum convivia [illegible] prosequitur: (erat enim illi mos, in hujusmodi [illegible] perantiare) & ubi illuc venit, in convivio [illegible] quod audierat, indicat. Illi uno impetu, volut ex [illegible] prosiliunt, ac velocissimè ipsum me incidentem [illegible] & [illegible], qui nos [illegible] fuerant. Ille [illegible] Deum novit, quomodo [illegible] ac rapiendi gratiâ venisse. [illegible] in lineo [illegible] secum [illegible] reliqua mihi [illegible] quæ adjecerim, ille pote[illegible]

Arsissem. Illi verò, ut surgerem, & [illegible] Tum verò intelligens, quâde causâ adessent, [illegible] jocando ac supplicando, ut & nos abire sinerent. [illegible] quid impertire vellent; eos, qui me abducturi, [illegible] venissent ipsi me capite truncarent, orabam. Et cum [illegible] clamarem, sicut meum consortes mei, ac omnium particeps, [illegible] erumpebant. Ego quidem protenus me sine dubitatione futurum conjeci: illi verò & manibus & pedibus me rapere extrahebant, & abducunt. Sequuntur autem me, qui ejus totius comites sunt, Gaius, Faustus, Petrus, Paulus: qui me etiam abripientes è civitate ducunt, & asino sic nudo impositum agebant. Hæc Dionysius de seipso scripsit. Refert Eusebius.* *l. 6. c. 40.

Deinde verò, de aliorum martyrio sub Decio, prolixè scribit ad Fabium, Antiochenum episcopum, hoc modo: Persecutio istâ non cœpit ex Imperatoris edicto; sed illud anno integro prævenit. Etenim ad urbem hanc divinator quidam & fictor malorum venit, quisquis ille fuit; ac multitudinem Ethnicorum contra nos movit & excitavit, & ad patriam superstitionem tuendam inflammavit: à quo irritati, & crudelem potestatem ad impia flagitia perpetranda nacti, solum cultum dæmonum, & nostri occisionem, pietatem esse putabant. Primùm itaque Presbyterum quendam, nomine Metram, comprehensum, impia verba proloqui jubent: non obedientem verò, fustibus cædunt, & acuto calamis faciem & oculos pungunt; ac postea in suburbium ædificium, lapidibus obruunt. Deinde fidelem mulierem, nomine Quintam, ad templum idolorum ductam, adorare cogunt: aversantem & abominantem idola, pedibus ligatis, per totius urbis plateam, lapidibus asperè stratam, trahunt; ac simul molaribus lapidibus allisam, flagrisque cæsam, ad eundem locum reducunt. Quo facto, uno impetu cuncti irruunt in religiosorum domos: & quos quisque vicinos pios cognoverat, ad eorum ædes multitudinem ducunt; populanturq; & diripiunt, & quæ pretiosiora erant suffurantur: viliora verò, & quæ lignea erant, dejiciunt; & igne in plateis cumburunt: atque ità urbs, ab hostibus capta, spectaculum erant. Desiluaverant autem fratres, & se subduxerant: ac rapinam bonorum suorum, perinde atque illi de quibus Paulus testificatus est, cum gaudio susceipiebant. Nec novi, an quisquam, nisi unus quidam ab illo correptus, ad hunc usq; diem, Dominum negaverit. Sed & præclarissimam tunc virginem, provectæ ætatis, Apolloniam, comprehendunt; dentesq; illi cunctos, percusso maxillu, excutiunt: & rogo ante urbem accenso, vivam se combusturos minantur; nisi una cum ipsis impia verba pronuntiet. Illa verò cùm paululum detrectasset, ac moras in speciem, velut deliberatura, traxisset; repentè in ignem insilit, & comburitur. Deniq; & Serapionem, domus suæ agentem, comprehendunt; acerbisq; tormentis affligunt: ac, cunctis corporis artubus confractis, è superiori tabulato præcipitem dejiciunt. Nulla nobis via, nec publica quidem; nullus etiam angiportus, nec noctu, nec per diem, patet: cunctis semper ac passim vociferantibus; nisi quis blasphema verba succinat, hunc repentè trahendum esse, & comburendum. Et hæc quidem diu admodum ficerunt. Verùm miseros seditio & bellum insperatum excipit: & crudelitatem illam, quâ usi fuerant in nos, in ipsos convertit. Et parumper quidem respiravimus, cessante aliquamdiu furore, quo in nos sævierant: verùm mox Imperii [illegible] mutatio nobis annuntiatur, quod antea benevolentiam nostris ostendebat: ac multum nobis minarum terror intentatur. Quin & ipsum edictum Imperatoris affertur, & subsequitur illud [illegible] nostro prædictum, propè horrendissimum: nempe ut & electi scandalizentur, si fieri possit. Terrentur omnes, ac confestim multi ex posterioribus, alii præ metu accurrunt; alii jam rebus ipsis, quæ gerebantur, ducuntur; aliis à vicinis nominatim vocati, ad impura ac profana sacrificia accedunt, pars quidem pallentes ac trementes, quasi non sacrificaturi; sed ipsi sacrificia & victimæ idolis futuri; ita ut [illegible] risu [illegible] subsannarentur, cunctis [illegible] esse, cùm ad moriendum, tam [illegible] parvus [illegible] crastinus accurrunt; audaces [illegible] Christianos, de quibus [illegible] ægrè sirvabantur. Extabant, [illegible] rapinam [illegible] alii [illegible] [illegible] complures [illegible] quæ [illegible] [illegible] [illegible]

libros, jubet supponi. Alii ferunt & hunc, tanquam re-
nitentem Domino, abjecisse vestes, ferroq; in ipsa jam con-
ditione & conventione virtutis & confessionis nulli, pro-
cul facto ictu ipsius martyris. Quorum primus Julius
ut levis pedagogus, nec fere, nec ingenui vultus, cum duobus
aliis ejusdem hujus artibus addictus est: à quibus alter mox rejec-
tus, alter verò, Orontius nomine, cognomento Bassus, & senex
apud Julianum, Dominum fide magna, & (ut per eam) maxi-
mâ, testificatus, cùm se imperantur, acerbissimè flagellantur:
deinde ignis conjectum ardenti injicit, circumfuso cumulo
copioso, comburuntur. Cum verum abducerentur; adstans mi-
les quidam convitiatoribus respondebat: tumque eò causam, illis
advertis cum vociferantibus, adducitur miles Dei fortissimus;
progressique, & in magno illo piratæ bello strenuus, capite
plectitur. Deinde & alius quidam, natione Libys, appella-
tionemque sumsit & benedictione verus Macar, cùm à judice plu-
rimùm esset admonitus, ut negaret; nec acquievisset: vivus
comburitur. Post hos Epimachus etiam, & Alexander, diu in
vinculis constituti, innumerosque dolores nervularum & ver-
berum perpessi, in rogum ardentem & ipsi conjiciuntur: tum-
que illis quatuor etiam mulieres. Et Ammonarion quoque san-
cta virgo, quàm judex diu admodum & pertinaciter torserat;
eò quòd illi, ubi se quod juberet facturam esse, prædixisset, id-
que servasset; abducitur. Reliquæ verò, Mercuria, anus hone-
stissima, & Dionysia, multis quidem liberis fecunda, quas ta-
men supra Dominum non dilexit; Præside confuso, quòd ineffi-
caciter eas torsisset, & à mulieribus victus esset; nullum am-
pliùs tormentorum sensum capientes, ferro necantur. Ammo-
narion quippe præ omnibus, velut antesignana, tormenta per-
tulerat. Heron verò, & Ater, & Isidorus, Ægyptii, & cum illis
Dioscorus, puer quindecim annorum, traditi sunt. Et puerum
quidem judex primùm verbis, quasi adhuc ductilem, fefellerat;
deinde tormentis, tanquam qui facilè terreri posset, cogere co-
natur: verùm ille nec persuaderi, nec cedere sustinet. Reli-
quos ferocissimè lacerates, cùm perdurarent, ignì tradit. Dio-
scorum verò, publicè velitantem, & sapientissimè ad interro-
gata respondentem, admiratus dimittit: illique dilationem ad
resipiscendum, propter ætatem, impertire se dicit. Et jam ne-
bulcum est præclarissimæ Dioscori, prolixum & diuturnum cer-
tamen expectans. Nemesion autem quidam, & ipse Ægyptius,
defertur quasi latronum contubernalis: quâ calumniâ, tan-
quam alienissimâ, apud Centurionem repurgatus, de Christia-
nismo accusatur; & hoc nomine vinctus ad Præsidem venit.
Iniquissimus autem judex, duplo hunc acerbiùs, quàm latrones,
torturis ac flagris afflictatur; inter latrones combusit: & bea-
tum honoravitque Christi exemplo reddit. Stabant autem
ante tribunal frequentes, quidam è militari ordine, Ammon,
Zenon, Ptolemæus, Ingenuus, ac senex Theophilus cum illis. &
cùm Christianus quidam judicaretur; jamque ad negandum
inclinaret: rumpebantur ipsi adstantes intra se; ac vultu in-
ruebant, manumque extensâ, & totius corporis motibus, ad
constantiam hortabantur. Cum autem ad eos cunctis adspice-
rent, antequam quisquam ex ipsis reperiretur; prævenientes ca-
pturam, ad ipsa subsellia ultrò sistunt, & se Christianos esse
dicunt: stant & Præses & assessores perterriti; & Chri-
stiani, qui judicabantur, ad ferendas passionis fremitus, judices
verè timidi, redderentur. Discedunt itaque illi à tribunali-
bus alacres, & propter fidei testimonium exultabundi; Deo
per illos glorioso triumphante. Plurimi etiam alii, per civita-
tes & vicos, ab Ethnicis diripiuntur: quorum unus, exem-
plorum, venumdandus. Ephrem, cùm unicipium ex Pri-
mate pro mercede procuranda serviret; jubetur ab illo se-
vissimo &c. cùm non obtemperet, contumelia afficitur. Per-
duratus à domino servitia horret: & insistentiâ persistens
arrepta machæra, per cervicem ejus transverberat, & occidit.
Quod de cæteris dicam autem, qui in
tribunalibus & [illegible] & fame, siti, frigore, mor-
bis, latronibus deficiunt [illegible] lenitionis & victoriæ
[illegible] Et rursus quorum
manifestum, declarabit [illegible] Clarum, qui jam
erat, admodum senex, vivens [illegible]
montana Arabiæ, [illegible]
[illegible] quærerentur: ne ipsi [illegible]

[illegible] Arabiæ montanis; à barba-
ris etiam circumventi sunt: è quibus alii, vix magna pre-
mia liberati, confugerunt: alii verò nondum, ex in hanc ejus-
dem diem commorantur. Habemus ista.

Porrò, in Decio, Romæ Fabianus Episcopus, post-
quam in Novatianum; eumque secutus Cornelius: ut
Sabellius * prodidit. Eusebius * & Rufinus. Lucianum
etiam Romanum Diaconum, sub Decio, pro ejusdem fi-
ne, supplicio & morte affectum scripserunt: quod sub Va-
leriano factum, alii tradiderunt.

Pionius * ex Hugone, martyrum puerorum meminit, apud Antiochiam, civitatem Tusciæ. Florentiæ verò, in Etruriâ, Menianum martyrem factum; scripsit Bergomen-
sis. * Idem & in Siciliâ, apud urbem Cataniam, passam es-
se Agathen, virginem Siculam; ibidem nonagesimo. Qui-
admodum autem Martyres omnes enumerare impossibile
est: sic & formas suppliciorum, & genera mortis quæ
Diabolus, ipso vetustatis usu (ut Cyprianus ad Fortunatum
scripsit) edoctus, persecutoribus subjecit. Idem tamen
Cyprianus, * aliquot formarum meminit, hoc modo: Do-
charos domo privat; patrimonio spoliat; catenis premit; ca-
ceri includit; bestiis objicit; ignibus punit. Sed & Tertullia-
nus * inquit; Sarmenticios & Semisios appellari solitos
Christianos: ideò, quòd ad stipitem dimidiati in reverti,
sarmentorum ambitu cruciarentur.

Eusebius, ex Dionysii scripto de martyribus Alexan-
drinis, has formas (ut dictum est) recensuit: picem in-
ventem, lapidationes, calamos acutos in facies & ungues
impulsos, tractiones per strata vlarum, illisiones à la-
pides, verbera, flagellationes, exustiones, transverbera-
tiones vicinorum per fudes, gladium, post contracta mem-
bra è sublimi præcipitationes: quibus Vincentii Specu-
lum, etiam equuleum addidit, lacerationes per ungues
ferreos, lampades lateribus martyrum admotas, be-
stias, suspendia. Fuit & usitata supplicii forma, damna-
tio ad metalla: sic enim Cyprianus * fratres quosdam, ad
metalla damnatos, consolatur. Nec explere tamen hu-
tam crudelibus suppliciis furor impius potuit: in bono-
jam piorum sævitum est; adductâ multitudine ad eorum
ædes, qui Christiani essent, populandas & diripiendas,
planè sicut in tumultu & seditione fieri solet. Hæc ille
in scripto suo Dionysius suprà retulit.

Quin & exilia, ante extremam de capite sententiam,
Christianos perculisse; exemplis Fabiani episcopi & Cy-
priani testatur. Et cotas multos, in hac persecu-
ne, in solitudines & montes profugisse, ibi obcrrasse, &
fame, siti, frigore, ac morbis [illegible]; & à bestiis alios
absumtos, alios à latronibus barbaris [illegible] & abductos
esse; Dionysius scripsit. Qui & tunc [illegible] & constan-
tioni, post edictum Imperatoris propositum, esse per-
secutionem fuisse, prodidit: ut trepidos & imbecilles; mul-
ti præstantes Christiani se ostenderint. Quomodo [illegible]
alii metu ac terrore compulsi, aut consulto & sua sponte
ad profana sacrificia accesserint, ac se Christianos fuisse ne-
gaverint; alii verò, post tolerata fortiter varia tormen-
ta, tamen ad extremum fidem abjurarint: idem in scripto
suo ad Fabium prolixè commemorat.

Et magno dolore Cyprianus * recitat, multos, primo-
mas statim persecutorum minas, nec cohortes, nec ver-
ros, abnegasse. *Ad prima*, inquit, *flatus verbi nostri inimici, maximus fratrum numerus fidem suam prodidit: nec prostratus est persecutionis impetus; sed vulnerum lapsi sui spectaculum fecerunt.* Item: *Non expectabimus [illegible] ut interrogemur, sed ipsi accusationem prævenimus: [illegible] multi vini, non corporum propriis; ut hoc [illegible] fecerunt, ut sacrificare ibi videantur [illegible] terrore, &c.* Quin & hoc addit, [illegible] ribus, etiam infantes simul, [illegible] portatos ad [illegible] [illegible] Atque [illegible] [illegible] [illegible]

derint. Affirmat enim [illegible] egregios & correptos non abnegaturos. Ille. Quemadmodum etiam ipsum abnegaturus, negata munera habuit, dicit. Rursus alium, post abnegationem cum aliis communicantem, propè jam certum in manum exercitis. Puellam verò quandam, dæmone correptam, linguâ sibi-ipsi dentibus laniasse, in puncto potâ, doloribus ventris & viscerum cruciatum, expirasse.

Plurimos tamen, nec tot malis deterritos, nec immanissimis tormentorum victos, in confessione fortiter perstitisse, & in martyres gloriosos evasisse; persecutionis historia refert, & Dionysius affirmat. Prædicat & magnoperè Constantium quorundam egregiam constantiam *Cyprianus*. * Ad eam enim præstandam, publicè & privatim Christiani se-se mutuò cohortabantur: nec quicquam majori illis fuit solicitudini, quàm ne quis, ad tribunal constitutus, aut in conspectum tormentorum adductus, animo frangeretur, aut à confessionis proposito dejici se permitteret. Sic totius motu corporis, & manu protentâ, ad constantiam hortabantur, militares illi viri, Ammon, Zenon & Ptolemæus, Christianum quendam, qui in judicio ad negandum inclinare videbatur: ut ex Dionysio [illegible] retulimus. Ità doctores, sive liberi, sive in exilio essent, consolationibus & admonitionibus alios instruebant.

* lib. 2. epist. 6.

Relegatus *Cyprianus*, * Ecclesiæ suæ rescribit, & Lectorem ordinat. Ab eodem exilio scribit ad Nemesianum, Felicem, Lucium, aliosque Episcopos, Presbyteros, & Diaconos, & ad metalla damnatos, epistolam mirè consolatoriam: tum tamen ipse, ut exul, consolatione indigeret. Ultima ea epistola *libri tertii* est: in quâ, quàm non sit probrosum, aut inutile, aut expavescendum, pro Christo, seu exilium, seu pœnas ferre; prolixè ipsis confirmat. *Exhibetu vos*, inquit, *duces virtutis. confessione enim vicis, & corporis passione, fratrum mentes ad divina martyria provocatis: sicut vestrum exemplum jamdudum plures robustum confessi sequuntur; inter quos virgines etiam, & pueri. Deinde, non sunt homini Christiano, res exsecranda, supplicia. Ad fortes enim Christianum pectus, cujus in ligno omnis fortitudo, non expavescit: ornamenta sunt piacula: nec Christianum pectus ad infamiam copulant; sed liberos apud Dominum efficiunt. Lecto in metallo Christianorum corpus non fruitur: at refrigerio Christo fruitur. Jacent humi fessa laboribus viscera: at panamen est, cum Christo jacère. Vestu algentibus deest: sed, qui Christum induit, eo vestitu abundanter cultus est. Præterea, hæc officia & obedientiam Scriptura approbat. Deo enim sacrificium offertis; cùm hostiæ Dei facti, sanctas vos victimas exhibetis: quod Paulus justit. Calicem verò Domini dum recipitis, ipsi redditis: quemadmodum Psalmo 15. dicitur. Nec præmia vestro certamini deerunt. Deus enim, desuper spectans, in confessione nominis sui, volentes comprobat; domicantes adjuvat; vincentes coronat: remunerantis nobis, quicquid ipse præstitit; & honorans, quod perficit. Denique, ad martyrum domicilia properatis, visuri continuò Dominum; & acceptori majorem passionibus omnibus claritatem. Quod Apostolus testatur; Non sunt, inquiens, condignæ passiones hujus temporis superventurâ claritate, quæ in nobis revelabitur.*

Ejusmodi consolationibus, ex Scripturæ testimoniis petitis, & Sergium, Regatianum, & Confessores alios, in carcere & vinculis animat & confirmat. * *Fortes*, inquit, *& confessione ditiores; & viam ingressum spiritualiter pergite. Habetis enim Dominum protectorem, qui dixit: Confidite, ego vici mundum. Et ne morte vestrâ immaturâ [illegible] ad gloriam sempiternam, vobis præparatis, qui scriptum est, Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus. Illum: Ejus enim hominibus tormenta parata, [illegible] cum omnes habeant pœnas ejus, qui in pœnis vestris, [illegible] Dominus enim tentavit illos. Sapientiæ, deinde, divinus Magister [illegible] ut laboret ipse in fortibus [illegible] quando in virgine fortem [illegible] & exsultet; & exsultet justus, & triumphet [illegible] quem similes Dominus quærat in [illegible]*

* lib. 2. epist. 1.

A *constituit exemplum; dicens: ad summum virum sui [illegible] per suam viam festinant, pervenire, dicens: Qui amat animam suam in hoc seculo, perdet eam, &c. Nolite igitur timere eos, qui corpus occidunt; animam verò occidere non possunt. Et Paulus monet; ut, qui ad Dominum properamus exitum, imitari Dominum in omnibus debeamus: ut tentationem (inquit) & coronabimus.*

Nec consolationibus solùm ejusmodi fortissimis, Martyres captivos Cyprianus erexit, & ad constantiæ perseverantiam exhortatus est: verùm etiam ad Presbyteros scripsit; ut omnibus officiis martyres vinctos complecterentur, & omni curâ propensiori juvarent. Extat enim ea de re scripta *epistola 6. libri 3.* Ex sequenti verò *ejusdem libri epistolâ* apparet; & Lucium, Romanum Episcopum, Cyprianum exulantem per literas confirmâsse; & missâ stipe penuriam ejus levâsse. Sic enim ejus epistolæ ad Lucium exordium habet: *Lectis tuis literis, recepimus in vinculis laxamentum, in pressurâ solatium, & in necessitate præsidium: & excitati sumus, & robustiùs animati, ac si quid amplius fuerit panarum.* Denique & Diaconos, ad ipsas Martyrum custodias accedere solitos, eosq; consiliis suis, & Scripturarum consolationibus & præceptis instruere; declarat *Epistola 15. libri 3.*

De publicis verò & privatis, pro Confessoribus martyribus, precibus, extat quiddam apud eundem *Cyprianum*. * *Nos quidem vestri*, inquit, *diebus ac nocturnis memores, & quando in sacrificiis precem cum pluribus facimus; & cùm in secessu privatis precibus oramus.* Sic enim Christianorum preces, persecutiones tantum abest ut aut impedirent, aut extinguerent: ut etiam ardentiores & frequentiores excitarent. Quemadmodum exilii diuturnitate, & suppliciis, martyres majorem induebant constantiam, magisq; confirmabantur; ac tum se-se, tum alios, ad perseverantiam hortabantur: sicut de *Cypriano* jam dictum est, qui & * hunc præcipuum persecutionum dixit esse finem; (secundùm Domini sententiam) ut, qui fideles sint, probentur & declarentur.

* lib. 2. epist. 4.

* lib. de Exhort. martyr.

Sicut autem *Tertullianus*, * Christianorum causam scripto publico defendit; quemadmodum suprà dictum est: ità idem & *Cyprianus* præstitit, adversùs Demetrianum, ethnicum Præfectum; qui calumniis multis Christianos exagitavit. Inter quas illam præcipuè sparsit: Christianos causam esse publicorum malorum; quòd Gentium deos non colerent. Quod crimen prolixè, multis argumentis, in eo scripto refutat: quæ breviter commemorabimus.

* contra Scapul.

I. Falsò probat Christianis imputari calamitates, & mala Mundi: ideò quòd, si in proventibus sit aliquid infelicitatis & detrimenti, magis id imputandum videatur senescenti & languenti naturæ.

II. Quia publicas calamitates; ut bella, famem, pestes; prædictum sit, sub finem Mundi grassaturas.

III. Quia hæ pœnæ attrahantur idololatriâ, & veri Dei contemtu: quem se ejusmodi malis puniturum, per Prophetas Deus prædixisset. Rursus ait, augeri ea mala, hominum vitiis & injustitiâ: ac (sicut ipse loquitur) famem majorem facere rapacitatem, quàm fecisset [illegible]

IV. Causam istorum omnium esse affirmat, quòd Gentiles persequantur innocentes Christianos.

Quòd verò idola non colant; eam esse [illegible] respondet, *in tractatu de Vanitate idolorum*: (qui & pro Apologiæ vice pro Christianis est) quòd non [illegible] Quod ipsum rursus probat his rationibus: 1. Quòd Gentium dii, Reges olim fuerint: ob quam [illegible] à suis etiam in morte coli cœperint. [illegible] filii sacrificio Sacerdote, Alexander ad matrem [illegible] periit. 11. Quòd gentium dii non potuerint [illegible] ab inferis revocare. unde, cùm divinæ [illegible] habeantur, nil esse non possint. III. Quod, [illegible] Solthenus. Puto. Tot [illegible] esse Deum, qui [illegible] potest. Quem [illegible] non Deum, qui [illegible] Quæ [illegible] Deorum, pro Daphne seu Circe.

Hæc, de persecutione sub Decio agitanda nobis visa sunt. Jam, utrum imperante adhuc Decio nonnihil, aut quomodo remiserit, non clarè à Scriptoribus indicatum est: nisi quòd tranquillitatis aliquid fuisse videtur; quia Romæ Synodus hoc tempore, de Novati schismate, fuit congregata.

De Persecutione sub Gallo & Valeriano.

Post Decium in barbarico bello interfectum, imperium adeptus est Vibius Gallus, anno Domini 254. in quo socium sibi statim adjunxit filium Volusianum. Gallus is, præterquàm quòd infelicissimè Romanum Imperiũ per annos duos administrávit; persecutor etiã nominis Christiani fuit: quemadmodum Dionysius scripsit ad Hermãmonem, ut *Eusebius* * indicat. *Neque Gallus (inquit) malum Decii cognovit; neque prævidit, quid nam illud seduxerit: sed ad eundem lapidem ipsis oculis expositum impegit. Cui cùm imperium prosperè succederet, & res felici eventu caderent: sanctos viros, pro pace ac sanitate ipsum orantes, profligavit; atque ità unà cum illo, etiam preces, quæ pro ipso fiebant, projecit.*

Nec plura de hac persecutione, quibus in locis fuerit, aut qui per eam martyres sublati sint, reperias: adeò ut, pœnas eum persecutionis sensisse magis, quàm movisse, videatur. Sub eo enim pestilentia atrox illa, Romanas provincias vastare, & colonis spoliare cœpit: quemadmodum suo loco referemus. Nam & Dionysii testimonium, de exiliis tantùm doctorum, & gubernatorum Ecclesiæ, loqui videtur. In quam sententiam *Sabellicus* indicat; Lucium, Episcopum Romanum, sub Gallo, exilio mulctatum; post eum interfectum, revocatum esse. *Hugo*, cujus testimonium *Vincentius* citat *in Speculo*; * significat, edicta etiam Imperialia de hac persecutione publicè promulgata: eaq; cum à pestilentiam ortam scribit; quæ eò, quocunque imperatoris decreta pervenissent, quoque pervasit.

Gallo interfecto, successit Aemilianus, ignobilis ille, & tantùm trimestris Imperator. Quo rursùs sublato, Imperii summa ad Licinium Valerianum, omnium favore, ipsius etiam Decii, apud quem Censorem egerat, auguratione, pervenit. Laudatus fuit Princeps; sed in gubernatione infelix, neque ad eam (ut *Victor* ait) accommodatus. Scribit *Trebellius* de Valeriano; olim, cùm Senatus authoritate Censor crearetur, in Senatusconsulto has fuisse voces: *Valeriani vita, censura est: ille de omnibus judicet, qui est omnibus melior: ille de Senatu judicet, qui nullum habet crimen: ille de vitâ nostrâ sententiam ferat, cui nihil potest objici. Valerianus à primâ pueritiâ censor fuit: Valerianus in totâ vitâ suâ fuit censor, prudens senator, modestus senator, gravis senator, amicus bonorum, inimicus tyrannorum, hostis criminum, hostis vitiorum. Hunc Censorem omnes accepimus; hunc imitari omnes volumus: primus genere, nobilis sanguine, emendatus vitâ, doctrinâ clarus, moribus singularis, exemplum antiquitatis.* Hæc ornamenta sua, postea, persecutione in Christianos, deformavit. ac scribit eâ de re Dionysius, ut *Eusebius* * autor est, ad Hermam, in hunc modum: *Johanni quoque similiter revelatur. Datum enim illi est, inquit, os ad loquendum magna, & blasphemias. Et data est illi potestas ad menses quadraginta duos. Sunt autem utraque admiranda in Valeriano: considerandumque, quòd præ antecessoribus suis sic comparatus fuit initio; ut erga homines Dei placidus esset, & animo amico præditus. Neque enim quisquam imperatorum, ante eum, tam clementer ac placidè erga eos affectus fuit; nec illi quidem, qui palam Christiani facti docebantur. sic unitè ille familiarissimè, & amantissimè, idque palam, nostros complectebatur: & tota illius aula referta erat eis, & Ecclesia Dei facile primum magistrum ille & archisynagogus Aegyptiorum habebatur, persuasit illi postea: ut faceret ac sanctos viros, tanquam adversarios & prohibitores impurissimorum ac detestabilium incantationum, occideret & persequeretur; (tantum enim valebant, & valent etiamnum, pu illi: ut præsentes & conspicientes, contrà tyrannos & verbulo reluctantes, sic [illegible] præ desiderio) & cæremonias impias, & [illegible] execrabiles, ac sacrificia abominanda, perficere nostros posset.*

malerit: infelicium parentum liberos immolaret: nuper nata viscera scrutaretur: & signacula Dei, quasi ex luscæ facinoribus fortunata, dirimeret ac rescinderet. Deinde subjecit, dicens: Nulla igitur Maximum illum, pro sperato imperio, thuris libatio adjuvit. Etenim antea, cùm communiter Imperator futurum diceretur, nihil vatium consonum, neque publicum & universale fuit: sed prophetica maledictionis sonuerunt, dicentes; Væ illis, qui è cordibus suis vaticinantur, & publicum non respiciunt. Non enim universalem illam providentiam intellexit: neque judicium ejus subiit, qui est ante omnia, & per omnia, & super omnia. Quapropter etiam catholica Ecclesia hostis factus est. Alienum autem se exsortem à misericordiâ Dei reddidit: & sicut quam longissimè ab illius Ecclesiâ aufugit; ità veritati nomini sese respondit. Rursus alicubi ipse dicit: Valerianum enim ad hujusmodi contumelias & abominationes impulsum ac tractum dicit, secundùm Esaiæ dictum: Et ipsi, inquit, elegerunt vias suas, & abominationes suas, quas concupivit anima eorum: & ego elegi irrisiones eorum; & peccata eorum reddam ipsis. Hic autem ad Imperium prater dignitatem insaniens, & Imperialem ornatum corpore mutilato induere non-valens, duos filios paternorum peccatorum imitatores profituit. Est enim in illis perspicuum vaticinium illud, quo se Deus peccata patrum in filios, ad tertiam & quartam usque generationem eorum, qui ipsum odio habeant, puniturum dixit. Etenim prævalentes concupiscentias, quarum compos fieri non potuit, in capita filiorum suorum devolvit; inquit illos malitiam suam, & odium adversùs Deum, derivavit. Hactenus de Valeriano Dionysius. Præsides igitur imperatorii eam persecutionem exsecuti sunt: ut Aemilianus Aegypti Præfectus, qui in exilium Dionysium compulit; ut est apud *Eusebium*: * ubi & de centurione, ducibus, militibus, & ministris executoribus, dicitur. In historiâ martyrii Cypriani apud Pontium & Augustinum, mentiò fit Paterni & Galerii Maximi Proconsulum. *Bergomensis*, * & Valeriani Præfecti Romani, & Perennii meminit: *Vincentius* * verò, Nicetii & Claudii Præsidum. Nunc, quibus in locis sævitum sit, exponendum est.

Apud Cæsaream Palæstinæ, sub eâ persecutione, post confessionem editam, bestiis objiciuntur, Priscus, Malchus, & Alexander. *Eusebius.* *

De persecutione apud Alexandriam, Dionysius his verbis scribit ad Domitium & Didymum: ut *Eusebius* * refert: *Superstitum fueris, nostrorum recensere nomina: cum & multi fuerint, & mihi ignoti. Verumtamen scias, fuisse viros, mulieres, juvenes, senes, virgines, anus, milites, & idiotas; ex omni hominum genere & ætate: quosdam alios verberibus & igne; alios ferro, superato certamine, coronas accepisse.* Rursus in eodem scripto paulò post: *Ad hunc usque diem non cessat Præses, eos, qui adducuntur, crudeliter occidere.* Ibidem Faustum memorat, admodum senem, qui in superioribus persecutionibus tecum duraverat, in hac Valeriani persecutione, capitis amputatione martyrium consummasse. *Bergomensis* * in historiâ Valeriani Imperatoris, etiam Philippi Episcopi Alexandrini meminit: quem in eâdem persecutione gladio percussum retulit.

Carthagine Cyprianus, (quod Scriptorum plerique tentiunt) hoc tempore martyrium glorioſissimum fecit, præsidente Romæ Lucio; ut *Sabellicus* scripsit: aut, ut *Eusebius*, * Sixto.

Vincentius * ex Hugone refert, trecentos martyres Carthagine passos. Roma, ut semper Christianorum lanena fuit; ità & hoc tempore martyrum sanguinem multorum excepit. Inter quos celebrantur tres Episcopi; Lucius, Sixtus, & Stephanus: qui ut in officium; ità & martyrium, sibi invicem successère. Post eos Nemesium, Diaconum Romanum, *Bergomensis* recenset; idem & Laurentium, cujus martyrium sub Decium plerique referre, sub his Imperatoribus, Valeriano & Gallieno, in craticulâ passum affirmat: & qui alibidem ei accesserant, Eugenium, Prothum, & Hyacinthum. Irenæum & Zenonem, Episcopum Veronensem, hujus persecutionis martyrem numerat. Idem & Tarraconæ Hispaniæ, Fructuosum Episcopum, cum sociis passum narrat. Potinum au-

* lib. 7. cap. 1.

* lib. 7. cap 10.

* lib. 11. cap. 53.

* lib 7. cap 11.

* lib 8.

* in Specu. l. b 11. c 76 & 78

* lib 7. cap. 12

* lib 7. cap 11.

* lib 8.

* in Chron.

* lib. 11. cap. 63.

* lib 11. cap. 61.

tem,

tem, Cypriani Diaconum, martyrium hoc tempore in Gallia; alios[a] prudibria, & torqueri, & ignominiosè lacerari.

Mortes quoque horum habuere varias: verbera, ignis, ferrum, corporum laniationes, vincula, de quibus Dionysius scripsit: *Non esset Præses ad hoc sufficiens, qui non valeret excidere; alius tormenta dilaceraret, alius carnifex ex vinculis suffocaret: præcepta, ne quisquam ad illos accederet.* Alii, ut *Eutropius* & *Victorius*, plures formas enumerant: ut exactiones per latera candentes, fustes, raptationes equorum, plumbata, præcipitationes in flumina, equuleos, tauros feroces & ursos, excoctiones in craticulis, formaces calcarias. Narrat & proscriptiones suas, ac facultatum direptiones, itemq; exilium suum atque aliorum importunum & grave. Dionysius, in scripto contra Germanum, apud *Eusebium*, [b] *Me*, inquit, *Aemilianum, tametsi agrotantem, ut properè abirem, jussit; ne unius quidem diei dilatione concessa.* Id vero exilium quomodo subindè mutare, in asperiora & squalidiora loca, coactus sit; in iis, quæ ibi sequuntur, narrat. At de aliorum exsiliis dicit ibidem: *Qui in Mendo illustriores habentur, Faustinus & Aquila, in Aegypto erraverunt.* De consolationibus verò, & fratrum recreationibus, quibus ipsi exsulanti frui licuerit, permulta passim inter quæ & talia quædam scribit: *In urbe latuerunt, fraterculi visitantes, ex Presbyteris Maximus, Dioscorus, Demetrius, & Lucius.* Item: *Deus alacritate & assiduitate fratrum afflictos recreat.* Sic & de ministeriis erga fratres vinctos, & martyriis defunctos, ibidem, *Eusebium*, inquit, *Deus ab initio ad hoc animavit & instruxit; ut confessoribus in custodiâ constitutis strenuè ministret, & corpora perfectorum ac beatorum martyrum non sine periculo condat.*

Addendum postremò & illud est, quòd, quæcunque persecutionis istius immanitas fuerit; tamen aliqui, post confessionem, & fortiter superata tormenta, à Deo servati sint. Sic enim Dionysium ab aliquot persecutionibus, ut sub Decio & Sabino, sub Valeriano & Aemiliano, quemadmodum ipse de se testatur, servavit Deus. De aliis verò, in quos persecutio nihil juris habuerit, eodem in scripto adversus Germanum ità retulit: *Alius, ne tantillum quidem temporis ad hoc sufficit, ut Domino acceptabiles viderentur.*

Atque is quidem Ecclesiæ status, sub communi regni duorum istorum Imperatorum, Valeriani & Galieni, administratione, fuit. Cæterùm, Valeriano in bello infelici, in Mesopotamiâ, à Sapore Rege Persarum capto; (sicut alibi à nobis dicetur) Galienus Imperium solus tenuit. anno Domini 262.

Is, seu patris fortunâ territus, seu moderatione, seu quacunque tandem causâ, (neque enim ea usquam expressa est) persecutionem motam edictis publicis removit: ut *Eusebius*[c] ait.

Pax igitur Ecclesiis omnibus ubique reddita est: teste *Eusebio*.[d] *Edicti Imperialis exemplum hoc est:*

Imperator Cæsar Publius Licinius Gallienus, Pius, Fortunatus, Augustus Dionysio, & Pinnæ, & Demetrio, ac reliquis Episcopis. Beneficentiam doni mei per universum Mundum publicari mandavi; ut à locis, quibus disciplinæ gratiâ detinentur, discedant: & ob hanc causam etiam vos exemplo hujus rescripti mei uti potestis; ne quisquam vobis negotium faccessat. & hoc, quod à vobis licitè præstari potest, jam dudum à me concessum. Quapropter Aurelianus Cyrenem, qui maximo negotio præest, exemplar à me datum custodit.

Extat autem & alia quædam illius constitutio; quam ad alios Episcopos misit, permittens illis loca illa recipere, quæ cœmeteria habebant. Marinum tamen, militem nobilem & opulentum, apud Cæsaream, propter testimonium Christi, & [e] martyrum esse hoc tempore *Eusebius*[e] affirmat. Ruffini verò exemplar, etiam Alfium, Romanum Senatorem, martyrem refert, [illegible] quod Marini certas honestæ & [illegible] sub Valeriano eam ob causam [illegible].

Cæterum Gallienus, cum per annos quindecim imperâsset, (decem scilicet cum patre Valeriano. Mediolanum [illegible]) interiit Claudius, Princeps optimus, & egregiis virtutibus ornatus; monente [illegible] quæ [illegible] Europæ scribit. Cujus [illegible] & [illegible] quâ maximas de salvanda Republicâ Romanâ, [illegible] dum Imperii, victoriis adeptus est, relinqui in integrum Roma lapsa potuisset; [illegible] bienium non [illegible] occubuisse. Mortem tamen libro in Christianos [illegible] tionem, *Victorius*[f] credidit: ubi & edicti de Christianis pacifendis meminit, & martyrium ducentorum tertiadecimorum Romæ: item aliorum, ut Quirini Martii, Cæsarii, Juliani; quos & *Eutropius* memorat. Sed hæc [illegible] in melioribus nullis Scriptoribus legamus; fidem habeamus, quam possunt, fidem. Nos, si qua sub Claudio persecutio fuisset; eam non præteriturum Eusebium, diligentissimum eorum temporum scriptorem, fuisse, judicamus. Successit post eum in regnum, frater ejus Quintilius, homo laudatissimæ moderationis: in cæteris verò, quæ ad Imperium bene & fideliter gerendum requiruntur, Claudio vel æquandus, vel præponendus. Sed Imperium brevissimum habuit: decimo-septimo enim ejus die occisus est; ut *Eutropius* indicat.

De Persecutione sub Aureliano.

Pax igitur interea Ecclesiis fuit; etiam tunc adhuc, cùm in regnum Aurelianus successit, anno Christi 273. Tantum enim abest, ut iniquus is aut inimicus Christianis fuerit: ut suam etiam postremò, frequentissimæ contra Samosatenum synodo, Antiochiæ, autoritatem interposuerit; & Samosatenum, de Ecclesiâ cedere nolentem, exire compulerit: ut *Eusebius*[g] narrat. Attamen, cùm naturâ, ut Barbarus, ad crudelitatem propensus, sævus & sanguinarius esset; (ut *Eutropius* scripsit) adeò ut nec à proprie sororis filii cæde abstineret: alienus tandem à Christianis factus, persecutionem in eos movere proposuit; quemadmodum *Eusebius*[h] testatur. *Talis*, inquit, *quidem tùm temporis erat erga nos Aurelianus: in progressu verò Imperii, nonnihil à nobis alienatus est: ità ut jam propè, consiliis quibusdam inductus, persecutionem adversùm nos moveret; doque ea plurimis apud omnes rumor esset. Verùm, cùm jam nos persecuturus esset, & edicto contra nos vulgando prope subscripsisset; divina eum ultio corripuit: quæ conatum eum, tantùm non vibrato cubitu, prohibuit.* Nec amplius quicquam de hac persecutione apud scriptores probatos invenias. Meditatum igitur eam solum; non executum Aurelianum, apparet. Facit huc, quod *Eutropius*, *Vopiscus*, & *Eusebius*[i] prodiderunt: Aurelianum, postea quàm persecutionem decerneret, fulmine subitò territum, paulò pòst interfectum esse. Quò magis miramur, *Speculum Vincentii*, ex martyrologiis, ingentem sub hoc Imperatore martyrum catalogum texere; quos studio ab Aureliano in diversis locis requisitos, & in Galliâ atque Italiâ suppliciis affectos, narrat.

¶ Aureliano, agenti annum Imperii sui quintum; inter Constantinopolim & Heracleam interfecto, anno Domini 278. successit Publius Annius Tacitus, vir moribus egregiis præditus, & Reipublicæ gerendæ idoneus: sed qui suarum virtutum nihil potuit ostendere, infra semestrem Imperii morte præventus. *Eutropius.*

Cui Florianus frater succedens, nondum sexagesimum Imperio dies complet; cùm ad nuntium Probi, [illegible] sibi-ipsi solutis effuso sanguine, obit. *Victor.*

Eum secutus Marcus Aurelius Probus, Princeps verè probus, acer & justus, tum pacis [illegible] longè clarissimus fuit: quibus pacem [illegible] rit; adeò ut invidiam sibi non [illegible] rem conciliarit, usurpans hanc vocem: *Nihil militibus opus esse, quoniam hostes deessent.* Imperavit annos 6. menses [illegible] tropius.

Carus ei succedens, anno Domini 284. [illegible] perio statim assivit filios, Numerianum & Carinum: ter quos Numerianus, egregius (ut [illegible] scens virtutibus [illegible] ti. Qui [illegible] loco [illegible] locorum [illegible], Numerianum, [illegible] ter [illegible] (quam Carus, [illegible] gratissimo, qui [illegible] reliquit.

[a] 1. 6. cap. 27. end. cap. 28. [illegible] 8. [illegible] lib. 6. cap. 27.

[b] lib. 7. cap. 11.

[c] lib. 7. cap. 13.

[d] lib. 7. cap. 13. & 23.

[e] lib. 7. cap 15.

[f] lib. 11. cap. 26.

[g] lib. 7. cap 30.

[h] lib. 8. cap. end.

[i] in Chron

relíquit. Breve igitur ærumnis in perinde fuit, nondum tollitur ad trieníum integrum adductum. *Eutropius, Lætus, Victor.*

Iſtorum omnium Imperatorum gubernatio, nihil videtur pertubationis aut perſecutionis Chriſtianis attuliſſe; ſed tranquilla & quieta cum illis omnia fuiſſe; nec proſtur bata eſſe; quam tamen Imperii finis, Dioclecianus ingreſſus eſſet: quemadmodum libro ſequenti exponetur.

Hæc igitur pavalta, ſed hoc periculo, & triſtiſſimo, quitandem intervenit, Eccleſiæ luctu, fuit per annos (ſi a principio Imperii Galieni, uſque ad decimumnonum Diocletiani numeres) totos quatuor & quadraginta. Tamen ſi *Sulpitius*, a fine Imperii Valeriani, uſque ad eum Diocletiani annum, plus minus annos computet. Quo tempore in eminentiâ, felicitate & commoditate ſummâ, res Chriſtianorum fuerunt: quem ad modum ex *Euſebio* videre eſt; cujus teſtimonium adſcribimus. *Quantam ac qualem gloriam ſimul & libertatem, ante noſtri temporis perſecutionem, doctrina pietatis erga Deum omnium, Mundo hanc per Chriſtum prædicata, apud omnes mortales, cùm Græcos, tum Barbaros, conſecuta ſit; magis opus requirit, quam quod a nobis condigne perfici poſſit. Sunt autem hujus indicia in eos: quod tanta erga noſtros fuit Imperatorum benevolentia: quibus etiam Gentium principatus moderandos commendarunt. Et pro magno favore, quo fuerunt erga doctrinam noſtram aſſecti, incauta religionis, libertatem ac ſecuritatem conceſſerunt. Quid attinet de illo commentorare; qui in ipſo Imperatorum palatio, lectorum cunctis Principibus, familiariter vixerunt: qui miniſtris ſuis hoc conceſſerunt; ut etiam in ipſorum facie: in religione Chriſtianâ, cum verbis, tum vita converſatione, liberè cum uxoribus, liberis ac ſervis, agerent & tantam non dicam etiam de fide libertate permiſerunt* [illegible] *favore complectendos indicarunt.* Quale erat Dorotheus ille, *præ omnibus alus acceptiſſimus ac fideliſſimus; & ob hanc cauſam apud Præſides ac Præſides excellentes in pretio habitus & cum illo illuſtres etiam virgines; ac quicquid pariter cum iſtis eadem propter verbum Dei potuit juvenire ad quem modum etiam ſingularum Eccleſiarum Epiſcopos, apud cunctos mortales ac Præſides haud vulgariter acceptos, in pretio habitos & charos, cernere licebat. Quo autem numeroſas illas aggregationes ac multitudines eorum per ſingulas civitates, infinitaſque concurſus ad oratoria, deſcribet? quorum gratiâ, priſcis ædificiis non contentis, in ſingulis civitatibus ſpatioſas & amplas ex ipſis fundamentis conſtruxerunt Eccleſias. Hæc autem progreſſu temporum proficientia, & quotidie in magnitudinem & amplitudinem creſcentia, nulla potuit invidia prohibere; neque malus aliquis dæmon diſſimare, nec homo quiſpiam inſidiis impedire: quamdiu divina ac cæleſtis dextra populum ſuum, adhuc dignum exiſtentem, inviſebat & ejiodiebat.*

De Pœnis perſecutionum.

In Apologiâ adverſus Demetrianum Præfectum, *Cyprianus* ait: *Nunquam impiorum ſcelere in nomen Chriſtianum exigitur; ut non ſtatim divina vindicta comitetur.* Puniri enim calamitatibus, tum publicis, tum privatis, perſecutiones; hiſtoriæ omnium ætatum teſtantur: & vel in ortis ſolo perſecutorum patet. Exempla aliquot utriuſque generis *Tertullianus* commemorat, in ſcripto *ad Scapulam*: ut ſiccitates; & poſt ſementes, ut meſſes amiſſas; inundationes ex imbribus; tempeſtates; horrenda prodigia, & Solis obſcurationem, ſignum ſcilicet imminentis iræ Dei. Recitat & privatas aliquot perſecutorum pœnas. *Vigellius*, inquit, *Saturninus, qui primus hic gladium in nos egit, lumina amiſit. Claudius Herminianus in Cappadociâ, cùm, indignè ferens uxorem ſuam ad hanc ſectam tranſiſſe, Chriſtianos crudeliter tractaſſet; ſoluſque in prætorio ſuo vaſtatus peſte, cùm vivus vermibus ebulliſſet: Nemo ſciat, ajebat; ne gaudeant Chriſtiani. Hac voce ſatis teſtatus ſe crudelitatis ſuæ in Chriſtianos, tam terras pœnas dare.*

Jam, quid de ipſis primis perſecutionum autoribus, Imperatoribus ſcilicet, dicemus? quorum nullus eſt, qui non aut Imperii infelicitate & brevitate, aut in turpi aut probroſo exitu, vindictam divinam ſenſerit. Severus Imperator, cum regnum feliciter primùm adminiſtraſſet; ſtatim, poſteaquam perſecutionem moviſſet, ſucceſſibus deſtitui cœpit, ac continuis variiſque periculis & bellis diſtrahi: ut *Platina* inquit. Exitus vero ejus, rametſi cruentus & tragicus non fuerit quidem: tamen ejuſmodi fuit, ut in vehementi membrorum omnium, (quemadmodum de eo *Victor* ſcripſit) maximè verò pedum dolore, venenum perſenſit.

Maximino deinde, cùm Eccleſiarum doctores & gubernatores vexari & fugari præcepiſſet, qui eſſe potuit infelicius? Odio ejus Senatus Romanus, ipſo vivo, alios Imperatores deſignavit. Exercitus proprii ab eo in Africâ defecerunt. Tandem vero, vix triennio in imperio completo, cum filio adhuc puero, a militibus ſuis diſcerpitur; conclamantibus cunctis militari joco: *Ex pejimo genere, neſciatum quidem habendum.* Poſtea omnes, qui quoquo modo ei adhæſerant, & amici fuiſſe videbantur capti, occiſi, tracti, & in lacinias abjecti ſunt. Narrant, *Aurelius Victor, & Capitolinus.*

De Decio *Euſebius* * ait: *Decio, cum ne biennium quidem integrum imperaſſet, mox una cum liberis occiditur. Pomponius* ſcribit, eum, in prælio infelici adverſùs Gothos, voragine abſorptum eſſe: in quam ipſe infeliciter in hoſtium manus pervenerit. De pœnis verò perſecutionis Decianæ, etiam hæc ad Demetrianum ferè ſuis verbis *Cyprianus* videtur: *Certiſſimus & fidentes, quòd multum non remaneat, quodcunque perpetimur: quantoque major fuerit perſecutionis injuria; tantò & illuſtrior fiet & gravior pro perſecutione vindicta. Ut memoriæ non teneamus antiquæ, documentum recentis rei ſatis eſt: quòd ſic celeriter, quodque in tantâ celeritate ſic graviter nuper ſecuta defenſio eſt, ruinis regum, jacturis opum, diſpendio militum, diminutione caſtrorum.*

Galliæ res initiò ſatis bene ac feliciter habuerant; ſicut *Dionyſius* ſcripſit. Ac, poſteaquam perſecutionem, per manus quaſi acceptam, continuavit, pulſis piis doctoribus, qui ſalutem eius orabant; nec proſperè deinde, nec diu regnavit. Siquidem, biennio nondum exacto, & Hoſtiliano, & Volusiano conſulibus, in regium locum nuper aſciſcitus, in bello adverſùs Æmilianum, à militibus deſerti trucidantur: ſeterrimâ priùs populo Romano ignominiâ conciliatâ, quem Scythis Gallos tributarios fecerat, pactoſque eâ cum gente pertinaces: ut *Eutropius & Lætus* prodiderant.

Sed quæ potuit eſſe horribilior Chriſtiani ſanguinis expiatio; atque illa immanis vaſtitas, quam hoc poſt tempore, in provinciis populi Romani, præcipuè verò in Ægypto, fecit, orta ſub Gallo, ut *Eusebius* ſcribit, ne deficeret per integrum decennium, aut quindecim adeò totos annos, graſſata? Meminit ejus *Dionyſius*, in epiſtolâ ad Hieracem, Ægypti Epiſcopum: cujus verba, ut ab *Euſebio* * referuntur, adſcribimus. *Quando*, inquit, *dirè iſte, pravus undique evaporationibus turbatus, ſerenus reddetur? Tales enim ex terrâ fumigationes, è mari venti, è fluminibus aura, e portubus exhalationes ſpirant: ut veluti vos quidam tabidus è cadaveribus putridis, cunctis ſubjacentibus elementis inferatur. Et adhuc admirantur, & inquirunt; unde ſint peſtes illæ continuæ, & graves morbi? unde corruptiones ubique obtinentes? unde varia & multa mortalium exitia? quâ de cauſâ, maxima hæc urbs tantam non habeat amplius civium multitudinem, ſi à parvulo ad decrepitos ſenes uſque numerentur; quot antea canos ſenes (ſicut vocant) nutrivit. A quadragenario ad ſeptuagenarios uſque, tam fuerunt antea multi; ut jam numerus eorum non impleatur, qui antea publica fuerunt alimonia, à quartodecimo anno ad octuageſimum uſque. adſcripti, accenſiti. Deinde, qui aſpectu fuerunt juvenili, ſatisfunt inſtar grandævorum. Et cum ita ſit, interimi genus humanum in terra hac diminui conſumique videant; non tamen contremiſcunt: quantumvis omnimoda ipſorum extinctio creſcat & promoveat.* Hactenus Eusebius.

Rurſus, in alio quodam ſcripto ad fratres, de eadem

calamita-

* *lib. 7. cap. 1.*

* *lib. 7. cap. 21. & 22.*

calamitate, ejusq; causis, sic scribit: *Nunc sane omnia lamentationibus replentur: lugent omnes; & ululatus urbem personant, propter multitudinem mortuorum, & quotidie morientium. Sicut enim de primogenitis Aegyptiorum scriptum est: ita jam quoque clamor factus est magnus. Domus enim non est, in qua non sit mortuus. Et quidem merito. Nam etiam mala illa, quæ antea contigerunt, multa fuerunt & acerba. Nam primum nos exagitarunt. Et soli ab omnibus pulsi ac morti traditi, etiam tum festum egimus: & quilibet singularum afflictionum locus, panegyricus nobis fuit; ager, solitudo, navigium, diversorium, carcer. Latissimum autem festum egerunt perfecti martyres, in cœlo triumphantes. Deinde sequuta sunt bella & fames; quæ unà cum Ethnicis pertulimus: soli quidem tolerantes, quibus nos oppresserunt; juxtà tamen etiam eorum participes, quæ sibi-ipsis mutuo & intulerunt, & passi sunt. At rursus pace quoque Christi exhilarati sumus, quam nobis solus dedit. Ubi verò brevissimè & ipsi & nos respiravimus: incidit lues ista, res illo terrore quovis terribilior, & calamitate qualicunque lamentabilior, & (sicut quidam proprius illorum Historicus dixit) quæ sola cunctorum spem exsuperârit: nobis verò non talis; sed exercitatio & exploratio, nullis reliquis inferior. Etenim ne à nobis quidem abstinuit: verùm multo amplius in Ethnicos grassata est.*

Meminerunt ejus & Romani scriptores; ut *Latus* in vitâ Galli: *Pernitiosa*, inquit, *pestis undique viguit. Tabo initium fuit ab Aethiopiâ, sorte exortus Solis ardore. Pestilitas, primo consumtis meridiana, per Orientem divagata est: inde cæteras Orbis partes invasit; ubique maximam partem incolentium exhausit; pleraque loca inhabitata reliquit. Ea labes vix intra decem annos finem invenit. Pervenisse ex infelicissimâ Galliâ auspicium visa est, ut qui proditione Imperium arripuit, Christiani etiam dogmatis hostis.*

Denique, ab hoc tristi & inusitato malo, *Cyprianus* argumentum famosi libri de Mortalitate. Nunc ad Imperatorum pœnas revertimur.

¶ De Valeriani supplicio & vindictâ, hæc prodiderunt Romani scriptores; *Eutropius, Pollio, Sabellicus, Volaterranus.* Quòminùs diuturnum fuerit illi decus; ipsius (credo) impia in Christianos animadversio effecit. Nam haud multo post, quàm Christianum nomen interdictari est adortus, ad Persicum bellum profectus; sive alienâ fraude id acciderit, sive suâ ipsius temeritate; (nam utrumque traditur) in hostium potestatem vivus venit. Ferunt, Saporem Persarum Regem, a quo captus est, adeò intolenter & barbarè captivo sevi (erat enim Valerianus septuagenarius) illudile; ut pro scabello ejus tergo uteretur, equum ascenturus. In eâ igitur cum turpi captivitate tandem consenuisse; scribunt *Latus & Aurelius Victor. Eusebius*, in Sermone ad conventum Sanctorum, excoriari eum jussum à Rege, scripsit. Verba ejus hæc sunt: *Sed & tu Valeriane, quoniam eandem homicidiorum sævitiem erga subditos Dei exercuisti, justum Dei judicium declarasti: dum captivus ac vinctus una cum ipsâ purpurâ ac reliquo Imperatorio ornatu, abductus, ac tandem a Sapore Persarum Rege excoriari jussus, faleque conditus, perpetuum infelicitatis tuæ trophæum erexisti.* Ejus Prætidem Claudium, a Diabolo arreptum, & post inditam minutatim linguam suffocatum, scripsit *Heinricus de Erfordiâ.**

Galienus, patre in perpetuam captivitatem & infelicitatem abducto, tametsi, cùm solus imperare cœpisset, persecutionem motam edictis (ut supra dictum est) removerit; paterno tortasse fato (quemadmodum *Orosius* ait) territus: (quanquam lætatum eum alii scripserint) tamen & publicas atroces calamitates, & privatam vindictam, quia persecutionis socius antea cum patre fuerat, expertus est. Plurimæ enim & mirabiles defectiones, rebelliones, & mutationes regno perniciosissimæ, sub eo acciderant. Quæ mala, illi, qui res Romanas conscripsêre, otio, luxu, lasciviâ, & ignaviâ Galieni, attracta esse Imperio censuerunt quidem: at nos judicium & ultionem Dei, superioribus & aliorum & suis persecutionibus provocatam, in eum tetendisse credimus. Exemplum unum adferimus. Nulla pars fuit Reipublicæ, nulla provincia, unâ duntaxat Italiâ exceptâ; in quâ non ita tumultuatum: toto eo Principe rebelliones exstitêre, tot tyranni, qui Imperatoris nomina tulerunt; quot a Cæsare Dictatore ad id tempus, in tam longâ Imperatorum serie, fere nunquam. Triginta numero à Trebellio ponuntur; qui uno tempore, alii aliis in terris, exercuêre imperium: in quibus fœminæ etiam quædâ Romano nomini illusêre. *Narrant Vopiscus, Eutropius, & Sabellicus. Eusebius* hoc addit: sub Galieno, Ciliciam, Syriam, & Cappadociam, à Persis, Saporis ductu, fœdâ populatione vastatas: Alemannos, Gallis hostiliter vexatis, in Italiam trantgressos: Gothos Pontum, Asiam, Macedoniam, & Græciam, populatos: Quados & Sarmatas Pannonias occupâsse: Tarraconem in Hispaniâ à Germanis oppugnatam, &c. *Sabellicus* * porrò & hæc, de tempore infelici sub Galieno, prodidit. *Tristis*, inquit, *& terrorum plenus hujus principatus fuit. Dira naturæ portenta, illo imperante, sunt omnibus terris facta: plures dies, velut tenebræ, jacuit terra obvoluta: auditumq; tonitrui, terrâ mugiente; non cœlo tonante: secutus, ut solet, motus terræ ingens; quo plura ædificia cum habitatoribus ut subito terra hiatu, absorpta sunt, multique mortales nimio terrore exanimati. Sed id malum Asiam præcipuè habuit obnoxiam. mota est Roma, mota & Libya: terræque hiatus vastissimi pluribus exstiterunt locis. Maritimas urbes subitum mare obruit.* Galienum tandem ipsum, Aureoli tyranni fraude, apud Mediolanum, cum filio, seu (ut *Eutropius* vult) cum fratre Valeriano, interfectum, scripsit *Victor, Sabellicus & Volaterranus.*

Aurelianus verò, postquam meditari persecutionem cœpisset; fulmine repentino (quemadmodum supra diximus) territus est: sed eo nihil ad meliora flexus, a suis inter Byzantium & Heraclam occisus est, de quo *Eusebius** hæc prodidit. *Cùm jam nos*, inquit, *persecuturus esset; & edicto contra nos vulgando prope subsripuisset. divina eum ultio corripuit, quæ conatum eum tantum non religatis cubitis prohibuit.* Quod ipsum clarius Rufini versio explicat, hoc modo: *Dictatis jam literis & scriptis, cum supereset sola subscriptio; divina dextra intervenions, subscriptionem nefandæ dextræ deturbavit. Morte enim subitâ condemnatur, qui de piorum morte censebat. Vopiscus* tamen, *Victor & Eutropius*, aliâ cum ratione interisse memorarunt: quanquam de hoc illis cum aliis convenit, quòd cruentâ morte perierit. *Ministri*, inquiunt, *notarii sui, fraude, qui ad quosdam militares, amicos ejus, nomina eorum annotata pertulit, falsò manum illius imitatus, perinde atque Aurelianus eos interficere constituisset, occisus est.* Ad quod & *Eusebius*, in Sermone ad Conventum, respexisse videtur; cum sic inquit: *Et tu Aureliane, omnium iniquitatum incendium, quàm manifestè cum Thraciam vesanè perrumperes, in medià publicâ viâ cæsus, sulcos viæ impio sanguine repleris?* Ejus verò Præsidem Antiochus, inter tormenta Agapiti martyris, subitò de tribunali decidens, se totum in interioribus ardere clamavit, & exspiravit. Narrat *Heinricus de Erfordiâ.**

* lib. 7. Eusseb. 7

* lib. 6. cap. 27.

* lib. 7. cap 30.

* lib. 6. cap. 29.

CAPUT IV.

DE DOCTRINA.

HAbuit hæc ætas aliquot præstantes Doctores; quorum monumenta pleraque desideramus: nisi quòd Tertulliani, Origenis, & Cypriani, quædam exstant; ex quibus, qualis hoc tæculo forma doctrinæ Christianæ fuerit, utcunque ostendemus. Aliorum vix tenua fragmenta apud Eusebium visuntur: ut Dionysii Alexandrini, Gregorii Neocæsariensis, & aliorum. De scripto Martialis, quod in hanc ætatem ab aliquibus reponitur, suo loco monebimus.

De doctrinâ igitur suæ ætatis *Tertullianus* * in genere inquit; eam consentire cum Ecclesiis Apostolicis; eumque consensum & concordiam communem esse omnium Ecclesiarum, in Europâ, in Asiâ, & in Africâ, testatur.

* lib de Præscript. Hæres.

Argumentum ejus rei non-leve illud est; quòd de sacræ Scripturæ autoritate religiosissimè hæc ætas sentit, eique tolli non tenuum & acquiescendùm censuit: quemadmodum plurimis in locis apud *Tertullianum* videre est. Certè

* Lib. de sup.

* Homil. in Hiere.

Regula fidei est, ut jam sine, quid credamus, profiteamur: illa scilicet, qua creditur, unum omnino Deum esse; nec alium, præter Mundi creatorem, qui universa de nihilo produxerit, per Verbum suum primò omnium emissum. Id Verbum, Filium ejus appellatum, in nomine Dei, varie visum Patriarchis, in Prophetis semper auditum, postremò delatum ex Spiritu Patris Dei & virtute in virginem Mariam, carnem factum in utero ejus, & ex ea natum, egisse JESUM CHRISTUM: *exinde prædicasse novam legem, & novam promissionem regni cælorum; virtutes fecisse; fodisse ad dextram Patris; fixum cruci, tertia Die resurrexisse; in cælos ereptum, sedere ad dextram Patris; misisse vicariam vim Spiritûs sancti, qui credentes agat; venturum cum claritate, ad sumendos sanctos in vitæ æternæ & promissorum cælestium fructum, & ad profanos judicandos igni perpetuo; facta utriusque partis resuscitatione, cum carnis restitutione. Hæc regula à Christo, ut probabitur, instituta, nullas habet apud nos quæstiones.*

* Proæm. lib. de Princip.

Sic & *Origenes*, * hanc per prædicationem Apostolicam traditæ esse, scripsit: *Primo, quod unus sit Deus, qui omnia creavit atque composuit; quique ex nullis fecit esse universa; Deus à primâ creaturâ & conditione Mundi omnium justorum: Deus Adam, Abel, Seth, Enos, Enoch, Noe, Sem, Abraham, Isaac, Jacob, duodecim Patriarcharum, Moysis, & Prophetarum. & quod hic Deus, in novissimis diebus, sicut per Prophetas suos antè promiserat, misit Dominum nostrum* JESUM *Christum: primò quidem vocaturum Israel; secundò verò etiam Gentes, post perfidiam populi Israel. Hic Deus justus & bonus, Pater Domini nostri* JESU *Christi, Legem & Prophetas & Evangelia ipsa dedit: qui & Apostolorum Deus est, & veteris & novi Testamenti. Tum deinde, quia* JESUS *Christus ipse, qui venit, ante omnem creaturam natus ex Patre est. Qui cum in omnium conditione Patri ministrâsset, (per ipsum enim omnia facta sunt) novissimis temporibus se-ipsum exinanivit, homo factus est: incarnatus est, cùm Deus esset; & homo mansit, quod Deus erat. Corpus assumsit nostro corpori simile: eo solo differens, quòd natum ex Virgine de Spiritu sancto est. Et quoniam hic* JESUS *Christus natus & passus est in veritate; & non per imaginem: communem hanc mortem vere mortuus est. Verè enim à mortuis resurrexit; & post resurrectionem conversatus cum discipulis suis, assumtus est. Tum deinde, honore ac dignitate Patri ac Filio sociatum tradiderunt Spiritum sanctum. In hoc non jam manifestè discernitur, utrum natus aut innatus? Sed inquirenda jam ipsa pro viribus sunt de sacrâ Scripturâ, & sagaci perquisitione investiganda. Sane, quòd iste Spiritus sanctus unumquemque sanctorum, vel Prophetarum, vel Apostolorum, inspiravit; & non alius Spiritus in veteribus, alius verò in his, qui in adventu* CHRISTI *inspirati sunt: manifestissimè in Ecclesiis prædicatur. Post hæc jam, quod Anima, substantiam vitamque habens propriam, cùm ex hoc Mundo discesserit; & prout merita dispensabit: sive vitæ æternæ ac beatitudinis hæreditate potitura; si hæc in sua gesta perceperint: sive igni æterno ac supplicio mancipanda; si in hoc eam scelerum culpa detinuerit. Sed &, quæ erit tempus resurrectionis mortuorum: cum corpus hoc, quod in corruptione seminatur, surget in incorruptione; & quod seminatur in ignominiâ, surget in gloriâ.*

* lib. 7. cap. 25.

Exstat & *Gregorii Neocæsariensis* symbolum, in exemplari *Eusebii*, * quod Ruffinus interpretatus est. *Unus Deus Pater Verbi viventis, Sapientiæ subsistentis, & virtutis suæ & figuræ, perfectus perfecti genitor, Pater Filii unigeniti. Unus Dominus, solus ex solo; figura & imago divinitatis, verbum per-*

fectum, sapientia comprehendens omnia; & virtus, quâ tota creatura facta fuit. Filium verum veri, & invisibilem ex invisibili, & incorruptibilis ex incorruptibili, & immortalem ex immortali, & sempiternum ex sempiterno. Unum Spiritum sanctum, ex Deo habentem subsistentiam, & qui per Filium apparuit; imago Filii perfecta; primâ nascentium causâ, sanctificationis præbentis: per quem Deus super omnes & in omnibus operatur; & Filius per omnes. Trinitas perfecta majestate & sempiternitate & regno minime dividitur, neque alienatur. Igitur neque subditum quid, aut servitium, in Trinitate neque superadditum, tanquam antehac quidem non subsistens; postea verò supervenerit. Neque unquam defuit unquam Filius Patri, neque Filio Spiritus sanctus: sed invertibilis & immutabilis eadem Trinitas semper. Sed nunc seorsim de singulis locis dicemus.

DE DEO.

DOctrinam de Deo hoc sæculum satis adhuc purè retinuit; etiamsi non sine opinionibus aberrantibus; de quibus postea dicemus. Docuit enim, non esse curiosiùs scrutandam divinam Majestatem, quemadmodum *Tertullianus* * affirmat: *Majestatem Dei, neque humanam mentem capere, neque quenquam eloqui posse. Quid*, inquit, *de eo cuiquàm dicam aut sentias, qui omnibus & sermonibus & sensibus major est?* Et *Origenes* * ait; *Se confiteri deceret, & suscipere à sapientes quosdam & fidelis veteris traditionem sententiam; Periculosum esse, de Deo, & vera, dicere.*

Deinde, juxta Scripturam, unum docuerunt esse Deum: non numeri quidem (ut autor Symboli apud *Cyprianum* ait) ratione; sed universitatis. Quod *Tertullianus* * prolixè probat; & ejusmodi Dei definitione utitur: *Deus est summum, magnum, in æternitate constitutum, immensum, infectum, sine initio, sine fine.* Incorporeum verò Deum esse, *Origenes* * dixit. *Non autem corpus, inquit, aliquod, aut in corpore esse, putandus est Deus: sed intellectualis natura, simplex; nihil omnino in se adjunctionis admittens.* Similia de Deo & *Cyprianus* * dixit: *Mundi unus est rector, qui universa, quæcunque sunt, verbo jubet, ratione & consilio virtutis consummat. Hic enim videri non potest; visu clarior est: nec comprehendi; tactu purior est: nec æstimari, sensu major est. & ideò sic Deum digne cum æstimamus; dum inæstimabilem dicimus. Ergo unus est; & ubique totus diffusus est.*

Et autor expositionis Symboli apud *Cyprianum*: *Deum enim audis; substantiam intelige, sine initio, sine fine: simplicem sine ullâ admixtione, invisibilem, incorpoream, inæstimabilem, inæstimabilem; in quâ nihil adjunctum, nihil creatum sit.* Rursus *Origenes*: * *Deus omnia replet, ubique præsens est: & non est locus, neque in cœlo, neque in terris, neque in excelsis, neque apud inferos; ubi non sit præsens Deus.*

DE TRIBUS PERSONIS.

SIc & tres esse Personas in divinitate, diligenter tradiderunt. ut TERTULLIANUS: * *Ordinatio fastigium, quæ unitatem in trinitatem disponit, tres dirigens, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum. Tres autem, non statu; sed gradu: nec substantiâ; sed formâ: nec potestate; sed specie. Unius autem substantiæ, & unius statûs, & unius potestatis: quia unus est Deus; ex quo & gradus isti, & formæ & species, in nomine Patris, Filii, & Spiritûs sancti, deputantur.* Quem articulum fideliter inprimis & accuratè tradit; & defendit, *in libro de Trinitate.*

Eodem modo & ORIGENES; * tres personas maximè distinctè recenset. *Nos*, inquit, *novimus unum Deum, & in præterito, & in præsenti: unum* CHRISTUM, *& tunc, & modò: similiter & unum Spiritum sanctum, cum Patre & Filio sempiternum.* Idem: * *Non sufficit ei solus Pater, Sanctus; neque hic, sed perfectum numerum criminatis sanctitatis; ut multitudinem sanctam manifestet Dei, quæ est una Ecclesia ex multis sanctis constans. Sanctus Pater sanctæ unigeniti Filii, & Spiritûs sancti.* Basilius * dixit: *Patrem & Filium esse unum voluntate & substantiæ; sed duas personarum proprietates.*

Sic de tres personas expressè nominis; de officiis

* Tract. 4. de Trinit. Idol.

* adversus Prax. cap.

* Homil. 6. in Ezech.

* Homil. 4. in Esai.

* Homil. 13. in Levit.

Digitized by Google

ſium quoddam cuique perſonæ tribuit Cyprianus: * *Pater* (inquit) *elegit: Filius dilexit: Spiritus ſanctus conjungit & unit.*

* Serm. de Baptiſmo Chriſti.

* Epiſt. ad Turdegal. cap. 3.

Martialis, * *Sanè de myſterio Trinitatis, inquit, quod nobis beatus & ſuavis Deus, Rex regum, per noſtram annuntiationem, revelare dignus eſt vobis: ſcitote intelligentes, quia ultra omnem ſenſum angelicum poteſtatum & virtutum, profundior divinitas excellit; quam impoſſibile eſt etiam à ſpiritibus angelicis comprehendi. Sola enim trinitas in divinitatis unitate ſe-ipſam novit. Hæc enim anteſæcula in claritate ſuæ æternitatis permanebat, nihil in ſe diminutum, vel quod augeri poſſet, intra ſe continens: ſed unius æternitatis, unius voluntatis, unius eſſentiæ, unius ſanctitatis, unius puritatis, ultra omnem puritatem, ultra omnem gloriam, in charitate, in veritate, in bonitate, habitavit. Nunc verò, in fine temporum, propter nos, ad quos bonitatis ſuæ magnitudinem extendit, gloriam ſuam majeſtatis revelavit Sanctus ſuus: quibus & efficaciam ſuæ virtutis multoties dignanter præbuit. Unde quidam ex noſtris, in amore & intelligentiâ magnus, proteſtabatur populo ſuo, dicens:* Audi Iſraël, Dominus Deus tuus unus eſt. *Hoc enim unus & ſolus Deus, dum mitteret, quem elegit ad deducendum populum ſuum de ſervitute, dignatus eſt pandere, dicens:* Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Jacob: hoc nomen memoriale meum in æternum. *Rurſum trinitatem in unitate deſignavit, dicens:* Ego ſum qui ſum. Hæc dices filiis Iſraël: Qui eſt, miſit me ad vos. *Hæc autem, fratres mei, ſcitote; quia Verbum, in quod credidiſtis, Filius eſt unigenitus, ante omnem ſubſtantiam, ante omne initium. Ipſe eſt enim principium: quia de principio ineffabiliter genitus eſt. In noſtro verò tempore, mirabiliter ab Angelo annuntiatus, & in veritate incomprehenſibili de virgine Maria natus eſt; nihil diminutus à divinitate Majeſtatis ſuæ: cujus nos teſtes ſumus. Spiritus verò Dei, qui vos ſanctificavit, credentes in ipſum, qui Filium naturalem, & ſibi ſecundùm æternitatem coæqualem per omnia, reſuſcitavit tertiâ die a mortuis, non eſt genitus, ſicut Verbum: quia & ipſe Spiritus, in divinâ æqualitate glorioſus, proceſſit ineffabiliter ab eo qui genuit, & ab eo quoque qui genitus eſt. Itaque Spiritus Domini, non genitus, non factus, non creatus; ſed procedens eſt a Patre & Verbo. Verbo autem Domini cœli firmati; & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum. Itaque nihil diſcretum in divinitate Trinitatis ſentiatis: quia vobis unus & idem Deus, qui cuncta creavit, Pater; & unus & idem Dominus, per quem omnia facta ſunt, Filius ejus* JESUS CHRISTUS; *& unus idemq; Deus Spiritus ſanctus, in quo omnia ſubſiſtunt. Et hæc in perſonis tria diviſa, in divinitate unus Deus indiviſus eſt.*

* Epiſt. ad Xyſtum.

* lib. 7. cap. 6.

Sic & *Dionyſius Alexandrinus,* * contra Sabellium, diſtinctas perſonas aſſerit; Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum. *Euſebius.**

DE CHRISTO.

CHRISTO divinitatem Doctores hujus ſeculi omnes tribuunt; & perſonam eum diſtinctam à Patre eſſe affirmant. ut TERTULLIANUS; * *Quæcunque,* inquit, *ſubſtantia Sermonis fuit, illam dico perſonam; & illi nomen Filii vindico: & dum Filium agnoſco, ſecundum a Patre defendo.*

* adverſùs Praxeam.

Et CYPRIANUS, * *Credendus,* inquit, *eſt ergo Deus Pater eſſe unici Filii ſui, Domini noſtri; non diſcutiendus.*

* in expoſit. Symboli.

Sic & ORIGENES, * *CHRISTUM,* ait, *inenarrabilis & incogitabilis, ſoloq; Deo digno modo genitum.* &, * *Juxta hiſteria quidem* (inquit) *veritatem, non negamus præſentiam Domini noſtri* JESU CHRISTI *corporaliter factam, & toti Mundo illuxiſſe; quando Verbum Caro factum eſt, & habitavit in nobis. Oportet autem nôſſe, quoniam, & antequam corpus aſſumeret, ad Sanctos quoque deſcendit: & poſt hanc præſentiam corporalem, ad cœlos victor aſcendens, rurſus ad nos ventet. Si vis hujus rei capere argumentum; auſculta, quod dicitur:* Sermo, qui factus eſt ſuper Hieremiam à Domino, dicens: Andi, *& reliqua. Quis enim eſt hic Sermo, qui factus eſt a Domino, ſive ad Hieremiam, ſive ad Eſajam, ſive ad quemlibet Prophetarum? An ille eſt, qui erat in principio apud Deum? Ego neſcio aliud verbum Domini; præter ipſum, de quo dicit Evangeliſta: In principio erat Verbum; & Verbum erat apud Deum; & Deus erat Verbum.*

* Homil. 6. in Hieram.

DIONYSIUS *Alexandrinus:* * *Nunquam fuit, quando Deus non erat Pater. &* in ſequentibus *ait: ſemper Chriſtum verbum & ſapientiam & virtutem fuiſſe. nihil enim horum, cùm Deus exiſteret, factum eſſe; nec, poſteriùs filium genuiſſe. Filiumq; non ex ſe, ſed ex Patre, exiſtentiam nactum eſſe.* Ex paulò pòſt ità de eodem dicit: *Jam, quia ſplendor eſt æternæ lucis, omnibus modis ipſe quoque æternus eſt. Lux enim ſemper exiſtente; & ſplenderem ſemper exiſtere.* Refert *Athanaſius.**

* Epiſt. de ſententia Dionyſ. contra Arium. * lib. de Trinit.

Deinde & humanam naturam eam aſſumſiſſe, docuerunt, ut TERTULLIANUS: * *Verbum,* inquit, *caro factum eſt, & habitavit in nobis: ut meritò corpus noſtrum in ſe ſuerit; quoniam quidem noſtram carnem Sermo ſuſcepit.*

* Præſcr. lib. 1. de Princip.

ORIGENES: * JESUS *Chriſtus, ipſe qui venit, ante omnem creaturam natus ex Patre eſt. Qui cum in omnium conditione Patri miniſtrâſſet;* (*per ipſum enim omnia facta ſunt*) *noviſſimis temporibus ſe-ipſum exinaniens, homo factus eſt: incarnatus eſt, cùm Deus eſſet; & homo manſit, quod Deus erat. Corpus aſſumſit noſtro corpori ſimile; eo ſolo differens, quòd natum ex Virgine de Spiritu ſancto eſt. Et quoniam hic* JESUS *Chriſtus natus & paſſus eſt in veritate; & non per imaginem: communem hanc mortem verè mortuus eſt. Verè enim à mortuis reſurrexit; & poſt reſurrectionem converſatus cum diſcipulis ſuis, aſſumtus eſt.*

¶ Tùm deinde, honore ac dignitate Patri & Filio ſociatum tradiderunt Spiritum ſanctum. CYPRIANUS: * *In Virginem illabitur: carnem Spiritu S. cooperante induitur: Deus ſemper cũ homine miſcetur. hic Deus noſter, hic* CHRISTUS *eſt: qui mediator duorum, hominem induit, quem perducat ad Patrem. Quod homo eſt, eſſe Chriſtus voluit: ut & homo poſſit eſſe, quod* CHRISTUS *eſt. Sciebant & Judæi,* CHRISTUM *eſſe venturum. nam hoc illis ſemper, Prophetis monentibus, annuntiabatur. Sed ſignificato duplici ejus adventu: uno, qui exercitio & exemplo hominis fungeretur; altero, qui Deum faſteretur: non intelligendo primum adventum, qui in paſſione præceſſit occultus, unum tantùm credunt, qui erit in poteſtate manifeſtus. Quòd autem hoc Judæorum populus intelligere non potuit; delictorum meritum fuit. Sic erant ſapientiæ & intelligentiæ cæcitate multati: ut, qui vitâ indigni eſſent, haberent vitam ante oculos, nec viderent. Itaq;, cùm* CHRISTUS, *ſecundùm à Prophetis prædicta, verbo & vecu imperio dæmonia de hominibus excuteret, paralyticos reſtringeret, leproſos purgaret, illuminaret cæcos, claudo greſſum daret, mortuos rurſus animaret, cogeret ſibi elementa famulari, ſervire ventos, maria obedire, inferos cedere: unum, qui exercitio & exemplo hominis fungeretur; alterum, qui Dominum faſteretur, non intelligendo; Judæi, qui illum crediderant hominem tantùm, de humilitate carnis & corporis, exiſtimabant magnum diligentiâ poteſtatis. Hunc magiſtri eorum atq; primores, hoc eſt, quos & doctrinâ ille & ſapientiâ revincebat, accenſâ irâ & indignatione provocatâ, poſtremò detentum, Pontio Pilato, qui tunc ex parte Romanâ Syriam procurabat, tradiderunt; crucem ejus & mortem, ſuffragiis violentis ac pertinacibus, flagitantes. Hoc eos facturos, & ipſe prædixerat: & Prophetarum omnium teſtimonium ſic antè præceſſerat; oportere illum pati: non ut ſentiret mortem; ſed ut vinceret: &, cùm paſſus eſſet, denuò ad ſuperos regredi; ut vim divinæ majeſtatis oſtenderet. Fidem itaque, rerum curſus implevit. Nam & crucifixus, prævento carnificis officio, ſpiritum ſponte dimiſit; & die tertio rurſus à mortuis ſponte reſurrexit. Apparuit diſcipulis ſuis talis, ut antè fuerat; & agnoſcendum ſe videntibus præbuit, ſimul victûs & ſubſtantiæ corporalis firmitate conſpicuus: ac dies quadraginta remoratus eſt; ut denuò ad præcepta vitalia inſtrui poſſent, & diſcerent quæ docerent. Tunc in cœlum circumfuſâ nube ſublatus eſt: ut hominem, quem dilexit, quem induit, quem à morte protexit, ad Patrem victor imponeret: jam venturus à cœlo, ad pœnam Diaboli, & cenſuram generis humani, ultoris vigore, & judicis poteſtate: per Orbem verò Diſcipuli, & magiſtro & Deo monente, diffuſi, præcepta Dei in ſalutem darent; ab errore tenebrarum ad viam lucis adducerent; cæcos & ignaros ad agnitionem veritatis oculorent. Ac, ne eſſet probatio minus ſolida, & de* CHRISTO *delicata confeſſio: per tormenta, per cruces, per multa pœnarum genera, tentantur. Dolor, qui veritatis teſtis eſt, admovetur: ut* CHRISTUS, *Dei Filius, qui hominibus ad vitam datus creditur, non tantùm præconio*

* Epiſt. ad Xyſtum.

* lib. 7. cap. 6.

* adverſùs Praxeam.

* in expoſit. Symboli.

* lib. 1. de Princ. c. 2.

* Homil. 6. in Hieram.

* volum. 1. Clementin. & apol.

verò; sed & passionis sublimitas, prædicatur. Hunc igitur cognoscamus: hunc sequamur: hunc habemus ærumnis ducem, lucis principem, salutis auctorem; cælum pariter & Patrem quærentibus, & credentibus, policentem. Quid est Christus; scimus Christiani: si CHRISTUM *fortitudo sonat.*

Sic ORIGENES * CHRISTUM *expressè Deum & Hominem vocat.* & CYPRIANUS, * *Divinitas & humanitas, inquit, in unam personam convenerunt.* &: * *Verbum & Caro sic sunt una essentia: ut perfectum & integrum sincera conjunctio faciat unitatem. Nec injuria est; sed gratia Dei: si, quod minus videtur, dignioris jungatur. cùm inferior natura contumeliam probrumq́, peccati non contrahat. Nec est minoratio majestatis, provectio paupertatis: nec altitudinem Dei in aliquo humilitas dispensatoria dehonestat. Hoc testimonium auditum est: quia Filius Dei est, quem Johannes tenet in manibus; verus homo, verus Deus; unicus Patris: in suâ naturâ invisibilis; in nostrâ visibilis, ut fide & experimento fulciatur doctrina: dum & visu & intellectu incarnati Verbi notitiam assequatur. Dilectus à Patre, immeritus nos dilexit: ultrò visitationis suæ nobis beneficium largitus est: ultrò sanavit: ultrò curavit: ultrò libertate donavit. Etiam ingratos prosequitur hic amor, & revocat: neque tunc odit, cùm corripit & flagellat. usque ad mortem* CHRISTUM *duxit dilectio: & resurgens à mortuis, charos habet, quibus tanta charitatis affectum ostendit. Duo grata vocabula, Filius & Dilectus, ipsò Deo dictante, nostris sensibus imprimuntur: ut communio nominum nos associet collegio munerum; & tanta dulcedinis nomina, nostrum emolliant animum, accendantque devotionis affectum. Per omnia sibi Pater in Filio complacuit: nec ulla in eo Serpentis sunt reperta vestigia: nec sacerdotis ejus pœnituit Deum. quoniam sacrificium, quod in cruce obtulit, sic in beneplacito Dei constat acceptabile, & perpetuâ virtute consistit: ut non minùs hodie in conspectu Patris oblatio illa sit efficax; quam eâ die, quâ de sancto latere sanguis & aqua exivit: & semper reservata in corpore plagæ, salutis humanæ exigant pretium, & obedientiæ donativum requirant.* Sic & de causâ inquit: * *Oportuit Christum Deum & Hominem esse; ut esset mediator.*

TERTULLIANUS * inquit: *Hunc oportebat pro omnibus Gentibus sacrificium fieri.* Et ORIGENES: * *Si non fuisset peccatum: non necesse fuerat, Filium Dei agnum fieri; nec opus fuerat, cum in carne positum jugulari: sed manifestet hoc, quod in principio erat, Deus verbum.* Idem dicit: * CHRISTUM, *ad terras venientem, in humano corpore passiones sustinuisse, pro omnium hominum salute: ut, per passionem, mortem interficeret; &, per resurrectionem, vitam cunctis ostenderet.* Et: * *In novissimo tempore, descendens de cœlis Deus angelum, terrenis corporum tectis ex Virgine se induens, totius Mundi sanies, immunditiam quoque & putredinem, vasit atque mundavit; omnium peccata supportando. Passus dum, pro impietatibus eorum, deductus est in mortem: cujus livore omnes sanati sunt.*

Consentit CYPRIANUS, * qui sic inquit: CHRISTUS *hominis filius esse voluit; ut nos filios Dei faceret: humiliavit se; ut populum, qui priùs jacebat, erigeret: vulneratus est; ut vulnera nostra sanaret: servivit; ut ad libertatem servientes extraheret: mori sustinuit; ut moriens immortalitatem mortalibus exhiberet.* Et: * *Hanc gratiam* CHRISTUS *impertit; hoc munus misericordiæ suæ tribuit; subigendo mortem trophæo crucis; redimendo credentem precio sanguinis sui; reconciliando hominem Deo Patri; vivificando mortalem regeneratione cœlesti.*

Et HIPPOLYTUS: * *Hic procedens in Mundum, Deus & Homo apparuit. & hominem quidem ejus facis est intelligere; cum esurit & fatigatur, laborat & sitit, formidat & fugit, orat & contristatur, & super cervical dormit, & calicem respuit passionis, & sanctos solvit, & ab Angelo confortatur, & à Judâ traditur, & contumeliam patitur à Caipha & ab Herode despicitur, à Pilato flagellatur, sic, à militibus illuditur, & à Judæ ligno configitur, & ad Patrem clamans commendat Spiritum, & inclinato capite Spiritum tradit, latus lancea perforatur, involat * in spelunca ponitur in spelunca, & à Patre die tertiâ suscitatur. Divinitatem verò ejus videre virgo (Maria) non est; quam & laudatam ab Angelis, & hic à Patre testimonio insignitam, & exsectatam à Simone, & ab Annâ testimonium perhibentem, & quæsitam à Magis, & ab Herode designatam, & aquam in vinum operatam in nuptiis, & increpat mare violentiâ commotum ventorum, & ambulat super mare, & cæcum à nativitate videre facit, & mortuum Lazarum quatriduanum resuscitat, & varia facit virtutis, datq́, discipulis potestatem.* Idem: *Videsti, quid, secundùm carnem quidem ejus, ille ex David patre; quid verò secundùm spiritum, ex Deo, quapropter probatum est, eundem & Deum esse & Hominem.*

DE SPIRITU SANCTO.

DE Spiritu sancto, quòd proxima & distincta sit à Patre & Filio persona; ejusdem tamen cum utroq́; omnipotentiæ & majestatis: iidem docuerunt. Sic enim TERTULLIANUS; * *Tertium, inquit, est Spiritus à Deo & Filio.* Ubi etiam paulò pòst probat; Spiritum sanctum distinctam esse personam: quia dicat Christus; *Rogabo Patrem, & alium paracletum dabit vobis.*

ORIGENES: * *Tùm deinde, inquit, honore ac dignitate Patri ac Filio sociatum tradiderunt Spiritum sanctum.* Eodem modo asserit; * *Spiritum sanctum esse Deum ingenitum, qui universa creaverit atq́, disposuerit; qui & omnipotens sit.*

¶ Deinde, de officio Spiritûs sancti, ad sententiam Scripturæ, rectè & illud docuerunt: quòd ab initio virtutes in Ecclesiâ operans sit, & quotidie operetur; sanctificet, & motus congruentes voluntati & verbo Dei in hominibus excitet. Sic enim TERTULLIANUS * de Spiritu sancto loquitur: *Hic est, qui prophetas in Ecclesia constituit, magistros erudit, linguas dirigit, virtutes & sanitates facit, opera mirabilia gerit, discretiones spirituũ portigit, gubernationes contribuit, consilia suggerit, quæq́, alia sunt charismatum dona componit & digerit: & ideò Ecclesiam Dominus, undiq́, & in omnibus perfectam & consummatam facit.*

Et ORIGENES * ait: *Spiritum sanctum locutum esse in Prophetis.* Et: * *Sanè, quòd ipse Spiritus sanctus unumquemq́ sanctorum, vel Prophetarum, vel Apostolorum, inspiravit; & non alium spiritum in veteribus, alium verò in his, qui in adventu* CHRISTI *inspirati sunt: manifestissimum in Ecclesiis prædicatur.* Ità & * Spiritum sanctum *sanctificationis* appellit *fontem.*

Et CYPRIANUS * ait: *Ad tolerantiam passionis, Spiritus sanctus nos semper animavit.* Idem & de reliquis ejus operationibus, & beneficiis, hoc modo docet: * *Hic sapientiâ Salomonem instruxit Bezaleel, Josephi consilio, Samsonem fortitudine, Mosen scientiâ, David pietate, Job virtute, prosequitur; & Sanctorum animas omnimodis fœcundat virtutibus: in tantum affectus pacificos provehens; ut jam in cœlis nostra sit conversatio, diffusâ in nobis charitate per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Hic impudicis mentibus fœtoris munificum. Hic humiles & cælibes habet domesticos: abominatur avaros: falsarios detestatur. Hic Giezi mercenarium leprâ damnat: & Jeroboam vendentem sacerdotia cum aspectu locat. Hic Simonem gratia Dei mundinatorem, à Sanctorum consortio exhæredat: cujus detestabiles ausus altrix ruina confundit & quassat. Hic Balaam, ad maledicendum conducto, silentium imposuit: & per asinam redargutum, cœlitùs ad parietem pede, vacuum pecuniâ, contumeliâ oneratum, clandestinum ad propria remisit confusum. Hic omnibus Ecclesiæ Sacramentis interest: quæ ipse efficit & consummat. Hic peccata dimittit: hic justificat impios; & ad vitam revocat mortuos. Hic dissidentes pacificat; & vinculo dilectionis adstringit & ligat. Hic nos cœlo invehit; & à Mundi hujus vanitatibus avulsos, superni regni constituit hæredes. cujus summa est felicitas: quòd cum spiritali effectu cum Angelo conversabitur; nec ultra erit carnis & sanguinis alimoniæ appetitus: sed erit omnium plena sufficientia; cognoscitur Deus, & inhabitator spiritus sanctus.* Idem de contristari Spiritum sanctum peccatis, & pugnare contra Legem Dei delinquentes: & non habere, qui habitet; docet; * ubi sic inquit: *Ordinat sanctum nostra mens in templo, Spiritus sanctus verum ministrat.*

DE CREATIONE.

RECTÈ docuerunt, Omnia à Deo condita esse, virtute verbi, ex nihilo. Sicut TERTULLIANUS * ait: *Deus*

* *lib. 3. in Joh.*
* *Serm. de Nativit. Christi.*
* *Serm. de Baptism. Christi.*
* *lib. adversus Judæos.*
* *Homil 24 in Num.*
* *Lib 1. in Joh.*
* *lib. 2 in Joh.*
* *Serm. de Elemos.*
* *lib adversùs Demet. in fin.*
* *in sua morte Hæres.*
* *adversùs Praxeam.*
* *Prosm. lib. 1. de Princip.*
* *lib. 4. de Princip*
* *lib. de Trinit.*
* *Homil 17 in Num.*
* *in Prosm lib. 1. de Princip.*
* *Homil 4 in Ps. 36.*
* *Lib. 4. epist. 8.*
* *Lib. de Spirit. S.*
* *Serm. de Sanctis Pentecost. circumcis.*
* *lib. de Resurrect. carnis Ecce ego dico.*

ex nihilo Mundum fecit. Et CYPRIANUS, * Mundum dicit non ex præcedenti materiâ; sed solo verbi Dei imperio, conditum.

De fine creationis, rursus TERTULLIANUS *inquit: Mundum Deus homini; non sibi, fecit. Et ORIGENES *ait; Omnem creaturam propter hominem conditam esse.

Regi autem Mundum conditum à Deo autore, rectè etiam tenuerunt. ut ORIGENES; * universum, inquit, Mundum, velut animal quoddam immane, opinandum puto: quòd, quasi ab una animâ, virtute Dei ac ratione teneatur. Sic & * ientit: Deum non modò creâsse; sed etiam servare naturam. Item: * Deus non unum hominem; sed universum curat Orbem: cœlestia atq; terrena, & omnia ubiq; dispensat.

Desiturum deniq; esse Mundum, docuerunt. Sic enim ORIGENES: * Est præterea illud ecclesiasticâ prædicatione definitum; quòd Mundus iste factus sit, à certo tempore cœperit, & pro ipsâ sui corruptione solvendus. Quid tamen ante hunc Mundum fuerit, aut quid post Mundum erit; jam non pro manifesto multis innotuit. Et: * Creatura, quantum ad naturam Dei attinet, non sunt: quantum ad voluntatem Creatoris, sunt hoc, quod ea esse voluit ille, qui fecit.

CYPRIANUS: * Scire (inquit) debes, senuisse jam Mundum: non illis viribus stare, quibus priùs steterat; nec vigore & robore eo valere, quo antea prævalebat. Idem: * Hæc sententia Mundo data est; hæc Dei lex est: ut omnia orta occidant, & aucta senescant: ut infirmentur fortia, & magna minuantur: ut, cum infirmata & diminuta fuerit, finiantur.

De modo interitionis Mundi, METHODIUS * prolixè agit. Non placet autem, ut illud dicatur; quòd omnia funditus pereant, & terra & aer & cœlum non futura sint. Exardescet equidem, ad purgationem & renovationem defœcationis factâ, totus Mundus igne diluetur: non tamen ad perfectum interitum deveniet. Et paulo pòst: At, si non perirent universa, dixerint adversarii: quomodo igitur Dominus cœlum ac terram peritura esse dixit? Et Propheta: Peribit cœlum, sicut fumus; & terra, velut vestimentum, veterascet? Quandoquidem hic mos est Scripturis; respondebimus: ut hanc Mundi transmutationem, in meliorem & magis gloriosam restitutionem, interitum ac perditionem dicat: tanquam videlicet prior figura pereat, per universorum ad illustriorem statum immutationem. Nam nulla contrarietas aut absurditas est in divinis Scripturis. Præterit enim figura hujus mundi; & non mundus: dictum est.

DE ANGELIS BONIS.

CONditos esse à Deo Angelos, in laudem ac gloriam Dei, & ministerium salutis Hominum; cum Scripturâ senserunt. METHODIUS, * apud *Epiphanium*: * Hoc enim, inquit, erat Angelorum constitutio, quod facti sunt à Deo, ob providentiam eorum, quæ ab ipso constructa sunt: quo universitatem quidem ac perfectam providentiam universorum Deus haberet; & auctoritas ac imperium omnium ex ipso penderet, & universum velut navigium sapientia gubernaculo citra inclinationem dirigeret: particularem verò, Angeli ad hoc ordinati haberent.

Et ORIGENES; * Est illud, inquit, in ecclesiasticâ prædicatione; esse Angelos Dei quosdam, & virtutes bonas, quæ ei ministrent, ad salutem hominum consummandam, sed quando isti creati sint, & quomodo sint; non satis manifesto distinguitur. Idem, * Angelos ait Deum glorificare, eig, gratias agere, pro beneficiis generi humano collatis. Et: * Ipsi Angeli velut procurationem animarum nostrarum tenent: quibus, dum adhuc parvuli sumus, velut tutoribus & actoribus committimur. Et: * Angeli conversis propugnatores & tutores dantur. Ibidem etiam Parvulorum custodes esse dicuntur.

Idem de Angelis sentit autor Sermonum de Operibus CHRISTI, apud CYPRIANUM: * Angelici spiritus, licet invisibilis naturæ sint; in legationibus tamen sunt se auditu manifestant, & visu: & salutis nostræ ministeriales sapissimè experiuntur; quorum officia & nomina in Scripturis sanctis habentur. Prædicant nobis; sed non indicant Deum, & nuntiant quæ jubentur.

Rectè & illud senserunt; Angelos inferiores esse Deo: & ignotas illis esse hominum cogitationes; quæ Deo soli constent. Sic enim ORIGENES * ait: Deo soli cognitum est propositum mentis; Angelis verò non.

De tempore porrò conditionis Angelorum, ORIGENES * scripsit: Scriptum est in Job; Quando facta sunt stellæ, laudaverunt Deum omnes Angeli ejus: quasi antiquiores, non solum homine post creato; sed & omni creaturâ, propter eum creatâ.

METHODIUS: * Is, qui universa ex nihilo fecit, ac construxit immortalium naturam, non in angelos & ministros solum distributam construxit; sed etiam in principatus, & thronos, & potestates. aliud enim genus est principatuum; & aliud potestatum. Quia non unus ordo, & unus status, & tribus, ac familia immortalium: sed genera, & tribus, & differentia.

De Angelis malis.

Angelos omnes bonos à Deo conditos; sed aliquos eorum propriâ contumaciâ & peccato lapsos: hujus sæculi Doctores cõsentiunt. Sic enim TERTULLIANUS * ait: Fecit Angelos spiritus. Ergo, quod factum à Deo est, id est Angelus, id erit ejus, qui fecit. Quod autẽ factum a Deo non est, s. e. Diabolus, id est delator; superest ut ipse se-se fecerit, deferendo Deo, & quidẽ falsum. Item: Sapientissimum omnium editur, antequam diabolus. Ità & alibi * de Angelis apostatis dicit. Idem *Origenes* & ista prodidit: * De Diabolo, inquit, & angelis ejus, contrariúq, virtutibus, ecclesiastica prædicatio docuit; quoniam sunt quidem: sed quid sint, aut quomodo sint, non satis clarè exposuit. Apud plurimos ista habetur opinio; quod Angelus fuerit iste Diabolus: & apostata effectus, quam plurimes angelorum secum declinare persuaserit. Item: * Exsecrabiles illos fecit prævaricatio; & non natura. Et: * Diabolus non est factus malus natura; sed exivit voluntate. Non enim in factura á natura; sed in voluntatis operatione, Diabolus factus est. Quod idem & alibi * affirmat: Serpens, qui Adã seduxit, non a principio creatus est hostis veritatis; neq, fuit ab initio maledictus. In eandem sententiam multa & *in Tractatu 9. in Matthæum* affert.

¶ De causâ lapsûs Angelorum, etsi diversa sunt Doctorum hujus ætatis judicia: tamen, propter superbiam & invidiam è cœlo dejectos, ferè consentiunt.

Et CYPRIANUS, * Diabolum lapsum ait, propter zelũ & livorem; quo persecutus sit hominem, ad imaginẽ Dei factũ. Sed alibi * causam dejectionis Diaboli tumide ait, ambitionem affectatæ dominationis. Proinde & TERTULLIANUS * subindicare videtur, causam lapsûs Angelorum fuisse impatientiam; q̃ omnia opera condita Deus homini subjecisset. METHODIUS * apud *Epiphanium*: * Diabolus violavit, & pravus factus est circa concreditorum ipsi administrationem; & invidiam contra nos concepit.

De tempore verò lapsûs, ORIGENES alicubi & CYPRIANUS * asserunt; Diabolum lapsum ante hominis cõditionem. Sic igitẽ lapsum Diabolum, à Deo in perpetuũ abjectum esse & damnatum, tradiderunt. quemadmodum *Origenes* * negat *Diabolum salvari, aut in cœlum unquam rediturum esse.* Item: * Non habet spem salutis; nec memor est redigere.

De Diaboli damnatione TERTULLIANUS: * Diabolus abibit in ignem, quem præparavit illi Deus, & angelis ejus, prius in puteum abyssi religatus.

Rursus verò, sic abjectum Diabolum, inimicitias perpetuas & atroces exercere in Deũ & Ecclesiam, docuerũt. & singulorum hominum saluti insidiari. Ut *Tertullianus*: * Pertinacissimus, inquit, hostilis ille, nunquam malitiæ suæ otiũ facit. Atqui tunc maximè sævit; cùm hominem plenè sentit liberatum. Idem * has Diabolis operationes tribuit. Operatio, inquit, eorum, est hominis eversio. sic malitia spiritalis a primordio auspicata est, in hominis exitium. Itaque corporibus quidem, & valetudines infligunt, & aliquos casus acerbos: anima verò, repentinos & extraordinarios per vim excessus. Suppetit illis, ad utramq, substantiam hominis alendam, subtilitas & tenuitas sua, multum spiritalibus viribus: licet & invisibiles & insensibiles, in affectu potius, q̃ in actu suo, appareant. Si poma, si fruges, nescio quod aura latens vitium in flore præcipitat, in germine exanimat, in pubertate convulnerat; ac si cœlestis tentatus aer pestilentes haustus fœces effundit: eadem igitur obscuritate contagionum, adspiratio dæmonum & angelorum mentis quoq, corruptelas agit furoribus, & amentiis sordis, ac sævis libidinibus, cum erroribus variis.

Consentit ORIGENES, * qui, Diversis, inquit, Diabolus pugnat insidiis; ut miserum perdat hominem. Meipsi, qui in Ecclesiâ prædico, laqueos sæpe tendit: ut totam Ecclesiã ex mea

* Tract. 9. in Matth.
* Serm. de Rejurr.
* lib. 2. contra Marcion.
* lib. 5 contra Marcion. & lib. de Habitu Mulier.
* in proœm. lib. 1. de Princip.
* Homil. 8. in Exod.
* lib. 2. in Job.
* Homil 1. in Ezech.
* Serm. de Zelo, & Bono Perseverant.
* Serm. de Tentat. christi.
* lib. de Patientia.
* Serm. de Rejurr.
* lib. 2. tom. 2.
* Serm de Zelo.
* lib. 3. in Job.
* lib. 2. in Job.
* contra Hermogen.
* lib de Panitent.
* in Apologet.
* Homil. 7. in Ezech.

converſatione confundat. Idem * aſſerit, *Angelos malos circuire, & homines ad peccandum incitare.*

Cõſentit CYPRIANUS,* ubi ſic ait: *Inimic⁹ & hoſtis, quos ubalienavit ab Eccleſiâ, & foràs duxit, ut captivos & victos, contemnit & præterit: eos pergit laceſſere, in quibus cernit* CHRISTUM *habitare.* Et alibi:* *Hi ſpiritus fallunt, vitâ turbant, ſomnos inquietant: irrepentes etiam ſpiritum corporibus occulta mentis torrent, membra deſerquent, valetudinẽ frangunt, morbos faciẽſunt, &c.*

METHODIUS * ſentit, *Diabolum foriuſecus hominibus malas inſpirare cogitationes.*

Cautam verò ſæviciæ Diaboli, ſenſerunt, *partim eſſe bonorum probationem; partim pœnam impiorum.* Sic enim TERTULLIANUS * ſcripſit.

Deniq;, non eſſe συνδουλους Diabolos, tradiderunt. ut autor *Definitionum*, apud TERTULLIANUM:* *Internas animæ cogitationes Diabolum non videre, certi ſumus: ſed motibus eas corporis ab illo, & affectionum indiciis colligi, experimento didicimus. Secreta autem cordis ſolus ille novit, ad quem dicitur: Tu ſolus noſti corda filiorum hominum.* Et ORIGENES:* *Diabolus, tanquam ſpiritus volans, omnia quæ voce dicuntur audiens; & quæ operibus fiunt univerſa videns: ea verò, quæ in corde atq; intra animum tractantur, neſciens.*

Rurſus TERTULLIANUS,* Diabolos ignaros dixit eſſe diſpoſitionum Dei. *Nec famulis, inquit, licebat conſilia nõſſe dominorũ; nedum illis apoſtatis angelis, ipſiq́ue principi tranſgreſſionis Diabolo: quos magis extraneos fuiſſe contenderim, ob culpam, ab omni conſcientiâ diſpoſitionum Creatoris.*

DE HOMINE.

HOminem creatum eſſe a Deo ad imaginem ejus, & cum liberâ voluntate, integrum & immortalem, ſenſerunt. METHODIUS * apud *Epiphanium:* * *Opus autem Dei, Homo: quicquid verò ab immortalitate factum eſt, immortale eſt: immortalis igitur homo. Huic verò forma & imago Dei, & omnia ad illam exactam primariam Patris & Filii unigeniti imaginem dedit.* Sed de primo illo Hominis ſtatu TERTULLIANUS * loquitur: *Innocens erat, & Deo proximè amicus, & paradiſi colonus.* Idem:* *Liberum, & ſui arbitrii, & ſuæ poteſtatis, inveniõ hominem à Deo inſtitutum; nullam magis imaginem & ſimilitudinem Dei in illo animadvertens, quam ejuſmodi ſtatûs formam. Neque enim facie, & corporalibus lineamentis tam varius in genere humano, ad uniformem Deum expreſſus eſt: ſed in eâ ſubſtantiâ, quam ab ipſo Deo traxit, id eſt, animam, ad formam Dei ſpondentis, & arbitrii ſui libertate, & poteſtate, ſignatus eſt. Hunc ſtatum ejus confirmavit etiam ipſa lex, tunc à Deo poſita. Non enim poneretur lex ei; qui non haberet obſequium debitum Legi in ſuâ poteſtate: nec rurſus comminatio mortis tranſgreſſioni adſcriberetur; ſi non & contemtus Legis in arbitrii libertatem hominis deputaretur.* Idem & ORIGENES * ſenſit: *Anima ad imaginem Dei eſt creata; incorruptibilis ſapientiâ eſt imbuta; ſermone & ſcientiâ coronata; Dei cognitione induta; corruptibilis dominationis hujus Mundi honorificata.* Et:* *Si factus homo ab initio ſervâſſet illud, quod ad eum Scriptura dicit; Ecce, poſui tibi ante oculos tuos mortem & vitam, elige tibi vitam: ſi hoc feciſſet; nunquam profecto humanum genus mortalis conditio tenuiſſet.* Item:* *Quantum ad ſe, homines non ad perditionem creavit; ſed ad vitam & gaudium.*

De Hominis Lapſu.

Sed hanc illuſtrem imaginem Dei Hominem amiſiſſe, & ex hoc beatiſſimo ſtatu exciditſe, docuerunt: poſtenquàm ejus voluntas ſe-ſe à Deo avertiſſet, & in inobedientiam homo lapſus eſſet. Eum verò lapſum ſecutã eſſe horribilem naturæ depravationem, propagatam in omnes homines. Diſputat de hoc lapſu TERTULLIANUS: * eumque non Deo; ſed homini, imputandum docet. Et alibi * inquit: *Sicut Deus homini vitæ ſtatum induxit: ita homo ſibi mortis ſtatum attraxit.* Ibidem probat; *Deum non eſſe cauſam peccati: ſed hominem ſuæ libertate peccaſſe.* Et ORIGENES * ait: *Homo malignè imaginem adduxit per peccatum.* GREGORIUS *Neocæſarienſis,* * *Hoc ea-primùm* (inquit) *cognovi, ſimplices hominum animas a Deo conditas; ſed ad verſe-ſe-ipſis malum.*

De naturæ corruptione, & peccato in omnes homines propagato, ORIGENES,* *Serpentem ſeducentem Adam & Evam, infudiſſe* dicit *venena peccati ſtatibus; & omne poſteritatis ſobolem contagio prævaricationis infeciſſe.* Idem:* *Omnis homo, quantum ad humanam fragilitatem ſpectat, & infirmus eſt, & promtus ad lapſum.* Et *autor Sermonis de operib.* CHRISTI, *apud* CYPRIANUM:* *Omnino varium eſt & difficile, ſieri bonum facile & pronum eſt, eſſe malũ. & hæc ſine magiſtro, ſine exemplo, doctrina ſtatim a pubeſcentibus annis imbuuntur.*

METHODIUS:* *Ex quo hominem ſeductum contigit mandatum ſpernere; hinc ex inobedientia contigit, ut peccatum acceptâ occaſione in ipſo inhabitaret. hîc enim primùm ſeditio incidit; diſtractionibus, ac cogitationibus alienis impleti ſumus: evacuati quidem ab inſufflatione Dei; impleti autem concupiſcentiâ materiali: quam multiplex ſerpens in nos inſpiravit; quum brevi tranſgreſſi eſſemus nos mandati Dei circulum.*

De Reparatione imaginis Dei.

Amiſſam per inobedientiam imaginem Dei, redditam & reſtitutam docuerunt per CHRISTUM. Sic enim ORIGENES:* *Homo maligni imaginem adduxit per peccatum. ideò* CHRISTUS *venit in ſimilitudinem hominum factus; ut nos ad ejus imaginem reformemur.* Et:* *Quia hoc natura bonum, prævaricationis occaſione deceptum, vel ad ignominiam, vel ad laſciviam fuerat inflictum: ubi per gratiam reparatur, & per doctrinam verbi Dei reſtituitur: odorem reddit ſinè dubio illum, quem primus conditor Deus indiderat; ſed peccati culpa ſubtraxerat.*

DE LIBERO ARBITRIO.

OBſcurata maximè hoc ſeculo, ſicut & ſuperiori, fuit doctrina de Libero arbitrio. Nos ſententias de eo commodiores colligemus. *Autor definitionum,* * quæ TERTULLIANI operibus adjunctæ ſunt, *Arbitrium,* inquit, *voluntatis, in primo homine infirmatum, niſi per gratiam baptiſmi non poteſt reparari. Quod amiſſum, niſi a quo potuit dari, non poteſt reddi. Unde veritas dicit: Si vos Filius liberaverit, tunc vere liberi eritis.* Et:* *Natura humana, etiamſi in illâ integritate, in quâ eſt condita, permaneret; nullo modo ſe-ipſam, creatore ſuo non-adjuvante, ſervaret. Unde, cum ſinè Dei gratiâ ſalutem non poſſit cuſtodire, quam accepit, quomodo ſinè Dei gratiâ poterit reparare, quod perdidit?* Et:* *Libertati arbitrii ſui commiſſus eſt homo, ſtatim in primâ conditione: ut ſalvâ vigilantiâ mentis, admonente etiam præcepti cuſtodiâ, perſeveraret; ſi vellet, in eo, quod creatus fuerat, permanere. Poſtquam verò ſeductione ſerpentis per Evam cecidit: naturæ bonum perdidit; pariter & vigorem arbitrii, non tamẽ electionem: ne non eſſet ſuum, quod evitaret peccatum; nec merito indulgeretur, quod non arbitrio diluiſſet. Manet itaq;, ad quærendam ſalutem, arbitrii libertas, id eſt, rationalis voluntas: ſed admonente priùs Deo, & invitante ad ſalutem; ut vel eligat, vel ſequatur, vel agat, occaſione ſalutis, hoc eſt, inſpiratione Dei. Ut autem conſequatur, quod eligit, vel quod ſequitur, vel quod occaſione agit; Dei eſſe, libere confitemur. Initium ergo ſalutis noſtræ, Deo miſerante, habemus: ut acquieſcamus ſalutiferæ inſpirationi, noſtræ poteſtatis eſt: ut adipiſcamur, quod acquieſcendo admonitionis cupimus, divini eſt muneris: ut non labamur in adepto ſalutis munere, ſolicitudinis noſtræ eſt, & cœleſtis pariter adjutorii: ut labamur, poteſtatis noſtræ eſt & ignaviæ. Non tamen ad obtinendam ſinè illo, qui quærentes facit invenire; qui pulſantibus aperit; qui petentibus donat. Sicut ergo initium ſalutis noſtræ, Deo miſerante & inſpirante, habere nos credimus: ità arbitrium naturæ noſtræ ſequax eſſe divinæ inſpirationis, liberè confitemur. Igitur, ut non labamur à bono, vel naturâ, vel meritis, ſolicitudinis noſtræ eſt, & cœleſtis pariter adjutorii: ut labamur, poteſtatis noſtræ & ignaviæ.*

ORIGENES:* *Greſſus hominis à Domino diriguntur. Non ſufficit homini, volenti iſtud iter ingredi, ſola propoſiti ſui voluntas; niſi & Dominus direxerit greſſus ejus.* Ibidem: *Videsne ergo, quia Dominus ſemper indigemus auxilio: primò, ne cadamus: tum deinde etiam, ſi ceciderimus, ut reſurgamus.* Et alibi * clarè dicit; *Hoc naturæ bonum* (arbitrii ſcilicet libertatem) *prævaricationis occaſione deceptum, & ad ignominiam deflexum eſſe.*

CYPRIANUS * ſentit; *Deũ confeſſionem, conſtantiã, & alia bona opera, in nobis fieri.* ubi & ait: *Ipſum eſſe, quòd vincimus*

mum, & quod ad maximum certaminis palmam subactæ adversario pervenimus, declarat & docet Dominus in Evangelio suo, dicens: Non vos estis, qui loquimini; sed Spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis.

DE PECCATO ORIGINALI.

PRimùm TERTULLIANUS: * Peccatum originis, *traducem mali* vocat. Hinc de propagatione istius mali, atque unde sit, reliqui hujus ætatis doctores clarè loquuntur. Ut CYPRIANUS: * *Infans non debet*, inquit, *prohiberi à Baptismo, qui recens natus nihil peccavit; nisi quòd, secundum Adam carnaliter natus, contagium mortis antiquæ primâ nativitate contraxit.* Quomodo & *autor Sermonis de Circumcisione* CHRISTI; *Peccatum originale*, ait, *de primis parentibus, in totam humani generis successionem defluxisse.* Igitur nec sanctissimos hac labe originali carere, tradiderunt.

Et METHODIUS: * *Vivente adhuc corpore, antequàm moriatur, necesse est simul vivere peccatum, intus in nobis radices suas abscondens; etiamsi foris infecit, per castigationum & admonitionum sectiones, fuerit refrenatum. Alioqui post illuminationem non contingeret nos injusta facere; utpote peccato penitus sinceriter à nobis ablato. Nunc verò etiam postquam credimus, & ad aquam purificationis devenimus, sæpè in peccatum reperimur. Nemo animi se-ipsum a peccato alienum esse putet; ut neque omnino in animo de iniquitate cogitet. Quare constat, contrahi quidem ac spargi per fidem nunc peccatum; ut ne fructus noxios producat: non tamen radicitùs tolli.*

ORIGENES: * *Sancti non sunt sine peccato.* Et CYPRIANUS: * *Fuerunt & ante* CHRISTUM *viri insignes, & Prophetæ & Sacerdotes; sed in peccatis concepti & nati, nec originali, nec personali carnerunt delicto: & inventa est in omnibus, vel ignorantia, vel insufficientia; in quibus erronei peccarunt: & egerunt misericordia Dei; per quam restituti, Deo gratias egerunt. & ad plenitudinem justitiæ multum sibi deesse confessi sunt: & sperantes in Deo, nullam sibi soliditatem attribuere præsumserunt.*

Rursus ORIGENES: * *Legem* ait *de immunditiâ puerperarum ostendere; quòd, quacunq; anima in carne nascitur, iniquitatis & peccati sorde polluatur: & neminem mundum esse a sorde; nec si unius diei sit vita ejus.*

De effectu deniq; Peccati originalis CYPRIANUS * ait: *Defectus carnis nostræ, quæ a primitivo fœtus originalis malo infecta languerat, ex Christi carne redditur fortitudo: & sacramentorum communicatio, per quam illius corporis sinceritati unimur, nos in tantum corroborat; ut de Mundo, & de Diabolo, & de nobis ipsis, victoriâ potiamur: & sacramentali gustu vivificæ mysteria inhærentes, una caro & unus spiritus simus.*

De discrimine Peccatorum.

Discrimina Peccatorum hac ætate usitata fuisse videntur; & in Doctorum ipsorum scriptis leguntur. Alia enim *capitalia peccata* dixerunt: quæ TERTULLIANUS * enumerat; ut idololatriam, blasphemiam, homicidium, adulterium, stuprum, falsum testimonium, fraudem. Idem, * *peccatum aliud* facit *carnale, seu corporale*, quod in facto sit: *& aliud spirituale*, quod in animo. Alibi, * *Peccata*, inquit, *dividimus in duos exitus: alia erunt remissibilia, alia irremissibilia: secundùm quod nemini dubium est, alia castigationem merèri; alia damnationem. Omne delictum, aut venia dispungit, aut pœna. Venia, ex castigatione; pœna, ex damnatione.* Ibidem dicit, *esse quædam delicta quotidie incursantia, quibus omnes simus subjecti: ut verbi gratiâ, facilè maledicere, temerè jurare, fidem pactis destruere, verecundiâ aut necessitate mentiri in negotio, in officio, in quæstu, in victu, in visu & auditu, quibus ita tentamur; ut, si nulla sit venia istorum, nemini salus competat. Horum ergo erit venia, per exoratorem patrem* CHRISTUM.

ORIGENES: * *Triplex est hominibus peccandi via: aut enim in facto, aut in dicto, aut in cogitatione peccatur.* Et rursum, * *Peccata alia* dicit *pertinere in damnum; alia ad interitum.* Peccatum damni vocat, peccatum scandali. Idem, *peccatum aliud esse curabile, aliud incurabile.* Alibi, * *Peccatum aliud facit voluntas; id est, nequitia vel malitia, seu præsumptionem & voluntatem: aliud, ignorantia.*

CYPRIANUS * verò, *Peccatum* simpliciter distinguit, *in originale, & personale.*

Postremò, & pœnas Peccatorum esse docuerunt, calamitates & afflictiones humani generis, ut ORIGENES; * *Nemo vestrum*, inquit, *existimet, cruciatus nobis ab alio quam a nobis irrogari. Deus non facit pœnas: sed ea, quæ patimur, ipsi nobis præparamus.*

Item, quòd in Renatis etiam maneant peccata, testatur idem: * ubi *renatu nullu*, ait, *etsi ad summum factum veniant tantum puritatis in corde evenire; ut nunquam adversæ cogitationis contagione maculentur.* Idem * ait, *Sanctos non esse sine peccato.*

DE LEGE.

LEgem docuerunt esse vocem divinam. sicut TERTULLIANUS, * *Legem in paradiso, Adadatam, fontem fuisse* ait *omnium eorum, quæ postea per Mosen mandata sunt.* Eâdem etiam ratione ibidem declarat; *primos homines cõtra totum Decalogum deliquisse.* Ibidem de Lege naturali ait: *Ante Mosen, legem non-scriptam, sed naturaliter intellectam & custoditam fuisse à Patribus. Legem omnibus Gentibus datam:* ibidem.

Et ORIGENES, * *Legem naturæ* ait *inscriptam esse omnium mentibus.* De Lege verò morali, idem * agit: ubi inter *Legem & Mandatum* ejusmodi discrimen constituit: ut Legem nominet præcepta cæremonialia, quæ umbram habent futurorum bonorum; Mandatum verò, præcepta moralia. Idem, * *Nemo*, inquit, *sic intellexit Legem sicut docuit* JESUS. *Ipse enim omnia docuit & aperuit: ipse revelavit Paulo, quia lex spiritualis est.* Et CYPRIANUS * ait, *Legem scriptam nihil differre à lege naturali.*

METHODIUS: * *Quare lex quidem sancta est, & mandatum Dei justum & sanctum ac bonum: quoniam, non ut ladat; sed ut servet, datum est.*

¶ De fine & usu Legis TERTULLINNUS * in eam sententiam clarè disputat; Legem non efficere justos, neque purgare hominem. *Qui contendit, & sabbatum adhuc observandum, quasi salutis medelam; & circumcisionem octavi diei, propter mortis comminationem: doceat, in præteritum justos sabbatisasse aut circumcidisse; & sic amicos Dei effectos.* Et ORIGENES, * *Mosen* dicit *nihil præter faciem gloriosam habere. manus enim ejus leprosa est; eo quod non ex operibus legis quamquam justificandus esset: & tantùm sermo ejus habebat scientiæ gloriam; sed occultam.* Idem & de Abrogatione legis ait: * *ubi Verbum caro factum est, & habitavit in nobis; a præsentiâ ejus lex, cum templo & altari, atque omnibus quæ ibi gerebantur, eversa sunt.* Et alibi, * CHRISTUM, ait, *nos baptismo suo lavisse a legalibus initiis, ad evangelicam perfectionem.* ubi &, *maledictum Legis per Christum sublatum esse*, affirmat.

Ad eundem modum de abrogatione legis cæremonialis sentit ORIGENES. * Consentit CYPRIANUS, * qui dicit; *adveniente Christo, sacrificia & circumcisionem cessâsse.*

LEGIS ET EVANGELII discrimen.

LEgem ab Evangelio differre, etiamsi satis commodè interdum tradiderunt: tamen crebriùs (sicut infrà dicetur) utrumq; miscuerunt. TERTULLIANUS * ait: *Confiteor adeò, alium ordinem decurrisse in veteri dispositione apud Creatorem; alium in novo apud Christum. non nego, diuturæ documenta eloquii, præcepta virtutis, legis disciplinas: dum tamen tota diversitas in unum & eundem Deum competat; illum scilicet, à quo constat eam dispositam, sicut & prædicatam. Olim concionatur Esaias, proditurum ex Sion legem, & sermonem Domini ex Hierusalem: aliam utique legem, aliumq; sermonem, denuq;, Judicabit, inquit, inter nationes; & traducet populum plurimum: scilicet, non unius gentis Judæorum; sed nationum, quæ per novam legem Evangelii, & novum sermonem Apostolorum, judicantur.* Ibidem paulò pòst: *Judicaverat atq; decreverat, nationes quoq; illuminandas, per Evangelii legem atq; sermonem.* Idem: * *Evangelium*, ait, *Christi, à Lege evocare debet ad gratiam.* Et ibidem: *Eadem divinitas prædicabatur in Evangelio, quæ semper nota fuerat in Lege: disciplina verò non eadem.* Idem: * *Evangelica gratia evacuatur; si ad legem Christum redigit.*

CYPRIA-

* *Sermo de Tentatione Christi.*
* *Homil. 9. in Exech.*
* *Homil. 21 in Jos.*
* *Homil. 10. in Numer.*
* *Lib. contra Judæos.*
* *Tract. 31 in Matth.*
* *Homil 11. in Numer.*
* *Homil 18. in Jos.*
* *Serm. de Baptismo Christi.*
* *Serm. de Resurr.*
* *lib. contra Judæos.*
* *Homil. 12. in Exod.*
* *Lib. 6. in Epist ad Romanos*
* *Homil 9 in Hier.*
* *Hom. 1. 10. in Levit*
* *Serm. de Circumc. Christi.*
* *initio l. 4. contra Marcion.*
* *lib. 1. contra Marcion.*
* *adversus Hæreses.*

* *lib. de Pœnit.*
* *lib. 3. Epist. 8.*
* *Serm. de Resurr.*
* *Homil. 10. in Num. & Hom. 23 in Jos.*
* *Serm. de Tentat. Christi.*
* *Homil. 8. in Levit. & Hom. 1. 3. in Numer.*
* *Serm. de Nativitate Christi.*
* *Homil. 6 in Exod. Hom. 10 in Exod.*
* *Homil 2. in Psal. 36.*
* *Lib 4. contra Marc. & lib. de Pud. et* * *Lib de Pœnit.* * *lib. de Pudicit.*

CYPRIANUS * Christum simul principij & finis, unitatis, virtutis, sermonis, Lucis & Evangelij fontem nominat.

Rursus TERTULLIANUS, * de hoc ipso Evangelio Christifidei inquit, Euangelii eli, ut credatis JESUM Christum filium Dei.

METHODIUS: * Nam lex per Moysen data, quod fuerat Euangelium, alium profectus a priscis Legibus, ad doctrinam pietatis, ac remissionem peccatorum, liberavit nos a lege peccati & mortis, ut qui pristis peccatis regnum in corde vitij.

DE JUSTIFICATIONE ET Remissione peccatorum.

TEstimoniorum omninò & de hac parte scripturæ maximi & præcipui hujus ætatis Doctores: animadvertamus commodissimas ex eorum scriptis sententias colligemus.

Primùm, efficientem justificationis causam docuerunt esse Christum. ut TERTULLIANUS: * Christus, inquit, totum hominem salvum fecit. Et ORIGENES: * Homo quidem non potuit dare aliquam commutationem pro animâ suâ: Deus autem pro animabus omnium dedit commutationem, pretiosum sanguinem Filij sui. nec enim cum aliquo simili corruptibilis argento vel auro; sed pretioso sanguine agni immaculati. Idem: * Nullo pacto peccatis tanta est, quâ non sit superior JESUS; qui est veritas & sapientia. CYPR * Filius hominis, inquit, damnatus est; ut liberaret damnatos: diluit; ut sanaret infirmos. Ibidē: Originalis morti nullus, nisi in Christi morte, poterat offerre remedium: nec placitare Deo potuit exules & damnatos qualibet oblatio; nisi sanguis hujus singulare sacrificium. Ibidem: Ecce, plus petuit donum, quàm delictum; & gratia, quàm peccatū: quoniam ex debito damnationis obnoxios, gratis, sine ullo merito, gratia, beneficio pietatis absolvit: & judicium, imperante Christo, misericordiæ dedit locum: & distinctionis suæ temperamentum justitia. Domino disponente, modestè sustinuit. Et: * Damnatio indebita nos à damnatione æterna absolvit.

¶ Deinde, hinc tolâ, absque ullis operibus, apprehendi justitiam, docuerunt. ut ORIGENES: * Arbitramur, inquit, justificari hominem per fidem, sine operibus legis. Dicit, sufficere solam fidem justificationem: ità ut credens quis tantummodò justificetur; etiamsi nihil ab eo operis fuerit expletum. Quantum igitur ad exemplum pertinet; sufficere arbitror illum latronem, qui cum Christo crucifixus, clamavit ei de cruce; Domine. Nec aliud quicquam describitur boni operis ejus in Evangelio: sed probatæ solâ fide aut ei JESUS; Amen dico tibi, &c. Per fidem justificatus est hic latro, sine operibus legis: quia super hac Dominus non requisivit, quid prius operatus esset; nec exspectavit, quid operis, cùm credidisset, expleret: sed solâ confessione justificatum, comitemq; sibi, paradisum ingressurum assumsit. Ibidem: Ex nullo Legis opere; sed pro solâ fide, aut ad illam mulieres: Remittuntur tibi peccata tua. Et iterum: Fides tua te salvam fecit. Sed & in multis Evangelij locis hoc sermone usum legimus: Salvatorem: ut credenti fidem, causam dicat esse salutis ejus. Item: * Impossibile est, sine fide salvare Christianos: sive perfecti, sive imbecilles fuerint. Et: * Sicut credenti omnia sunt possibilia, ut salvetur, & refrigerium inveniat apud eum, cui credidit: sic non-credenti nihil est possibile, neq; ut salvus fiat, neq; ut refrigerium inveniat, neq; ut in vitam introeat.

Simili modo CYPRIANUS * sentit, fide accipi gratiam Dei. Quantum, inquit, illuc fidei capax inferimus; tantum indè gratiæ inundantis haurimus. Et: * Si Abraham Deo credidit, & deputatum est ei ad justitiam: utique, quisquis Deo credit, & fide vivit, justus invenitur. Gratis enim imputari nobis à Deo justitiam, docuerunt. TERTULLIANUS * Fide, inquit, Abraham Deo credidit; nullo sub jugo legis, nec in signo circumcisionis. Et CYPRIANUS, * Remissionem peccatorum aliunde fieri exponit: si nos credimus Deo, qui promisit, se ex nobis crimenta salutem impetrasse; tum verè fiet, quod Deus promisit. Hinc justos eos dixerunt, quibus gratis per fidem in CHRISTUM, justitia imputata dicenda esset. ut ORIGENES * ait: Deus non quasi naturâ justus, potuisset mutationem; sed quasi gratiam confectus.

Quòd verò fides intelligi soleat fiducia; ORIGENES * indicat: ubi sentit, nos pia & sincera fide ubi nullus possibilitatis dubitationis, nulla hæretica civilitatis perversitas admiscetur, justificari. Et iterè CYPRIANUS, * Idem expedire fidem ad promissorum divinorum

¶ Docuerunt item, de voluntate & promissionibus Dei nequaquam esse dubitandum. Sic enim ORIGENES * ait: Quicunq; priùs CHRISTO non credunt, condemnant illum: qui autem credunt, & adhuc ambigunt, diffidant illum. Duo quæ apud homines CHRISTUS perpetitur: ab incredulis condemnatur; ab ambigentibus diffamatur.

¶ Posteri, in doctrina fidei & justificationis, MARTIALIS * de Exhortatione, quæ literis ejus ad Burdegalenses data est, qui in martirio Dominum confessi, confirmabant in vobis æterna beatitudo: quæ æquè in Deo Patre, & Domino JESU Christo, & Spiritu Dei, initium, nec in vobis finem, optabilem.

DE BONIS OPERIBUS.

ETsi quidam docuerunt, Opera & fructus sequi justificationem debere: tamen adeò perplexè & confusè eam-ipsam doctrinam tractarunt; in lucem propemodum ipsam ejus doctrinæ videantur amisisse: ut posteà dicemus. Hic sententias, quæ commoditatis aliquid habere videntur, ordine proponemus.

Præstāda esse bona opera, docuerūt. ORIGENES, * Omnis, inquit, qui vivit in CHRISTO, semper in sabbatu vivit, & in requie; requiescens ab operibus malis: operatur autem operā justitiæ incessanter. Item: * Post justificationem si injustè quis agat, sine dubio justificationis gratiam spernit, Neq; ob hoc quia accepit veniam peccatorum; ut & rursum sibi patet peccandi licentiam dat. in.

CYPRIANUS: * Postquam contulit (Deus) sanitatem; nec habenti liberis & soluto postmodum vagari patitur. Idem: * Credere se in Christum quomodo dicit; qui non facit, quod Christus facere præcepit? Et MARTIALIS: * Nec bestiales mores oportet alter ùs esse in eis, qui vasa Domini munda sunt, in adoptionem filiorum æterna hæreditatis; sed honestate rationali omnes homines uti.

Quæ verò opera facienda sint; ORIGENES * docet. dum hæc fuisse probata opera Job indicat: Erant, inquit, opera magna Job in terris; fides, pietas, justitia, sanctitas, constantia, patientia, tolerantia, eleemosyna. Prolixum verò eorum catalogum CYPRIANUS * texuit.

Quomodo fiant bona opera; CYPRIANUS: * ubi docet, Deum in sanctis operari veram confessionem. Qui nos, inquit, in confessione nominis sui desuper spectant, volentes comprobat; adjuvat dimicantes; vincentes coronat retributione pietatis paternæ: remunerans in nobis quicquid ipse præstitit; & honorans, quod ipse perfecit. Sic & ORIGENES, * Omnia, inquit, quæcunq; fecerint homines, sive in virginitate, sive in abstinentia, sive in corporis castitate, sive in carnis suæ contemptione, sive in bonorum suorum distributione; omnia frustra faciunt, si non in fide fecerint: sine causâ agunt, nisi in agnitione unius ingeniti Dei Patris, & in confessione unius unigeniti Filij ejus, Domini nostri JESU CHRISTI, & illuminatione Spiritus sancti, hoc fecerint. Omnem ergo sanctitatem, omnem justitiam, quam fecerit, qui foris est à verâ Dei cultura, atq; a verâ fide, gratis facit; in perditione facit: non prodest ei; non adjuvat eum in die suæ; non liberabit eum in die interitus. Ad quod est testis Apostolus, qui dicit: Omne, quod ex fide non est, peccatum est. Et: * Nisi fides non est, quæ credentem justificat: etiamsi opera quis habeat ex lege; tamē, quia non sunt ædificata supra FUNDAMENTUM FIDEI, quamvis videantur esse bona, operatorem suum justificare non possunt; si eis desit fides, quæ est signaculum eorum, qui justificantur à Deo.

Rursus, quo fine præstanda sint; ità scilicet, ut Deo grati simus: ORIGENES * explicat: Qui post consecutam gratiam peccat, ingratus fit ei, qui gratiam præstitit.

Postremò, de in hoc cōsentiunt; Opera non justificare homines, sicut ORIGENES * indicat: Deus justus est; & justus justificare non potest injustos. idcirco interventum velut propitiatoris: ut per ejus fidem justificarentur, qui per propria opera justificari non poterant.

DE POENITENTIA ET Confessione.

ETiam doctrinam de Pœnitentiâ, minimè ex parte, obscuram hæc ætas habuit. De Contritione enim & Satisfactione præsertim Doctores ejus loquuntur, cùm de Pœnitentiâ docent: de fide verò parum.

Et multas adeò stipulas congerunt: de quibus postea dicetur.

Primùm, Deum ignoscere pœnitentibus, TERTULLIANUS * docet. *Ita*, inquit, *te filium suū, etsi acceptum ab eo prodegisti, etsi nudum redieris, recipit; quæ redditio magis de ingressu tuo, quàm de alterius fabricatione, laudatur.* Sic & ORIGENES,* *Nostrum*, inquit, *est ad emendationem festinare, ad pœnitentiam sui diligendi eos converti, lugere præterita, cavere futura, implorare auxilium Dei. Statim cum, ut reversus suspexeris, salvus eris. Divinus enim advocatum, qui pro tuis interpellet patrem, Dominum nostrum* JESUM CHRISTUM. Et: * *Omne peccatum, per pœnitentiam, indulgentiam accipit: & omnis, qui fecerint pœnitentiam, remissionem & miserationem à Deo consequitur atq; invenient. Hi verò, qui semetipsos interfecerint, qui sibimetipsis mortem inulerint, nunquam requiem habebunt: illis in infinita sæcula nunquàm invenient refugium: sed anima eorum mox, ut de corpore exierint, in tenebras deducētur.* Desperātes igitur de gratiâ Dei, damnat: * *Si videris*, inquit, *aliquem cecidisse in aliquod peccatum; & post casum desperantem conversionem, & dicentem: Jam quomodo possum ego salvus fieri, qui cecidi? jam nulla spes est: peccata mea me colligunt: quomodo audere possum accedere ad Dominum? quomodo ad Ecclesiam redire? Et, si hac desperatione ille talis recedat etiam à Deo; hic non solum cecidit; sed in casu suo prostratus & demersus est.* Hinc *autor Homiliarum in Canticum*, inquit: * *Peccatores gravissimos nō repellit Dominus.* Ità lapsis, per Pœnitentiam, ad Ecclesiam redire licere, etiam *Dionysius Alexandrinus* censuit: & Concilium Romæ, sub Cornelio, contra Novatum statuit; *lapsos resipiscentia pharmacis sanandos & curandos esse: ut Eusebius* * indicat. Idem & CYPRIANUS * censet, ubi ait: *Pastores non fungi suo officio, nisi lapsis pacē dederint.* Quod deinde aliquoties * repetit: & rationes ejus rei aliquot recenset.

Deinde, Pœnitentiam fide fieri docuerunt. ut TERTULLIANUS * de fœminâ peccatrice: *Sed & pœnitentiæ stimulus ex fide accederat; per pœnitētiam ex fide justificata ab eo audit; Fides tua te salvam fecit: qui per Abacuc pronuntiārat; Justus ex fide suâ vivit.*

Porrò, Pœnitentiæ locum in hac tantùm vitâ esse, docuerunt, sicut CYPRIANUS * ait: *Quando istinc excessum fuerit; nullus jam locus pœnitentiæ est, nec satisfactionis effectus. hic vita aut amittitur, aut retinetur. Nec quisquam aut peccatu tardetur, aut annis; quò minus veniat ad consequēdam salutem. In isto adhuc Mundo manenti, nulla pœnitentia sera est. Tu, sub ipso licet exitu, & vitæ temporalis occasu, pro delictis roges Deū, qui unus & verus est: confessionem & fidem ejus agnitionis implores. Venia confitenti datur; & credenti indulgentia salutaris de divinâ pietate conceditur; & ad immortalitatem sub ipsâ morte transitur. Hanc gratiam Christus impartit; hoc munus misericordiæ suæ tribuit: subigendo mortem trophæo crucis; redimendo credentem pretio sanguinis sui; reconciliando hominem Deo Patri; vivificando mortalem regeneratione cœlesti. Hunc, si fieri potest, sequamur omnes; hujus sacramento & signo consanamur. hic nobis viam vitæ aperit: hic ad paradisum reduces facit: hic ad cœlorum regna perducit. cum ipso semper vivemus; & facti per ipsum filii Dei, cum ipso semper exsultabimus: ipsius cruore redēpti, erimus Christiani cum* CHRISTO *simul gloriosi; de Deo Patre beati; de perpetuâ voluptate lætantes semper in conspectu Dei. & agentes Deo gratias semper. Neq; enim poterit, nisi & lætus semper esse & gratus; qui, cùm mortis fuisset obnoxius, factus est immortalitate securus.* Idem: * *nullam* dicit *apud inferos esse pœnitentiam.*

DE SACRAMENTIS.

DUo tantùm recentet Sacramenta; Baptismum scilicet, & Cœnam Dominī; *Tertullianus*. * De quibus in genere *Cyprianus* * ait: *quòd, per externum Ministri officium, Spiritus sanctus rem ipsam Sacramentorū conferunt atq; perficat intus.* Item: *quòd Sacramenta non sint meliora, neque deteriora, à quocunq; tandem ministro fuerint data, sive digno, sive indigno, administrentur: ideò, quod sint omnium privilegia, non meritis sed gratiæ data sint.* Item: *quòd immunditia Dei propriè sibi hunc effectum retineat.* Item: *quòd Christus ideò à servo baptisatum sit, ne conservi contemptorem ministerium detrectarent.* Sicut & alibi * ait: *Sacramenta, etiam ab indigni ministratā, non sibi* [illegible] *habere efficaciam suam, propter quod ipsum Christi*

DE BAPTISMO.

Neq; hanc doctrinam ut parā usquequaque habuerunt veteres; nec quid in eā commodissimè sentiendum, recte dixerunt.

Tertullianus * ait, *Baptismum non esse iterandum.* Quod & *Origenes* * edocuit, & *Cyprianum* * qui de hac quæstione scripsit; quasi nimirum *Christus docat: Qui loti est in aquā, quotidie eo, non fuit in æternum.*

De formâ Baptismi, *Origenes*,* *Salvator*, inquit, *Baptismum non aliter, nisi excellentissima omni Trinitatis* REVERENTIA, *id est, Patris, & Filii, & Spiritus sancti cognominatione completur: ut ingenito Deo Patri, & unigenito ejus Filio, unaq; Spiritus sancti copuletur.*

De fine & effectu Baptismi, idem Origenes: * *An non ità credimus; quia omne genus peccati, cùm ad salutare lavacrum venimus, auferatur?* Et: * *Novitas vitæ est, ubi veterem hominem cum actibus deposuimus; & induimus novum, qui secundùm Deū creatus est, & qui renovatur in agnitionem Dei, secundùm imaginem Dei, secundùm imaginem ejus, qui creavit eum. Neq; enim putes, quòd innovatio vitæ, quæ dicitur semel facta, sufficiat; sed semper quotidie, si dici potest, ipsa novitas innovanda est. Sic enim dicit Apostolus: Nam, etsi is, qui foris est, homo noster corrumpitur; sed, qui intus est, renovatur de die in diem. Sicut enim vetus semper veterascit, & de die in diem vetustior fit: ità & novum hic semper innovatur; & nunquam est, quando non innovatus ejus augescat.* Autor Homiliarum in Canticum: *Amputantur & exsecantur ab hominibus peccata; cùm in Baptismo donatur remissio peccatorum.* Sic & *Cyprianus* sentit; * Omnia delicta in Baptismo deponi: juxta illud 1 Corin. 6. *Neq; fornicarii, neq; idolis servientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorum appetitores, neq; fraudulenti, neq; fures, neq; ebriosi, neq; maledici, neq; raptores, regnum Dei consequentur. Et hæc quidam fuistis: sed ablati estis; sed sanctificati estis, in nomine Domini nostri* JESU *Christi, & in Spiritu Dei nostri.* Et alibi, * *Servo* (inquit) *debemus, & fidere, quia illic Diabolus opprimatur; & homo Dei dicatus indulgentia liberatur.* Item: * *Qui peccatis in Baptismo expositis sanctificatus est, & in novum spiritualiter reformatus, ad accipiendum Spiritum sanctum idoneus factus est. juxta illud Apostoli: Quotquot in Christo baptisati estis, Christum induistis.* Ibidem: *In Baptismo Spiritum sanctū renatus accipit.* Item: * *Diabolus in Baptismo amittit omnes nequitias suas vires; ut Pharao in mari rubro.* Item: *Diabolus in Baptismo fide credentis excluditur: si fides postmodum defecerit, regreditur.* MARTIALIS: * *Adorate Deum, & Salvatorem nostrum dominū* JESUM *Christum: in cujus nomine nisi quis baptisatus fuerit, per aquam regenerationis, salvari non potest.*

¶ De Infantibus verò baptisandis, hæc tradiderunt. ORIGENES: * *Baptismus Ecclesiæ infantibus datur, secundùm Ecclesiæ observantiam.* Idem: * *Quia per Baptismi sacramentum nativitatis sordes deponuntur; propterea baptisantur & parvuli.* Et *autor Definitionum*, * in Operibus Tertulliani: *Propter fidei regulam, etiam parvuli, qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerunt, ideò in peccatorum remissionem veraciter baptisantur: ut in ea regeneratione mundetur, quod generatione traxerunt.*

Rationes ejus rei *Cyprianus* * ejusmodi recitat. I. Quia nulli hominum nato gratia & misericordia Dei denegāda est; homines nūc sint infantes: qui, quāmvis incrementa ætate assumant; tamē Dei opere perfecti sint. II. Quia una sit æqualitas divini muneris apud omnes; sive infantes, sive natu-majores: nec gratia ipsa, pro ætatum [illegible] major aut minor tribuatur. cùm Spiritus Sanctus de mensurā; sed de pietate & indulgentiā paternā, æqualis omnibus præbeatur. III. Quia, sicut Deus personam non accipit; ità nec ætatem. IV. Quòd, si quid hominem contaminare deberet à Baptismo, adulti potiùs ob sua peccata arceri deberent, quàm infantes: qui nihil peccarint; nisi quòd vitio originis contaminati sint. V. Infantes mentiri misericordiam; quod in primo [illegible] fletus [illegible] flentes, nihil aliud faciant, quàm [illegible]

Deinde objectum illud. [illegible] primi sanguinis [illegible] quos [illegible] ecclesiastica [illegible] ad [illegible] gratiam. [illegible]

si quod debet id horreat, quod Deus fecerit. Ira in infantib' Dei adhuc recèns natos non ostendebatur.

Secundum, ibi: *Infantes octavo die circumcidebantur, ergo octavo sunt baptisandi, & non prius.* Respondeo Octavus dies erat sacramentum in umbrâ; veniens à Christo baptismus; qui octavo die, hoc est, die Solis, resurrexit; ut nos vivificaret, & spiritualem circumcisionem daret. Veniente igitur veritate; umbra est sublata: nec debet carnalis circumcisio impedire spiritualem.

Idem Cyprianus* rectè disputat; *Baptismum valere, sive aquâ perfundantur, sive toti immergantur, qui baptizantur:* propter has rationes. I. Quòd nulla beneficia divina possint mutilari aut debilitari; si plenâ & totâ fidedantis & immentis accipiatur, quod divinis muneribus haurituR. II. Quia idem sit adspersio, quod lavacrum, juxta Ezech. cap. 36. *Adspersam super vos aquam.* III. Quia adspersione baptizati in lectis, non possint rebaptizari: & Christianus legitimus judicandus sit, quisquis fuerit in Ecclesiâ, lege & jure fidei, divinam gratiam consequutus.

Sed objicitur: Minus aquæ accipiûr, qui per aquæ adspersionem baptizantur: Ergo cæteris Christianis non sunt æquandi. *Respondet hoc modo:* Spiritus sanctus nõ de mensurâ datur; sed super credentem totus infunditur, ut tot æqualiter super omnes diffunditur: ergo Christus etiã lumen vitæ æqualiter largitur. Itèm: æqualis est gratia super omnes.

DE COENA DOMINI.

Cum sacramentis Pane & Vino, Corpus etiam & Sanguinem Christi, in Cœnâ, credentibus adesse & communicari, docuerũtut Tertullianus* *Acceptũ panẽ* inquit, *& distributum discipulis, Corpus suum illum fecit: Hoc est corpus meum. dicendo; id est figura corporis mei. Figura aũt non fuisset; nisi veritatis esset corpus. Cæterum vacua res, quod est phantasma, figuram capere non potest. Ibidem sanguinem suum in vino consecravit; qui tunc vinũ in sanguinẽ figuravit.* Et:* *Corpus Christi in pane cernitur.* Alibi * *Cœnam dominicam* vocat *Eucharistiam.* Et rursum:* *Sic Christus revelavit, panem corpus sũum appellans.*

Martialis:* *Postquã baptizati estis, oportet vos castos esse à malitiâ: ut mensâ divinâ digni sitis. Nolite aũt unum & idem putare esse humanã & divinã: quæ vobis visibilia est; sed tamen in fide perfecta, tota cœlestia. Per mensã enim, corpus; per alterum, anima vivit.* Origenes:* *Quando sanctum cibum, illudq; incorruptum epulum accipis; quando vitæ panẽ & poculo frueris, manducas & bibis corpus & sanguinem Domini: tunc Dominus sub tectum tuum ingreditur.* Et:* *Nobiscum Deus, per Evangelistarum & Apostolorum prædicationem; per sanctæ corporis & sanguinis sacramentum; per gloriosæ crucis signaculum. Per sibi ergo omnia nobiscum Deus, & ad nos ista, in nobis.*

Eodem modo Cyprianus* loquitur, in Cœnâ corpus & sanguinem Christi esse. Et alibi* ait: *Panis iste, quẽ Dominus discipulis porrigebat, non effigie, sed naturâ † mutatus*, omnipotentiâ verbi factus est caro.* Et: *sicut in personâ Christi humanitas videbatur, & latebat divinitas: ita sacramento visibili ineffabiliter divina se infudit essentia.* Ibidem dicit; *Christũ sanguinem suum* (sacramentaliter licit. & in figurâ) *creare, sanctificare, benedicere; & piè fumentibus dividere.* Itèm: *Illos quotidie agimus, non dentes ad mordendũ acuimus: sed fide sinceră panẽ sanctũ fratrum & patrem.*

*Dionysium Alexandrinum** dicit: *Cœnâ Domini, corporis & sanguinis Domini nostri Jesu Christi nos participes fieri.* Euseb.*

Cyprianus * reprehẽdit abusum: quòd in Cœnâ dominicâ aquam in calice quidam porrigerent; & nõ vinum. Idem dicit, in Cœnâ sanguinẽ Christi bibi. *Quomodo ad potandum vinũ servientes non potest; nisi botrus calcetur antè & prematur: sic nos non sanguinem Christi possemus bibere; nisi Christus calcatus prius fuisset & pressus.* Idẽ * & de tribu Cœnæ Dominicæ in fide, rectè monet: *Quamvis ab indignis sumi, vel etiam Sacramenta petentibus: tamen nõ possunt quos hîc, esse participes, quorum infidelitas vel indignitas veritatis fundamento contradicit.* Et de fine mundi:* *Quos excors animus ad profanum, nõ nervus et nudos et inquietos, sed pervigiles corporis et sanguinis Christi munus amictus invenit.* Et: *Quæ est ista securitas, quæ ignorata esse tutela; quæ sine cibo Dominicæ salutaris, & sine potu sanguinis Dominici, ad vitam valeat pervenire? Qui enim indignus corpus & sanguinem Domini sumit, & contra fidem, quæ*

gustata, pium augustæ præmium dedit, indulgentiæ lautia ingurgitat. Sic de de Cœnâ Dominicâ sentit; *quod ab alienis à fide non sumatur, & sit medicamentum & holocaustum, ad sanandas infirmitates, & purgandas iniquitates.*

De reliquis verò fontibus, Origenes* sanctificatis inquit, Eucharistiâ illâ, *cujus gratia nascimur, & quotidie ejus mysterio admodum gratiæ Dei pascimur.* Et Cyprianus* vinã Christi panem vocans fidelem; *& quia, & vinum, ex pressuris botrorum & fructibus fluens, significat sanguinem Redemptoris: dicit, nos habere in sacramento sanguinẽ Christi, Hilarius Christum, per suum sanguinem ad societatem vitæ æternæ redemisse.* Et ibidem* ait: *Sacramentorum communicationem nos Christo uniri.*

Idẽ * de adjunctis Cœnæ sentit; *Lapsos sine pœnitentiâ ferià, ad Cœnæ communionẽ non esse à Sacerdotibus admittẽdos.* Quemadmodũ & * præcavebat *Ecclesiæ ministros, si peccatores publicos, sine publicâ pœnitentiâ absolvant, & ad Eucharistiã admittant.* Idem,* *Remissio*, inquit, *peccatorum sive per Baptismum, sive per alia sacramenta donetur; propriè Spiritûs sancti est, & ipsius hujus efficientis privilegium manet.* Et* Cœnam *orationem & sacrificium* vocat: ideò, quia fit memoriale, quòd Christus se obtulerit; non quòd nos offeramus.

DE SACRIFICIIS CHRISTIANORUM.

Rectè hæc ætas, sicut & superior, posuit unicum, verum & perfectum sacrificiũ Christi; nullũ habuit à Christianis aliud cenuit; quàm invocationem & glorificationẽ Dei. De Christi sacrificio. Tertullianus* *Christus offerebat pro omnibus gentibus suum sacrificium, qui sanguinem suum ad victimam duxit esse.* Et Origenes:* *Unus est agnus qui tollit Mundi peccata: & idcò confessi sunt cæsa hostiæ; quia tales hostiæ sunt hostiæ, ut una sola sufficeret pro totius Mundi salute.* Idem * dicit, *universam Ecclesiã per Christi sanguinẽ salvari.* Et Cyprianus:* *Sacrificii, quod in Ecclesiâ obsidet, sic in beneplacito Dei constat acceptabile, & perpetua virtute consistit: ut non minùs hodie in conspectu Patris oblatio offerentis sit efficax; quã ea die, quæ de sancto latere sanguis & aqua exivit; & semper reservata in corpore plagæ, salutis humanæ exigunt precium & obedientiæ donativum requirant.*

De Christianorũ verò sacrificio, precibus scilicet, laude & gratiarum-actione, Tertullianus * ex Malachiâ inquit: *In omni loco sacrificium nomini meo offertur, & sacrificium mundum; scil. simplex oratio de conscientiâ puriã.* Et ibidem: *Prophetia legis significabat, hominẽ quendam peccatorẽ, verbo meo Dei emaculatũ, offerre debere munus Deo apud templũ; orationem scilicet, & confessionem illorum apud Ecclesiam.* Et in Apologetico: *Sacrificamus pro salute Imperatoris: sed quem ad præcepit Deus, puriã prece.* Ibidem: *Ei offerre optimum & majorem hostiam, quam ipse mandavit; orationem de carne puriã, de animâ innocenti, de Spiritu sancto profectam.* Libro adversùs Judæos: *Nam q, quid non terrenis sacrificiis, sed spiritualibus Deo instandum sit; sic à legimus, ut scriptum est, Cor contribulatũ hostia est Deo.* Et alibi: *Sacrifica Deo sacrificium laudis; & redde Altissimo vota tua. Sic itaq, sacrificia spiritualia Laudis delegantur, & cor contribulatum acceptabile sacrificium Deo demonstratur.* Et contra Marcionem:* *Sacrificium mundum, gloriæ scilicet relatio, & benedictio, & laus, & hymni.*

DE ORATIONE.

De hac primùm docuerunt; Deũ totum adorandum esse. Sicut Tertullianus,* *Orationem*, inquit, *ad Deum dirigendam esse: illum enim adorandum, qui fecit hunc mundum.* Deinde, in nomine Christi, in fide & humilitate, sine multiloquio, invocandũ esse, tradiderunt. ut Cyprianus* pulchrè docuit: *Deus*, inquit, *non vocis, sed cordis auditor est. Nec adhibendus est clamoribus, qui cogitationes videt. Quod Anna, in primo Regnorũ libro, Ecclesiæ typũ portans, confecit & servavit. Dominũ, nõ clamosâ petitione, sed tacitâ & modestâ fidei voluntate precatur: loquebatur preces occultas, sed manifestas fide. loquebatur, non verecundi verba: quæ sic, sicut illa audiri & impetrare efficacius quod petit, quæ fidelis petitionis.*

Orandum præterea Deum ejus in humilitate; non in fiducia innocentiæ, sed in agnitione peccati, docuerunt. Idem Cyprianus ibidem: *In sensu tibi debet adoriri Deum, ubi sacerdotes, quando in templo cum Pharisæo fidelium turba consistit, non alterum alteri impudenter ad oculum, nec maximo insolenter erectus; pectus suum pulsans*

& peccata unius inclusa confessus, divina misericordia implorabat auxilium. Et, cùm sibi Pharisæum placeret; sanctificare hoc magis meruit, qui sic oravit: qui spem salutis, non in fiduciâ innocentiæ suæ posuit; cùm innocens nemo sit: sed peccata confessus, humiliter oravit. & exaudivit orantem, qui humilibus ignoscit. Et ibidem: *Sit orantibus sermo & precationum disciplina quietem continens & pudorem. Cogitemus, nos sub conspectu Dei stare.* ORIGENES,* *Discant*, inquit, *nè magna de se sapere; sed humilia æstimare: nec veloces esse ad promittendum; sed sollicitos ad orandum.*

* Tract. 35. in Matth.

De formulâ invocationis, *Tertullianus** ait: *Orationem dominicam, orationem esse legitimam.* Idem * de rebus petendis, dixit: *Scitote, præceptum esse nobis, etiam pro inimicis Deum orare, & persecutoribus nostris bona precari.* Ibidem: *Precantes sumus omnes semper, pro omnibus Imperatoribus; vitam illis prolixam, imperium securum, domum tutam, exercitus fortes, senatum fidelem, populum probum, orbem quietum, & quæcunque hominis & Cæsaris vota sunt. Et oramus pro Imperatoribus, pro ministris eorum ac potestatibus, pro statu seculi, pro rerum quiete, pro morâ finis.*

* lib. de Fug. in perſecut.
* in Apologet.

ORIGENES:* *Orandum Deo*, ait, *pro intellectu sui verbi.*

* Tract. primo in Matth.

MARTIALIS:* *Pro impiis assidue orate; ut ad veritatem Dei convertantur.*

* Epiſt. ad Burdegal. cap. 27.

Dionysius Alexandrinus, in scripto adversùs Germanum, cujus fragmentum exstat in *Eusebio*: * *Non sunt*, inquit, *qui omnibus, sed singulis aliquos deos adorant, quos sibi adorandos esse putant. Nos igitur unum illum Deum, omnium opificem, qui etiam pientissimo Augusto Valeriano & Galieno imperium hoc commendavit, colimus; & adoramus illum: indesinenter pro imperio eorum, ut immotum permaneat, oramus.*

* lib. 7. cap 11.

Orantem verò subjicere se debere voluntate Dei, *Origenes** docuit: *Sed non sicut ego volo, inquit Christus; sed sicut tu. docens, ut non oremus nostram fieri voluntatem, quando factum fuerit: ne aliquid aliud velimus, quam Deus.*

* Tract 35 in Matth.

De orationis effectu, *Cyprianus** rursus; *Cùm dicat*, inquit, *Christus; Quodcunq; petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis: quantò efficacius impetramus, quod petimus in Christi nomine; si petamus ipsius oratione?*

* Serm. de Orat. dom.

Idem & * semper orandum docuit: *Instanter & vigilanter oremus; sicut Paulus Apostolus præcipit, dicens: Instate orationi, vigilantes in eâ. Nam & Apostoli orare diebus & noctibus non destiterunt.* Et alibi:* *Hora nulla à Christiano excipitur; qui, imò frequenter & semper Deum debeat adorari.*

* lib. 4. Epiſt. 4.

MARTIALIS:* *Pro vobis sine intermissione orate; ut nunquam veritas in intelligentiâ vestrâ obnubilationem aliquam capiat. Oratio siquidem vobis necessaria est. Instantes itaq; orationi, instate quotidie: quia adversarius vester, &c.* Ibidem:* *Nunquam deficiatis ab oratione purâ; nunquam de Dei nostri largitate desperetis: quia salubriter, quæ desideratis, adhuc differt; ut accendantur multò magis desideria vestra in eum.*

* lib. de Echort. martyr.
* ad Burdegal. cap. 15.
* cap. 21.

Orandum in quovis etiam loco, *Origenes** tradidit: *Qui propter Christi doctrinam recessit à Judæis fabulis; & ab omnibus, quæ corporaliter ab eis intelliguntur; dicit, non propter locum fieri orationem distantem ab oratione.*

* Tract. 35. in Matt.

Nec à peccatoribus quidem preces intermittendas, *Cyprianus** censuit. *Quòd si ille*, inquit, *orabat, qui sinè peccato erat; quantò magis peccatores oportet orare?*

* Serm. de Orat dom.

DE ECCLESIA.

ECclesiam veram docuerunt esse illam, quæ in fide & doctrinâ cum Apostolis consentiat. Ut TERTULLIANUS: * *Constat, omnem doctrinam, quæ cum illis Ecclesiis matricibus & originalibus fidei conspirat, veritatis deputandam: & sinè dubio tenentes, quod Ecclesia ab Apostolis, Apostoli a Christo, Christus à Deo susceperit.* Ibidem: *Ad hanc formam provocabuntur ab illis Ecclesiis, quæ licèt nullum ex Apostolis vel Apostolicis autorem suum proferant, ut multò posteriores; quæ denique quotidie instituuntur: tamen in eâdem fide consentientes, non minùs Apostolicæ deputantur, pro consanguinitate doctrinæ.* Et CYPRIANUS,* *eam* dicit *esse veram Ecclesiam, quæ fidem Christi integram servat.* Item ORIGENES:* *Ecclesiæ vocem Christi agnoscit.*

* lib. de Præſcrip. Hæret.
* in Symbolo.
* lib. 3. contra Cels.
* lib. 5. contra Marc.
* Hom 35. in Matth.

Caput verò Ecclesiæ, dixit Christum Tertullianus:* Et Origenes* de CHRISTO ait: *Celaphus cervorum sanctum Ecclesiæ caput.*

Sed esse Ecclesiam etiam in exiguo numero, *Tertullianus** dixit: *Sed & ubi tres, Ecclesia est, licèt laici.* Idem & * *Gentes ad Ecclesiam pertinere* tradidit. Et *Origenes** dixit: *Manifestè videtur implerum de multitudine eorum, qui per* CHRISTUM *Deo ex diversis gentibus crediderunt.*

* lib. de Exhort. caſtit.
* lib. contra Jud. in principio
* lib. 4. de Princip.

CYPRIANUS:* *Quòd Ecclesia, quæ prius sterilis fuerat, plures filios habitura esset ex Gentibus, quàm quot Synagoga antea habuisset.*

* lib. 2 contra Jud.

Ecclesiam externam ex bonis & malis constare, *Origenes** dixit. Et:* *In Ecclesiâ*, inquit, *vasa sunt ira, & vasa misericordiæ.* Idem * de Apostolis inquit, constituentibus Ecclesias orando & prædicando: *Qui erant ad id destinati, ut orando & prædicando Ecclesiam Dei stabilirent, & huic rei plurimùm insudarunt: non eo sunt persuadendi genere usi, quale Platonis illud videtur, cùm sapientiam pollicetur; vel alterius cujusquam Philosophantium, & tamen mortalium, qui aliud nihil in se præter humanam naturam haberent.*

* Hom. 7. in Ezech.
* Hom. 3. in Hieremi.
* lib 3 contra Celſũ.

Postremò, Ecclesiam non esse fundatam super unum Petrum, nec ad eum solum hoc dictum pertinere, *Et tibi dabo claves regni cælorum*: ORIGENES* palàm affirmat. *Quoniam*, inquit, *si qui Episcoporum locum sibi vindicãt, utuntur eo dicto, sicut Petrus; & claves regni cælorum à Servatore acceperunt.*

* Tract 5. in Matth.

DE CONFESSIONE & MARTYRIO.

COnfessionem necessàriam esse, docuerunt, etiam cum periculo vitæ; nec propter eam martyria detrectanda. TERTULLIANUS:* *Negatio est, martyrii recusatio.* Et:* *Potior est necessitas timendæ negationis, & obeundi martyrii; quàm evadendæ passionis, & implendi officii.* Idem,* adversùs Gnosticos, *docentes, homines sine causâ confiteri; multis rationibus probat, Deum martyria velle, in suâ, obedientiam requirere. Quia enim idololatriâ prohibuit; martyrium locũ fecit.*

* lib. de Fugâ in perſecut.
* lib. de Coronâ militũ.

Crucem enim esse comitem verbi, & hoc monuerunt, ut ORIGENES:* *Certum est, quòd, antequàm sermo Dei audiatur, antequàm prædicatio divina nascatur, non est tribulatio, non est tentatio: quia, nisi buccinet tuba, non commovetur bellum.*

* in Scorpiaco.

Et fidem in martyriis florere, idem * tradidit: *Tunc erãt*, inquit, *verè fideles; quando martyrũ victimæ feriebantur: quando cruentas exsequias prosecuti, tristes ad Ecclesiam revertebantur, & omnis erat multitudo lugentium: quando Catechumeni in primâ statim fide pro ferendo martyrio ducebantur: quando mulierculæ, & infirmus sexus usq; ad mortẽ manebat intrepidus.*

* Homil 3. in Exod.

De Martyribus verò *Cyprianus** dicit: CHRISTUM *in illis esse, & protegere fidem; pugnare, & erigere, corroborare, animare: eumq; qui pro nobis mortem semel vicit, semper in nobis vincere. Deus*, inquit, *non sic est, ut servos suos tantùm spectet: sed & ipse luctatur in nobis, ipse cõgreditur; ipse in certamine agonis nostri, & coronat pariter, & coronatur.* Idem:* *In congressione nominis sui desuper spectans, volentes comprobat, adjuvat dimicantes, vincentes coronat.* Ait;* *Etiam fidem aliorum solidari exemplo: Martyrum item sanguinem Ecclesiam illustrare & illuminare.* Et * sentit: *Deum per crucem declarare, qui veri sint Episcopi; & quis verus Dei populus.* Idem * docet, *etiam martyrium desiderandum & expetendum esse. Non tamen in cujusq; volũtate aut potestate; sed in Dei dignatione, consistere.* Idem:* *Non est in tuâ potestate; sed in Dei dignatione, martyrium.*

* lib. 2. Epiſt. 6.
* l. 6 3. Epiſt. 25.
* lib 2. Epiſt. 6.
* lib. 3. Epiſt 10
* lib. ead. Epiſt 15
* Serm. de Mortalit.

DE CONIUGIO.

COnjugium, ut rem à Deo ordinatam, prædicarunt. TERTULLIANUS* inquit: *Creator conjugium pro rei honestate benedixit, in incrementum generis humani.* Et alibi:* *Concubitum libido; non condicio, fundavit. Excessus, non status, est impudicus. Siquidem benedictus status apud Deum: Crescite, & in multitudinem proficite. Excessu verò maledictus, adulteria, & stupra, & lupanaria.* Approbat idem * & Sacerdotum conjugium.

* lib 1. contra Marc.
* lib. de Animâ.

ORIGENES:* *Bonum*, inquit, *est, hominis mulierem non tangere; salvo tamen remedio his, qui pro infirmitate suâ remedio indigent nuptiali.* Idem:* *Verùm, quoniam videmus nonnullos Sanctorum, aliquos etiam Apostolorum, habuisse conjuges; non usquequaque possumus de sola virginitate sentire. Puto, quod neq; illi, qui in conjugio positi sunt, & ex consensu ad tempus vocant orationi, si in cæteris sancte agant & juste, negandi sint, corpora sua exhibere posse hostiam viventem, sanctam, Deo placen-*

* lib. de Exhortat. caſtit.
* Homil. 11. in Exod.
* l. 6. 8. in Epiſt. ad Rom.

tem. Nec

ra. Nec rursùm corpora virginum vel continentium, si vel superbiâ maculâ, aut avaritiæ ærugine, vel linguæ maledicentiâ, vel mendacii immunditiâ polluantur, ipsam sanctam & Deo placere utem parandæ sunt, ex sola virginitate corporis, detulisse.

* ad Theodosium cap. 9.

MARTIALIS; * *Non prohibemur, inquit, habere legitimum cœnubio: cùm & hoc conjugium honestum concessum sit, & constitutum à Deo ab initio Mundi, in multiplicationis genere humani. In tanti enim Dominum meum, & magistrum* JESUS CHRISTUS, *legitimum & immaculatum thorum conjugii approbavit, iis, qui in sanctificatione & honore castitatis nubere volunt: ut, ad quasdam nuptias invitatus, eas præsentiâ suæ majestatis sanctificaverit; & miraculo magnificè stupendo lætificaverit.*

* lib. 6. in Epist. ad Rom.

De secundis nuptiis, ORIGENES:* *Mulieri crimen non est, si, viro priore defuncto, suscipiat secunda connubia.*

* lib. 2. ad uxor.

Vidua Christiana nubat Christiano. TERTULLIANUS.*

DE MAGISTRATIBUS.

SEnserunt de Magistratu honorificè: ità tamen, ut honorem ei habendum, circa jacturam honoris & timoris Deo debiti, judicarent. TERTULLIANUS * inquit: *Cæsarem Imperatorem sit, quomodo & nobis licet, & volis expedit; ut hominem à Deo secundum; & quicquid est, à Deo consecutum; solo Deo minorem.* Et: * *Dixit Petrus, Regem quidem honorandum: ut tamen tunc Rex honoretur, cùm suis rebus insistit; cùm à divinis honoribus longè est: quòd, cùm pater & mater diligentur, cum Deo tamen non comparabitur.* Item: * *Reddenda sunt Cæsari, quæ sunt Cæsaris, bene apposuit: Et quæ sunt Dei, Deo. Cæsari quidem pecuniâ reddas; Deo temet-ipsum. alioquin quid erit Dei; si omnia Cæsaris?*

* lib. 4. adversus Marc.

* lib. de Idololatr.

ORIGENES:* *Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Non hîc de illis potestatibus dicit, quæ persecutiones inferunt fidei. Ibi enim dicendum est; Deo oportet obtemperare magis quàm hominibus.* Idem & * Magistratus improbos dari à Deo, in pœnam pro peccatis, tradidit. *Non semper, inquit, Principes populi, & Ecclesiæ judex, per Dei arbitrium datur; sed prout merita nostra deposcunt. Si mali sunt actus nostri, & operamur malignum in conspectu Domini: dantur nobis Principes secundùm corda nostra. Sic regnat Deus Saulem, suâ voluntate & consilio constituens Regem: quia secundùm populi peccatorum meritum erat electus.*

* lib. 9. in Epist. ad Rom.

* Homil. 4. in Judic.

DE REBUS MEDIIS.

APparet, adhuc studiosam hanc ætatem fuisse, retinendæ libertatis in rebus mediis: quanquam interim tamen errorum aliquid accesisit.

De libertate in cibis, multa TERTULLIANUS, * *Deus, inquit, ventre non colitur; nec cibis, quos Dominus dicit perire, & in secessu naturali lege purgari. Nam, qui per escas Dominum colit, prope est, ut Dominum habeat ventrem suum. Cibus inquam verus, & sanctus, & mundus est, fides recta, immaculata conscientia, & innocens anima. quisquis pascitur, Christo convescitur.* Ibidem: *Nec enim carnem Deus est; ut carne placetur: nec in his voluptates attendit; ut nostru gaudeat cibis. Deum solâ gaudet fide nostrâ, solâ innocentiâ, solâ veritate, solis virtutibus nostris: qua habitant, non in ventre, sed in animo.* Sic & de jejunandi libertate, * adversùs Psychicos: *De cætero indifferenter jejunandum, inquit, ex arbitrio; non ex imperio novæ disciplinæ. pro temporibus & causis uniuscujusque. Sic & Apostolos observasse; nullum aliud imponentes jugum certorum, & in commune omnibus observandorum jejuniorum.* Idem ORIGENES:* *Est certè libertas Christiano, per omne tempus jejunandi, non observantia superstitiosa; sed virtute continentiæ.*

* Epist. de cibis Judaic.

* lib. de Jejun.

* Homil. 10. in Levit.

Observandam tamen continentiam docuerit, ut TERTULLIANUS:* *Sed non ex hoc statim, quia libertas ciborum concessa, luxuria permissa est: nec, quia liberalium nobis cum Evangelium gessit, continentiam subduxit.* Item: *Licèt in Evangelio per omnia liber videatur nobis usus sit: tamen intelligitur redditus; sed cum lege frugalitatis & continentiæ.*

* lib. de Jejun.

De jejunio tamen ità docuerunt: ut significarent, non tam à cibis, quàm à peccatis, jejunandum esse.

ORIGENES:* *Quando jejunas*, inquit, *depone omnem malitiam, omnem zelum, omnem fervorem, omnem iniquitatem, omnem iracundiam, omnem superbiam, omnem litem, omne maledictum.* Idem: * *Apostolus, cùm scirit non ciborum naturam esse causam, ut laudatur utens, aut juvetur abstinens; sed animum, quod in his subest ratio; dixit: Cibus autem nos non commendat Deo. Neque enim, si comederimus, abundabimus: neque, si non comederimus, aliquid deerit nobis. Et quoniam noverat, esse quosdam sublimiùs intelligebant, secundùm legem quædam esse pura, quædam impura, neglexisse discrimen in edendis cibis, ut mundis aut immundis; contentâ superstitione in rebus (ut opinor) indifferentibus: ne discrimen faceret in usu ciborum.*

* Homil. 5. in diversos.

* in cap. 15 Matth.

Deinde, *Cyprianus*,* in enumeratione bonorum, jejunii meritum non habet: *Jejunia, inquit, vitiorum semina siccat, petulantia mærent, concupiscentiæ langueant, fugitiva abeant voluptates.* Postea dicit; *Sanctus olim, res magnas gesturus aut oraturus, solitos fuisse jejunio se præparare.*

* Serm. de Jejunio & de tentat. Christi.

Sic & de Festorum indifferentiâ Origenes: * *Non tantùm, ait, diem Dominicum; sed omnes dies, festos esse Christianis.*

* Homil. 10 in Genes.

Divus *Cyprianus** rectè dicit: *Humanas traditiones nihil præjudicare divinis.*

* Epist. ad Pompej.

DE ANTICHRISTO.

TERTULLIANUS:* *Deliquentia hæc, si est, Antichristus, filius perditionis, qui adversatur & super extollitur omne, quod Deus dicitur, vel religio; usi sedeat in templo Dei, ostendens se quòd sit Deus. Nônne memoratis, quòd, cùm apud vos essem, hæc dicebam vobis? Et nùnc, quis teneat scitis, ad revelandum eum in suo tempore. Jam enim arcanum iniquitatis agitatur tàntùm: qui nunc tenet, teneat, donec de medio fiat. Quo, nisi Romanus status? cujus abscessio in decem Reges dispersa Antichristi superducet. & tunc revelabitur iniquus: quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui, & evacuabit apparentiâ adventûs sui. Cujus est adventus secundùm operationem Satanæ, in omni virtute & signis atq; portentis mendacii, & in omni seductione injustitiæ, in eis qui pereunt.* Idem: * *Babylon, apud Joannem nostrum, Romana urbis figura est: proinde magna, & regno superba, & Sanctorum Dei debellatrix.*

* lib. de Resurrect. carnis.

ORIGENES:* *Antichristum, figuratam Diaboli*, dixit. Et habet quædam * de eodem, ubi eum *pejorem Diabolo* facere videtur.

* Homil. in Psal. * Homil. in Exod.

Cyprianum, seu quisquis autor est Expositionis Symboli, ait: *Antichristum, antè adventum Domini, in nomine Christi apparaturum.* Idem, * suo tempore appropinquare adventû Antichristi, dixit: *Antichristi tempus infelix appropinquare jam cœpit.* Item: * *Scire debetis, & proceres credere ac tenere, pressuræ diem super caput esse cœpisse; & occasum sæculi, atq; Antichristi tempus, appropinquasse.* Ibidem: *Venit Antichristus.*

* lib. ad Fortunat. * lib. 4. Epist. 6.

DE SCANDALO.

ORIGENES * sensit; *gravius esse, peccati causam aliis præbere, quàm per se peccare.* Idem * de scandalo dato, quod Deus punit: *Si quis simplici mente ac desiderio veniat ad Ecclesiam, ut proficiat, ut melior se fiat; ille, si videat nos, qui multo jam tempore in fide stetimus, vel non-rectè agentes, vel cum offendiculo loquentes: efficimur illi nos lapsu ad peccatum. Cùm autè peccaverit; trucidatum est: & sanguis animæ ejus profluit; omnis ab eo virtus vitalis abscedit. Et, si audire dicit in Genesi; quia sanguinem animarum vestrarum exquirã ab omni fratre, & ab omni bestiâ: non putes, quia de hoc sanguine magnopere præcipitat corporali; quantum de interioris hominis sanguine, id est, de vitâ animæ, & sanguine spirituali. Scandalizat enim anima sanguis effunditur; cùm ceciderit in peccatum. & propterea dixit; quia requiritur sanguis ejus à fratre. Et quare etiã à bestiâ? Si fidelis est, qui te scandalizavit: frater est, à quo requirendus est sanguis tuus. Frater enim tuus est, qui fudit sanguinem tuum: & ideò dictum est; De manu fratris requiram sanguinem.*

* Homil. in Num. * Tom. 3 in Isai. 3

DE MORTE.

SEnserunt, propter peccatum mortem inferri.

METHODIUS:* *Proinde in auxiliaris medicamenti modum, ab auxiliatore nostro, & verè-medico Deo, ad eradicationem peccati ac deletionem, assumta mors est: &, ne perpetùdurans in nobis immortale fit peccatum, quod in immortalibus eorum est.*

* de Resur.

DE LOCO ANIMARUM, & sinu Abrahæ.

LOcum, in quem Animæ corporibus exutæ recipiantur, dixerunt esse Paradisum, vel sinum Abrahæ: perinde ut superioris sæculi doctores.

TERTULLIANUS * sit: *Apparet sapientiæ, qui aliquid Elysios audierit esse aliquid locale determinatum, quæ finis*

* li. 4. contra Marc

dicta

dilia sit Abrahæ, ad recipiendas animas filiorum ejus etiam ex nationibus; patris multarum scilicet nationum, in Abrahæ censum deputandarum, & ex eâdem fide, quâ Abraham Deo credidit, nullo sub jugo legis, nec in signo circumcisionis. Eam itaq; regionem, sinum Abrahæ dico: & non cœlestem; sublimiorem tamen inferis interim; refrigerium præterea animabus justorum; donec consummatio rerum, resurrectionem omnium, plenitudine mercedis expungat. Ibidem: *Sinus Abrahæ dicitur, temporale aliquod animarum fidei receptaculum.* Et: * *Habet de Paradiso à nobis libellum, quo confutauimus, omnem animam apud inferos sequestrari, in diem Domini.* Item: * *Si Paradisum nuncupamus locum divina amœnitate, recipiendis Sanctorum spiritibus destinatum.*

* lib. de Anima.

* in Apologet.

ORIGENES: * *Puto, quòd Sancti quoque discedentes de hac vitâ, permaneant in loco aliquo in terrâ posito, quem Paradisum dicit Scriptura divina, velut in quodam eruditionis loco, & (ausus dixerim) auditorio, vel schola animarum: in quâ de omnibus hu, quæ in terrâ viderant, doceantur; judicia quoq, quædam accipiant de consequentibus & futuris.* Et: * *Is, qui de corpore exierit, statim meretur videre Angelos, Spiritum sanctum, Dominum Salvatorem, & ipsum Deum patrem.* Idem * etiam indicat, quæ sint futuræ animarum, posteaquam corpora reliquerunt, actiones. Autor tamen tractatûs de Sinâ & Sion, apud *Cyprianum*, asserit; *Enoch translatum esse in locum, quem Deus scit, & unde Deus incipiet innovationem Mundi.*

* lib. 6 de Princip.

* Homil. 3 in Lucam.

* lib. 2 de Princip. cap. 11.

DE RESURRECTIONE.

ANimarum immortalitatem, & corporum cum animabus iteratam conjunctionem, docuerunt. Eum enim articulum *Tertullianus* * luculentissimis & firmissimis argumentis asserit. Et inquit: * *Idem ipse, qui fuerat, exhibebitur; ideoq, repræsentabuntur & corpora.* Autor libri *de Definitionibus*, * *Omnes*, inquit, *simul & semel resurgent.* Item: *Eadem caro resurget.* Rursus *Tertullianus*: * *Nostri illud quoq, recogitent; corpora easdem recepturas in resurrectione animas, in quibus discesserunt. Iidem ergo sperabuntur & corporum moduli.* Ibidem, de animarum statu, & statu post resurrectionem: *Ita dicimus, omnem animam, quâquâ ætate discesserit, in eâ stare, ad eum diem usque, quo perfectum illud repromittitur, ad angelicam plenitudinis mensuram temperatum.* Et: * *In resurrectione eventum mutari, converti, reformari licebit, cum salute substantiæ.* Ibidem: *Quid est resurrectionem, nisi integram credere? Si enim caro de dissolutione reparabitur; multò magis de vexatione reparabitur.* Item: *Nihil aliud est, mortuum resuscitari; quàm integrum fieri.* Ibidem, *bestias resurrecturas* negat.

* lib. de Resurrect.

* in Apologet.

* cap 6

* lib. de Anima.

Methodius * apud *Epiphanium*: * *Quòd immortalis sit anima, clarè docuit Salvator, & per se-ipsum, & per Salomonem loquens. Per se-ipsum quidem, in historiâ Divitis & Lazari: hunc quidem in sinu Abrahæ quiescere dicens, post corporis depositionem; illum verò in doloribus, per ea quæ Abraham loquentem introduxit. Per Salomonem verò, in libro Sapientiæ: Justorum anima in manu Dei sunt; & non tanget ipsos tormentum. Putati enim sunt, in oculis stultorum, mortui esse: & reputatus est afflictio exitus ipsorum; & profectus a nobis, contritio. Ipsi verò sunt in pace; & spes ipsorum est plena immortalitate. Quare corporis est resurrectio, non animæ. Non enim stantem quis erigit; sed jacentem.*

* Serm. de Resurrect. * lib. 2. cont. 1.

ORIGENES: * *Erit tempus resurrectionis mortuorum; cum corpus hoc, quod in corruptione seminatur, surget in incorruptionem: & quod seminatur in ignominia, surget in gloriâ.* Idem * dicit; *Nos, abjectâ corruptione, & depositâ mortalitate, in corpore spirituali, quod in cœlo habitari possit, resurrecturos.* Et: * *Nos, qui resurrectionem carnis credimus, immutationem ejus tantummodò per mortem factam intelligimus: substantiam verò ejus certum est permanere; & voluntate creatoris sui, certoq, tempore, rursus reparari ad vitam; atq, iterum permutationem ejus fieri: ut, quæ primò fuit caro ex terrâ terrena, tùm deinde dissoluta per mortem, & iterum facta cinis & terra. (Quoniam terra es, inquit, & in terram ibis) rursum resuscitetur è terrâ; & post hoc jam, velut mortuum inhabitantis animæ poposcerit, in gloria corporis proficiat spiritualis.*

* in præcem. lib 1 de Princip. * l b 2. de Princip. cap. 10. * lib. cont. cap. 6.

CYPRIANUS: * *Resurrectio communis est: & ante tribunal Christi necesse est in corpore justos stare, & impios; Dei hoc diligente justitiâ: ut pœnas & impietas, in operatoribus, delictis stipendiis donarentur: & qui finem habere contumaciæ in malis, infinitâ clauderentur ultione in pœnis; & qui gloriati sunt in cruce, cum crucifixo regnantes, beata fierent perennitatis participes.* Ibidem, de statu post resurrectionem; *Inertis*, inquit, *resuscitatu corporibus nulli vanitati subjecta libertas, & quæ cogi non possit ad aliquid; in nullo laborans, jam a spe eductæ ipsa perfruens; nullâ expectatione suspensa, & in pace quietissimâ confirmata, omniq, expers formidinis, in spiritalibus delicus jugo illa permansio reflorebit.*

* * Sinus Abrahæ dicitur, temporale aliquod animarum fidei receptaculum. Et: * Habet de Paradiso à nobis libellum, quo confutauimus, omnem animam apud inferos sequestrari, in diem Domini. Item: * Si Paradisum nuncupamus locum divina amœnitate, recipiendis Sanctorum spiritibus destinatum.

MARTIALIS: * *Beati eritis in illâ die; si conscientiam vestram puram coram Deo nunc exhibueritis. Et, sicut unam fidem, unum baptisma, tenetis à Deo in vobis: sic Angelis cohæredes eritis; naturam quidem humanam, claritatem verò angelicam habituri. Non quidem evacuabitur veritas corporis; sed non erit pondus & fragilitas corruptionis. Nunc morimur per Adam: & tunc resurgemus per Christum. Nunc fragilitate circumdamur: tunc virtute induemur. Etsi enim moriemur corpore: sed tamen nunquam morietur spiritus. Spiritus enim sine morte creatus est a Deo.* Autor Sermonis de Ablutione pedum, apud CYPRIANUM: *Transfer à paludibus seculi hujus præsentissimus gloriæ tuæ regnum: ubi nec scabies ulla, nec lippitudo; ubi nemo fluxum sanguinis patietur, nemo immundus; ubi nullo amplius opus est lavacro, configurato corporis claritatis tuæ corpore nostro.*

* ad Eurdigal. cap. 8.

DE EXTREMO JUDICIO.

DE Extremo judicio docuerunt ad sententiam Symboli. TERTULLIANUS: * *Judicium Dei vertitur aut in æternitate pœnæ, aut salutis.* & alibi: * *Meminerit futuri judicii, quo omnes nos necesse est apud Christi tribunal adstare, reddentes rationem in-primis ipsius fidei.*

* Lib de Patientia. * lib. de Præscript. Hæret.

ET ORIGENES: * *Anima quid per unamquamq, diem vel fecerit, vel locuta fuerit, vel cogitaverit, omnia proponentur in judicio, &c.*

* lib. 3. in Job.

DE INFERNO, DAMNATIONE, & Pœnis Impiorum.

TERTULLIANUS: * *Nobis Inferi, non nuda cavernositas, nec subdivalis aliqua Mundi sentina, creduntur: sed infossa terra & in alto vastitas, & in ipsis visceribus ejus abstrusa profunditas.* Idem, * *Montes perpetuò ignem ejaculantes, testimonium dicunt, quanti sint ignes æterna damnationis secuturi.*

* lib de Animâ. * lib de Panitent.

ORIGENES: * *Idcirco & ignis æternus præparatus est, & gehenna & tenebræ exteriores: quæ omnia non tam ob eum, qui puniendus est; quam propter universos homines, constituta sunt.* Et: * *Conturbata est abyssus sine dubio: quia non habet pacem; sed & tenebras superpositas. Sed & dæmones in Evangelio rogare dicuntur, ne jubeatur abire in abyssum; velut in locum quendam pœnæ, & se & suis actibus dignum. Non solùm ergo peccator non erit: sed etiam locus ejus, quisquis ille est, quæritur; & non erit.* Idem: * *Pœnam damnatorum fore conscientiam, per divinam virtutem omnia mala in memoriam recipientem, & historiam quandam suorum scelerum ante oculos suos videntem expositam: ipsam conscientiam agitari & compungi propriis stimulis; & sui ipsam futuram accusatricem & testem.*

* Homil. 2. in Psal. 36.

* lib. 2. de Princip. cap. 11.

CYPRIANUS * sentit, *damnatos, cum corpore & animâ, infinitos cruciatus sustenturos.* Idem ait *Autor Sermonis de Ascensione Christi.* Et in Sermone de Mortalitate: *Ad refrigerii justi vocantur; ad supplicium rapiuntur injusti.*

* lib. 2. contra Demetrian.

DE PHILOSOPHIA.

PHilosophiam ethnicâ hoc nomine damnare videtur *Tertullianus*: quòd ex eâ hæreses producantur, & armentur. sicut * inquit; *Philosophorum ingenia omnes hæreses animari.* Ac *Philosophos Hæreticorum patriarchas* vocat. * Quo nomine & *Dialecticam* vituperat. * ubi & hoc addit: *Paulum Athenis ipso dedicisse usu, quod ad Colossenses scripserat; Videte, ne quis vos circumveniat per Philosophiam.* Ibidem: *Quid Athenis & Hierosolymis? quid Academiæ & Ecclesiæ? quid Hæreticis & Christianis? Nostra institutio de porticu Salomonis est: qui & ipse tradiderat, Dominum in simplicitate cordis esse quærendum.* Ibidem paulò antè: *Hæ sunt doctrinæ hominum & dæmoniorum, prurientibus omnibus nata de ingenio sapientiæ secularis: quam Dominus stultitiam vocans, finita Mundi, confusione etiam Philosophiam ipsius elegit. Ea est enim materia sapientiæ secularis, temeraria interpres divinæ naturæ dispositionis.*

* lib contra Hermog. * lib 1. contra Marc. * lib. de Præscript. Hæret.

tionis. Ipſa denique hæreſes à Philoſophiâ ſubornatur. Et ſæpè dicit,* Nihil poſſe eſſe convenientiæ inter Philoſophos & Chriſtianos. Ibidem: Quid ſimile Philoſophis & Chriſtianis? gratia diſcipulus & cœli, fama negotiator & vitæ, verborum & factorum operator, & rerum ædificator & deſtructor: amicus & inimicus erroris; veritatis interpolator & integrator, & expreſſor & furator ejus & cuſtos.

* in Apologet.

Eodem modo CYPRIANUS;* Inter Chriſtianos, inquit, & Philoſophos plurimum diſtat. Et, cùm Apoſtolus dicat; Videte, ne quis vos depradetur per Philoſophiam & inanem fallaciam: vitanda ſunt, quæ non de Dei clementiâ veniunt; ſed de Philoſophiæ duriori præſumtione deſcendunt.

* Lib. 4. Epiſt. 2.

DE MATHEMATICIS ET Aſtrologia.

PRopter commercia cum Hæreticis, & mutuas quaſi operas, etiã Mathemata & Aſtrologiam damnarunt. TERTULLIANUS* ait, Marcionitas plerosq; fuiſſe Aſtrologos. Et duriter in utrosq; invehitur:* Ne loquendum quidem, inquit, eſſe de Aſtrologia. Non putant Deum requirendum; præſumentes, ſtellarum nos immutabili arbitrio agi. Alludit ibidem ad hiſtorias: Expellitur Mathematici, ſicut angeli eorum. Urbi & Italiæ interdicitur Mathematicus; ſicut angelis eorũ. Ibidem: At enim ſcientia iſta uſq; ad Euangelium fuit cõceſſa; ut, Chriſto edito, nemo exinde nativitatẽ alicujus de cœlo interpretaretur.

* Li. 1. contra Marc.
* Li. de Idololatr.

ORIGENES:* Chaldæorum terram, ob id, quia plurima, quæ geruntur in terris, ſtellis confecrent, & peccatorum noſtrorum cauſas, ſive virtutem eorum quæ accidunt nobis, ex earum motibus aſſerant fieri, eos eſſe dicimus; qui talibus ſe ſuperſtitionibus dedicaverunt. Omnis igitur, qui his credit, in terrâ Chaldæorum eſt. Si quis veſtrûm Mathematicorum deliramenta ſectatur; ſi quis nativitatis diem ſupputat; & variis horarum momentorumq; rationibus credens, hoc dogma ſuſcipit, quia ſtella taliter & taliter ſignata faciunt homines luxurioſos, adulteros, caſtos, aut certè quodcunq; eorum: iſte in terrâ Chaldæorum eſt. Jam quidam exiſtimant, ex aſtrorum curſibus Chriſtianos fieri. Quotquot autem iſta ſapiunt, quotquot dictis iſtis credidit; in terrâ Chaldæorum eſtis. Comminans ergo Deus his, qui in terra Chaldæorum ſunt, hæc ſpiritualiter comminatur; qui ſe-ipſos genealogiis & fato conſecraverunt; aſſerentes, cuncta, quæ inter mortales ſunt, aut ex astrorum motibus, aut ex fati neceſſitate, pendere. Et alibi:* Eſt & illud opprobrium Ægypti; quòd poſt Baptiſmum, vetuſtæ conſuetudinis inuſtione, ſuggeratur obſervare augurias, inquirere ſtellarum curſus, & eventus ex iis futurorum rimari, ſervare ſomnia, cæteruq;, hujuſmodi ſuperſtitionibus implicari. Quæ ſi ſuſceperis, & te rurſus in laqueis illigaveris; ſinè dubio opprobria Ægypti trahis. Sed ſi quando te talis curioſitas interpellat, & de corde tuo hujusmodi hoſtis erumpit: dicens; Quia JESUM ducem ſequor, in cujus poteſtate ſunt, quæ futura ſunt: quæcunq; ille vult, hæc futura ſunt.

* Li. de Idololatr.
* Hom. 6. in Jeſ.

DE MAGIA, AUGURIIS, Divinationibus.

AStrologiæ ſpeciem eſſe Magiam, & quandam inter utramque ſocietatem; TERTULLIANUS* indicat: itaque utramque damnari.

* Li. de Idololatr.

Ait ibidem: Poſt Euangelium, nuſquam inveniar, aut Sophiſtas, aut Chaldæos, aut incantatores, aut conjectores, aut magos; niſi planè punitos. Et alibi,* Magiam, fallaciam vocat, & præſtigias diabolicas. Ibidem negat Samuelis animam evocatam; ſed ejus loco phantaſma diabolicum, ab ipſo Diabolo exhibitum fuiſſe. Abſit, inquit, ut animam cujuslibet Sancti, nedum Prophetæ, à dæmonio credamus extractam: edocti, quòd ipſe Satanas transfiguretur in angelum lucis; nedum in hominem lucis.

* Li. de Animâ.

ORIGENES:* Incantationes, Diaboli ſunt ſeductiones, dæmonum irriſiones, idololatriæ fex, animarum infatuatio, atq; cordium ſcandalum. Ibidem: Qui ad vana contenderint auguria, atq; veneficia, divinationes ac phylacteria, atq; incantationes; horum greſſus conturbantur, horum opera impediuntur: ab ipſis Dei viſitatio recedit; ipſos ſanctis Angeli derelinquunt: cum iſtis Diabolus permanet, infatuans mentes eorum, obtundens corda illorum, abſtrahens à vero ſenſu eorum. Ubi & rationes aliquot enumerat, quamobrem nõ ſint conſulendi incantatores & augures: quas, qui volet, Lector indè petat.

* Li. 3. in Jeſ.

CYPRIANUS,* Qui magicis, inquit, artibus utuntur, facilè Chriſtum abnegant; dum cum dæmonibus habent fœdus.

* Li. de duplici Martyrio.

INCLINATIO DOCTRINAE, COMplectens peculiares & incommodas opiniones, ſtipulas, & errores Doctorum; qui palàm quidem, hoc eſt, ſcriptis, traditi ſunt.

CErtum eſt omnibus, integritati doctrinæ ſubindè aliquid deceſiſſe; & Doctores ipſos interdum non aſſecutos anteceſſorum ſuorum, Apoſtolorum, eorumq; qui eos proximè ſecuti ſunt, cognitionem & perfectionem: quemadmodum libro ſuperiori dictum eſt. Quò igitur longiùs ab Apoſtolorum ætate receſſum eſt; eò plus ſtipularum doctrinæ puritati acceſſit. Hoc enim ſeculo, cujuſmodi opinionibus à vero, ut videtur, variarint & aberrarint, ordine commemorabimus.

De Deo.

Tertullianus à multis accuſatus eſt; quòd incommodè de Deo locutus ſit, quaſi corpus habeat. Sic enim ait:* Quis negârit, Deum corpus eſſe; etſi Deus ſpiritus eſt? Spiritus enim corpus ſuigeneris, in ſuâ effigie. Sed &, ſi inviſibilia illa, quæcunque ſunt, habent apud Deum & ſuum corpus, & ſuam formam, per quæ ſolis Deo viſibilia ſunt: quantò magis, quod ex ipſius ſubſtantiâ miſſum eſt, ſinè ſubſtantia non erit? Quanquam & ipſe ſignificat, ſe Deum, qui ſpiritus ſit, corpus in ſuo genere appellare: & ab *Auguſtino* partim defenditur, partim reprehenditur. Excuſatur ab eo,* ubi, Poſſet, inquit, quoquo modo putari, ipſam naturam ſubſtantiamq; divinam corpus vocare: non tale corpus, cujus partes aliæ majores, aliæ minores, valeant vel debeant cogitari; qualia ſunt omnia, quæ propriè dicimus corpora. Sed potuit (ut dixi) propterea putari corpus Deum dicere; quia non eſt nihil, non eſt inanitas, non eſt corporis vel animæ qualitas: ſed ubiq; totum, & per locorum ſpatia nulla partium; in ſuâ tamen naturâ atq; ſubſtantiâ immutabiliter permanet.

* Li. contra Praxeam.
* Li. ad Quæſtiones.

Idem verò,* hunc errorem Tertulliani hoc modo refellit: Tertullianus, quia corpus eſſe animam credidit, non ob aliud, niſi quòd eam incorpoream cogitare non potuit; & ideò timuit, ne nihil eſſet, ſi corpus non eſſet: nec de Deo voluit aliter ſapere. Qui ſanè, quoniam acutus eſt, interdum contra opinionem ſuam vitâ veritate ſuperatur. Quid enim verius dicere potuit; quàm id, quod ait quodam loco: Eſſe corporale, paſſibile eſt? Debuit ergo mutare ſententiam, quâ paulò ſuperiùs dixerat, etiam Deum corpus eſſe. Neq; enim arbitror eum ita deſipuiſſe; ut etiam Dei naturam paſſibilem crederet.

* Lib. 10 & Geneſ ad Lit. cap. 25.

De Chriſto.

Tertullianus etiam de Chriſto quædam periculosè locutus eſt. ut in libro de Trinitate: Semper in Patre; ne pater non ſemper ſit pater, quin & pater illum etiam quâdam ratione præcedit: quòd neceſſe eſt quodammodo prior ſit; quia pater ſit. Quoniam aliquo pacto antecedat neceſſe eſt eum, qui habet originem, ille qui originem noſcit. Hic ergo, quando Pater voluit, proceſſit ex Patre. Sic & in libro adversùs Hermogenem: Nec Pater potuit eſſe ante Filium; nec judex ante delictum. Fuit autem tempus, cùm ei delictum & filius non fuit; quod judicem, & qui patrem, Dominum faceret. Rurſus, libro adversùs Praxeam, incommodè iterum dixit, Chriſtum eſſe portionem de ſubſtantiâ Dei: Pater tota ſubſtantia eſt; Filius verò derivatio totius, & portio, ſicut ipſe profitetur; Quia Pater major me eſt. Ut & illud de Chriſti Carne humanâ aſſumtâ, ac rurſum depoſitâ, in libro de Trinitate: Nos Sermonem Dei ſcimus indutum carnis ſubſtantiam; eandemq; rurſus exutum eâdem corporis materiâ: quam rurſus in reſurrectione ſuſcepit, & quaſi indumentum reſumſit.

Epiphanius, ex *Origenis* verbis in primum Pſalmum, (quæ ſic habent: Rogamus itaq;, quandoquidem nihil ſinè Deo bonum eſſe poteſt, & maximè intelligentia divinitùs-inſpiratarum ſcripturarum; ut Patrem, univerſorum Deum, per Salvatorem noſtrum ac Pontificem, genitum Deum, adeat) & aliis locis, probat, Origenem in hac opinione fuiſſe: quòd Chriſtus non ſit verus Deus; ſed creatus; & quòd ſecundùm gratiam Filius Dei appelletur.

Nova & hæc opinio *Origenis* eſt;* quâ ex eo, quod Geneſis 22. Deus Angelus dicitur, probari putat: quòd, ſicut

* Hom. 8 in Genes.

Christus inter homines habitu repertus sit ut homo; ita inter Angelos habitu repertus sit ut Angelus.

Idem & de Christi oblatione, & passione, periculosis & absurdis lusit opinionibus. ut Homiliâ 1. in Leviticum, ubi sic ait: *Sanguis JESU non solum in Hierusalem effusus est; ubi erat altare & basis ejus, & tabernaculum Domini: sed & quòd super illud altare, quod est in cœlis, ubi & Ecclesia primitivorum est, idem ipse sanguis adspersus erit. sicut & Apostolus dicit: Quia pacificavit per sanguinem crucis suæ, sive quæ in terris sunt, sive quæ in cœlis.* Recte ergo secundò nominat altare, quod est ad ostium tabernaculi testimonii: *quia non solum pro terrestribus; sed etiam pro cœlestibus, oblatus est hostia JESUS.* Et Homiliâ 2. in eundem; ubi dicit, *Christum in cœlis, non pro peccato; sed pro nostris, oblatum esse: in terris autem, ubi ab Adam usq; ad Mosen regnavit peccatum, oblatum esse pro peccato; & sic suo sanguine pacificâsse, quæ in terris & quæ in cœlis sunt.* Homiliâ 7. in eundem, prodigiosâ omninò imaginatione asserit, *Christo jam in cœlis non esse perfectam lætitiam: quia cogatur adhuc pro peccatis nostris legere: & quia corpus suum, Ecclesia, nondum sit glorificatum.* Idem asserit, *quòd Filius unigenitus Patrem videre non possit: & quòd neque Spiritus Filium videre queat; neq; Angeli Spiritum, neq; Homines Angelos.* Recitat id de Origene *Epiphanius.**

* Ex 2 contra hæres. tom. 1. * Serm. ad Eleemos.

¶ Erravit & *Cyprianus*,* quòd dixit: *Christum tantùm pro originali peccato satisfecisse; nobis verò pro actualibus satisfaciendum esse.*

Sic Autor tractatûs apud Cyprianum de Sinâ & Sion, hæreticè distinxit inter Jesum & Christum. Dixit enim: *Carnem Dominicam Jesum vocatum esse; & Spiritum sanctum, qui de cœlo descendit, Christum: atq; ita spiritum carni mixtum, esse Jesum Christum.* Quâ opinione prorsus accedit ad Marci & Colarbaseorum hæresin.

Dionysium Alexandrinum, in quâdam epistolâ contra Sabellianos, scripsit: *Filium Dei opus & quiddam factitium esse; neq; Patri naturaliter suum ac proprium: sed alienum ab illius substantiâ; qualis est vitis a naturâ agricolæ, aut navis fabri: eandemq;, quia opus est quoddam conditum, non fuisse, antequàm fieret.* Hæc verba postea Ariani pro suâ sententiâ citarunt: ut refert *Athanasius*, in epistolâ de Sententiâ Dionysii Episcopi Alexandrini, contra Arianos.

¶ Variarunt hi doctores opinionibus etiam de tempore passionis Christi. Sicut *Tertullianus*,* Christum passum dixit anno 15. Tiberii, annos habentem quasi triginta, cùm pateretur. *Autor* verò *tractatûs de Sinâ & Sion*, ex Cabalâ nominis Adam, quod facit quadraginta-sex, insulsè pronuntiavit: Christum sexto millesimo anno, horâ sextâ passum esse; & post dies quadraginta ad cœlos ascendisse.

* Ex cont. Judæos

De Spiritu sancto.

Tertullianus, post defectionem, cum Montano sensit: Spiritum sanctum non per Apostolos; sed per paracletum Montani, tradidisse necessaria Ecclesiæ. Sparsit ejus opinionis testimonia multa, *in libro de Monogamiâ*, quem contra Ecclesiam scripsit; in quo sic inquit: *Paracletus, multa habens edocere, quæ in illum distulit Dominus secundùm præfinitionem ipsum primò Christum confessabitur, qualem credimus; cùm, toto ordine Dei creatrix, & ipsum glorificabit, & de ipso commemorabit: & sic de principali regulâ, multa, quæ sunt disciplinarum, revelabit.* Ibidem, de unis nuptiis loquens, ait: *Si Christus abstulit, quod Moses præcepit, cur non & Paracletus abstulerit, quod Paulus indulsit? Item tempus ejus,* (infirmitatis; cui Paulus secundas nuptias concessit *donec Paracletus operatus fuit; in quem dilatata sunt a Domino, quæ tunc sustineri non poterant?* Ex in libro de Virginibus velandis: *Cùm præterea Paracletum miserit Dominus; ut, quoniam humana mediocritas omnia semel capere non poterat, paulatim dirigeretur & ordinaretur, & ad perfectum perduceretur disciplina.*

Prodigiosè etiam *Origenes** (de quo *Basilius** ait; eum non omnino sanis habere de Spiritu sancto opiniones) dixit, Spiritum sanctum recedere à sanctis in opere conjugali. *Connubia legitima*, inquit, *carent quidem peccato: nec tamen tempore illo quo conjugales actus geruntur, præsentia sancti Spiritûs dabitur: etiamsi Propheta esse videatur, qui officio generationis obsequitur. Sed & alia plura sunt, in quibus sufficit sola virtus humana. & neque res indiget, neque decet, adesse præsentiam Spiritus sancti: sed in hac per excessum quendam incurrimus, dum ostendere volumus, super solum Dominum & Salvatorem meum JESUM manssisse semper Spiritum Dei: insuper autem omnibus Sanctis, sicut & in septuaginta Senioribus, à quibus verbi hujus processit exordium, requievisse tantùm Spiritum Dei: & operatum esse in tempore eo, quo expediebat iis, per quos operabatur; & utile erat iis, quibus ministrabatur.*

* Hom. 9. in Num. * Hom. 7. in Num. * Hom. 11. in Num.

¶ Sed & *Cyprianus** per errorem sensit; *Spiritum sanctum in potestate Ministrorum esse; & ab iisdem dari, ratione personæ.*

* lib. 1. Epist. 12. & alibi

De Creatione.

Origenes,* finè ratione & certâ aliquâ autoritate, alium Mundum ante hunc fuisse putavit. *Sicut post corruptionem*, inquit, *erit alius Mundus: ità & antequam sic esset, fuisse alios credimus.* Idem monstrosè sensit; * Creaturas ad cœlestes quasquam imagines factas esse. *Fortassè sicut Deus Hominem ad imaginem & similitudinem suam fecit; ita etiam cæteras creaturas, ad alias quasdam cœlestes imagines, per similitudinem condidit: & fortassè in tantum singula quæq;, quæ in terris sunt, habent aliquid imaginis & similitudinis in cœlestibus; ut etiam granum sinapis, quod minimum est in omnibus seminibus, habeat aliquid imaginis & similitudinis in cœlis.* Idem rursus sensit: * *Deum, cœlum incorporeum & corporeum condidisse. & Abyssum pro tartaro* intelligit, *in quo sint Diabolus.* Et de numero creaturarum; *Tradunt*, inquit, * *etiam omnium creaturarum Dei species intra viginti & duo numerum colligi.* Et portentosè opinatur, * *Terram animalem esse, & peccatorem, quia ad Adamum dixerit Deus: Terra es; & in terram ibis.*

* lib. 3. de Princ. c. 5 * Hom. 3 in Gen. * Hom. 1. in Genes. * Hom. 4. in Num. * Hom. 4. in Ezech.

Est & opinio erronea; quòd *Cyprianus** asserit: *Deum, cùm Mundum fecisset, præfecisse ei quasdam virtutum cœlestium potestates, quibus regeretur & dispensaretur genus humanum.* Nec convenit quidem de Mundi ætate opinio, quam habet: * *Sex millia annorum jam pene complentur, ex quo Hominem Diabolus impugnat.*

* in exposit. Symb.

* lib. de Mort. init.

De Angelis.

Angelis corpora *Origenes* ubiq; tribuit. Et ait: * *Incorporeas remanere rationabiles naturas, cùm ad summum sanctitatis & beatitudinis venerint; mihi quidem difficillimum, & pene impossibile videtur.* Idem deinde non finè errore asserit; *in extremo judicio, Angelos singulos adducturos secum, quibus præfuerint, quos adjuverint, quos instruxerint, & pro quibus viderint faciem Dei Patris.* Item: *Angelos, qui fuerunt segniores, judicatum iri ab hominibus magis strenuis.* Item, quòd *Animarum curam & procurationem gerere* scripsit * *per Angelos; qui eas in judicii examen etiam perducturi sint; ut constet, utrùm suâ desidiâ peccaverint homines, an monitorum custodumq; Angelorum negligentiâ.* Rursus ait: * *Asserunt, Angelos diversarum linguarum autores esse; & solos Judæos Dei linguam retinuisse; quia Deo, & non Angelis, subjecti fuerunt.* Ac de ordinibus Angelorum somniavit inepte,* & inquit: *Nec nos quidem clàm habet, in hoc Angelorum ordine thronos alios vocitari, alios dominationes; alios potestates & principatus dici.*

* lib. 2. de Princip. c. 2. * lib. 1 de Princip. c. 8. & lib. 4 contra Celsum. * Hom. 1. in Exech.

Angelos etiam invocandos *Origenes** putavit; ubi hanc formulam invocandi Angelos proponit: *Veni Angele, suscipe sermone conversum ab errore pristino, à doctrinâ dæmoniorum, ab iniquitate in altum loquente; & suscipiens eum, quasi Medicus bonus confove ata, instrue. parvulus est: hodie nascatur senex renascens, & suscipe, retribuens ei Baptismum secundæ regenerationis: & advoca tibi alios socios ministerii tui, ut cuncti pariter eos, qui aliquando decepti sunt, eruditatu ad fidem.*

De Angelorum lapsu.

De Angelorum lapsu, easdem opiniones habuerunt Patres hujus sæculi; quas Justinus & Clemens superiores, ex malè intellecto dicto Geneseos 6: *Videbant filii Dei filias hominum, quòd essent pulcræ, & acceperunt sibi uxores ex omnibus, quas elegerant.*

Tertullianus,* *Angeli*, inquit, *ad filias hominum ruerunt de cœlo.* Item; *Post libidinum vaporata momenta cœlum suspirabant.*

* lib. de Habitu Mulier. * Tract 4 de Virgin. velor.

Cyprianus* sensit; *Angelos ideò lapsos esse, quòd terrenus numerosi, à vigore cœlesti terreno contagio recesserunt.*

Autor Sermonis de Singularitate Clericorum; *Novimus*, inquit, *Angelos cum feminis concidisse.*

* Serm. de Resurr.

Methodius:* *Diabolus pravis suis actibus circa concreatorum ipsi administrationem; & invidiam contra nos concepit: quem-*

* Ex cont. Judæos * Hom. 14. in Num. * Hom. 11. in Num. * lib. 1 de Princip. c. 8. & lib. 4 contra Celsum. * Hom. 1. in Exech. * lib. de Habitu Mulier. * Tract 4 de Virgin. velor. * Serm. de Resurr.

quemadmodum & qui pescea carnes amaverint, & cum filiabus hominum ob concubitûs amorem conversati sint.

De tempore lapsûs Angelorum, *Autor Homiliarum in Canticum*, contra Cyprianum & Origenem sentit; Diabolum tempore passionis Christi è cœlo decidisse.

De Diabolo.

De Diabolorum generatione *Tertullianus* * loqui videtur: *Quomodo de Angelis quibusdam, suâ sponte corruptis, corruptior genus dæmonum evaserit, damnata à Deo cum generis autoribus, & cum eo quem diximus principe; apud Sacras literas ordine cognoscitur.*

* *in Apol.*

De Diabolorum operationibus, variis luserunt opinionibus. Nam *Tertullianus* * opinatur, *Diabolos esse autores mundi muliebris; & materias quasdam bene-occultas atque artes hominibus prodidisse. Item metallorum opera, & herbarum naturas atque incantationes, monstrâsse: atque hæc*, ait, *Enoch retulisse.*

* *lib. de Habitu mulier. & lib. de cultu fœminar.*

In quam sententiam *Cyprianus* * sentit; *artem tingendi & colorandi lanas, à Diabolo, ad terrena contagia devolutis, prodit am esse.*

* *Tract. 2 de Habitu virgin.*

Aliâ verò opinione, *Origenes* * sensit: *unum diabolum, ab uno quidem sancto victum, non audere iterum congredi, aut alium impugnare hominem; sed cum in abyssum à Christo mitti.* Probat hoc experientiâ; quòd, victo jam plurimo dæmonum numero, ad credulitatem gentes relaxentur. quod non fieret; si plenus dæmonum numerus maneret. Item illo dicto: *Deus conteret Satanam sub pedibus vestris.* Ergo Satan contritus, non potest operari ultrà. *Idem*, contra hoc quod dixit, * Diabolum non salvari, nec in cœlum rediturum: tamen asseruit, * *etiam Diabolum posse salvari in futuro sæculo; pro eo, quòd est in ipsis liberi facultas arbitrii.* Quâ opinione etiam dixit: * *Destrui novissimum inimicum sic intelligendum est; non ut substantia ejus, quæ à Deo facta est, pereat: sed ut propositum & voluntas inimica, quæ non à Deo, sed ab ipso processit, intereat. Propterea mutationem quidem varietatemq; recipient; sic ut pro meritis, vel in meliori, vel in deteriori habeantur statu.* Contrà alibi * omninò negat, in resurrectione Diabolum futurum. *Jam tunc*, inquit, *ultrà omninò non erit Diabolus; quia jam non erit mors.* Idem * asserit; *perhæc, quæ Diabolus meruit in hac vitâ, ei non imputari: sed in ejus filios, id est, peccatores, redundare.*

* *lib. 1. de Princ. c. 6.*

* *lib 3. de Princ. c. 6.*

* *Hom. 1. in Jos.*

* *Hom. 6 in Exod.*

De Homine.

Habuit & hoc sæculo *Tertullianum* eam opinionem; quòd Homo ad imaginem Christi sit conditus; eam scilicet, quam Christus homo factus repræsentavit. Sic enim inquit: * *Quodcunque hujus exprimebatur, Christus cogitabatur homo futurus.* Et ORIGENES: * *Quæ ergo alia imago Dei, ad cujus imaginis similitudinem factus est homo; nisi Salvator noster, qui est primogenitus omnis creaturæ?*

* *lib. de Resurr. Carnis.*

* *Hom. 1. in Genes.*

De Lapsu hominis.

Methodius * attribuit *Origeni*, quòd, cum Proclo & Aglaophonte sociis, senserit; *Animam in paradiso ante corpus, quando adhuc beata & sodalis erat, peccâsse; & postea in corpus, tanquam in carcerem & vinculum, inclusam esse.* Item eos dicere; *Animas ex cœlis dejectas esse. & transire fontes ignis & aquas super dorsum firmamenti, dum in mundum nostrum serantur.* Apud *Epiphanium.* *

* *in Serm. de Resurr.*

* *lib. 2. contra hæres. tom. 1.*

De Libero arbitrio.

Mansisse etiam, post naturam corruptam, in homine, integram voluntaris libertatem; doctores hujus sæculi aliàs affirmarunt, aliàs negarunt: sæpiùs tamen affirmarunt. ut TERTULLIANUS, * *Sic & in posterie*, inquit, *legibus creatoris invenias, proponentis ante hominem bonum & malum, vitam & mortem. Sed nec aliàs totum ordinem disciplinæ, per præcepta dispositum, avocantis Deo, & minantis, & exhortantis, nisi & ad obsequium & ad consensûm libero & voluntario homini.* Idem, * *Cum utrumque*, inquit, *ex præcepto ejus didicerimus, quid velit, & quid nolit: jam nobis est voluntas eligendi alterum, sicut scriptum est: Ecce, posui ante te bonum & malum, persuasit enim de arbore agnitionis. Et ideò non debemus, quod nostro expositum est arbitrio, in Dei referre voluntatem: quos vult ipse & velle, qui malum non vult. Ità nostra est voluntas, cùm malum volumus, ad veritatis Dei voluntatem, qui bonum vult.* Et * *Posui ante te bonum & malum, elige quod bonum est, si non potes; quis non*

* *lib. 2. contra Marcion.*

* *initio lib. de Exhortat. castit.*

* *lib. de Monogam.*

vis: (posse etiam te, si velis, ostendit: quia tuo arbitrio utrumq; proposuit) discedas oportet ab eo, cujus non facis voluntatem.

ORIGENES * ad eundem modum sentit: *Sensum nostrum posse bona eligere, ut fiat vas in honorem; aut mala & terrena, ut fiat vas in contumeliam.* Et: * *Israël, quid Dominus Deus petit à te, quàm ut timeas eum? Erubescant illi hæc verba, qui negant in homine liberum arbitrium. Quomodo peteret Deus, nisi haberet homo in suâ potestate, quod Deo petente deberet offerre?* Item: * *Sui namq; arbitrii esse animum, & in quam voluerit partem, illi liberum declinare. & ideò justum Dei judicium est: quia sponte suâ, sive bonis, sive pessimis monitoribus, paret.* Iterum: * *In incipiendo nos juvant Angeli: cùm adjutus fuerit, & à principibus seu angelis eruditus; jam sponte & voluntate tuâ, quæ didicisti, age. Relictis enim decem in principiis, depositiq; rudimentis, nostræ committuntur voluntati: ut vel laus meritis, quæ nostrâ virtute quæsita est; vel culpa, jure sit nostra, quæ per nostram venit ignaviam.* Idem: * *In arbitrio est hominum potestas fidei ac pretatis. Si enim voluerint declinare à malis, & bona facere: & valent, & possunt, & non prævalent illis nequissimus.* Et: * *Consequens est, in nobis esse, atq; in nostris motibus, ut vel beati & sancti simus; vel per desidiam & negligentiam à beatitudine in malitiam & perditionem vergamus.*

* *Hom. 9 in Num.*

* *Hom. 12 in Num.*

* *Hom. 10 in Num.*

* *Hom. 6 in Judic.*

* *lib. 2. in Jos.*

Idem & CYPRIANUS sensit. * *Homo libertati suæ relictus, & in arbitrio proprio constitutus, sibimetipsi vel mortem appetit, vel salutem.* Et: * *Credendi vel non-credendi libertatem in arbitrio positam, in Deuteronomio: Ecce, dedi ante faciem tuam vitam & mortem. Item apud Esajam: Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Item in Evangelio Lucæ: Regnum Dei intra vos est.*

* *lib. 1 de testim. ad Quirin.*

* *lib. 3 Epist. 3*

* *lib. 3 adversus Marcion.*

METHODIUS: * *Quomodo verò etiam liberum arbitrium in hoc Mundo apparet? In nobis enim situm est, ut credamus, & non-credamus. Ubi autem in nobis situm est credere & non-credere; in nobis rectè facere & peccare; in nolis benefacere & malefacere: immò etiam judicium, quomodo velut futurum amplius exspectari potest: in quo Deus unicuiq; juxta opera, & secundum studium, retribuet?*

* *Serm. de Resurr.*

De Peccato.

Malè de corruptione originali ORIGENES * loquitur: *Etiamsi peccaverit*, (scilicet Adam) *tamen non usque ad perfectam malitiam mentem ejus corruisse.* Idem, * malè *filius Job tantam innocentiam* tribuit, *quantam Adam & Eva in paradiso habuerunt.* Malè & *ipse Job* tribuit, * *quòd nudus fuerit à peccato, ab impietatibus, & ab omnibus illicitis.* Item, *quòd neque in cogitationibus, neq; in animæ consilio, neque in tractationibus cordis, peccârit.* Quomodo rursus, *Hieremiæ, & Sanctis Dei, perfectionem tantam* tribuit; * *ut neget sine peccato eos reprehendi posse.*

* *Hom. 12 in Levit.*

* *lib. 1. in Job*

* *ibid*

Sic novâ prorsus, & crassâ opinione, TERTULLIANUS * ex piis sanctos procreari sentit. sic enim ait: *Hinc & Apostolus ex sanctificato alterutro sexu sanctos procreari ait, tam ex feminæ prærogativâ, quam ex institutionis disciplinâ. Cæterùm, inquit, immundi nascerentur: quasi desponsatos tamen sanctitatis, ac per hoc etiam salutis, intelligi volens fidelium filios: ut hujus spei pignore matrimonii, quæ retinenda censuerat, patrocinaretur. Alioqui meminerat dominicæ definitionis: Nisi quis renatus fuerit ex aquâ & spiritu; non introibit in regnum Dei: id est, non erit sanctus.*

* *lib. de Anima.*

De Lege.

Habuerunt & de Lege valde aberrantes opiniones, sicut TERTULLIANUS * disputat: *Sanctos in Veteri testamento, ut Noham, Abrahamum, Melchizedec, & alios, justitiâ Legis naturalis justos fuisse.* Hinc, simili errore, de Legis possibilitate, ORIGENES multa subindè inculcat. ut, ubi Decalogum exponit, * hoc videtur asseverare; *quòd baptizati per omnia possint Legem implere.* Idem ait AUTOR Homiliarû in Canticum: *Non est inordinatus servus divinus; nec impossibilia præcipit.* Et CYPRIANUS, * *Quia*, inquit, *& quod agendum est, scimus; & quod scimus, facere possumus: præcepto tuo, Domine, quòd diligam te. Hoc & possum, & debeo.*

* *lib. 5 adversus Jud.*

* *Hom. 8. in Exod.*

* *Serm. de Baptis. Christi.*

Rursus ORIGENES * malè sentit, legem Mosis abluere nos à peccatis. *Lex Dei est*, inquit, *quæ te lavat: ipsa fluvius tuus abluit: ipsa si audias eam, peccatorum tuorum maculas abstergit.* Quemadmodum simili errore ibidem dixerit, *Legem nos immortalitate donare.* Idem * mirâ icuit opinione; *Legem*

* *Hom. 6 in Levit.*

* *Hom. 9 Num*

Digitized by Google

esse virtutem Euangelii, quod fundamento Legi subnixum demum intelligatur. Ità, *legem* dicit *vetus testamentum dici, illis, qui carnaliter intelligunt: iis verò, qui spiritualiter intelligunt, novum esse, non temporis ætate; sed intelligentiæ novitate.* Sicut & aliter * sentit; *Christum, Matthæi 5. non explicâsse Legis; sed quædam perfectiora Lege præcepisse.* Idem * malè inquit; *Christum nos de maledicto Legis, id est, cæremoniarum; & non de maledicto mandati, aut testimonii, aut judiciorum, liberâsse.*

* Hom. 6. in Levit.
* Hom. 11. in Num.

De Euangelio.

De officio Legis & Euangelii, ORIGENES * frigidè respondet ad quæstionem: *cur Lex adulterii mortem corporalem inferat; Euangelium verò non?* Scilicet, *Lex volebat per pœnas temporales expurgari peccata; Euangelium verò per pœnitentiam.* Quemadmodum & ibidem sensit; *peccata, quæ capitali supplicio in Lege puniebantur, per ipsa supplicia purgata esse.* Idem & * crassè sentit; *ipsam solam Euangelii narrationem simplicem, sufficere simplicioribus ad salutem.* Et alibi * ait: *Si hominibus non sinè Euangelio apparuit; consequentia videtur ostendere, quod etiam Angelico ordini non sinè Euangelio apparuerit, illo sortasse quod æternum.*

* Hom. 11. in Levit.
* Tract. 26. in Matth.
* lib. 1 in epist. ad Rom.

CYPRIANUS * verò, tractans illa verba, *Hunc audite:* nullam ferè prorsus mentionem facit Euangelii; sed tantùm Legis.

* Serm. de Baptis. Christi.

De Justificatione.

De hac doctrinâ, commodissimas suprà ex Patribus hujus seculi sententias collegimus. Hic incommodiores indicabimus: ut videatur, magnâ tamẽ ex parte, hunc summum articulum, de Justificatione, obscuratum esse. Justitiam enim coram Deo operibus tribuerunt; &, inter legalem justitiâ & Euangelicam, ferè nihil discriminis perspicuè ostenderunt. Sicut ORIGENES, * pleno ore de justitiâ Jobi declamitans, tantùm propter virtutes & opera legalia justificatũ eum pronuntiat: de fide nihil dicit; nisi quòd partem justitiæ Job addit fuisse, spem in Deum justum, & justitias diligentem. *Procul dubio, quòd omnia juste disposuerit & judicaverit, atq; misericorditer definierit: non reveritus personam; non accipiens munera; non ambulans post retributiones; non despiciens oppressum; non spernens viduam; non obliviscens orphanum: pro his omnibus, & ex his omnibus, atq; per hæc cuncta, erat justus.* Idem * sentit; *aliquos, quorum fides nullo operum nobilitatur accessu, salvari quidem: sed tamen summam regni vel libertatis non accipere.* Quod quid aliud est, quàm, sinè operibus neminẽ perfectè justificari? Quin & AUTOR Homiliarum in Canticum, duplicem facit justitiam; alteram fidei, alteram operum: & quidem utrique salutem imputat. *Duplicitèr,* inquit, *constat salus credentium: per agnitionem Filii, & operum perfectionem. Ratio fidei, primus habeatur salutis gradus: secundo verò in loco, operum perfectio memoretur.*

* Lib. 1 in Jos.
* Hom. 10. in Jos.

METHODIUS, * (cujus fragmentum exstat apud *Epiphanium**) sentire videtur; *nos naturalis Legis impletione, quæ fiat auxiliante Christo, justificari. Impotentiam enim naturalis boni, ob quam languebat à concupiscentiâ in corpore sitâ superatam. Deus recuravit, misso Filio suo; qui similem carni assumsit carnem (veritas enim, & non apparentia erat, quod apparuit) quò, peccato ad interitum condemnato, ut non amplius fructificet in carne, justificatio naturalis Legis impleretur: redundans obedientiâ in his, qui non secundùm concupiscentiam carnis ambulant; sed secundũ concupiscentiam spiritus, ejusdemq; ductum.*

* in Serm. de Resurr. t. 2. tom. 1

De Bonis operibus.

Magis, quàm superioris seculi, Doctores hujus ætatis, à verâ doctrinâ Christi & Apostolorum, de Bonis operibus, declinarunt. Opera enim electitia multa excogitarunt & inculcarunt. quemadmodũ immodicis TERTULLIANUS castitatem laudibus extollit, & pudicitiam: sicut postea dicetur. Idem & * sentire videtur, *Bona opera fidem & antecedere, & subsequi.* Illud enim de Patientiâ affirmat. Alibi verò * narrat, quâ occasione ad salutẽ pervenerit domus Zachæi. Ibi etsi non negat, in Zachæo fuisse auditum de Christo, & aliquam notitiam Scripturarum, ex commercio Judaico: tamen præcipuam causam justificationis ejus fuisse ait, *quòd ignorans Esaiæ præceptum* (Frange esurienti panem tuum) *impleverit.*

* li de Patientiâ.
li. 4. cõtra Marc.

Ità præparationem ad salutem, & causam adeò, pluribus

in locis, ORIGENES tribuit operibus. ut * ubi; *Qui profitentur,* inquit, *quidem fidem in JESU; non autem præparant se bonis operibus ad salutem, assimilantur virginibus fatuis.* Et alibi, * *inhabitationem Dei in nobis, meritis nostris* tribuit. Idem * ait: *Sciendum, quia opera, quæ Paulus repudiat; & frequenter vituperat, non sunt justitiæ, quæ mandantur in Lege; sed ea, in quibus hi, qui secundùm carnem Legem custodiunt, gloriantur: id est, vel circumcisio carnis, vel sacrificiorum ritus, vel sabbatorum observatio & neomeniarum. Hæc & ejusmodi sunt opera, ex quibus dicit neminem potuisse salvari.* Ibidem: *Si in præsenti sæculo dat Deus unicuiq; gratiam, secundùm mensuram fidei: finè dubio & in futuro dabit unicuiq; gratiam, pro mensurâ meritorum.* Et alibi: * *Postulat à nobis Deus, & deprecatur: non quia necessarium habet aliquid, ut ei tribuamus, postulat; ut, postquàm ei dederimus, idipsum tribuat in salutem.*

* Tract. 32. in Matt.
* Homil. 24. & 26. in Jos.
* lib. 8. in epist. ad Rom.
* Hom. 35. in Luc.

Simili errore CYPRIANUS * sensit, *meritorum præcedentium defensione, obvelari peccata subsequentia.* Quo errore & disciplinæ, id est, bonis operibus, tribuit, *quòd sit custos spei; retinaculum fidei: & faciat in Christo manere semper jugiter, in Deo vivere, & ad promissa cœlestia & divina præmia pervenire.* Et alibi, * *ut qui quotidie,* inquit, *delinquimus; delicta nostra sanctificatione assidua repurgemus.* Sic & * ex professo sentit; peccata commissa post Baptismum, eleemosynâ & bonis operibus extingui. *Semel,* inquit, *in Baptismo peccatorum remissa datur: assidua & jugis operatio, Baptismi instar imitata, Dei indulgentiam largitur.* Idq; probare conatur dictis Scripturæ. ut Tobiæ 4. *Eleemosynis & fide purgantur peccata.* Et Ecclesiastici 3. *Sicut aqua extinguit ignem, sic eleemosyna peccatum.* Ità, ex dicto Christi: *Ecce sanus es: vide ne quid pecces, ne quid tibi gravius accidat:* ratiocinatur, bonis operibus tuendam esse salutem, & amissam recuperandam.

* li. 3. epist. 25.
* Serm. de Orat.
* Serm. 1. de Eleemos.

De Pœnitentiâ.

Plerique hujus seculi Scriptores, doctrinam de Pœnitentiâ mirè depravant. Ad ipsum tantùm opus pœnitentiæ, seu contritionem, deducunt; eique remissionem peccatorum imputant. de fide in Christum, aut gratuitâ remissione, nihil dicunt. Unam enim tantùm pœnitentiam post Baptismum TERTULLIANUS admittit: sicut & in superiori seculo Clemens Alexandrinus. Quod etiam si ità excusari posset; secundam pœnitentiam esse, perpetuam illam post Baptismum: tamen nimis durè loquitur: * *Hoc dico, pœnitentiam, quæ per Dei gratiam ostensa, & indicta nobis, in gratiam nos Domino revocet. semel cognitam atq; susceptam, nunquam posthac iteratione delicti resignari oportere.* Ibidem: *collocavit in vestibulo pœnitentiam secundam, quæ pulsantibus patefaciat: sed jam semel; quia jam secundò: sed amplius nunquam; quia proximè frustra. nõ enim & hoc semel satis est?* Idem alibi: * *Sunt autẽ & contraria istis, ut graviora & exitiosa, quæ veniam non capiant; homicidium, idololatria, fraus, negatio, blasphemia utiq;, & mœchia, & fornicatio, & si qua alia violatio templi Dei. Horum ultrà exorator non erit Christus. hæc non admittet omninò, qui natus ex Deo fuerit: non futurus Dei filius, si admiserit.* Ubi & de publicâ confessione, & satisfactione, nimis largiter differit; quasi per eas peccata expientur.

* li. de Pœnitent.
* li. de Pudicitia.

Eodem modo ORIGENES, * *lapsos* jubet *pœnitendo, flendo, & satisfaciẽdo, delere, quod admiserunt. quia dicat Propheta: Si conversus ingemueris, salvus eris.* Sic * *plenissimam pœnitentiæ satisfactionem exigit, antequam Christum* ait *intrare ad animam sibi peccati conscium.* Et * asserit, *Pœnitentiam, ad est, lacrymas & bona opera, esse pretium, quo peccata nostra redimantur.* Sicut &, * *Conversionem nostrum esse opus,* asseverat, ex dicto Christi: *Regnum Dei intra vos est.* Rursus, * *In gravioribus,* inquit, *hominibus semel tantùm, vel rarò, pœnitentiæ conceditur locus. ista verò communia, quæ frequenter incurrimus, semper pœnitentiam recipiunt, & finè intermissione redimuntur.* Item: * *Quanto tempore errâsse nosti, quanto tempore deliquisti; tanto tempore humilia te ipsum Deo, & satisfacito ei.* Et * citans dictum epistolæ ad Hebræos; *Impossibile est, eos, qui semel illuminati sunt, &c.* videtur & ipse *Lapsis pœnitentiam denegare,* & sibi parum constare. Alibi verò * videtur *Lapsis post Baptismum spem tantùm purgatorii* polliceri.

* Hom. 6. in Exod.
* Hom. 12. in Levit.
* Hom. 15. in Levit.
* Hom. 24. in Num.
* Hom. 15. in Levit.
* Hom 3. in Judic.
* Hom. 10. in Ierem.
* Hom. 13. in Ezech.

CYPRIANUS contrà, * *Lapsis pœnitentiam ità permittit; si publicam scilicet, & diuturnam eam operiant, propter Ecclesiasticam disciplinam.* Ibidem * *peccata nisi redimi & ablui satisfactio-*

* lib. 1. Epist. 2.
* lib. 1. epist. 3.

* l. 3. epist. 14
* l. 3. epist. 18.

* Tract 2. de Hebdom. virg.

* Serm. de Baptismo.

* Hom 14 in Luc.

* li 1 epist. 12.

* l. 3. epist. 6.

* li. 1. c. 43.

* li de Baptismo.

* li. 1. epist 1

* li 2. epist 3.

* li. de Cult fem.
* Epist ad Bonifac.
* li 3 epist 18.

fallendum: Idem tradit & alibi.* Hinc quidam Pœnitentiæ definitionem extruit: * *Pœnitentiam illa agit, qui divinis præceptis mutu & patiens, & Sacerdotibus Dei obtemperans, obsequii sui & operibus ipsum Dominum promeretur.* Ibidem ait, *Lapsos auxilio Martyrum apud Dominum adjuvari posse.* Idem ait, * *nulla delicta cervicibus post Baptismum remanere.* Denique AUTOR Sermonis de Passione Christi, videtur quoque nostræ contritioni & confessioni tribuere, quòd mereantur veniam; & quòd pœnæ seu supplicia corporalia sententiam pro pœnis æternis: *Sed miseris ejus igne inflammatis, ut in ipsa fulvi flamme generent passiones; & tempora illa pœna æternalis non fuisse: sed esse ei pro remedio supplicium, & pro absolutione tormentum.*

A

B

C

D

E

F

G

H

De Baptismo.

Novâ opinione TERTULLIANUS * finxit, *Baptismum Johannis nihil cœlesti præstitisse, sed cœlestibus ministrâsse.*

Sic prodigiosa quædam, de Baptismo post hanc vitam, ORIGENES * somniat: *Ego puto, quod post resurrectionem à mortuis indigeamus sacramento, eluente nos ac purgante.* Ibidem: *Quomodo Johannes, juxta Jordanem fluvium, venientes ad baptismum præfalabatur, & alios abigebat, dicens, Generatio vipérarum! parvò ante, qui confitebantur vitia sua, peccata, suscipiebat: sic habet in igneo flumine Dominus JESUS, juxta flumen meum vivum: ut, quicunque post exitum vitæ hujus, qui ad paradisum transire desiderat, & purgationem indiget, hoc eum amne baptizat, & ad capita transmittat; cum verò, qui non habet signum priorum baptismatum, lavacrum ignis non baptizet. Oportet enim prius aliquem baptizari aquâ & fluvio: ut, cum ad ignium fluvium venerit, arbitretur, se & aquæ & fluvii lavacra servâsse; & tunc mereatur etiam ignis accipere baptismum in Christo Jesu.*

ET CYPRIANUS; * *Oportet*, inquit, *mundari & sanctificari aquam prius à Sacerdote; ut possit baptismo suo peccata hominis, qui baptizatur, ablucre: quia per Ezechielem Prophetam Dominus dicit; Et adspergam super vos aquam mundam.* Ubi & hoc affirmare audet; *quòd persona baptizans Spiritum sanctum conferat; & baptizatum extra sanctificet.* Ibidem & de necessitate atque efficaciâ unctionis in Baptismo, extra Christi & Apostolorum traditionem, periculosè inquit: *Ungi quoque necesse est eum, qui baptizatus sit; ut, accepto chrismate, id est, unctione, esse unctus Dei, & habere in se Christi gratiam, possit.* Et alibi * asserit; *Baptizatos ab Hæreticis in nomine Patris & Filii & Spiritûs sancti, esse rebaptizandos*, multis rationibus: quas ex eo loco sectator petat. Et fuit hic nævus, de rebaptizatione Hæreticorum, multis communis: ut ex capite de Concilijs patet. Sed & CORNELIUS, de Novato scribens, (quemadmodum *Eusebius* * indicat) satis periculosè quidam adtruit, de necessitate cæremoniarum circa Baptismum. *Nec reliqua*, inquit, *Novato consecuto est post multum tempus juxta Ecclesiæ canonem confugisse debuisse; obsignationem videlicet ab Episcopo collatam. Cum autem illa potitus non sit: quomodo Spiritum sanctum est consecutus?*

Sentit & TERTULLIANUS, * mirâ opinione; *pueros non tam citò baptizandos esse*, atque ad illud Matthæi 19. *Nolite parvulos prohibere, ut ad me veniant:* disponit, *Veniant, dum adolescunt; veniant, dum discunt; dum quo veniant, docentur: fiant Christiani, cùm Christum nosse potuerint. Quid festinat innocens ætas ad remissionem peccatorum? Cautiùs agetur in sæcularibus; ut, cui substantia terrena non creditur, divina credatur: noverit petere salutem, ne petenti dedisse videaris.* Quin & *innupris Baptismum procrastinandum* ait *esse; donec, quæ ei præparata sit ætatis.*

De Eucharistiâ, & Sacrificio.

Cæterùm & huic virtuti nonnihil accedere à personâ administrante, CYPRIANUS * superstitiosè fingit; ubi de faciendâ Eucharistiâ & sanctificandâ ait: *Eucharistiam altari sanctificatur. Et rursus sic.* * *Sacerdotes sanctificare calicem. Item* ibidem, *Sacerdotem*, inquit, *vice Christi fungi; & Deo Patri sacrificium offerri.* Item, *Passionem esse sacrificium, quod Deo offeramus.* Quia phrasi (*sacrificium offerre*) etiam TERTULLIANUS, * de Cænâ loquens, utitur. Et MARTIALIS, * *Cena*, inquit, *Domini, id est, sacrificium, Deo tempore offertur in ará.* Rursus CYPRIANUS * malè judicat; *Lapsis, absque Eucharistiæ potestate, & pacis admini-*

ance concilii determinationem, & persecutionis cessationem, non exhibendam.

De Invocatione Sanctorum.

Videsis Doctorum hujus sæculi scriptis, non obscura vestigia invocationis Sanctorum. Habes ejus formulam apud ORIGENEM: * *O beate Job, ora pro nobis miseris: ut etiam post terribilis Dei misericordiæ prius in te omnibus tribulationibus; & eripiat ab omnibus oppressionibus malignis; & connumeret nos cum justis, & conscribat nos cum ipsis qui salvi sunt; & requiescere nos faciat cum illis in regno suo, ubi perpetuò cum Sanctis magnificemur illum.* Sic AUTOR Homiliarum in Canticum: * *Omnes Sancti*, inquit, *qui de hac vitâ discesserunt, habentes adhuc charitatem erga nos, qui in hoc Mundo sunt, fiducialiter curam gerere salutis nostræ, & adjuvare eos precibus suis atque meritis suis apud Deum; non erit inconveniens. Scriptum namque est in Machabæorum libris ita: Hic est Hieremias Propheta Dei, qui semper orat pro populo.*

ORIGENES verò, etiamsi * cautè dicat: *Si extra corpus positi Sancti, qui cum Christo sunt, agunt aliquid, & laborant pro nobis, ad similitudinem Angelorum, qui salutis nostræ ministeria procurant; vel rursum parvuli etiam ipsi, extra corpus positi, agunt aliquid secundum propositum meritis suis, angelorum nobilium ad similitudinem ministrorum, cum quibus & in æternum ignem mittendi dicuntur à Christo: habeatur hoc quoque inter occulta Dei, nec charitate committenda mysteria.* tamen alibi * sentit; *Sanctos martyres pugnare nobiscum, & nos adjuvare orationibus suis.* Idque probat auctoritate cujusdam senioris Magistri. Quomodo & CYPRIANUS, * *Lapsos* dixit *auxilio martyrum apud Deum adjuvari.* Et AUTOR Sermonis de Stellâ & Magis, sentit; *Infantes innocentes, ab Herode interfectos, protomartyres esse factos: & nunc in cœlo orare Deo clementiam, pro iis, qui persecutionem patiuntur:* item, *impetrare nonnullis immunitatem venia.* Certè nõ obscurè sentit CYPRIANUS, * Martyres & Sanctos defunctos pro viventibus orare. *Si quis*, inquit, *hinc rapiatur priùs divina dignatione ad celsitudinem præstitutis; perseveret apud Deum nostra dilectio, pro fratribus & sororibus nostris: apud misericordiam Patris non cessat oratio.* Et notum est, quid apud *Eusebium*, * ad Basilidem carnificem, in somnis apparès, dicat Procamiena martyr; *interpellâsse se pro ipso Dominum, & petita impetrâsse.* De quo exemplo quid sit sentiendum; alibi dicetur.

De Ecclesiâ, & Primatu Romano.

TERTULLIANUS * non finè errore sentire videtur; *Claves soli Petro commissas, & Ecclesiam super ipsum exstructam esse.* Deinde, ubi Ecclesiam Romanam *felicem* prædicat: * tamen principem non dicit.

CYPRIANUS, * de ordine in Ecclesiâ Dei, inquit, *unus est; & Christus unus; & una Ecclesia; & cathedra una, super petram Domini voce fundata. Aliud altare constitui, aut sacerdotium novum fieri, præter unum altare & unum sacerdotium, non potest. Quisquis alibi collegerit, spargit.* Et * *Cyprianum, Maximum, Urbanum, & Salonium, sentiunt, unum Episcopum in catholicâ Ecclesiâ esse debere.* Alibi * nominatim ait, Idq; finè ullo fundamento sacræ Scripturæ; *Romanam Ecclesiam ab omnibus aliis, pro matrice & radice catholicæ Ecclesiæ, agnoscendam esse.* Quemadmodum & * *principalem* vocat *Ecclesiam, Petri cathedram, à quâ unitas sacerdotalis exorta sit.* Ibidem tamen, *causas dijudicandas Romam deportandas esse negat.* Alibi verò passim dicit, * *super Petrum Ecclesiam fundatam esse.* Et ORIGENES * dicit; *Petrum per confessionem meruisse fieri Ecclesiæ fundamentum.* Idem * *Petrum* vocat *Apostolorum principem.*

Habet de hoc loco CYPRIANUS & alias opiniones periculosas. ut *quòd peccatum ad ordinariam successionem allegat:* * item *quòd negat Episcopi & Præpositi Ecclesiæ judicandi,* * & etiam in concilio.

Habet & ORIGENES, de Ecclesiæ positure & officio, non-mediocres nævos. ut, quòd de excommunicatione ait: * *Si quis, cui ligare & solvere vult, funibus peccatorum constringatur, fugitivus obligatus, vel solvit.* Item, quòd Ecclesiæ ministris non permissum esse disputat, * *ut possessiones in terris, aut domos in urbibus, plures tunicas, aut pecunias plusquàm ad victum & amictum requiratur, teneant.*

* l. 2. in] l. Jud fine.

* Hom 3

* li 2 in e pist ad Rom

* Hom 16. in Jer

* lib 3. E pist 15.

* li 1 ep ſt 1 in fine

* lib 1 c 5

* li de Pudicit.

* li de Præscript Hær.

* lib 1 E pist 8.

* lib 3 E p ſt 11

* lib. 4. E pist 8

* li 1 epist 3. & Tract. de Simpl. Prælat.

* li 2 epist. 1 & li. 4 ep ſt 1 & Tract 2 de Habitu virg. & Sermon 3. de Bono Patient & epist. ad Quirin.

* Tract. 3 in Matt.

* Hom. 17 in Luc

* lib. 2. Epist 6.

* lib. 4. E pist 9

* Tract 1 in Matt

* Hom. 13 in Levit.

De Martyrio.

Martyrium immodicè extulerunt omnes hujus ætatis doctores. TERTULLIANUS enim * ferè cum Baptismo æquat. *Sordes quidem, inquit, baptismate eluuntur: maculæ verò, martyrio candidantur.* Et alibi * ait: *quæ ergo, ubi accessit, pati exoptat: ut Dei gratiam redimat; ut omnem veniam ab eo compassionis sanguinis sui expedias? Omnia enim hujus operi delicta donantur.* Et:* *Si pro Deo erumbas; tua parabolæ clavis tuus sanguis est.*

Longè verò insolentiùs, quàm Tertullianus, martyrium Baptismo ORIGENES præfert: eoque nos puriores, quàm per Baptismum, reddi, sentit. Item, *quòd Baptismo præterita peccata purgentur; martyrio verò, futura permaneant.* Ait,* *& Diabolum non posse criminari animas martyrum; utpote quæ cruore dilutas, morte suâ claras, sanguine suo lotas.* CYPRIANUS item,* *Sanguine martyrium immortalitatem redimi,* dicit. Et alibi * periculosè dicit; *Martyrium esse baptisma in gratiâ majus, in potestate sublimius, in honore pretiosius, quam baptisma regeneratorium. In aqua,* inquit, *baptismo percipitur remissio peccatorum: in sanguine, corona virtutum.*

De Conjugio.

Primùm TERTULLIANUS, in iis libris, quos post defectionem contra Ecclesiam scripsit, valde irreverenter de Conjugio differit. sic, ut affirmet,* *disciplinam de unis nuptiis, & antiquam esse, & Christianam propriam.* Addit puriles probationes. ut, *Animalia cætera habent monogamiam:* item, *Christus dixit; Erunt duo in carne unâ:* item, *una tantùm est Ecclesia, cujus est conjugium sacramentum.* Et, *Christus semel est apud nuptias.* Alibi,* *Deus unâ tantùm,* inquit, *costam Adæ dedit.* Ibidem, *Matrimonii* ait *affinis esse fructus.* Item; *Hæc,* inquit, *cùm etiam de primis & unis nuptiis prætextu ad causam continentiæ possint; quantò magis secundo matrimonio renunciando prævidebuntur?* Rursus ibidem: *Unum tantùm matrimonium permittit Sacerdotibus: apud nos plenius atq; fœlicius præscribitur, unum matrimonii esse oportere, quos allegat in ordinem sacerdotalem.*

ORIGENES:* *Nunc & secunda, & tertia, & quarta nuptiæ, (ut de pluribus taceam) reperiuntur: & non ignoramus, quòd tale conjugium rejiciet nos de regno Dei.* Ibidem: *Ecclesiasticis dignitatibus non solùm fornicatio; sed & nuptiæ, repellunt. Neq; enim Episcopus, aut Presbyter, nec Diaconus, nec Vidua, possunt esse digami.*

Et CYPRIANUS * contra nuptias violenter sentit: *primam sententiam generationem præcepisse, secundam verò, continentiam suasisse.*

De Cœlitate & Virginitate.

Sicut in superioris sæculi historiâ, ita & hic invenias, nimiùm prædicari & extolli Continentiam: quanquam de eâ legem aut necessitatem nullam adhuc proposuerunt. TERTULLIANUS,* *Hunc locum,* inquit, *salvâ alterius, id est, plenioris sanctitatis prælatione, tractaverim; continentiam & virginitatem nuptiis anteponens.*

Hinc ORIGENES* *Virginitatem opus perfectionis* facit. Et CYPRIANUS:* qui ex professo quasi ubique detestatur muliebrem sexum; *Virginitas,* inquit, *æquat se Angelis: si verò exquiramus, etiam excedit; dum in carne luctata, victoriam, & contra naturam refert: quam non habent Angeli.* Et alibi,* eodem modo *cœlitatem fusè vocat qualitatis angelicæ.* Et rursum:* *Etsi bona sunt & sublimia Deo conjugia: melior tamen est continentia, & virginitas excellentior: quam non cogit necessitas aut mandatum, sed perfectionis suadet consilium.* Nam & alibi,* *Virginibus liberum relinquit, ut, aut, si velint & possint, cœlestem perpetuam fervent; aut, si nolint, nec possint, nubant.*

De Rebus mediis.

Rebus quibusdam mediis sæpe necessitatem inducit, & meritum tribuit, TERTULLIANUS: ut Jejunio.* *Omnium,* inquit, *ergo vitiis macerationem hæc est ratio; quâ rursus interdicto cibo, & observato præcepto, primordiale jam delictum expiaretur: ut homo per eandem materiam causæ Deo satisfaciat, per quam offenderat, id est, per cibi interdictionem.* Ibidem: *Non modò naturæ mutationem, aut periculorum aversionem, aut delictorum oblitterationem; verùm etiam sacramentorum æquationem, jejunia de Deo merebuntur.* Ibidem rursus: *Sicut primum usu cibi homo amisit salutem: ita jam per eandem materiam, id est, abstinentiam cibi, Deo satisfaciat, aut, salutem amisso redintegret medio.* Ubi & paulò post: *quis de illis expiat abstinentiâ.*

De Antichristo.

De Antichristo, AUTOR tractatûs de Sinâ & Sion apud Cyprianum, delirans ait: *Enoch, in quarto loco translatus, servari ad confundendum Antichristum: qui verò, martyrio sua completuri sint, vivent in æternum.*

De Resurrectione.

METHODIUS,* inter alia, hæc Origenis ex Philone recitat verba, quibus carnis resurrectionem negat: *Hic autem dicat, fratres, quòd caro & sanguis regnû Dei possidere non possint, neq; corruptio incorruptibilitatem. Fortasse equidem contristabitur ob id, qui aliquando propriam carnem fecit: caro verò non amplius erit. Sed, quod aliquando imprimebatur in carne, hoc imprimetur in spirituali corpore.* Rectè autem hoc Agliophonis & Origenis argumentum. *Beati in resurrectione erunt sicut Angeli: Angeli verò carnem non habent: Ergo Beati non resurgent in carne.*

De Loco Animarum.

Accusatur à recentioribus TERTULLIANUS erroris; *quòd locum Beatorum ante resurrectionem, non cœlum dixerit, sed inferis tantùm sublimiorem.*

ORIGENES,* *Venit,* inquit, *ad unumquemque animam, de hoc Mundo exeuntem, princeps hujus Mundi, & aëreæ potestates; & requirunt, si inveniant in eâ aliquid suum. Si avaritiam invenerint, sua partis est: si iram, si luxuriam, si invidiam, & singula quæq; horum similia si invenerint; sua partis est, & sibi eam defendunt, & ad se vindicabunt, & ad partem eam peccatorum declinant.*

De Purgatorio.

Semina Purgatorii in aliquot locis apud ORIGENEM subindè sparsa videas. Ait hoc, inquit,* *peccatum (ira) unum ex illis, quod ad ædificia defert ligna, fœnum & stipulam: & necesse est, hujusmodi materias per ignem probari; itaut permaneant tam diu in igne, donec in nobis ligna iracundiæ consumantur, & fœnum indignationis, & stipula verborum eorum, quæ hujusmodi vitiis exagitati pertulimus.* Item:* *Veniemus ad illum ignem, in quo uniuscujusq; opus, quale sit, ignis probabit: & ut ego arbitror, omnes nos venire necesse est ad illum ignem: etiamsi Paulus aliquis sit, vel Petrus; venit tamen ad illum ignem. sed illi tales audiunt; Etiamsi per ignem transeas, flamma non uret te.* Alibi * asserit; *vos, qui peccatum commisistis, quod neq; in hoc, neq; in futuro sæculo remittitur, per duas stipemanes manere immundos: sed tertiâ incipiente, purgari ab immunditiâ.* Idem,* *Nobis alia,* inquit, *servantur tormenta, qui videmur credere, & in ipsâ credulitate peccamus; absurdum supplicio, qui ne cultum quidem credulitatis habuerunt.* Et* *Singulos, quibus per ignem vel pœna sit fumi & medicato adferenda, ignis iste amburit; non tamen exurit, ut qui nihil habent, quod per ignem sit absumendum.* Plura dicit in eam sententiam ante & post hæc verba. Mira item imaginatio est, de diversis temporibus, de modo purgandi:* *Interim, tam in his quæ videntur, & temporalibus sæculis, quàm in illis quæ non videntur, & æterna sunt, omnes isti pro ordine, pro vocatione, pro modo & meritorum dignitatibus, dispensantur: ut alii in primis, alii in secundis, nonnulli etiam in ultimis temporibus, & per majores ac graviores supplicia, nec-non & diuturna, ac multis (ut ita dixerim) pristinorum ærumnis, afflictionibus emundationibus reparati, & ad istam ædificationem primò angelicis; tum deinde etiam gradatim virtutibus, & sic per singula ad superiora provecti, atq; alia quæ sunt invisibilia & æterna, perveniam: singulis videlicet quibusq; cœlestium virtutum officiis, quâdam eruditionis, in sancta peragentis.*

De Extremo judicio.

Opinio est, quâ ORIGENES* non omnes, tam infideles, quàm fideles, in judicium venturos. Sic enim ait: *Pagani atq; omnes infideles in judicium non venient: fidelium ex his damnati sunt; & propter infidelitatem in tenebris exteriores inferorum expellentur. Is verò, qui in filii est vocabulo & fidei nomine confitetur, ipsi in quam variis [illegible] quæstionis examinibus discussa vita sua, [illegible] tractatione; quomodo impleverint [illegible] per unumquemque diem.* Hunc ignem* locum Psalmus inducitur. Sicut & hoc [illegible] ministro

dixit:

* *In Scorpiaco.*
* *in Apol*
* *lib de Anima.*
* *Hom 7. in Judic.*
* *lib 2. epist 6*
* *lib de exhort. mart.*
* *li de Monogam*
* *lib. de exhort. castit.*
* *Hom. 19 in Luc.*
* *Tract. 2 de Habitu virg.*
* *lib. 1. ad vers. Marcion.*
* *lib 10 in epistol. ad Roman.*
* *li. de Bono Pudic.*
* *li de Singular. Clericor.*
* *Serm. de Nativit. Christi.*
* *li. 1 epist. 11.*
* *lib. de Jejun. contra Psychicos.*
* *Sozom. 6. Hist.*
* *Hom. 5. in Psal. 36.*
* *Hom. 2. in Psal. 36.*
* *Hom. 5. in num.*
* *Hom. 8. in Levit.*
* *Hom. 12. in Exod.*
* *li. 4 dist. 46.*
* *lib. 4. de Trinit. c.*
* *li. 3. in Jos.*
* *in Psal. c.*

† Homil. 10. in Exod.

dixit: † *Necesse est nos fieri, quæ nunc sumus, nobis in die judicii ab alio justificetur, & ab alio condemnetur.*

De Salute & Vocatione hominum.

* Quæst. ad Orthod.

METHODIUS, † exponens illud, *Erunt sicut Angeli Dei*, videtur sentire; Beatos post resurrectionem, non in cœlis, sed in paradiso futuros: *Quem enim*, inquit, *impropriè sui habitûs figurâ assumpsuros, cœlestium hominum; ut omnia omnibus fiat ingressa: cœli angeli; throni purpuratibus, lumina ministris, divinarum loci & pars luminis ipsi Seraphim, qui ejusmodi magnæ sanctæ mentis vasa continent; Mundus beatus orbis.*

† Homil. 1. in Jos.

ORIGENES † finali, *Finis Diabolorum sors fixa est, quam ante lapsum habuerunt, recepturi; & eorum quilibet, quæ sua dixerunt.* Idem † prodigiosè sentit: *Ex, qui crediderunt quidem; sed nihil aliud habuerunt emendationis vel innovationis in moribus, salvari; sed non sine pœnis ullis.* Quomodo & illud: † *Animæ post resurrectionem non subito, sed per multa mansiones, ascensuras ad summa; donec perveniant ad Patrem hominum.* contra illud; Omnes rapiemur ei in occursum. Idem † somniat: *In vitâ futurâ quosdam hominum non Deum, sed Angelos tantùm, visuros esse; & Deum homines alios aliis Angelis subjecturum.* Idem, † de quatuor ordinibus Sanctorum in cœlis; ad quorum singulos unumquemque nostrûm jubet ascendere. *Alii ad montem Sion: alii ad civitatem Dei Hierusalem: alii ad Angelos collaudantes Deum: alii ad Ecclesiam primitivorum efferuntur.*

† Hom. 27. in Num.

† Hom. 12. in Num.

† in Homil. in Num.

De Damnatione, seu Pœnis Damnatorum.

† lib. 2. de Princip.

ORIGENES, † *putans ait damnatorum fore, conscientiam, per divinam virtutem, omnia in memoriam revocantem: quorum in semetipsa [ipsa quidem & summa, cùm peccarent, expresserat; & singulorum, quæ vel fedè ac turpiter gesserat, vel etiam impiè commiserat, historiam quandam scelerum suorum ante oculos suos videbit expositam: tunc & ipsa conscientia propriis flammis ignitus atque compunctus, & sui ipse efficietur accusatrix & testis.* Idem † sensit; *à Deo præscriptam esse damnationis mensuram: atque ita suo tempore Judas inferorum filiorum esse.* idque probat ex epistolâ ad Romanos, cap. 11. *Cæcitas enim ex parte contigit Israël secundùm carnem; donec plenitudo gentium subintraret. Cùm enim plenitudo gentium intraverit; tunc etiam omnis Israël, qui per incredulitatis duritiam saltu fuerat sicut lapis, salvabitur. Et vis videre, quomodo salvabitur? Potens est (inquit) Deus, de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.*

† Hom. 6. in Exod.

QUOS LIBROS PRO VERIS ANT Apocryphis Ecclesia hujus sæculi habuerit.

† lib. 6. c. 25

IUDICIUM & ordinem librorum veteris & novi Testamenti, quos pro veris ac receptis hæc ætas habuerit, Eusebius, † ex Origenis in Psalmum 1. commentariis, qui hodie non extant, recenset, *Primum*, inquit, *Psalmum exponens, familiarem Scripturarum veteris Testamenti catalogum, ad verbum sic scribit, ait: Haud ignorandum autem fuerit, esse veteris instrumenti libros, sicut Hebræi putant, viginti duos: qui numero quidem eum Attico non sunt, quando aliquanto plus subjungit: Sunt autem viginti duo libri apud Hebræos, ita. Primus Genesis, apud eos sic dictus; apud Hebræos verò Bereschith, à literis in fronte epigraphè. Alter, Exodus; Hebraïcè Velle smoth, id est, Et hæc sunt nomina. Tertius Leviticus, Hebraïcè Vajikra, id est, & vocavit. Quartus, Numeri; Hebraïcè Hammispharim, vel Pecudim. Quintus, Deuteronomium; Hebraïcè Elle hadebarim, id est, Hæc sunt verba. Sextus, JESUS Nave, Hebraïcè Jesus ben Nun, id est, Jesus filius Nun. Septimus, Judices & Ruth; apud nostros liber: Hebraïcè Sophtim, id est, Judices. Octavus, Regnorum primus & secundus; apud eos unus: Hebraïcè Samuel, id est, Petitus à Deo. Nonus, Regum tertius & quartus; apud eos unus: Hebraïcè Vehammelech David, id est, & rex David. Decimus, Paralipomenon primus & secundus; apud eos unus: Hebraïcè Dibre hajamim, id est, Verba dierum. Undecimus, Esdræ primus & secundus; apud nostros Hebraïcè Ezra, id est, Adjutus. Duodecimus, liber Psalmorum; Hebraïcè Sepher Tehillim. Tredecimus, Proverbia Salomonis; Hebraïcè Misloth. Quartus-decimus, Ecclesiastes; Hebraïcè Cohelet. Quintus-decimus, Canticum canticorum; (non enim legendum est, ut quidam putant, Cantica canticorum) Hebraïcè Sirhasirim. Sextus-decimus, Esaias; Hebraïcè Jesaja. Decimus-septimus, Hieremias cum Threno & Epistolâ, Hebraïcè Jirmia. Decimus-octavus, Daniel. Decimus-nonus Ezechiel; Hebraïcè Jehezkiel. Vigesimus, Job. Vicesimus-primus, Esther. Præter ejus sunt libri Maccabæorum, qui inscribuntur Sarbeth & Sarbanel.*

Idem Origenes & in aliis suis libris istorum aliquos citat, ut librum Tobiæ, *libro 2. in Jobi*; librū Sapientiæ, quem Propheticum vocat, *Homiliâ 2. in Psalmum 38.* De libro Job, *Auctor librorum in eundem* hæc narrat: † *Scripta sunt Syrorum linguâ, sive ab ipso Job, sive ab amicis ejus. Ob hoc enim duci ipso beatissimo Job: Quis dabit, ut scribantur sermones mei; & ponantur in libro in perpetuum? Interpretata autem sunt à magno illo viro, Moyse, in Hebraïcam linguam; atque filios Israël tradita. quod ejusdem ipsa scriptura Job, docens: Hic interpretatus est ex Syrorum libris. A quo interpretatus? Manifestum est, quòd à Moyse in Hebræum. Idem vero à Septuaginta ex Hebræo in Græcum translatus est. In Ægypto solebat olim Moyses dum, ex Syro in Hebræum, transtulit. Diu in Ægypto erant Septuaginta, sub Ptolemæo, ex Hebræo in Græcum illum eum sermonem: & indè ex Ægypto, per universas gentes, beati Job scriptura divulgata est: primùm quidem in Arabiâ Syriace scripta; ubi & Job habitabat: post hæc verò, & in Hebræo, & in Græco, atque in omnium gentium, juxta hæc quæ antiquata atque offensa sunt, inventa atque interpretata est. Erat nimirum prudens Syriacè ex parte scripta, non ita diligenter, nec ita vigilanter; quemadmodum posita à Moyse.*

† lib. 6. c. 3

Citat & libellum duodecim Prophetarum *Origenes*, etiam in *Homilia 2. in Hieremiam*: & Autor Homiliarum in Canticum, *Homiliâ 2.*

Africanus verò, in epistolâ ad Origenē, se hæsitare ostendit, an historia Susannæ in Daniele germana sit, aut ficta. *Eusebius.* †

De Libris novi Testamenti.

† Homil. 7. in Jos.

Novi testamenti libros *Origenes* † sic enumerat: *Sacerdotali*, inquit, *tubâ primum in Evangelio sec. Matthæum increpuit: Marcum quoque, Lucas & Johannes, sui singuli tubas sacerdotales insonuerunt. Petrus etiam duabus Epistolarum suarum personat tubis. Jacobus quoque, & Judas. Addit nihilominùs adhuc & Johannes tubâ canere, per Epistolas suas, & Apocalypsin: & Lucas, Apostolorum gesta describens. Novissimè autem ille veniens, qui dixit; Puto autem, nos Deum novissimos Apostolos ostendit: & in quatuordecim Epistolarum suarum fulminans tubas, muros Hiericho, & omnes idololatriæ machinas, & Philosophorum dogmata, usque ad fundamenta dejecit.* Prolixiùs verò de iisdem hæc commemorat, in *Matthæum* † indicat. *In primo*, inquit, *tubam Evangelium Matthæi, Ecclesiasticum canonem servans, quatuor tantum Evangelia esse tubatur, sic scribens: Sicut in traditione de quatuor Evangeliis accepi, quæ sola sine contradictione, in universâ, quæ sub cœlo est, Ecclesiâ Dei recipiuntur. Primum scriptum est à Matthæo, publicanō; tradem Apostolo JESU Christi: qui illud fidelibus ex judæis, literis Hebraïcis scriptum, publicavit. Alterum est secundùm Marcum, qui illud secundùm expositionem Petri scripsit; qui hunc etiam in catholicâ epistolâ filium suum confitetur, dicens: Salutat vos, quæ in Babylone est electa, & filius meus Marcus. Tertium est secundùm Lucam, propter eos, qui ex gentibus crediderunt, scriptum; & à Paulo laudatur. Quartum est secundùm Johannem. Et in quinto tomo expositionem super Johannem, idem Origenes de ordine Apostolorum sic dicit: Qui verò novi Testamenti, non tantùm, sed purus, ministri esse potuit, Paulus, & Evangelium à Hierosolymis circumquaque ad Illyricum usque adimplevit, non omnium Ecclesiis scripsit, quas docuit: sed & quibus scripsit, pauca versibus scripsit. Petrus verò, super quem ædificata est Ecclesia CHRISTI, contra quam portæ inferorum non prævalebunt, unam epistolam, de quâ certò constat, pauli se reliquit. Ille autem, reliquit & alteram: de illâ namque controvertitur. Quod de Johanne dicendum, qui supra pectus Domini JESU recubuit; qui unum Evangelium reliquit: fatebitur, tam multæ possit scribi Evangelia; ut mundus ea, si scribuntur, capere non possit? Scripsit autem & Apocalypsin, ipsius silens, & non scribere jussus: tantummodo tacens reliquit eam non solum verbis. Reliquit autem & epistolam, admodum pauca versibus comprehensam. Ejus, Adjicientes & alteram & tertiam. Etenim non omnes illas*

† lib. 6. c. 26

germanæ esse dicunt. Attamen utrum, non certum verse habet. Præterea & de epistolâ ad Hebræos, in Homilia quam illam explicavit, ista dicit: Quod autem hujus epistola ad Hebræos inscripta, non habet in verbo prælatis Apostolis, qui confessus est se idiotam esse sermone, hoc ei non nocet: sed est ea epistola compositio dilecti ecclesiæ Græcæ. Fatebitur hoc, quisquis peritiam habet discernendi inter phrases. Rursus, quod epistolæ hujus sensus præclari sint, & illis literis, quæ sunt contradictionis Apostolicæ sunt, haud quaquam inferiores; & hoc verum esse confitebitur, quisquis Apostolica lectioni diligenter attendit. His dictis adjecit ad hunc modum: Ego verò ut meum sententiam proferam, dixerim, sanctos hujus epistolæ esse Apostolos, phrasin verò & structuram alterius cujusdam esse, qui dicta Apostolica memoriæ tradidit, & velut in epistola quadam, quæ a præceptore audivit, redegerit. Hinc si qua Ecclesia epistolam hanc, tanquam Pauli, habuerit, complectatur eam, & approbet etiam hoc nomine. Non enim nunc pratet rationem prisci viri Pauli esse traditorem. Quis enim illam vere scripserit, Deus novit. Idem tamen Origenes alibi † eam ex professo Apostolo Paulo tribuere videtur.

Cyprianus, seu quisquis autor est expositionis Symboli Apostolorum: *Omnis scriptura divinitus inspirata, utilis est ad docendum. Et ideò, quæ sunt veteris ac novi Instrumenti volumina, quæ, secundum majorum traditionem, per ipsum Spiritum sanctum inspirata creduntur, & Ecclesiis Christi tradita, competens videtur, in hoc loco, evidenti numero, sicut ex patrum monumentis accepimus, designare. Itaq; veteris instrumenti primò omnium Mosi quinq; libri sunt traditi: Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium. Post hos, Jesu Nave: Judicum, simul cum Ruth. quatuor post hæc Regum libri; quos Hebræi duos numerant. Paralipomenon, qui Dierum dicitur liber. Et Esdræ libri duo, qui apud illos singuli computantur: & Hester. Prophetarum verò, Esaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel: præter eos duodecim Prophetarum liber unus. Job quoq; & Psalmi singuli sunt libri: Salomonis verò tres Ecclesiæ traditi; Proverbia, Ecclesiastes, Cantica canticorum. In hoc concluserunt numerum librorum veteris testamenti. Novi verò: quatuor Evangelia; Matthæi, Marci, Lucæ, Johannis: Actus Apostolorum, quos descripsit Lucas: Pauli apostoli epistolas quatuordecim; Petri apostoli epistolas duas; Jacobi fratris Domini & apostoli unam; Judæ unam; Johannis tres: Apocalypsin Johannis. Hæc sunt, quæ patres intra Canonem concluserunt: ex quibus fidei nostræ assertiones constare voluerunt.*

Caius contra, in disputatione suâ, quam Romæ sub Zephyrino contra Proclum, Cataphrygarum hæresis propugnatorem, habuit, ut adversæ partis temeritatem & audaciam, quâ novas quasdam scripturas adducebant, retunderet, tredecim tantùm sanctis Apostolis epistolarum meminit; eam, quæ ad Hebræos est, reliquis non adnumerans. Nam hucusq; eam à Romanis quibusdam non putatur esse Apostoli: inquit Eusebius. †

Sciendum tamen est, quòd & alii libri sunt, qui non Canonici; sed Ecclesiastici, à majoribus appellati sunt: ut est Sapientia Salomonis; & alia Sapientia, quæ dicitur filii Syrach, qui liber apud Latinos hoc-ipso generali vocabulo Ecclesiasticus appellatur: quo vocabulo nil aliud intelligitur, sed scriptura qualitas cognominata est. Ejusdem ordinis est libellus Tobiæ, & Judith, & Maccabæorum libri. In novo verò Testamento, libellus qui dicitur Pastoris sive Hermetis, qui appellatur Duæ viæ, vel Judicium secundum Petrum. Quæ omnia legi quidem in Ecclesiis voluerunt; non tamen proferri ad auctoritatem ex his fidei confirmandam. Cæteras verò scripturas Apocryphas nominarunt; quas in Ecclesiis legi noluerunt. Hæc tibi à Patribus, ut dixi, tradita, opportunum visum est hoc in loco designare.

De Apocalypsi, Evangelio, & Epistolis Johannis.

Indicat præterea *Cyprianus*; * Chriſtianos, in actione Cœnæ Domini, orare preces communes, & gratiarum-actiones dicere ſolitos. *In ſacrificiis*, inquit, *precem cum pluribus facimus, & in orationibus noſtris, non ceſſantes Deo Patri, & Chriſto filio ejus, Domino noſtro gratias agere; & orare pariter ac petere: ut, qui perfectus eſt atq; perficiens, cuſtodiat & perficiat in nobis confeſſionis noſtræ glorioſam coronam. Qui & ad hoc vos fortaſſe revocavit; ne gloria eſſet occulta, ſi forìs eſſent confeſſionis veſtræ conſummata martyria. Nam victima, quæ fraternitati præbet exemplum virtutis & fidei, præſentibus debet fratribus immolari.*

Porrò, quo ritu ipſa Cœnæ diſtributio peracta ſit; idem * indicare videtur: ità ſcilicet, ut communicantes panem, à Diacono oblatum, manibus ſuis acciperent; & de calice ordine biberent, Clerici, Laici, & Mulieres. Quem ritum ſeu diſciplinam *Tertullianus** ſinè dubio hac phraſi expreſſit; *de cibo & de poculo invadere.*

Exponit eundem breviter ritum *& Dionyſius Alexandrinus*, in epiſtolâ ad Xyſtum Romanum Epiſcopum, apud

Euſe-

* li. 4. epiſt. 2.
* li. 6. c. 44.
* li. 3. epiſt 17.
* li. 4. epiſt 2.
* li 4. epiſt. 2.
* li. de Corõnã.
* lib. 2. ad uxor.
* li. 1. epiſt. 2. & lib. 4 epiſtol. 6. & ſerm. 6. de Orat. dom.
* li. 2. epiſt. 3 ad Cæcil.
* Hiſt eccl. lib. 5. c. 22.
* li. 2. epiſt. 3.
* Johan. 15 verſ. 1.
* Prov. 9. verſ. 5.
* Gen 49. verſ 11.
* Eſaj. 63. verſ 2.
* li. 2 epiſt. 4. & lib. 3 ep. ſtol. 1. ad Lucam.
* Serm. 5. de Lapſis.
* lib 2. ad uxor.

Ejusdem * obtinuisse, in Ecclesiâ Alexandrinâ consuetudinem fuisse; ut communicet (antè Cœnæ Dominicæ) ad gratiarum actionem, à Presbytero Cœnam dispensante vitandam, responderent, Amen; mensa assisterent, & manus ad suscipiendum sanctum cibum extenderet; unus, & acciperent. Et verisimile adeò, multis in Ecclesiis communem eum fuisse ritum; indè apparet: quòd & Clemens Alexandrinus (quemadmodum in superiori Centuriâ ostendimus) ejus meminit.

Si quis verò, morbo impedicus, in cœtu cum reliquis communicare non posset; ad eum Eucharistia, etiam per alios, si per Presbyterum aut Diaconum fieri non posset, ferebatur. Narrat ejus rei exemplum *Dionysius Alexandrinus*, in epistolâ ad Fabium Antiochenum, apud *Eusebium*, * de Serapione sene: qui cùm, per infirmitatem in persecutione lapsus, pœnitentiâ duceretur; nec impetrare ab Ecclesiæ ministris, cùm sæpè obnixè petiisset, potuisset; in gravissimam ægritudinem incidit: in quâ cùm circa extrema constitutus esset; puerum ad Presbyterum ablegavit, ut veniens ipsum absolveret. Cùm fortè verò & Presbyter ipse morbo teneretur; nec venire posset: exhibuit puero, qui se accersitum venerat, modicùm Eucharistiæ, ad Senem adferendum. Mandâsse enim se, *Dionysius* ibidem significat; ut morituri, si peterent, & maximè si etiam antea supplices petiissent, reciperentur. Eo igitur, quod puer attulerat, Serapion usus, placidissimè obdormivit.

Hinc & in arcam Sanctum Dei, id est, Eucharistiam, concludere licuisse; ex eo casu, quem *Cyprianus* * recitat, apparet. *Cùm quidam*, inquit, *arcam suam, in quâ Dominici sanctûs fuit, manibus indignis tentâsset aperire: ignis indè surgente deterrita est; ne auderet attingere.* Quod *Origenes* * tamen reprehendit: *Dominus*, inquit, *panem, quem discipulis dabat, & dicebat eis; Accipite & manducate; nõ distulit, nec servari jussit in crastinum.* Et *Autor Sermonis de Cœnâ Domini*, apud Cyprianum, diserte ait: *Recipitur; non includitur.*

Datam Puellis ephebis Eucharistiam, *Cyprianus* * indicat: ejusque rei casum quendam narrat mirabilem; cui se ipsum interfuisse scribit. *Parentes*, inquit, *fortè fugientes, dum trepidi manus conferunt; sub nutricis alimento parvulam filiam reliquerunt: relictam nutrix detulit ad magistratus. Illis ea apud idolum, quò populus confluebat, quòd carnes necdum posset edere per ætatem, panem mero mistum, quod tamen & ipsum immolatione pervenerat, tradiderunt. Recepit filiam postmodum mater. sed facinus puellæ commissum, tàm loqui & indicare non potuit; quàm nec intelligere prius potuit, nec arcere. Ignorantiâ igitur obreptum est; ut sacrificantibus nobis eam secum mater inferret. Sed ecce puella, mixta cum sanctis, precibus nostris & orationi impatiens, nunc ploratu concrepat, nunc meroris æstu fluctuabunda jactari: velut tortore cogente, quibus poterat indiciis, conscientiam facti, in simplicibus adhuc annis, rudis anima fatebatur. Ubi verò, solemnibus adimpletis, calicem Diaconus offerre præsentibus cœpit, & accipientibus cæteris locus ejus advenit: faciem suam parvula, instinctu divinæ majestatis, avertere, os labiis obturantibus premere, calicem recusare. Perstitit tamen Diaconus, & reluctanti licèt, de sacrificio calicis infudit. Tunc sequitur singultus, & vomitus in corpore atq; inviolato. Eucharistia permanere non potuit, sanctificatus in Dominî sanguine potus, de pollutis visceribus erupit.*

Ex eodem Sermone Cyprianus casus alius.

Quidam alius, & ipse maculatus, sacrificio à Sacerdote celebrato, partem cum cæteris ausus est latenter accipere. Sanctum Dei edere, & contrectare non potuit: cùm ecce mulier ferens se, aperis manibus, invenit.

DE RITIBUS CIRCA ORATIONES.

Convenisse ad communes preces Christianos solitos, supra retulimus: & testatur *Cyprianus*. * *Publica*, inquit, *est nobis & communis oratio, non pro uno, sed pro toto populo.* Ac meminit precum ecclesiasticarũ *Dionysius*, ad Xystum scribens; quemadmodum *Eusebius* * indicat. Toties igitur orâsse Christianos, quoties convenerint; certum est. Nam, quod *Tertullianus* * ait, trés illas horas, tertiam scilicet, sextam, & nonam, insignes esse in orationibus divinis; *Cyprianus* verò, * primam, tertiam, sextam, & nonam horas vocat orãdi antiquitùs observatas: de privatis Christianorum precibus dictũ videtur. [illegible] eodem Tertulliano dicat; *Indifferens esse, quolibet tempore oraret.* Cyprianus verò, post horas orandi, statim inferat; *Nam & mane orandum est, & vespere.* Et Origenes * precum matutinarum & vespertinarum meminit. Tertullianus; *quartâ sabbati & sextâ*, inquit, *plurimùm fatigamur.* Et; *stationes & ipsæ sua dies habent, quarta scilicet & sexta*: de publicis precibus dictum est.

Qui verò genu & ritu orarint, *Tertullianus* * idem explicat. *Cùm fidentes*, inquit, *manibus expansis, capite nudo precamur pro omnibus Imperatoribus, &c.* Et alibi * genibus flexis orâsse eos significat: quod *genu nis adorare* dixit. Testatur idem *Origenes*. *

Stantes etiam ferè die Dominicõ, & toto eo tempore quod intra Pascha est & Pentecosten. Quamobrem & istiusmodi orationes illas, precationes dixit; quarum subindè meminit. Et adarare factas, solenniores fuisse, indicat idem *Tertullianus*. * *Solennior*, inquit, *erit festivitas tua; si adorem Dominicum.* Testatur ibidem, eas stationes interdum in vesperam usque productas esse. Meminit ejus gestûs & *Cyprianus*. * [illegible] inquit, *ad orationem.*

Orabant autem, vultu ad plagam orientalem converso: quemadmodum rursus *Tertullianus* * adserit. Indè enim ethnici Christianos eo nomine criminabantur, quasi Solem adorarent.

Deniq; & hunc ritum in orationibus publicis usitatum fuisse, *Cyprianus* * dicit: nempe ut, quando preces inchoaturi essent, Sacerdos præfatione quâdam mentes fratrum quasi excitaret, & præpararet ad ardentiorem invocationem; ac diceret: *Sursùm corda.* Ad quod cœtus consonaret: *Habemus ad Dominum.*

Formulas deniq; quasdam precationum absq; dubio habuerint. *Origenes* enim * ad eas, quas Collectas hodie vocant, alludere videtur. *Ubi*, inquit, *frequenter in oratione dicimus; Da omnipotens, da nobis partem cum Prophetis, da cum Apostolis Christi tui; tribue ut inveniamur ad vestigia Evangelii tui, &c.*

DE RITIBUS CIRCA VOCATIONEM & Ordinationem Ministrorum Ecclesiæ.

Visitatum in Ecclesiis orientalibus fuit: ut ad electionem, aut ordinationem alicujus Episcopi, veniunt ex vicinià plures Presbyteri & Episcopi; eique, quem dignum eo honore cognovissent, manus imponerẽt. quemadmodum in Origenis ordinatione, apud Cæsaream, factum, *Eusebius* * scribit. Sic, cùm Narcissus Hierosolymitanus ab administratione Ecclesiæ clàm se subduxisset, aliquamdiu latiturus; vicinarum Ecclesiarum præsides Episcopum alium ordinarunt: ut est apud *Eusebium*. *

Eundem in ordinandis Episcopis aut Presbyteris morem, etiam Africanæ Ecclesiæ observarũt. Primùm enim, si alicui Ecclesiæ præficiendus & ordinandus Episcopus esset; per literas provinciis finitimis omnibus significabatur: sicut indicat *Cyprianus*. * Postea, ejusdem provinciæ Episcopi proximi quiq; veniebant; aut, qui venire non possent, judicium suum de ordinando, per literas mittebant: & deligebatur Episcopus, eà plebe, cujus præpositus futurus erat, præsente: & accersiti manuũ impositio. Hanc morem *Cyprianus* * & in suâ Ecclesiâ, & per universas fere provincias, observatum testatur. Post electionem, inchoatum aliis Ecclesiis significabatur: & mittebantur epistolæ in aliis terras & civitates, de moribus & vitâ probata Episcopi lecti; hoc consilio, nè quis calumniandi occasionem, aut vituperandi, sibi sumere posset. Indicat idem *Cyprianus*. *

Servabatur eadem ratio, etiam in ordinatione inferiorum personarũ. Nam & ibi Presbyteri, Diaconi, & Plebs, conveniebant: de moribus & vitâ judicia in cõmune conferebant: ac, si dignus & idoneus videretur, communi suffragiis Presbyterum aut Diaconum decernebant. Meminit ejus consuetudinis *Cyprianus*. *

DE RITU EXORCIZANDI.

Visitatæ in Ecclesiis Africanis erant etiam exorcizationes; quibus à dæmonibus vexati liberarentur. Meminit etiam exorcismorum *Tertullianus*. * Hæc omnes, inquit, *id est, gentiles, adducunt [illegible] hominibus exigimus. Inde: Daemonia adjurati [illegible] per Deum vivum, per Deum verum. Quod [illegible]*

*Origenes** præter exorcismum, etiam alia nonnulla recensuit; videlicet invocationes, & manuum impositiones.

DE RITU JEJUNANDI.

FRequens sanè apud scriptores hujus seculi occurrit Jejuniorum mentio; adeòque & in opinionem meritò jejunia abiisse jam tum videntur, quemadmodum suo loco dictum est. Sed discrimen quoddam Jejuniorum fuisse videtur: ejusmodi scilicet, ut alia publica, alia privata haberentur.

In publicis jejuniis, celebrâsse communes preces; & tanam abrogato prorsus abstinuisse eos, indicat *Tertullianus.** Sed fortè de Montanicis magis jejuniis (ut videtur quidem loquitur; quam Christianorum. Quemadmodum de * Psychicos, jejunium, quod xerophagias appellat, atque ejusmodi erat, in quo aridis & exsiccatis tantùm vescebantur, ut recens & Montanicum, profert. In quo libro etiam, jejunium diei sabbati, seu feriæ sextæ, prodinci solitum utique ad vesperam; tempus scilicet dominicæ sepulturæ: ubi & publicè universæ plebi jejunia indici solita ab Episcopo ait, solicitudinis alicujus ecclesiasticæ causâ.

*Origenes** dierum quadragesimalium meminit, jejuniis consecratos. Item quartæ & sextæ feriæ: in quibus solenne dicit fuisse jejunia. Alibi * indicat, jejunaturos priùs oleo se perunxisse, quò jejunium gratius celebrarêt. Ex Cypriano deniq; * apparet, Christianos privatim quàm frequentissimè jejunâsse: & toties adeò, quoties oraturi essent.

DE FESTIS CHRISTIANORUM.

APparet, Christianis festivos fuisse quoscunq; congressus publicos; de quibus suprà diximus. Ideò de festis aliis, præter Pascha, Pentecosten, & diem Dominicum, neq; in Asiaticarum, neq; Africanarum Ecclesiarum historiis, aliud quicquam reperies. Meminit vigiliarum Paschæ *Eusebius*, * in historiâ Narcisi Hierosolymitani Episcopi. Idem refert * de Paschate scripsisse Anatolium Laodicenum: celebrandum scilicet omnibus ex æquo esse, post æquinoctium vernale, cùm sol primam cæturam vernalem Signiferi transiviſſet: imò cùm & luna eandé cæsuram transiviſſet. ejusque observationis autores indicasse eum, ait, veteres probatos Judæos: ut Philonẽ, Josephum, Musanam, & ex Septuaginta interpretibus Aristobulum.

In Africanis verò Ecclesiis, *Tertullianus** indicat solennem fuisse totam illam noctem, diem Paschæ præcedentem. Sic enim inquit: *Quo solennius Pascha obnoctantem murum securus sustinebit?* Fuisse autem idem Paschatis celebrandi tempus Africanis, quod Asianis; *Eusebius** indè probat: quòd in scripto quodam de feriis Dionysium Alexandrinũ censuisse ostendit; Pascha nunquam aliter, quàm post æquinoctium vernale, celebrandum esse.

Post Pascha, *Tertullianus** Pentecostes meminit, & diei Dominici. Ibidem & annuæ diei oblationũ pro defunctis, pro natalitiis: & * annuæ diei oblationũ pro uxoribus.

Celebriores autem festivitates Christianis fuisse, *Origenes** indicat; diem scilicet Dominicum, parasceven Paschæ, & Pentecosten. Meminit tamen idem * etiam festivitatis in memoriis Sanctorum; & *Cyprianus.**

Annotandum obiter & illud videtur: in iisdem Ecclesiis non licuisse Christianis celebrare festa Gentilium. Id enim *Origenes** indicare videtur, ubi ait: *Illi, qui, cùm Christiani sint, solemnitates Gentilium celebrant, anathemata in Ecclesias introducunt.* Ità nec Judæorum etiam: quemadmodum *idem** indicat.

DE RITU CIRCA NUPTIAS.

IN contrahendis Matrimoniis, etiam hoc seculo mos fuit observatus est, ut Sponsus & Sponsa ad sacra Ecclesiæ convenirent; ibiq; à Sacerdotibus, piis precibus coram Ecclesiâ, Deo commendarentur. Ad quem ritum *Tertullianus** quoq; alludere videtur; cùm inquit: *unde sufficiam, ad enarrandam felicitatem ejus matrimonii, quod Ecclesia conciliat, & confirmat oblatio; & obsignatum Angeli renuntiant, Pater ratum habet?*

Non autem liberum, aut sinè reprehensione fuisse, si quis ex Christiano gentili nubebat; & contrà: ex *Tertulliani* quibusdam locis, maximè libro ad Uxorem, videre est. Ea tamen omnia præcepta, à religiosam Christianorum disciplinam pertinentia, *Cyprianus** etiam sic: Matrimonium scilicet cum gentilibus non jungendum esse.

Nuptialium verò conviviorum meminit *Dionysius Alexandrinus*, apud *Eusebium.**

DE RITU SEPULTURÆ.

QUia Cœmeteriorum in historiis Ecclesiarum Orientalium mentio fit; non est dubium, fuisse in usu apud eas Ecclesias, etiam pios & honestos sepeliendi mortuorum corpora ritus. Removens enim persecutionem Gallienus, & pacem Christianis concedens, permisit eis recipere, quæ priùs amisissent, cœmeteria. *Eusebius.** Et quidem cum periculo etiam, martyrum corpora Christiani reverenter & honestè sepeliebant: quemadmodum Asyrii Romani exemplum, qui Marinum martyrem, Cæsareæ Cappadociæ capite plexum, sepelîit, testatur, apud *Eusebium.** *Cùm in consummatione martyrii*, inquit, *Asyrius adesset: corpus illius humeris suis, fœtidoq; & pretioso indumento, impositum detulit; & splendidissimè, quantum conveniebat, sepulturæ tradidit.* Et ORIGENES:* *Humana cadavera, ut animæ domicilia, & sanctiora præcipuè, hodieque quàm sunt rejicienda: quippe quæ, ex optimarum legum permissu, cum honoribus, qui haberi his possunt, & sepulturâ dignantur.* Idem: * *Rationalem animam honorare didicimus; & hujus organa sepulcro honorificè demandare.* Sic, in historiâ de pestilentiâ Alexandrinâ, *Dionysius* ad Hieracem scribit, de Christianis: *Sanctorũ corpora supinis manibus ac sinu exceperunt; oculos depresserunt, ora clauserunt: unanimes & pariter assidui strictim complexi sunt, laverunt, & ad sepulturam ornarunt. Eusebius.**

Meminit *Origenes** rursus & preciosi vestitûs; quo mortui ornati, in terram conditi sunt. quem si quis, pro consuetudine, amico mortuo mitteret; priùs conscindebat: ne, eo à flagitiosis surrepto, funus irreverenter abjiceretur.

Indicat *Tertullianus*, * mortuos etiam oratione à Presbyteris componi consuevisse.

Deniq;, & legendi super mortuis consuetudinẽ fuisse, *Origenes** ostendit: ubi, *Lucius* (inquit) *mortui sit septem diebus & septem noctibus.* Et meminit *Cyprianus** atri vel lugubris vestitûs: ubi quidem, fratres defunctos lugeri aut plangi, omninò prohibet.

De festivitatibus memoriæ Sanctorum, quædam *Origenes** narrat. Convocabantur in anniversariis diebus memoriæ, vel parentum defunctorum, seu amicorũ, seu quorumcunq; qui in fide discessissent, Sacerdotes simul & Laici: atq; in eo cœtu primùm mortuis, quòd in fide discessissent, gratulabantur; & sibi pium & tranquillum eximm quisq; precabatur: postea conferebantur eleemosynæ vel oblationes, quæ in pauperes, qui simul tùm aderant, pupillos & viduas, distribuebantur. Sic *Cyprianus*,* ad Presbyteros Romanos, diligenter jubet annotari dies, quibus Martyres decedant: ut commemorationes eorum in Martyrum memoriis celebrari possint. Ibidem & de oblationibus & sacrificiis, in Martyrum memoriis celebratis, dicit. *Significet mihi*, inquit Cyprianus, *dies, quibus in carcere hostis fratres nostri, ad immortalitatẽ, gloriosa mortis exitu transierint, & celebrentur hîc à nobis oblationes & sacrificia, ob commemorationes eorum.* Est & oblationũ frequens mentio apud *Tertullianum. Oblationes*, inquit,* *pro defunctis, pro natalitiis, annuâ die facimus.* Meminit * etiam annuarum oblationũ pro uxoribus. *Cyprianus** etiam, in Martyrum commemorationibus, oblationes & sacrificia fieri solita fuisse, testatur. *Sacrificia*, inquit, *pro eis semper, ut memoriam passionis eorum, quoties Martyrũ passiones & dies anniversariâ commemoratione celebramus.* Tale quiddã & alibi * habet: ubi eas oblationes *sacrificia* vocat, *pro dormitione martyrũ.* Meminit * & oblationũ, ex quibus stipẽ Ministris data apparet. Nam & *Origenes* vult, Sacerdotibus Evangelii offerri primitias salutis.

Denique & pro Lapsis offerebantur; *Cyprianus** testatur.

DE DISCIPLINA & MORIBUS exterisque Christianorum.

QUàm fuerint assidui Christiani hujus temporis in officiis pietatis in audiendo verbo Dei in omni & toto reliquo pietatis cultu: suprà, in Capite de Ecclesiasticis cœtibus, ostendimus. Hæc illi non pias ac honestis exercitiis divinæ domus quæ primum hoc nomine clari-

taris, officii, & benevolentiæ ſtudia. quarum aliquot de ſuis Chriſtianis *Tertullianus* * commemorat: ut jejunia, viſitationem fratrum ægrotantium, viſitationem & conſolationem Martyrum in vinculis detentorum, exoſculationem fratrum, (qui ſalutandi ritus fuit) ablutionem pedum Sanctorum, beneficentiam in pauperes, eleemoſynas & collationes, hoſpitalitatem & officia in peregrè-advenientes. Quædam de hac diſciplinâ etiam alibi * commemorat: *Diſciplinâ*, inquit, *jubemur diligere inimicos quoque; & orare pro eis, qui nos perſequuntur.* Idem: *Sacrificamus & oramus pro ſalute Imperatoris; in ſilentio, & modeſtiâ agimus: ultionem nullam machinamur: depoſitum non abnegamus: matrimonium nullum adulteramus:* (de eo enim quàm piè & honeſtè ſenſerint; pluribus *in libro 2. ad uxorem* oſtendit.) *pupillos piè tractamus: indulgentes refrigeramus: nulli malum pro malo reddimus.* quod & *in Apologetico* de Chriſtianis retulit. *In libro de Cultu fœminarum* ait, Chriſtianos diligentiſſimè ſtudioſos eſſe humilitatis & pudicitiæ.

Sed ſingularem & excellentem, circa Martyres incarceratos, charitatem & curam Chriſtianorum fuiſſe; ex Tertulliano & Cypriano conſtat. Laudat enim ab hoc pio officio *Cyprianum* * Tertullum quendam; quòd circa curam corporum captivis non deſit. Et *Tertullianus* * inquit: *Singula fratres, de opibus ſuis proprijs, in carcerem ſubminiſtrant.* Unde apparet, omnia, quibus opus habuerunt martyres captivi, à fratribus illis collata eſſe. Quòd-ſi ad colloquium cum iis Chriſtiani non admittebantur à cuſtodibus: mittebant libellos conſolatorios, qualis is, de quo jam diximus, Tertulliani ad martyres eſt. Mittebant tales libellos, & qui aliis Eccleſiis præerant. Sicut ob eam pietatem gratias Presbyteri Romani agunt *Cypriano*: * quòd ad Presbyteros Romanæ incarceratos conſolationes miſiſſet.

Multa deinde & magna circa ægrotos ſtudia ſuſcipiebant: quos cum periculo propriæ etiam vitæ & valetudinis curabant. ſicut à fratribus in peſte Alexandrinâ factum *Dionyſius* refert, apud *Euſebium*.* *Plurimi*, inquit, *ex fratribus noſtris, propter excellentem dilectionem & fraternam charitatem, ſibi-ipſis non parcentes; ſed mutuò cohærentes, & ægrotis ſine ullâ cautione inſidentes, illis diligenter inſervientes, & in Chriſto medentes, illis cum illo mortui ſunt: & proximè morbo aliorum repleti, ac hunc à proximis in ſe contractâ, doloribus, ſponte in ſe translatu. multi, qui alios infirmos curarunt ac confirmarunt, ipſi mortui ſunt; mortem illorum in ſe transferentes.*

Significat & clarè *Tertullianus*,* inter Chriſtianos eſſe, perpetuam continentiam ſervantes. *Quidam*, inquit, *vim hujus erroris, virgineâ continentiâ depellunt.* Sicut & *Cyprianus* * indicat, fuiſſe inter Chriſtianos virgines Deo dicatas; quæ continentiam præſtare voluerint & potuerint, ac maſculis primùm cohabitare conſueverint: ſed quam conſuetudinem ipſe, ut occaſionem ad lapſus & peccata, abrogari præcipit. Quod eſſi vita monaſtica & caſta, cum opinione meriti, qualis paulò poſt illud ſeculum confirmari cœpit, & ſubindè crevit, nihil adhuc quidem ſimile referat: tamen inter quoddam & quaſi ſemen fuiſſe, hos ritus virginum continentium; non eſt dubium. præſertim, cùm voti continentiæ expreſsè *Tertullianus* * meminerit: & *Cyprianus* muliebrem ſexum, plurimis in locis, (ut diximus) accerbiſſimè exagitet ac deteſtetur.

¶ Quæ habitûs aut veſtitûs ratio hujus ſeculi Chriſtianis fuerit; non ſatis explicatum eſt. Quædam de differentiâ inter cultum virilem, communem, & philoſophicum, *Euſebius* * ex epiſtolâ quâdam Origenis adducit, de Heraclâ Presbytero Alexandrino. *Cùm autem*, inquit, *communi eſſet uſus indumento; poſito illo, philoſophicum habitum ſumſit.* Qui quanquam cujuſmodi fuerit, incertum eſt; tamen pallio quiddam ſimile fuiſſe videtur: cùm & *Tertullianus* pallium induiſſe, abjectâ togâ, peculiari libro oſtendat.

Videtur tamen, Chriſtianorum mulieres (qui ſexus alioqui naturâ ad luxû propenſus eſt) ornamentis non nimiùs indulſiſſe; quàm ethnicas mulieres. Quod ipſum in duobus ſcriptis *Tertullianus* * reprehendit; revocaretque à cultu mundiore & ſumtuoſiore, ac formæ lenociniis, ad ſimplicitatem & humilitatem: quæ virtutes ſolæ Chriſtianos decerant. Hinc in ornamenta quæcunque adſcita acerbiſſimè invehitur: & mundi muliebris autores dicit eſſe Diabolos: damnat ornatum ex auro, argento, margaritis, monilibus, lanâ infectis, capillis alienis; ut otioſis, & pudicitiæ hoſtilibus (quemadmodum ipſe loquitur) ornamentis. Quæ omnia indicant, ſimplicitatem cultûs & veſtitûs in magno tùm fuiſſe Chriſtianis ſtudio: etiamſi apud aliquos, ac præcipuè fœminas, modum excedere cœperit. Quemadmodum & Tertullianum ſecutus *Cyprianus*,* eam conſuetudinem taxat.

Quod ad Puellarum cultum attinet: verisimile eſt, eas in coetum capite nudo & aperto venire ſolitas; jubentibus ità parentibus: ut maritum ex Chriſtianis faciliùs invenirent. Hoc igitur improbat *Tertullianus*,* & rem indecoram ac ſtupratione deteriorem eſſe affirmat, virgines in coetu cerni non-velatas: ideò, quòd earum ſpiritus ne virtietur. Ubi tamen & eam conſuetudinem recitat, quòd liberum fuerit, Virgines velari, vel minùs. Et addit, ex diverſitate ſcandalum ortum: & ritum velandi deſcribit, quantum videlicet crines reſoluti capere poſſint.

Idem *Tertullianus* * indicat, Chriſtianos à Sanguine & Suffocato abſtinere. Quod & *Origenes* * teſtatur. Abſtinuerunt & ab Idolothytis: ſicut rurſus *Tertullianus* * monet. Ad quam conſuetudinem & *Origenes* * alludit. *Idolothytum*, inquit, *dæmonibus immolatur: nec decet quidem, qui Deum ſectatur, dæmonum menſæ fieri participem.* Idem * & precationibus ante cibum, & ſignificationibus, uſos Chriſtianos, indicat. *Eſt hoc verum*, inquit, *quantum manducamus vel bibimus: ſi Dei memores fuerimus; ſi terribile nomen ejus invocaverimus: ſi noſmet-ipſos, vel cibum, vel potum, ſigno venerabilis crucis Chriſti ſignaverimus: ſi ad cœlos, oculos noſtros levantes, dicemus; Qui das eſcam omni carni, da etiam nobis cum benedictione hunc cibum ſumere. Si dixerimus cum ſinceritate ad Dominum noſtrum; Tu dixiſti Domine, ſi aliquid mortiferum biberimus, tuum invocantes numen, non erit nobis meleſicum: tu itaque Domine virtutis & gloriæ, averte venefican & iniquam operationem à nobis, & ab omnibus cibis noſtris.* Eâ de re & *Tertullianus* * ait: *Ad omnem progreſſum atq; promotum, ad omnem aditum & exitum, ad veſtitum & calceatum, ad lavacra, ad menſas, ad lumina, ad cubila, ad ſedilia, quacunq; nos converſatio exercet, frontem crucis ſignaculo teritis.* Signarunt etiam & adjurârunt res nocentes. ſicut idem * dicit: *Nobis fides præſidium, ſignandi ſtatim, & adjurandi, & ungendi beſtiæ calcem.*

Indicat porrò *Tertullianus*,* Chriſtianos & lavacris uti ſolitos: attamen cavere, ne Ethnicorum ritus obſervare viderentur. Et quidem de lavacris quotidianis Chriſtianorum, meminit.*

Ex *Origene* verò * colligi poteſt; pro more Chriſtianos habuiſſe, celebrare natalem filiorum. Quod & ipſum idem * reprehendit; & Ethnicorum, & Peccatorum eſſe, oſtendit. Hoc enim unum egregrè maximè inter cætera caviſſe Chriſtianos videas; ne quid cum Ethnicorum moribus & conſuetudinibus commune haberent. Unde &, Spectacula ethnica à Chriſtianis ſpectari, nefas duxerunt: quemadmodum *Origenes* * indicat; & prolixè *Tertullianus* * diſputat. Ideò nimirum, quòd ad idololatriam ſpectacula pertineant: quorum originem, & omnes partes, quibus conſtant, ex idololatriâ ortas eſſe, probat. Deinde, quòd ibi locum habeant & excitentur multa peccata: ut concupiſcentia, voluptas, furor, impudicitia, & blaſphemia nominis Dei. Tertiò, quòd in ſpectaculis Diabolus regnet. cujus rei exemplum recitat. *Cùm mulier*, inquit, *quadam theatrum aſcendiſſet; dæmon inſectum dæmonio reduxit. Quod cùm per exorciſmum interrogatur; quamobrem fidelem conſpicit reſpondit, ſe ipſius ſervis; quoniam in ſuo eam templo invenerit.* Damnat & *Cyprianus* * ſpectacula eâdem penè rationibus: quòd blandè ſeliciter ſint vitiorum incitamenta; ſeviant impudicitiæ, incendant furores, ſæviant ſæculenta; & expugnent quamcunque veri pudoris conſcientiam & virtutem: denique, quod derideantur, quæ nequaquam poſſint cum integritate & pudicitiâ ſpectari:

* lib. 2. ad uxor. & lib de Cultu fœmin.
* l. 1. ad Scapul.
* Lib. 1. Epiſt. 10.
* lib. ad Martyr.
* lib. 1. Epiſt. 10.
* lib. 7. cap. 22.
* lib. 1. ad Uxor.
* lib. de Velandis Virg. & lib. de Jejun.
* lib. 6. cap. 20.
* lib. de Habitu & lib. de Cultu fœmin.
* lib. de Habit. Virgin.
* lib. de Virg. veland.
* lib. 1. ad Uxor.
* lib 8 cõtra Celſ.
* lib. de Idolol. & lib de eſu Jud. in fine
* lib 8 cõtra Celſ.
* Lib 3 in Job.
* lib. de Lavacr. matut.
* in Scorpiaco
* in Apologet.
* lib. de Cor mil.
* Homil. in lib Regum.
* Homil 8 in Levit.
* Homil. 8. in Exo & Homil 11. in Levit.
* lib. de Spectac.
* lib. 2. Epiſt. 2.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Nec Origenes uſquam, in ſuis ſcriptis, Romanis Epiſcopis primatũ tribuit. *Euſebius* dicit:* *Origenẽ in quâdã epiſtolâ ſcripſiſſe, ſe Romæ fuiſſe, ſub Zephyrino, Romanæ Eccleſiæ præſide; eo quòd optárit antiquiſſimam Romanorum videre Eccleſiam: ſed ibi ſe non diu moratum, revertiſſe Alexandriam.* Quæ verba ſi Origenis ſunt; ſatis apparet, eum Zephyrinum tantùm pro Romano, & non œcumenico, habuiſſe Epiſcopo.

* *l. 6. c. 14.*

Et Dionyſius Alexandrinus, nec Cornelio, nec Stephano, nec Xyſto, Epiſcopis Romanis, ad quos plures epiſtolas ſcripſit, videtur illum præ cæteris tribuere primatum. Fratres enim eos appellat; & non Epiſcopos œcumenicos: ut patet ex Euſebio.* Imò, in epiſtolâ tertiâ ad Philemonẽ, Heraclam, ſuum anteceſſorem, vocat Papam. *Euſebius.** Nec probâſſe videtur Stephani conatum; quo Helenum, Firmilianum, & alios, ſentientes, Hæreticos rebaptiſandos eſſe, excommunicare præſumſit.

* *l. 6. c. 46 & lib 7 ap. 5 & 9*
* *l. 7. c. 2.*

Sic Gregorius Neocæſarienſis, eum, ad quem Canones pœnitentiales ſcripſit, Papam nominat: nec utquam in iis Canonib*, ad Romani Epiſcopi decreta reſpiciendũ, dicit. Quod utiq; feciſſet: ſi eum pro capite Eccleſiæ agnoviſſet.

Nec literæ Synodi Antiochenæ, in quâ fuerunt clariſſimi & præſtantiſſimi doctores hujus ſeculi, plus Romano, quàm aliis cunctis per orbem comminiſtris, Epiſcopis, Presbyteris & Diaconis, attribuunt juris & dignitatis. Quod omninò oportuiſſet eos facere: ſi Romanũ Epiſcopum pro Epiſcopo totius Orbis terrarum habuiſſent. Fragmentum literarum exſtat apud *Euſebium.**

* *l. c. 23.*

Maximus, Urbanus, Sidonius, Macarius, in epiſtolâ ad Cyprianum,* ajunt; ſe cum Cornelio Epiſcopo ſuo, & pariter cum univerſo Clero Romano, pacem feciſſe.

* *lib 2 inter Epiſt. 13 & 14.*

Quid Cyprianus de primatu Romanæ Eccleſiæ ſenſerit; ex his apparet: quòd Cornelium fratrem & ſacerdotem appellat;* & epiſcopum ſuum.* Et quòd ſatis graviter Cornelium reprehendit:* quòd, minis & terroribus Hæreticorum commotus, literas ab eis acceperit; & non potius eos remiſerit ad ſuum epiſcopum in Africam. cùm ſtatutum ſit ab omnibus epiſcopis: ut uniuſcujuſq; cauſa illic audiatur; ubi crimen admiſſum eſſet. Et aſſerit, autoritatem Epiſcoporum in Africâ non eſſe minorem; quam eorum, qui Romæ eam illorũ cognoviſſent. Et omninò contendit; ut, ii qui in agere pœnitentiam, ad ſe remittantur. & rogat, ſuas literas in Romana Eccleſiâ coram plebe legi: ut, ſi quas fortè concepiſſent ſuppliciones, ex obtrectatione Hæreticorum; abjiciant eas, & ſibi a conſuetudine talium caveant.

* *lib 1 Epiſt. 1 & 2*
* *lib 4 Epiſt 2.*
* *lib 1 Epiſt 3*

Cyprianus, & plurimi Epiſcopi Africæ,* ad Epiſcopos in Eccleſiis Hiſpanis, Stephanum ſuum collegam vocant: & probãt, quòd Baſilidem & Martialem, ob idololatriam, ab epiſcopatu removerunt: & indicant, eos non eſſe recipiendos; licèt Stephanus pro iis ſcripſiſſet. Eũ enim & longè poſitum, & rei veritate ignarum, & minùs cautum, deceptũ eſſe ab illis profanis hominibus. Apparet etiam ex eâdẽ epiſt. Epiſcopos & Eccleſias Hiſpaniæ, indignè tuliſſe Stephani præſumtionem, quòd illis impiis hominibus cõmunicáſſet. Et *Epiſt. ad lib. a* teſtis eſt: neq; Cyprianũ, neq; collegas Cypriani, Stephano Romano primatũ cõcedere in Eccleſiâ, cujus ſolius ſententiâ ſit ſtandũ. Idẽ teſtatẽ *Epiſtola ad Quintinũ & Pompejũ:* in quib* haud obſcurè perſtringit Stephanum: quòd inſolenter, & arroganter, & contumaciter, adeò pravam cõſuetudinem defendat; ut etiam Marcionis baptiſmo, & Valentini, & Apellis, & cæterorum blaſphemantium in Deum Patrem, contendat filios naſci: & illic in nomine JESU CHRISTI dicat remiſſionẽ peccatorum dari; ubi blaſphematur in Patrem, & in Dominum Jeſum Chriſtum. Et opponit ei exemplum Petri: quòd, Paulo de Circumciſione diſceptante, ſe non vindicârit; aut aliquid inſolenter & arroganter aſſumſerit: nec dixerit, ſe primatũ tenere; & obtemperari à novellis & poſteris ſibi potiùs oportere. Quo nõ modò Stephano, ſed etiam Petro, primatus adimitur. Quemadmodum etiã alibi facit,* ubi inquit: *Hoc erant utiq; cæteri Apoſtoli, quod fuit Petrus; pari conſortio præditi, & honoris, & poteſtatis. ſed exordium ab unitate proficiſcitur: ut Eccleſia una monſtretur.* Et poſtremò in utrâq; epiſtolâ oſtendit; ſe, cũ ſuis collegis, in Stephani ſententiã nullo modo concedere: ſed diversã, & tamen religioſam, & legitimã, & ſalutarem, fidei & Eccleſiæ catholicæ congruentem, & ſuorum Anteceſſorum, ſequi ſentẽtiam & conſuetudinem. Et Lucium non alio, quàm Fratris & Epiſcopi nomine, dignatur.*

* *Tract 3. de ſimplic. Oratior.*

* *lib. 3. Ep. 1. & 3.*
* *lib. 1. Epiſt. 3.*

Quòd verò *Cyprianus,** Romanã Eccleſiam, *Cathedram Petri, & Eccleſiam principalem* appellat; *unde ſacerdotalis exorta ſit unitas:* eo ſenſu dicitur; quòd Romana Eccleſia alias ſit horrata, ad conſociationem mutuã; & quòd in eâ re præ cæteris laborârit: non quòd, jure aliquo divino, prima & caput aliarũ ſit conſtituta. Nam Epiſcoporũ Africanorum non vult minorem eſſe autoritatem, quàm Romanorum: & communi Epiſcoporum ſtatuto cautum eſſe oſtendit; ne, in unius provinciæ Eccleſiâ excõmunicati, circumcurrent ad alias. Nec illo Romanæ Eccleſiæ, ſeu Epiſcopo Romano, primatũ aliquem attribuit; quòd ſcribit:* *Nos ſingulis navigantibus, ne cum illo ſcandalo navigarent, rationem reddidiſſe ſcimus, & hortatos eſſe; ut Eccleſiæ catholicæ matricem & radicẽ agnoſcerent, & tenerent* Nam ſe ipſum ibidem declarat; quòd de Eccleſiæ unitate, & charitate, intelligi velit, inquit enim; *ideò literas excommunicatorias, & ordinationẽ Cornelii approbantes, ſerius ſcriptas eſſe; ut re melius cognitâ, per omnes omninò in iſta provincia poſitos litera fierent, ſicut fiunt: ut univerſi collegæ noſtri, & cõmunicationem tuam, id eſt, catholicæ Eccleſiæ unitatem pariter & charitatem, probarent ſimiliter ac tenerent.* Nam conſociationem illam omnium Eccleſiarum & Epiſcoporum, in conſentione doctrinæ & diſciplinæ eccleſiaſticæ, vocat unitatem. Ejus autem unitatis matricem & radicem, appellat mutuam cõmunicationem; quæ fiebat per literas cõmunicatorias: quas ſtatim, uno aliquo legitimè vocato & ordinato Epiſcopo, in loco illuſtriori, ſibi invicẽ mittere ſolebant; ejus ordinationem probantes, aut improbantes. ut patet ex hac epiſtolâ, & ex multis aliis: & præcipue *ex lib. 4. epiſt. 2.* ubi dicit; *Cornelium Epiſcopum factum eſſe, judicio Dei, & coepiſcoporum teſtimonio: quorum numerus univerſus, per totum Mundum, concordi unanimitate conſenſerit.*

* *lib. 1. Epiſt. 8.*

Si verò iſta aliorum Epiſcoporum ad Cornelium aſſociatio, ei primatum attribuere videatur: tùm eâdem quoq; ratione Cypriano primatũ aſſereret. dicit eñ,* *Eccleſias univerſo per totum Mundum ſecum unitatis vinculo eſſe copulatas.*

* *Lb 4. Ep ſt. 9.*

Crebræ ſunt voces apud Cyprianum;* *unũ Deum eſſe, & unum Chriſtum; & unam Eccleſiam; & cathedram unam, ſuper petram Domini voce fundatam: aliud altare cõſtitui, aut ſacerdotium novum fieri non poſſe.* Et Maximus, & Urbanus, & Sidonius, in formulâ revocationis, dicunt; *unum Epiſcopum in catholicâ Eccleſiâ eſſe debere:* Apud *Cyprianum.** Et Cornelius, in epiſtolâ ad Fabium dicit; *Novatum ignoraſſe, unum epiſcopum in Eccleſiâ catholicâ eſſe debere:* referente *Euſebio.** Sed hæc, & ſimilia, in hanc ſententiam dicuntur: Omnes Eccleſias, cõſentientes in verâ doctrinâ, pro unâ Eccleſiâ, & omnes Epiſcopos, pro uno haberi; & ab uno diſſentientes, ab omnibus diſſentire: non poſſe in unâ Eccleſiâ, vero & legitimo Epiſcopo ordinato, eodem Epiſcopo adhuc ſuperſtite, alium ordinari. Patet id ex Cypriano,* cujus verba adſcribimus. *Cum ſit a Chriſto una Eccleſia, per totũ Mundum, in multa membra diviſa; item epiſcopatus unus, Epiſcoporũ multorum concordi numeroſitate diffuſus: ille* (intelligit Novatianum; qui Romæ, à ſchismaticis, contra Cornelium, Epiſcopus ordinatus erat, *poſſit Dei traditionẽ, poſſit connexam & ubicunq; conjunctam Eccleſiæ catholicæ unitatem, humanam conetur Eccleſiam facere; & per plurimas civitates novos Apoſtolos ſuos mittat; ut quadam recentia inſtitutionis ſuæ fundamenta conſtituat.*

* *l. 6. c. 43*
* *lib. 3. Epiſt. 11.*
* *lib. 4. Epiſt. 2.*

Nec Euſebius, cùm paſſim Romanorũ facit mentionẽ; uſquã eis, præ cæteris, plus attribuit juris, aut etiã dignitatis.

Poſtremò, nec Canones, quos Apoſtolis falsò adſcribũt, (quorũ pleriq; hoc ſeculo, ut paſſim videre eſt in epiſtolis Cypriani, in Synodis provincialib* Africæ cõſtituti ſunt) nullum primatũ Romano Epiſcopo præ cæteris concedũt; ſed omnes Epiſcopos gentium ſingularũ exæquãt. Atq; hi quidẽ ſunt teſtes veraciſſimi; quib* tutò fides haberi poteſt.

¶ Sed diverſam conſociationis formam, *Epiſtola decre-*

tales

Sect. 1.

Sect. 2.

Sect. 3.

Sect. 4.

Sect. 5.

Sect. 6.

Sect. 7.

Sect. 8.

Sect. 9.

Sect. 10.

Sect. 11.

Sect. 12.

Sect. 13.

Sect. 14.

Sect. 15.

Sect. 16.

Sect. 17.

Sect. 18.

Sect. 19.

Sect. 20.

Sect. 21.

Sect. 22.

Sect. 23.

Sect. 24.

Sect. 25.

Sect. 26.

Sect. 27.

Sect. 28.

Sect. 29.

Sect. 30.

Sect. 31.

Sect. 32.

Sect. 33.

Sect. 34.

Sect. 35.

Sect. 36.

Sect. 37.

Sect. 38.

Sect. 39.

Sect. 40.

Sect. 41.

Sect. 42.

Sect. 43.

Sect. 44.

Sect. 45.

Sect. 46.

Sect. 47.

Sect. 48.

Sect. 49.

Sect. 50.

Sect. 51.

Sect. 52.

Sect. 53.

Sect. 54.

Sect. 55.

Sect. 56.

Sect. 57.

Sect. 58.

Sect. 59.

Sect. 60.

Sect. 61.

Sect. 62.

Sect. 63.

Sect. 64.

Sect. 65.

Sect. 66.

Sect. 67.

Sect. 68.

Sect. 69.

Sect. 70.

Sect. 71.

Sect. 72.

Sect. 73.

Sect. 74.

Sect. 75.

Sect. 76.

Sect. 77.

Sect. 78.

Sect. 79.

Sect. 80.

Sect. 81.

Sect. 82.

Sect. 83.

Sect. 84.

Sect. 85.

Sect. 86.

Sect. 87.

Sect. 88.

Sect. 89.

Sect. 90.

Sect. 91.

Sect. 92.

Sect. 93.

Sect. 94.

Sect. 95.

Sect. 96.

Sect. 97.

Sect. 98.

Sect. 99.

Sect. 100.

Sect. 101.

Sect. 102.

Sect. 103.

Sect. 104.

Sect. 105.

Sect. 106.

Sect. 107.

Sect. 108.

Sect. 109.

Sect. 110.

Sect. 111.

Sect. 112.

Sect. 113.

Sect. 114.

Sect. 115.

Sect. 116.

Sect. 117.

Sect. 118.

Sect. 119.

Sect. 120.

Sect. 121.

Sect. 122.

Sect. 123.

Sect. 124.

Sect. 125.

Sect. 126.

Sect. 127.

Sect. 128.

Sect. 129.

Sect. 130.

Sect. 131.

Sect. 132.

Sect. 133.

Sect. 134.

Sect. 135.

Sect. 136.

Sect. 137.

Sect. 138.

Sect. 139.

Sect. 140.

Sect. 141.

Sect. 142.

Sect. 143.

Sect. 144.

Sect. 145.

Sect. 146.

Sect. 147.

Sect. 148.

Sect. 149.

Sect. 150.

Sect. 151.

Sect. 152.

Sect. 153.

Sect. 154.

Sect. 155.

Sect. 156.

Sect. 157.

Sect. 158.

Sect. 159.

Sect. 160.

Sect. 161.

Sect. 162.

Sect. 163.

Sect. 164.

Sect. 165.

Sect. 166.

Sect. 167.

Sect. 168.

Sect. 169.

Sect. 170.

Sect. 171.

Sect. 172.

Sect. 173.

Sect. 174.

Sect. 175.

Sect. 176.

Sect. 177.

Sect. 178.

Sect. 179.

Sect. 180.

Sect. 181.

Sect. 182.

Sect. 183.

Sect. 184.

Sect. 185.

Sect. 186.

Sect. 187.

Sect. 188.

Sect. 189.

Sect. 190.

Sect. 191.

Sect. 192.

Sect. 193.

Sect. 194.

Sect. 195.

Sect. 196.

Sect. 197.

Sect. 198.

Sect. 199.

Sect. 200.

Sect. 201.

Sect. 202.

Sect. 203.

Sect. 204.

Sect. 205.

Sect. 206.

Sect. 207.

Sect. 208.

Sect. 209.

Sect. 210.

Sect. 211.

Sect. 212.

Sect. 213.

Sect. 214.

Sect. 215.

Sect. 216.

Sect. 217.

Sect. 218.

Sect. 219.

Sect. 220.

Sect. 221.

Sect. 222.

Sect. 223.

Sect. 224.

Sect. 225.

Sect. 226.

Sect. 227.

Sect. 228.

Sect. 229.

Sect. 230.

Sect. 231.

Sect. 232.

Sect. 233.

Sect. 234.

Sect. 235.

Sect. 236.

Sect. 237.

Sect. 238.

Sect. 239.

Sect. 240.

Sect. 241.

Sect. 242.

Sect. 243.

Sect. 244.

Sect. 245.

Sect. 246.

Sect. 247.

Sect. 248.

Sect. 249.

Sect. 250.

Sect. 251.

Sect. 252.

Sect. 253.

Sect. 254.

Sect. 255.

Sect. 256.

Sect. 257.

Sect. 258.

Sect. 259.

Sect. 260.

Sect. 261.

Sect. 262.

Sect. 263.

Sect. 264.

Sect. 265.

Sect. 266.

Sect. 267.

Sect. 268.

Sect. 269.

Sect. 270.

Sect. 271.

Sect. 272.

Sect. 273.

Sect. 274.

Sect. 275.

Sect. 276.

Sect. 277.

Sect. 278.

Sect. 279.

Sect. 280.

Sect. 281.

Sect. 282.

Sect. 283.

Sect. 284.

Sect. 285.

Sect. 286.

Sect. 287.

Sect. 288.

Sect. 289.

Sect. 290.

Sect. 291.

Sect. 292.

Sect. 293.

Sect. 294.

Sect. 295.

Sect. 296.

Sect. 297.

Sect. 298.

Sect. 299.

Sect. 300.

Sect. 301.

Sect. 302.

Sect. 303.

Sect. 304.

Sect. 305.

Sect. 306.

Sect. 307.

Sect. 308.

Sect. 309.

Sect. 310.

Sect. 311.

Sect. 312.

Sect. 313.

Sect. 314.

Sect. 315.

Sect. 316.

Sect. 317.

Sect. 318.

Sect. 319.

Sect. 320.

Sect. 321.

Sect. 322.

Sect. 323.

Sect. 324.

Sect. 325.

Sect. 326.

Sect. 327.

Sect. 328.

Sect. 329.

Sect. 330.

Sect. 331.

Sect. 332.

Sect. 333.

Sect. 334.

Sect. 335.

Sect. 336.

Sect. 337.

Sect. 338.

Sect. 339.

Sect. 340.

Sect. 341.

Sect. 342.

Sect. 343.

Sect. 344.

Sect. 345.

Sect. 346.

Sect. 347.

Sect. 348.

Sect. 349.

Sect. 350.

Sect. 351.

Sect. 352.

Sect. 353.

Sect. 354.

Sect. 355.

Sect. 356.

Sect. 357.

Sect. 358.

Sect. 359.

Sect. 360.

Sect. 361.

Sect. 362.

Sect. 363.

Sect. 364.

Sect. 365.

Sect. 366.

Sect. 367.

Sect. 368.

Sect. 369.

Sect. 370.

Sect. 371.

Sect. 372.

Sect. 373.

Sect. 374.

Sect. 375.

Sect. 376.

Sect. 377.

Sect. 378.

Sect. 379.

Sect. 380.

Sect. 381.

Sect. 382.

Sect. 383.

Sect. 384.

Sect. 385.

Sect. 386.

Sect. 387.

Sect. 388.

Sect. 389.

Sect. 390.

Sect. 391.

Sect. 392.

Sect. 393.

Sect. 394.

Sect. 395.

Sect. 396.

Sect. 397.

Sect. 398.

Sect. 399.

Sect. 400.

Sect. 401.

Sect. 402.

Sect. 403.

Sect. 404.

Sect. 405.

Sect. 406.

Sect. 407.

Sect. 408.

Sect. 409.

Sect. 410.

Sect. 411.

Sect. 412.

Sect. 413.

Sect. 414.

Sect. 415.

Sect. 416.

Sect. 417.

Sect. 418.

Sect. 419.

Sect. 420.

Sect. 421.

Sect. 422.

Sect. 423.

Sect. 424.

Sect. 425.

Sect. 426.

Sect. 427.

Sect. 428.

Sect. 429.

Sect. 430.

Sect. 431.

Sect. 432.

Sect. 433.

Sect. 434.

Sect. 435.

Sect. 436.

Sect. 437.

Sect. 438.

Sect. 439.

Sect. 440.

Sect. 441.

Sect. 442.

Sect. 443.

Sect. 444.

Sect. 445.

Sect. 446.

Sect. 447.

Sect. 448.

Sect. 449.

Sect. 450.

Sect. 451.

Sect. 452.

Sect. 453.

Sect. 454.

Sect. 455.

Sect. 456.

Sect. 457.

Sect. 458.

Sect. 459.

Sect. 460.

Sect. 461.

Sect. 462.

Sect. 463.

Sect. 464.

Sect. 465.

Sect. 466.

Sect. 467.

Sect. 468.

Sect. 469.

Sect. 470.

Sect. 471.

Sect. 472.

Sect. 473.

Sect. 474.

Sect. 475.

Sect. 476.

Sect. 477.

Sect. 478.

Sect. 479.

Sect. 480.

Sect. 481.

Sect. 482.

Sect. 483.

Sect. 484.

Sect. 485.

Sect. 486.

Sect. 487.

Sect. 488.

Sect. 489.

Sect. 490.

Sect. 491.

Sect. 492.

Sect. 493.

Sect. 494.

Sect. 495.

Sect. 496.

Sect. 497.

Sect. 498.

Sect. 499.

Sect. 500.

Sect. 501.

Sect. 502.

Sect. 503.

Sect. 504.

Sect. 505.

Sect. 506.

Sect. 507.

Sect. 508.

Sect. 509.

Sect. 510.

Sect. 511.

Sect. 512.

Sect. 513.

Sect. 514.

Sect. 515.

Sect. 516.

Sect. 517.

Sect. 518.

Sect. 519.

Sect. 520.

Sect. 521.

Sect. 522.

Sect. 523.

Sect. 524.

Sect. 525.

Sect. 526.

Sect. 527.

Sect. 528.

Sect. 529.

Sect. 530.

Sect. 531.

Sect. 532.

Sect. 533.

Sect. 534.

Sect. 535.

Sect. 536.

Sect. 537.

Sect. 538.

Sect. 539.

Sect. 540.

Sect. 541.

Sect. 542.

Sect. 543.

Sect. 544.

Sect. 545.

Sect. 546.

Sect. 547.

Sect. 548.

Sect. 549.

Sect. 550.

Sect. 551.

Sect. 552.

Sect. 553.

Sect. 554.

Sect. 555.

Sect. 556.

Sect. 557.

Sect. 558.

Sect. 559.

Sect. 560.

Sect. 561.

Sect. 562.

Sect. 563.

Sect. 564.

Sect. 565.

Sect. 566.

Sect. 567.

Sect. 568.

Sect. 569.

Sect. 570.

Sect. 571.

Sect. 572.

Sect. 573.

Sect. 574.

Sect. 575.

Sect. 576.

Sect. 577.

Sect. 578.

Sect. 579.

Sect. 580.

Sect. 581.

Sect. 582.

Sect. 583.

Sect. 584.

Sect. 585.

Sect. 586.

Sect. 587.

Sect. 588.

Sect. 589.

Sect. 590.

Sect. 591.

Sect. 592.

Sect. 593.

Sect. 594.

Sect. 595.

Sect. 596.

Sect. 597.

Sect. 598.

Sect. 599.

Sect. 600.

Sect. 601.

Sect. 602.

Sect. 603.

Sect. 604.

Sect. 605.

Sect. 606.

Sect. 607.

Sect. 608.

Sect. 609.

Sect. 610.

Sect. 611.

Sect. 612.

Sect. 613.

Sect. 614.

Sect. 615.

Sect. 616.

Sect. 617.

Sect. 618.

Sect. 619.

Sect. 620.

Sect. 621.

Sect. 622.

Sect. 623.

Sect. 624.

Sect. 625.

Sect. 626.

Sect. 627.

Sect. 628.

Sect. 629.

Sect. 630.

Sect. 631.

Sect. 632.

Sect. 633.

Sect. 634.

Sect. 635.

Sect. 636.

Sect. 637.

Sect. 638.

Sect. 639.

Sect. 640.

Sect. 641.

Sect. 642.

Sect. 643.

Sect. 644.

Sect. 645.

Sect. 646.

Sect. 647.

Sect. 648.

Sect. 649.

Sect. 650.

Sect. 651.

Sect. 652.

Sect. 653.

Sect. 654.

Sect. 655.

Sect. 656.

Sect. 657.

Sect. 658.

Sect. 659.

Sect. 660.

Sect. 661.

Sect. 662.

Sect. 663.

Sect. 664.

Sect. 665.

Sect. 666.

Sect. 667.

Sect. 668.

Sect. 669.

Sect. 670.

Sect. 671.

Sect. 672.

Sect. 673.

Sect. 674.

Sect. 675.

Sect. 676.

Sect. 677.

Sect. 678.

Sect. 679.

Sect. 680.

Sect. 681.

Sect. 682.

Sect. 683.

Sect. 684.

Sect. 685.

Sect. 686.

Sect. 687.

Sect. 688.

Sect. 689.

Sect. 690.

Sect. 691.

Sect. 692.

Sect. 693.

Sect. 694.

Sect. 695.

Sect. 696.

Sect. 697.

Sect. 698.

Sect. 699.

Sect. 700.

Sect. 701.

Sect. 702.

Sect. 703.

Sect. 704.

Sect. 705.

Sect. 706.

Sect. 707.

Sect. 708.

Sect. 709.

Sect. 710.

Sect. 711.

Sect. 712.

Sect. 713.

Sect. 714.

Sect. 715.

Sect. 716.

Sect. 717.

Sect. 718.

Sect. 719.

Sect. 720.

Sect. 721.

Sect. 722.

Sect. 723.

Sect. 724.

Sect. 725.

Sect. 726.

Sect. 727.

Sect. 728.

Sect. 729.

Sect. 730.

Sect. 731.

Sect. 732.

Sect. 733.

Sect. 734.

Sect. 735.

Sect. 736.

Sect. 737.

Sect. 738.

Sect. 739.

Sect. 740.

Sect. 741.

Sect. 742.

Sect. 743.

Sect. 744.

Sect. 745.

Sect. 746.

Sect. 747.

Sect. 748.

Sect. 749.

Sect. 750.

Sect. 751.

Sect. 752.

Sect. 753.

Sect. 754.

Sect. 755.

Sect. 756.

Sect. 757.

Sect. 758.

Sect. 759.

Sect. 760.

Sect. 761.

Sect. 762.

Sect. 763.

Sect. 764.

Sect. 765.

Sect. 766.

Sect. 767.

Sect. 768.

Sect. 769.

Sect. 770.

Sect. 771.

Sect. 772.

Sect. 773.

Sect. 774.

Sect. 775.

Sect. 776.

Sect. 777.

Sect. 778.

Sect. 779.

Sect. 780.

Sect. 781.

Sect. 782.

Sect. 783.

Sect. 784.

Sect. 785.

Sect. 786.

Sect. 787.

Sect. 788.

Sect. 789.

Sect. 790.

Sect. 791.

Sect. 792.

Sect. 793.

Sect. 794.

Sect. 795.

Sect. 796.

Sect. 797.

Sect. 798.

Sect. 799.

Sect. 800.

Sect. 801.

Sect. 802.

Sect. 803.

Sect. 804.

Sect. 805.

Sect. 806.

Sect. 807.

Sect. 808.

Sect. 809.

Sect. 810.

Sect. 811.

Sect. 812.

Sect. 813.

Sect. 814.

Sect. 815.

Sect. 816.

Sect. 817.

Sect. 818.

Sect. 819.

Sect. 820.

Sect. 821.

Sect. 822.

Sect. 823.

Sect. 824.

Sect. 825.

Sect. 826.

Sect. 827.

Sect. 828.

Sect. 829.

Sect. 830.

Sect. 831.

Sect. 832.

Sect. 833.

Sect. 834.

Sect. 835.

Sect. 836.

Sect. 837.

Sect. 838.

Sect. 839.

Sect. 840.

Sect. 841.

Sect. 842.

Sect. 843.

Sect. 844.

Sect. 845.

Sect. 846.

Sect. 847.

Sect. 848.

Sect. 849.

Sect. 850.

Sect. 851.

Sect. 852.

Sect. 853.

Sect. 854.

Sect. 855.

Sect. 856.

Sect. 857.

Sect. 858.

Sect. 859.

Sect. 860.

Sect. 861.

Sect. 862.

Sect. 863.

Sect. 864.

Sect. 865.

Sect. 866.

Sect. 867.

Sect. 868.

Sect. 869.

Sect. 870.

Sect. 871.

Sect. 872.

Sect. 873.

Sect. 874.

Sect. 875.

Sect. 876.

Sect. 877.

Sect. 878.

Sect. 879.

Sect. 880.

Sect. 881.

Sect. 882.

Sect. 883.

Sect. 884.

Sect. 885.

Sect. 886.

Sect. 887.

Sect. 888.

Sect. 889.

Sect. 890.

Sect. 891.

Sect. 892.

Sect. 893.

Sect. 894.

Sect. 895.

Sect. 896.

Sect. 897.

Sect. 898.

Sect. 899.

Sect. 900.

Sect. 901.

Sect. 902.

Sect. 903.

Sect. 904.

Sect. 905.

Sect. 906.

Sect. 907.

Sect. 908.

Sect. 909.

Sect. 910.

Sect. 911.

Sect. 912.

Sect. 913.

Sect. 914.

Sect. 915.

Sect. 916.

Sect. 917.

Sect. 918.

Sect. 919.

Sect. 920.

Sect. 921.

Sect. 922.

Sect. 923.

Sect. 924.

Sect. 925.

Sect. 926.

Sect. 927.

Sect. 928.

Sect. 929.

Sect. 930.

Sect. 931.

Sect. 932.

Sect. 933.

Sect. 934.

Sect. 935.

Sect. 936.

Sect. 937.

Sect. 938.

Sect. 939.

Sect. 940.

Sect. 941.

Sect. 942.

Sect. 943.

Sect. 944.

Sect. 945.

Sect. 946.

Sect. 947.

Sect. 948.

Sect. 949.

Sect. 950.

Sect. 951.

Sect. 952.

Sect. 953.

Sect. 954.

Sect. 955.

Sect. 956.

Sect. 957.

Sect. 958.

Sect. 959.

Sect. 960.

Sect. 961.

Sect. 962.

Sect. 963.

Sect. 964.

Sect. 965.

Sect. 966.

Sect. 967.

Sect. 968.

Sect. 969.

Sect. 970.

Sect. 971.

Sect. 972.

Sect. 973.

Sect. 974.

Sect. 975.

Sect. 976.

Sect. 977.

Sect. 978.

Sect. 979.

Sect. 980.

Sect. 981.

Sect. 982.

Sect. 983.

Sect. 984.

Sect. 985.

Sect. 986.

Sect. 987.

Sect. 988.

Sect. 989.

Sect. 990.

Sect. 991.

Sect. 992.

Sect. 993.

Sect. 994.

Sect. 995.

Sect. 996.

Sect. 997.

Sect. 998.

Sect. 999.

Sect. 1000.

Digitized by Google

Chap.	Short Title.	Extent of Repeal.
37	The Bankrupt Act, 1844	The whole Act.
38	The Bankrupt Act, 1844, Amendment Act, 1847	The whole Act.
39	The Bankrupt Act, 1849	The whole Act.
40	The Bankrupt Act, 1849, Amendment Act, 1850	The whole Act.
41	The Bankrupt Act, 1849, Amendment Act, 1851	The whole Act.
42	The Bankrupt Act, 1849, Amendment Act,

Ad Corinthios.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

CHAP. XXIII.

Of Vniuersall Gouernment.

